[illegible] mede[illegible]
s ambi[illegible]
[illegible]

[illegible]

DN. NICASII DE VOERDA, MACHLINIENSIS, IVRECONSVLTI CLARISSIMI

*

ENARRATIONES IN quatuor Libros Institutionum Imperialium, iam recèns fidelius ac exactius, quàm vsquàm anteà castigatæ.

Accesserunt & his nunc primùm Summaria impensè desiderata, Indice itidem adiecto.



LVGDVNI,
APVD PAVLVM MIRALLIETVM,
SVB INSIGNI DIVI PAVLI,
M. D. XLIX.

IN GRATVLATIONEM D. IVSTINIANI ET NICASII,

Ἑξάστιχον.

Rapta est ad superos Astræa, uniq; sorores,
Exlex dum uiridi fronde iaceret homo.
Summa tulit Cæsar puero, iuueniq; seniq;
Δόγματα, uir celsa missus ab arce Iouis.
Accessit legum nodos qui soluat, acutus
Interpres, claro panditur Axe dies.

N. D.

BIBLIOPOLA INGENVO LECTORI S.

DIgnitatis non modò primæ, sed etiam summæ felicitatis loco semper duximus, ingenue Lector, omnem operam, studium, conatus, cogitationes denique omneis ad vnam Rempublicam referre. Quo nomine adducti, multos iam suprà annos præstitimus, ne hac ipsa parte, quam in ea sustinemus, officium nostrum iure posset quis quisquam desiderare. Authores enim cùm artium, quæ ad humanitatem pertinent, quosque lectissimos, tum verò Iuris Vtriusq; Doctores & Professores, eósq; ἀκινήτους, superioribus temporibus tibi emisimus, summa, qua fieri potuit, fide & diligentia expolitos. In quo quid industria nostra Reipubl. literariæ attulerit, tuum sit iudicium. Nos certè nec oleo nec rei pepercimus. Cæterùm, postquàm κόρος ἐστὶ πάντων καλῶν, en tibi damus NICASIVM DE VOERDA, Machliniensem, in quatuor libros Institutionum Imperialium, hominem inquam vt Germanum, ita primarum artium doctrina insignem, & in Agrippineñ. Coloniæ Academia non postremas ferentem. Cuius viri copiam facilitatémque in docendo, argutiam in disceptando, in vtroque summum iudicium, haud coniectura posis assequi. Ad hæc, ne quid in tanta rerum ac ideò actionum varietate tui cogitationes commentationésque animi aut falleret aut turbaret, rem oculis subiecit, nimirum Consanguinitatis, Affinitatis, spiritualis cognationis, atque adeò Actionum ortus, locos, & vsus, Arbore, quasi expressa facie, complexus.

Nos verò, ne quid tibi ad tanti Authoris summam lectionem deesset, Summaria impensè desiderata in eum coniecimus, Indice itidem subarato, illo quidem longè fideli & copioso. Locos præctereà iampridem corruptos, & in hunc diem vsque iacenteis & neglectos restituimus, opera doctiss. hominum adiuti. Cuius nostri muneris & diligentiæ fidem, tibi re & periculo fieri maluimus, quàm verbo, vel ambitiosa & instructa hac nostra commendatione. Vale, & conatus nostros æqui boníque consule.

*

PROLOGVS IN LIBRVM INSTI- TVTIONVM.

✣

QVIA EA, QVAE BENE inchoan=
tur, bono & laudabili fine communiter
terminantur. prima, quæstio.j. c. prin=
cipatus. & capit. cùm Paulus. Ideò in
omnium operum exordio inuocandus
est DEVS, qui est α, & ω. Apoca=
lyp.j. Qui operatur uelle & perficere.
ad Philippens.ij. Per quem Reges regnant, & Legum condi=
tores iusta decernunt. Per quem Principes imperant, & poten=
tes decernunt iustitiam, Prouerb.viij. quo donante, bonum ha=
betur initium, melius medium, & optimus finis. C.de uete.iure
enuclean. l.j. exemplo diuinißimi Principis Iustiniani, Ciuilis
iuris authoris: qui etsi lex sit animata, ut in Authenti. de con=
sulib. §.fina. collatio.iiij. nihilominus neque in armis, neque in
militibus, neque bellorum ducibus, aut proprio ingenio confi=
sus est, sed singulis suis operibus inuocationem diuini nominis
præposuit: sicut euestigiò in rubrica proœmij huius libri pa=
tebit. Qui utique Iustinianus super omnes Imperatores rectè
diuinus appellatur. Quia sicut in DEO sunt tria principalia
attributa per essentiam, quæ sunt, potentia, quæ appropriatur
Patri, sapientia, quæ Filio, & bonitas, quæ appropriatur Spi=
ritui sancto: Sic in Iustiniano authore nostro, non per essen=
tiam, sed per excellentem participationem hæc reperiuntur.
De potentia sua statim patebit in proœmio. §.j. & ij. Sapien=
tia sua claret per uniuersum mundum, in eo, quòd leges prius
utiles, nunc uerò tractu temporis meritò inutiles, & abrogan=

das censoria quadam uirgula resecuit: & nouas utiles, quas ipse condidit, cum nonnullis antiquis ad determinata uolumina redegit: ex quibus librum Pandectarum seu Digestorum, quinquaginta libr. partiales continentem compegit, quorum xxiiij. sunt in Digesto Vete. xiiij. in Infortiato, & xij. in Digesto Nouo. Deinde Codicem, quem non habemus, composuit, & post illum hunc librum Institutionum. Deinde Codicem, librum quem habemus, & finaliter Authenticorum. De bonitate sua patet, quia bonum, teste diuo Dionysio, est sui ipsius diffusiuum. Hic autem Iustinianus, talentum sibi creditum posuit ad usuram, & lucernam suam non posuit sub modio, sed super candelabrum, ut luceret omnibus, qui in domo militantis Ecclesiæ sunt. Et quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, de sursum est descendens à patre luminum, ut dicit Iacobus in sua Canonica: & non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, iuxta sententiam Apostoli, Ideò de his donis non superbiuit, sed summo Pontifici humiliter se subiecit, iuxta cap. Imperator. xcvij. distinct. & non dedignantur sacratißimæ leges sacros Canones imitari, ut in Authenti. quomodo oportet Episc. collatio. j. propter quod Papa eas uenerari præcipit, & ubi Canonibus non contradicunt, in eorum adiutorium assumi. ut in cap. si in adiutorium. distin. x. Nam sicut Imperator summo Pontifice in spiritualibus, sic Papa Imperatore indiget in temporalibus: ut in cap. idem mediator. distinct. eadem. ex quo patet liquidè, hunc librum Institutionum, in quo iuris Ciuilis generalia traduntur, non solùm Legistis utilem, sed etiam Pontificij iuris studio insudantibus. Et hoc singulariter propter duo. Primò, quia sunt quidam Canones, qui sine legibus non intelliguntur, ut est cap. j. de testamen. libr. vj. Secundò etiam, quia in iudicio ecclesiastico, nonnunquàm propter defectum Canonum, causæ per leges deciduntur, ut tractant Docto. in cap. j. de noui operis nuntiatione. Huius ergo diui Iustiniani exemplo, in huius initio corde hu-

miliato ad DEVM trinum & unum, omnis ſapientiæ fontem indeficientem, me conuerto: deprecans, ut per interceßionem glorioſißimæ Virginis eiuſdem DEI genitricis, atque trium Regum, catholicæ fidei primiceriorum, huiusq; ſanctæ Agrippineñ. Coloniæ Patronorum, nos illuminare, confortare, & dirigere in hoc opere, & ſingulis alijs dignetur, ut proficiamus in uitam æternam: quod idem ipſe concedat, in ſecula ſeculorum benedictus, Amen.

CIRCA librum Inſtitutionum, quæ ſunt quædam προγυμνάσματα in utriuſq; iuris immenſa uolumina, conſiderandum eſt primò, quòd quatuor ſunt cauſæ, ſcilicet, materialis & formalis, quæ uocantur cauſæ eſſendi & intrinſecæ: ut xxxij. quæſtio. ij. capit. quod uerò non formatum. Et cauſa efficiens, & finalis, quæ ſunt cauſæ fiendi, & extrinſecæ, ut xxiij. quæſtio. v. cap. de occidendis. Cauſa materialis eſt triplex, ſcilicet à materia, ex qua, in qua, & circa quam. Materia ex qua, huius libri ſunt generalia legum, & neceſſaria iuuenibus ad iura intelligendum, quæ dominus Iuſtinianus per uiros illuſtres in hoc libro collegit. Materia autem in qua, huius ſcientiæ eſt anima. Sed materia, circa quam, eſt bonum humanum ciuile, & uocatur ſubiectum ſcientiæ. Quod primò oſtenditur ſic: quia iſta ſcientia ſubalternatur morali Philoſophiæ, ut C. de ſecundis nupt. l. j. Eſt ergo ſubiectum huius ſcientiæ id, quod eſt ſubiectum moralis Philoſophiæ, ſpecificatum tamen uel contractum, ſicut eſt bonum humanum ciuile. Oſtenditur etiam ſic, quòd huic ſubiecto demonſtratur ineſſe paßio per principia, hoc modo. Alteri facere, quod ſibi quis uult fieri: & alteri non facere, quod quis ſibi non uult fieri, eſt honeſtè uiuere, alterum non lædere, & unicuique ius ſuum tribuere. Sed bonum humanum ciuile, eſt alteri facere, quod ſibi uult fieri, &c. Ergo bonum humanum ciuile, eſt honeſtè uiuere, alterum non lædere, ius

ſuum

ſuum unicuique tribuere. Cauſa uerò formalis eſt duplex, ſecundum duplicitatem formæ. Nam forma tractatus huius libri, eſt diuiſio libri principalis uel totalis in partiales, & librorum partialium in titulos, & titulorum in paragraphos. Sed forma tractandi, eſt interdum inſtructiua, ut infrà de iuſtitia & iure. Interdum deciſiua, ut de liberti. Interdum ſtatutiua, ut de his, qui ſui uel alieni iuris ſunt. Interdum punitiua, ut de publicis iudic. Cauſa efficiens principalis huius ſcientiæ, eſt DEVS glorioſus, ut C. de uete. iure enuclean. l. prima. Cauſa efficiens inſtrumentalis, eſt Iuſtinianus, & tres uiri illuſtres, quo ad iſtum librum. Sed cauſa finalis remota, eſt beatitudo æterna. Propinqua uerò, eſt morum reformatio, uitiorum extirpatio, iurgiorum deciſio, ut cap. factæ ſunt autem leges. diſtinctio. iiij.

Contra prædicta opponitur primò ſic. Videtur, quòd anima, non ſit ſubiectum, uel materia in qua, huius ſcientiæ. Probatur: quia accidens prædicatur de materia, in qua, ſiue de ſuo ſubiecto, ſed anima non dicitur iuriſta, ergo &c. Solutio. Duplex eſt ſubiectum inhæſionis, ſcilicet quo, & quod. Iam homo eſt ſubiectum, quod ſcientiæ, ſed anima eſt ſubiectum, quo. De ſubiecto uerò quod prædicatur, dicimus enim uerè, homo eſt iuriſta. Opponitur ſecundò, & uidetur quòd bonum humanum ciuile, non ſit ſubiectum, uel materia, circa quam: quia tale ſubiectum debet ſub ambitu ſuæ communitatis omnia comprehendere, quæ traduntur in ſcientia. Sed in hac ſcientia tractatur de ſeruis, de libertinis, & de multis alijs, quæ non uidentur comprehendi ſub ambitu iſtius ſubiecti, igitur &c. Solutio. Omnia illa, de quibus in argumento, tractantur in hac ſcientia ſub ratione humani ciuilis, principaliter uel reductiuè. Opponitur tertiò, & uidetur, quòd morum reformatio, non ſit finis huius ſcientiæ, quia aliqui ſtudent in hac ſcientia, ut uideantur, quorum finis eſt uanitas: quidam ut lucrentur, quorum finis eſt ſæpe cupiditas. Solutio. Duplex eſt finis, ſcilicet

uerus & apparens, modò fines, de quibus in argumento, non ſunt fines ueri, ſed apparentes. Vel dicendum, quòd eſt duplex finis, unus eſt ſcientiæ, & ille eſt morum reformatio, loquendo de fine, gratia cuius. Alius eſt finis ſcientis in iudicio ſuo corrupti: & talis eſt quandoq; lucrum. Sed poteſt replicari, quia quidam ſtudent in hac ſcientia, ut alios doceant, quorum finis Charitas, quæ non uidetur comprehendi ſub fine prædicto, eò quòd eſt uirtus infuſa & Theologica, quæ ſub bono ciuili non continetur. Solutio. Charitas eſt bene finis remotus, uel finis, ſub quo huius ſcientiæ, ſed ſermo fuit de fine propinquo.

Finis Prologi.

ENARRATIONES IN QVATVOR LIBROS INSTITVTIONUM Imperialium, Domino Nicasio Authore.

PROOEMIVM.

1 *Iustinianus procemium diuidit in quinque partes. Et numero 17.*
2 *Iustinianus, fuit Christianus. aliâs ad imperium ineptus.*
3 *Numinis diuini inuocatio, quid adferat. Limit. nu. 10.*
4 *Dignitatis nomen scripturis præponi debet uide. & nu. 11.*
5 *Imperator, quis dicatur.*
6 *Imperator, dicitur Cæsar. Et quid ita.*
7 *Iustiniani pater. & nu. 13.*
8 *Franciæ Rex, an subsit Imperatori.*
9 *Iura quando sint capessenda.*
12 *Laudatio, est triplex.*
14 *Iustinianus unde dictus, pius.*
15 *Pius, & felix, differunt.*
16 *Imperatores, ad quid dicantur Augusti.*
18 *Imperator & legibus & armis debet esse munitus.*
19 *Antipophorismus.*
20 *Hostes, qui dicantur.*
21 *Leges, dicuntur tramites.*
22 *Exilium, est triplex.*
23 *Calumniator, quis dicatur.*
24 *Præuaricator, quis.*
25 *Tergiuersator, quis dicatur.*
26 *Leges sacræ sunt.*

IN NOMINE domini nostri Iesu Chri
sti. Intellectus Rubricæ prooemij libri In-
stitutionum, quæ incipit, In nomine Domi,
ni. est iste, Imperator scribit iuuenibus cupiē
tibus addiscere leges, salutē, & dat libro isti
1 titulum, & diuiditur † in quinq; partes. Nam
primò, nomē Domini inuocat. Secundò, se-
ipsum denominat, ibi Imperator. Tertiò, ad
captãdam beneuolentiam vocat, ibi cupidè.
Quartò salutat, ibi: salutem. Et quintò, intitulat, ibi: Institutionum.
2 ¶ Circa † istam rubricam, primò notãdum, ex verbo, In nomine Do
mini, quòd Iustinianus fuit Christianus, quia aliâs non posset impera-
re, id est, imperij iurisdictionem exercere, vt in Authen. iusiurandum,
quod præst. ab his, qui administ. accipiunt. §. etiam cõmunicator sum.
colla. ij. Simile habetur C. de offi. præfec. prætor. Aphricæ. l. in nomi-
3 ne Domini. Et in Authē. de armis. in prin. coll. vj. † Ex hoc enim, quòd
inuocatur nomen Domini, habetur bonum initium, melius medium,
& optimus finis, vt in Authen. quomodo oport. Epis. & cleri. ad ordi.
dedu. in prin. colla. j. Et ex isto inoleuit, quòd scripturis pręponitur no
4 men Domini. ¶ Notandum † secundò, quòd cõstituti in dignitatibus
debent in scripturis suis nomen dignitatis præponere. ¶ Notandum
5 tertiò, circa † verbũ Imperator, quòd Imperator dicitur ille, qui actu
habet iurisdictionem imperij. Ex quo arguitur à contrario, quòd quã
docunq; conceditur priuilegium exercentibus aliquem actum, illi qui
non exercent talem actum, non debent tali priuilegio gaudere. Exem
plum, vt scholares non studentes non debent gaudere priuilegijs con-
cessis Vniuersitati: quia priuilegia concessa sunt studentibus. vt C. de
6 sacrosan. Eccle. l. qui sub prætextu. ¶ Notandum † quartò, quòd Im-
perator dicitur Cæsar à Iulio Cæsare, qui fuit cæsus ex vtero matris
suæ, & sic Imperatores post eũ dicti sunt Cæsares, sic legitur in Euan
gelio, Exijt edictum à Cæsare Augusto. Et sic ob Octauiano dicun-
7 tur Imperatores Augusti. ¶ Notãdum † quintò, quòd Iustinianus fuit
filius Iustini, vt infrà de don. §. est & aliud, ver. sed primus. ¶ Notan-
dum sextò, quòd ista nomina Alemanicus &c. sunt nomina ab euentu
sumpta, & significant terras, quas Iustinianus deuicit, & imperio subiu
gauit, vt in Authen. de here. & fal. in prin. colla. j. ¶ Notandã septimò
8 ex illo † verbo, Francus, quòd rex Franciæ est sub Imperatore, quia
Imperator est dominus mũdi, vt C. de quadri. præscrip. l. bene à Zeno
ne. & in l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiã de iactu. Nec obstat, quòd aliqui
dicunt, quòd loquitur hîc de Francia orientali, quę est in Bauaria, quia
sic esset superfluitas. Nã illa Francia est in Alemania. & prius dictũ est

Alemani

Alemanicus, quæ hodie vocatur Franconia. extrà de ſponſa.c.j.
9 ¶ Notandum † finaliter, quòd iura debent excoli in iuuentute, quia
iuuenes vigent ingenio, vt in l. Gallus.ff.de liber.& poſthum. Et iſtud
bene obſeruatur in Italia, vbi iuuenes ſtatim poſtquàm ſciunt legere,
10 ponuntur ad iura. Contra † prædicta opponitur primò, & videtur,
quòd ſcripturis non eſt ſemper præponendum nomen Domini, quia
contrarium videmus fieri per Notarios & tabelliones, ſæpe & per
alias priuatas perſonas. Solutio. Duplices ſunt ſcripturæ: Nam quę-
dam ſunt modico tempore duraturæ, & de paruis cauſis, & iſtis non
oportet præmittere nomẽ Domini. Aliæ ſunt diu duraturæ, & de ma
gnis cauſis, & illis pręponendũ eſt nomẽ Domini, vt in glo.in Authen.
vt nomẽ Imperatoris præponatur. in prin.colla.v. Sed replicatur, quia
Papa non præponit literis nomen Domini, & tamen ſcriptura Papæ
eſt diu duratura, & communiter de magnis cauſis. Solutio. Nomen
Domini præponitur ad ſignificandum ſcriptorem eſſe Chriſtianum,
quod non eſt neceſſe de Papa, quia non eſt dubium, quin ſit Chriſtia-
nus, vt in c. vbi periculũ de elec.in vj.& in cle. vnica de iureiur. ¶ Secũ
11 dò † opponĩ, & videĩ, quòd cõſtituti in dignitate nõ debeãt ſemper no
men dignitatis in ſcriptis ſuis ponere, quia per hoc viderenĩ ſeipſos lau-
12 dare, quod eſt vituperabile. Solutio. † Laudatio eſt triplex. Aliqua
enim eſt neceſſaria propter alios, vt C.de his, qui ven.æta.impe.l.ij. Et
ſic beatus Paulus Apoſtolus laudauit ſeipſum, dicẽs, Semẽ Abrahę ſunt,
et ego. Similiter dicit, quomodo multa ſuſtinuit pro eccleſia Dei. Alia
laudatio eſt vtilis, licet nõ ſit neceſſaria, & ſic Iuſtinia. laudat ſeipſum,
vt hîc in §.cũq; infrà in proœmio. Tertia eſt laudatio, quæ nec vtilis,
nec neceſſaria eſt, & illa ſi ſit de re nota, nõ eſt etiã vituperabilis, ſed ſi
ſit de re ignota, magna laudatio vituperaĩ, ſed parua toleraĩ, vt.ff.de
13 offi.procõſu.l.obſeruare. ¶ Opponĩ † tertiò, & videĩ, quòd Iuſtinia.
nõ fuerit filius Iuſtini, quia dicĩ in Decre.diſt.xvj.in c.habeo librũ.in
gl.& in tex. quòd fuit filius Cõſtantini. Solutio. Illud c. habeo librũ, lo
quiĩ de alio Iuſtiniano ab iſto, ſed de iſto Iuſtiniano loquiĩ c. ſexta.
eadẽ diſt. ¶ Opponĩ quartò, & videĩ, quòd in textu ſit ſuperfluitas,
quia idẽ videnĩ ſignificare pius & felix, ſimiliter victor & triũphator.
14 Solutio. Quòd † pius dicĩ hîc Imperator, à pio Antonio, vt in Authẽ.
vt liberti decæ.aureo.nõ. in §.ſi quis aũt.coll.vj. Vel dicĩ pius à pieta
15 te animi, vt C.de ſum.Trini.& fi.ca.l.j. † Et differũt Pius & Felix for
maliter, quia dicitur pius quo ad alios, & felix, quo ad ſe. Similiter
dicitur victor in bello, & triumphator poſt bellum. ¶ Opponitur
16 † quintò, & videtur, quòd Imperatores non debent dici Auguſti, quia
nõ ſemper augent imperiũ, vt manifeſtũ eſt. Solutio. Licet nõ ſemper
augeant, debẽt tamen ſemper augere, & ab illo, quod debet eſſe, fit de
nomina

minatio,ſicut etiam dominus Papa dicitur beatiſsimus,ſic etiam eſt de matrimonio, quod habet indiuiduitatem, vt infrà de patria poteſt.§. nuptiæ.& tamẽ matrimoniũ interdum eſt diuiſum,vt C.de repudijs.l. conſenſu. ¶ Opponitur vltimò, & videtur, quòd dominus Imperator in ſuo titu.non ſeruat bonum ordinẽ,quia illa quę inſunt ab euentu,præponit his proprietatibus, quæ inſunt ſibi à natura, cuius contrarium videtur faciendũ. Solutio. Hoc facit Imperator ex intentione, quia plus profectò laudãdus eſt aliquis ex his,quæ virtuosè acquiſiuit, quàm ex his,quæ naturaliter vel ex ſucceſsione habet vt in l.plenum. §.vſusfructus,ff.de vſu & habitatione.Et ideò vanè gloriãtur ex nobilibus geniti,ſi malam inclinationem naturæ,& non virtutem nobilitatis parentum ſequantur.

IMPERATORIAM MAIESTATEM NON SOLVM ARMIS &c.

In hoc procemio dominus Imperator reddit auditores attẽtos,dociles & beneuolos. Attentos,cùm dicit in §.quorum,cum ſummis vigilijs & ſumma prouidentia. Dociles, cùm dicit, Et cum ſacratiſsimas conſtitutiones,in §.omnes verò populi. Beneuolos, cũ dicit,Et quos
17 in priori tempore.in §.cúmq;.Et diuiditur †iſtud procemiũ in quinque partes. In prima,declarat quòd Princeps pro ſuo regimine indiget armis & legibus.In ſecunda parte ibi,quorum, declarat qualiter ipſe Iuſtinianus armis & legibus inſudauit.In tertia parte ibi,cumq;, declarat per quos,& ad quam vtilitatem iſte liber eſt compoſitus. In quarta parte ibi,igitur declarat ex qua materia iſte liber ſit compilatus, adiũgens cauſam formalem à forma tractatus. In quinta parte ibi,ſumma prouocat auditores ad diligenter ſtudendum, ſubiungens cauſam finalem huius ſcientiæ. ¶ Prima pars,ſcilicet §.Imperatoriam maieſta-
18 tem,ſummatur ſic: Princeps †populi,debet armis & legibus gubernare.Sed intellectus textus eſt iſte,quòd Imperatoriam maieſtatem non ſolùm oportet armis decorari, ſed etiam legibus armari, quia eſt duplex tempus, ſcilicet pacis & belli. Vt ergo tempore belli hoſtes per arma cõprimantur, & tempore pacis per leges calumniæ compeſcãtur, opus eſt vtriſq;.Et ſic fiet Princeps iuiris religioſiſsimus,& triumphator magnificus. ¶ Notandum †primò,quòd Imperator hîc vtitur fi-
19 gura,†quæ vocatur Antipophoriſmus, per quam reſpondetur tacitæ quæſtioni: Poſſet enim hîc quęri,cur Imperator nõ facit,quod ſuũ eſt ſolùm,quod eſt intendere armis? Reſpondet,Imperatoriam maieſtatem &c. & dicitur Imperatoria maieſtas,id eſt,Imperator in maieſtate,

te,vt C.de legi.& cõsti.prin.l.digna vox. Et simile habetur infrà,qui.
mo.ius patri.potest.soluitur. §.filius.vbi dicitur : Imperatoriam celsi-
tudinem. Ex quo patet,quòd contra Imperatorem committitur cri-
men læsæ maiestatis,vt C.ad l.Iu.maiesta.l.quisquis. ¶ Notandum
20 †secundò, quòd hostes dicuntur, quibus ab Imperatore, vel ab infe-
riori Principe,vel authoritate Imperatoris vel Principis, indictum est
bellum,vel econtrà,vt ff.de capti. & posthmi.reuersis.l.hostes.in tex.
& glo.j §.rursus. de actionibus.l. hostes.ff. de verb. signific.
21 ¶ Notandum † tertiò , quòd leges dicuntur tramites, quia sicut tra-
mes ducit ad locum,sic leges ducunt ad bonum publicum. Vel per tra-
mites intelliguntur pœnæ, quæ per leges infliguntur, vt ff.de pœnis.l.
sexta. §.fina. vt sunt, vitæ amissio, seruitutis impositio, ciuitatis abla-
22 tio , in exilium † missio, quæ est triplex , vt in certo loco , vel extra
certum locum , vel in insulam. Vel per tramites intelliguntur ma-
gistratus seu iudices,qui faciunt leges obseruari. Nihil enim leges pro
dessent,si non essent,qui eas facerent obseruari,vt ff. de origi.iur.l.ij.
23 §.post originem. ¶ Notandum quartò : † Calumniator dicitur ille
qui falsa crimina intendit, vt ff. ad Turpillia.l.j. & ff. de his, qui no-
24 tan. infamia.l. athletas. §. calumniator. † Sed præuaricator est , qui
crimina occultat,& diuersam partem adiuuat prodita causa sua. Nam
25 qui præuaricatur,ex vtraq; parte consistit,quinimo ex aduerso. † Sed
tergiuersator est,qui fraudulenter ab accusatione recedit,vt dicta l.j.
ff.ad Turpillia. Et punitur calumniator in criminibus ordinarijs &
extraordinarijs,ad similitudinem supplicij,vt C.de accusat.l.fin. Sed
in ciuilibus punitur modò pœna pecuniaria, nunc infamiæ,nota nunc
sacramento calumniæ, vt infrà de pœnis temerè litigantium. per to-
26 tum.& C.de iudicijs l.properandum. ¶ Notandum † quintò,& fina-
liter, quòd à legibus dicitur aliquis religiosus,quia leges sunt sacræ,vt
C.de legi.& consti.princi.l.leges. Et habent se ista per ordinem,ar-
ma, vsus armorum, victoria, & triumphus, leges,vsus legum,calum-
niæ expulsio,& religio iuris. ¶ Opponitur primò contra prædicta,
& videtur,quòd sit inconueniens locutio,qua dicitur , quòd oportet
Imperatoriam maiestatem legibus armari,& armis decorari, quia po
tius videtur contrario modo dicendum. Solutio. Hoc dicitur con-
gruè ad denotandum, quòd arma & leges seinuicem indigent, vt C.
de nouo Codice confirmando.in princip. & ex illo practicatur l. qui
restituere.ff.de rei vendica.vel dicitur, quòd leges cõparantur armis,
quia iuristæ boni non minus proficiunt reipublicæ suis consilijs, quàm
milites per arma suis vulneribus , vt C. de aduocatis diuers. iudic.l.
aduocati. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd inconuenienter
dicitur , quòd principes debent armari legibus, quia militarium est,
arma

arma ſcire, vt C. de iure deliberandi. l. ſancimus. Quanuis militares & principes nõ debeãt iura naturalia ignorare. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. Solutio. Iſtud oportet refertur ad arma & ad leges. Prout refert ad arma, ponit̃ propriè, ſed prout refertur ad leges, ponitur, pro decet.

§. Quorum utranq; uiam.

1 *Iura uigilantibus ſubueniunt.*
2 *Prouidentia, eſt futurorum.*
3 *Barbari, qui dicantur.*
4 *Iuſtinianus quas prouincias receperit.*
5 *Imperator, eſt dominus mundi. & nu. 8.*
6 *Iuſtinianus Codicem, & librum Digeſtorum compoſuit.*
7 *Promulgare, & componere, quid differant.*

Summatur ſic: Quidam populi arma domini Iuſtiniani experti ſunt, & omnes populi legibus ſuis reguntur. Hoc dicit. & eſt intellectus textus iſte: Quia prius dictum eſt, quòd oportet Imperatorem vti armis & legibus, ſubiungit dominus Iuſtinianus, quòd ipſe vtranq; viam, ſcilicet armororum & legum, annuente Deo perfecit. Declarat primò de armis, dicens, quòd barbaricæ gentes cognoſcunt labores ſuos bellicos, & Aphrica, & aliæ prouinciæ victorijs ſuis de cœlo præſtitis, imperio Romano iterum additæ, proteſtantur. Declarat de legibus, & omnes populi legibus ſuis reguntur, quia cõſtitutiones ſacras anteà confuſas in lucul?tam conſonantiam erexit, & deinde ad immenſa veteris prudentiæ volumina curam extendit, & opus deſpera-
1 tum adimpleuit. ¶ Notandum † primò, quia dicit in ſummis vigilijs, quòd iura ſcripta ſunt vigilantibus, & cum vigilijs & laboribus addi-
2 ſcuntur, vt ff. de his qui in frau. credito. l. pupillus. ¶ Notandum † ſecundò, ibi, prouidentia, quòd ſicut memoria eſt præteritorum, ſcientia præſentium, ſic prouidentia eſt futurorum.
3 ¶ Notandum † tertiò, ibi, barbaricæ, quòd barbari dicuntur, qui ſunt extra Romanum imperium. ff. de verbo. ſignifica. l. hoſtes.
4 ¶ Notandum † quartò, quòd Aphrica & aliæ prouinciæ prius erant ſub Romano Imperio, ſed per Vandalos fuerunt abſtractæ, qui Romam deſtruxerunt, & ornamenta ad Aphricam detulerunt. Sed dominus Iuſtinianus noſter poſt centum & quinque annos, iterum reduxit eas ad Romanum Imperium, vt dicitur in textu, & C. de offic. præfect. præto. Aphricæ. l prima.
5 ¶ Notandum quintò. † quòd omnes populi debent ſeruare leges Imperatoris, quia ipſe eſt dominus mundi, vt dictum eſt in rubrica. Et dominus Saluator noſter idcirco ſe ſubiectum Imperatori apparere

voluit

voluit, cùm ad eius descriptionem tractus est ad locum natiuitatis, vt Lucæ ij. Exijt edictum à Cæsare Augusto. Et didragma, quod est duplex denarius, tributi pro se & pro Petro per ipsum Petrum iussit solui Imperatori. Matth. xvij. & xxiij. quæstione viij. c. tributum. Et ideò dicit Barto. quòd ille videtur hæreticus, qui dicit Imperatorem non esse dominum mundi. in l. hostes. ff. de capti. & postli.
6 reuersis. ¶ Notandum † vltimò, quòd Iustinianus ex codicibus Gregoriano, Theodosiano, & Hermogeniano, fecit vnum Codicem, quem non habemus, de quo intelligitur luculenta consonantia in text. Et post hoc ex trecentis millibus versuum, & duobus millibus librorum continentium senatusconsulta, prætorum edicta, prudentum responsa, valde confuse composuit librum Digestorum. Et hoc intelligitur opus desperatum vel relictum, quia Constantinus tentarit hoc facere, sed non potuit.

¶ Opponitur contra prædicta, primò sic, & videtur superfluitas in textu cum dicitur: Vigilijs & prouidentia, quæ videntur idem significare. Similiter posteà, cum dicitur: promulgatis & compositis. Solutio. Vigiliæ referuntur ad leges, vt dictum est in primo notabili, & prouidentia refertur ad arma. Nam in rebus bellicis sæpe plus
7 valet prouidentia, quàm fortitudo. Differunt † etiam promulgare & componere, quia promulgare est æquitatem naturæ occultam iuris laqueis enodare, sed componere est diffusè promulgata ad ordinem
8 compendiosè redigere. ¶ Opponitur † secundò sic: & videtur, quòd non omnes populi reguntur legibus Imperatoris, quia etiam reguntur multi statutis suis municipalibus. Solutio. Statuta municipalia & consuetudines, habent robur ex legibus imperialibus, de quibus tamen statutis sciendum, quòd si non subditi in loco statutorum contrahant, vel quasi contrahant, obligantur, vt ff. de instito. actio. l. si pupillus. §. perscribere. Et si delinquant, scientes statuta, etiam obligantur, vt C. vbi de cri. agi opor. l. j. Et si ignorant, etiã obligantur, si statuta cõtineant vtilitatẽ reipub. vt ff. de offi. præfec. vrbis. l. j. §. cura carnis.

§. Cumq;.

1 *Iustinianus tribus causis motus est ad compositione in Institutionum.*
2 *Fabulæ.*
3 *Negationes duæ, affirmationem unam constituunt.*
4 *Natalium ingennorium quinq; sunt ordines.*
5 *Consiliarij Principum, quales esse debeant. Item & Doctores.*
6 *Argumẽtũ ex præteritis ad futurũ, itẽ à præsenti ad præteritũ an ualeat.*
7 *Institutiones, cur dicantur legum cunabula.*
8 *Legum conditores, quos rerum euentus considerare debeant.*

Magistri

9 *Magistri qui dicantur.*
10 *Quæstor capitur tripliciter. & an sit illustris.*
11 *Antecessor, tripliciter accipitur.*
12 *Argumentorum usus.*
13 *Suasio, quomodo accipiatur.*

Summatur sic: Istis peractis, dominus Iustinianus mandauit tribus viris componere istum librum, ad vtilitatem iuuenum studentium. Et intellectus tex. est iste, quòd dominus Iustinianus istis peractis cõmisit tribus viris illustribus, quorum solertiam, scientiam, & diligentiam expertus fuerat, vt cõponerent sua authoritate librum Institutionum, vt iuuenes addiscerẽt leges, non ex fabulis antiquorum, sed appeterent eas à splendore imperiali, in quo quidem libro nihil inutile, vel perperam reperitur, in quo etiã studentes plus poterunt proficere in primordio, id est, primo anno, quàm prius in quadriennio. & vt sic initium & finis legum eruditionis, à principali voce, hoc est, ab Imperatore
1 procedat. ¶ Notandum † primò, quòd hîc tanguntur tres causæ efficiẽtes & finales huius libri. Prima efficiens est Deus. Secũda, est Iustinianus. Tertia, sunt tres viri illustres. Prima finalis tangitur ibi, vt liceat, vbi dicitur, quòd iste liber cõpositus est, vt iuuenes non à fabulis, sed ab Im-
2 peratore recipiant leges. & sunt fabulæ † secundum Tullium, quæ nec vera nec verisimilia continent. Secunda finalis tangitur ibi, & vt tam aures, vbi dicitur, quòd nihil inutile continetur in isto libro. Tertia finalis tangitur ibi, & quod in priori tẽpore, vbi dicitur, quòd per istum
3 librum iuuenes multũ proficient in iure. ¶ Notãdum † secundò, quòd duæ negationes faciunt vnam affirmationem, vt ff. de verbo. signi. l. ex duobus. Sed tres negationes faciunt negationem. Vnde datur regula, quòd negationes in numero pari, faciunt affirmationem, sed in numero impari, faciunt negationem, vt ff. de seruis fugitiuis. lege prima.
4 ¶ Notandum tertiò, quòd † quinq; sunt ordines natalium ingenuorũ. Primi vocantur superillustres, vt Papa, Imperator, & Reges. Secundi vocãtur illustres, vt quondã præfectus vrbis, Proconsul, & modò Duces, & in statu Ecclesiastico, Cardinales. Tertij vocãtur spectabiles, vt quondam Prætor, Præfectus vigilum, & modò Comites, & Marchiones, & in statu Ecclesiastico, Archiepiscopi, & Episcopi. Quarti vocantur clarissimi, vt quondam Præsides prouinciarum, modò Barones, & magni Militares, & in statu Ecclesiastico, Præpositi, & Decani. Quinti vocãtur minimi iudices, vt quondam Magistratus, modò Burgimagistri, Scabini, & in statu Ecclesiastico, Pastores, vt elicitur in Authentico, vt ab illustri. & qui super eam dignita. sunt. in princi. colla. vi. Et in Authen. de appel. §. illud etiam. colla. iiij.

¶ Notan

5 ¶Notandum † quartò, quòd consiliarij principum debent esse experti in scientia, & probati moribus in vita. Similiter & Doctores, qui debent habere peritiam docendi, facundiam dicendi, subtilitatem interpretandi, & copiam discernendi, vt C. de profess. qui in vrbe Constantino. docentes ex lege meruerunt comitiuam. l. vnica. ¶ Notan-
6 dum † quintò, quòd ex præteritis arguitur ad futurum, vt l. non omnes. ff. de re mili. & c. ex studijs. extrà de præsumpt. Similiter arguitur à præsenti ad præteritum, vt C. ad legem Iuliam de adulte. l. si hi
7 qui. ¶ Notandum sextò, † quòd Institutiones contentę in hoc libro, dicuntur legum cunabula, quia sicut pueri primò quiescunt in cunabulis, sicut studentes in iure debent primò laborare & insistere, vt intelligant istum librum, vt ff. de offi. pręfec. præto. l. j. §. his cunabulis.
8 ¶ Notandum † septimò, quòd conditores legum considerant casus qui solent accidere, & non ea, quæ nunquàm accidunt, vt in Authen. vt sine prohibitio. matres. §. quia verò. colla. vij. & ff. de legi. & senatusconsul. l. iura. & l. sequen. ¶ Notandum octauò, quod ista scientia habet initium & finem, quod in multis alij s scientijs non est sic, vt
9 in proœmio Digestorum. sed quia. ¶ Notandũ † finaliter, quòd etiã Doctores iuris possunt vocari Magistri, vt colligitur ex prima proposi. & ex textu. Sed Ioã. And. in cle. vnica. de Magistris. dicit, quòd solùm artium & sacræ Theologiæ Doctores, dici debent Magistri, addens: quod doctores in iure non debent dici Magistri, sed habetur hîc expressè, quòd sic, quia dicitur in §. cúmq; Triboniano viro ma-
10 gnifico Magistro. ¶ Arguitur primò sic: † & videtur, quòd non bene dicitur in tex. exquæstori, quia tale officium non reperitur in iure. Solutio. Exquæstor ponitur hîc pro quæstore. Sed tunc replicatur, quia quæstor non est illustris necessariò, sed iste dicitur illustris. Solutio. Quęstor capitur tripliciter. Vno modo, pro eo, qui colligit tributa. Secundo modo, pro eo, qui præest decisioni causarum. Tertio modo, pro eo, qui legit libros principales coram Imperatore, qui dictus erat alio nomine, candidatus principis, tunc dicitur, quòd quęstor primo modo non necessariò est illustris, sed duobus alijs modis communiter est illustris, vt colligitur ff. de offi. quæsto. l. j. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quod non bene dicatur in text. Antecessoribus nostris, quia isti non antecedebant Imperatorem. Solutio. Ante-
11 cessor † dicitur aliquis tripliciter, scilicet dignitate, ætate, & scientia. Licet ergo isti non antecedebant dignitate, tamen antecedebant ætate & sciẽtia. Vel dicuntur antecessores, quia fuerũt cum prioribus Im-
12 peratoribus. ¶ Opponitur † tertiò, & videtur quòd non conuenienter dicitur Argumentis in textu, quia per argumenta habetur opinio. & non propriè certitudo. Solutio. Argumenta intelliguntur hîc, ope-

ra quæ probant hominem, vt in authen.de Monachis. §.sancimus. coll.j. quomodo etiam probamus sacerdotem fornicarium notoriũ, per argumenta gradientia super terram, id est per proles, quæ sunt
13 effectus ostendentes eum non continentem. ¶ Opponitur † vltimò & videtur, quòd non bene dicatur in textu suasionibus, quia suasio sonat in malum. ff. de seruo corrupto. l. ij. §. persuadere. Solutio. Suasio sumitur hîc, vt nominat suggestionem in bonum.

§. *Igitur post libros.*

1 *Institutionum liber ante Codicem fuit compilatus, statim post Digesta.*
2 *Digesta unde dicantur.*
3 *Diuisionis usus.*
4 *Institutiones sunt iurium principia.*
5 *Leges aliquando per contrariam consuetudinem abrogantur.*
6 *Iura quæ frequenter accidunt considerant.*

Summatur sic: Post libros Digestorum, factus est & diuisus in quatuor libros iste liber Institutionum. hoc dicit. Sed intellectus textus est iste: Post libros Digestorũ seu Pandectarum quinquaginta, quos Iustinianus per eundem Tribonianum & cæteros viros illustres confecit, iussit istum librum compositum ex antiquis Institutionibus, & commentis super eis factis, & præcipuè ex commento Caij, & ex libro rerum quotidianarum, diuidi in quatuor libros ad modum quatuor elementorum. quem quidem librum cùm dicti iuri domino Iustiniano obtulerunt, legit, & imperiali authoritate approbauit.
1 ¶ Notandum † primò, quòd iste liber Institutionum factus est statim post librum Digestorum, & ante Codicem, vt satis clarè patet hîc, & probatur etiam, quia in isto libro annus vtilis obtinet in restitutionibus minorum & maiorum, vt infrà de actio. §. rursus. qui non obtinet secundum librum Codicis, vt C. de tempo. in integ. restitu. si. etiam in libro Codicis, fit mentio de hoc libro, vt C. de emenda.
2 noui Codicis, in principio. ¶ Notandum † secundò, quòd Digesta dicuntur, quia in eis decidẽda digeruntur, & vocãtur Pandectę, à πᾶν, quod est totum, & δίκτειν, doctrina, quia continent Digesta totam doctrinam iuris, vt colligitur C. de vete. iure enucleando. l. secunda.
3 da. ¶ Notandum tertiò, quòd † diuisio vtilis est intellectui. ff. de verbo. significa. l. ij. §. quibuscunque. Nam diuisio animum legentis incitat, mentem addiscentis præparat, & memoriam informat,
4 vt infrà de legatis. §. sed non vsque. ¶ Notandum † quartò, quòd sicut elementa sunt principia omnium corruptibilium & generabilium, sic isti quatuor libri Institutionum omnium iurium. ¶ Notandum

5 dum quintò, † quòd leges interdum per contrariam consuetudinem abrogantur, & iterum assumuntur, & vires recipiunt. ff. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. Et habetur exemplum C. de iudicijs. l. rem non nouam.
6 ¶ Notandum † vltimò, quòd antiqui habebant librum quotidianarum rerum, in quibus singulis diebus continebantur gerẽda per eos & qualiter iudicarent. Ex quo patet, quòd iura considerant ea, quæ frequenter eueniunt, vt ff. de legi. & senatusconsul. l. nam ad ea. Opponitur sic, Et videtur, quòd in textu incõuenienter dicitur, iussimus partiri, quia apparet quòd diuisio præcederet compositionem, quod est impossibile. Solutio. Textus debet intelligi per implicationem, vt scilicet iussit librum fieri, & posteà diuidi.

§. Summa itaq; ope.

1 *Studentes mores non minus, quàm scientiã expetere debent, & excolere.*
2 *Reipubl. partes quæ sint.*

Studentes debent recipere istum librum, vt idonei fiant ad regendum rempublicam. sed intellectus textus est iste: Summa itaque ope, & alacri studio, vos studentes scilicet, suscipite has nostras leges, vt vosmetipsos in illis sic eruditos ostẽdatis, vt legitimo opere perfecto nostram rempublicam in partibus vobis credendam gubernare va-
1 leatis. ¶ Notandum † primò, quòd studẽtes non solùm debent proficere in scientia, sed etiam in moribus: quæ plus valent, quàm diui-
2 tiæ. ff. de tutori. & curat. datis ab his. l. scire oportet. in fine. ¶ † Notãdum secundò, quòd partes reipublicæ sunt, Præfectura, prætura, Consulatus & similes, de quibus ff. de offic. iudi. & C. eodem. per totum. ¶ Opponitur primò sic, Superfluè videtur dici in textu: Summa ope, & alacri studio, quia videntur idem importare. Solutio. Summa ope, intelligitur, quo ad laborem corporalem, quia secundum Pamphilũ, aliâs Horatium, labor improbus omnia vincit. de pœniten. distinc. j. c. importuna. Sed alacri studio, dicitur quo ad affectionem, quæ rei nomen imponit, vt C. ad leg. Cornel. de sicar. l. prima. & ff. de furtis. l. qui iniuriæ. ¶ Opponitur secundò, quia textus videtur hîc ponere causam finalem & inconuenienter, vt videtur. quia illa posita est in §. cúmque. Solutio. Ibi posita est causa finalis huius libri, sed hîc ponitur causa finalis totius scientiæ iuris ciuilis.

*

LIBER PRIMVS.

DE IVSTITIA ET IVRE.

TITVLVS I.

1 *Iustitia, est mater iuris.*
2 *Ius, est minister iustitiæ.*

1 CIRCA hanc rubricam, † notandum, quòd domi nus Iustinianus tractaturus de iure, incipit à iusti tia, quia sicut obligatio est mater actionũ, & ideò doctrina de obligationibus præcedit doctrinam de actionibus, vt infrà patebit. Sic iustitia est ma ter iuris, vt ff. de procurato. l. licet. §. ea obligatio. Capitur tamen tunc iustitia, vt est in habitu, vel in cipit à iustitia, tanquam à principali virtute, vt in Auth. vt omnes obe
2 diant iudi. prouincia. §. j. colla. v. & est † ius tanquam filius vel mini ster iustitiæ, vt ff. de iusti. & iure. l. j. ¶ Opponitur primò contra isti rubricam sic, quòd plus est in rubro, quàm in nigro: quod videtur in conueniens. In nigro enim nihil videtur poni de iure. Solutio. Hoc non habet Iurisconsultus pro inconuenienti, & simile habetur C. de relig. & ludo aleæ. quia in nigro non habetur de ludo aleæ, vt potest dici, quòd hîc in nigro etiam tractatur de iure, ibi scilicet iu ris præcepta.

§. Iustitia, est constans.

1 *Iustitia, quid. uariè.*
2 *Iustitia diuina, an conueniat cum humana.*

1 Iste §. † in summario continet diffinitionem iustitiæ, & ideò lo summarij & intellectus textus, ponitur diffinitio iustitiæ, quæ est ist Iustitia, est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuiq; tribu ¶ Notandum primò circa istam diffinitionem, quòd potest intell de iustitia diuina, & tunc intellectus est clarus, vel de iustitia hum na, & quia tunc habet difficultatem, ponit glos. alias diffinitiones iu stitiæ, vna est secundum Tullium: Iustitia, est habitus animi seu m tis, communi vtilitate seruata, suam vnicuique tribuens dignitatem Alia est secundum ipsum Accursium: Iustitia, est congrua animi di spositio, in singulis rebus rectè dijudicans. ¶ Opponitur contra præ dicta, & videtur primò, quod ista diffinitio iustitiæ, nõ conueniat iu stitiæ diuinæ, secundũ quã tantũ datur operario vespertino, quan matutino, & laudatur hoc à iustitia diuina, vt Matt. xxj. ff. de ann. l. l. ij. & ff. de verb. sig. l. ij. & sic non videtur tribuere vnicuiq; ius sui Solutio. Dictum illud Euangelicum parabolicum est, & sic mysti c

eſt ad intelligendum, vt ſcilicet tantum præmiũ recipiat in regno cœlorum benefaciens in fine ſeculorum, ſicut in principio mundi, quia omnes recipient denarium diurnum, eſſentiale præmium. ¶ Oponi
2 tur † ſecundò, & videtur, quòd iſta diffinitio non poteſt congruè intelligi de iuſtitia humana, quia hominis voluntas non eſt conſtans, neque perpetua, ſepties enim in die cadit iuſtus, vt de pœnit. diſt. iij. c. ſepties. & nunquam in eodem ſtatu permanet, nec aliquid eſt in rebus humanis immutabile, vt in Authen. de rebus eccleſiæ non alienã. ſeu permut. §. vt autem. colla. ij. Solutio. Glo. metu huius dicit, quòd abijcienda ſunt illa duo verba, perpetua & conſtans. Sed quia iſta gl. videtur textum deſtruere, ideò aliter dicendum, prout etiam elicitur ex glo. quòd voluntas ponitur hîc pro ratione, quæ eſt perpetua & conſtans, vt C. de interdic. l. j.

§. Iuris prudentia.

1 *Iuris prudentiæ diffinitio, eiusq́ explicatio. nu. 2.*
3 *Iuſtitia, ius, & iuris prudentia, quid differant.*
4 *Diuinorum notitia, an etiam pertineat ad quenque priuatum.*

¶ In iſto etiam §. ſummarium & intellectus textus comprehenduntur
1 tur in diffinitione iuris prudentiæ, quæ eſt: Iuris † prudẽtia, eſt rerum diuinarum atque humanarum notitia: iuſti atque iniuſti ſcientia.
2 ¶ Notandum primò, † quod notitia poteſt hîc intelligi nominatiui caſus, & ſcientia ablatiui, vel econtrà, vt dicit glo. ſed ſi rectè attẽdantur verba ſecundũ veritatẽ, ambo ſunt nominatiui caſus, nec diuerſitatem caſus admittit coniunctio ibi poſita, nec veritas diffinitionis.
3 ¶ Notandum † ſecundò, quód ſic differunt iuſtitia, ius & iuris prudẽtia: quia iuſtitia eſt virtus: ius, eſt executiuũ illius virtutis: & iuris prudentia, eſt ſcientia illius iuris. Vel ſic, Iuſtitia tribuit vnicuique quod ſuum eſt, ius adiuuat, & iuris prudentia docet qualiter hoc eſt faciendum. vel ſic, Iuſtitia eſt ſummum bonum, quia eſt prę clariſsima vir-
4 tutum, ius eſt medium: iuris prudentia infimum. ¶ Opponitur † contra iſtam diffinitionem ſic, quia notitia rerum diuinarum ſpectat ad ſacram Theologiam, ergo non ad iuris prudentiam. Solutio, quod licet perfecta notitia ab homine habenda de rebus diuinis pertineat ad Theologiam, tamen quantum ſufficit bono Chriſtiano pro fide ſua etiam habetur notitia de rebus diuinis in iure, non ſolùm canonico, ſed etiam ciuili, vt C. de ſum. trini. & fi. cath. de ſacroſanct. Eccle. de epiſco. & cleri. & in multis titulis Authenticorum.

§. His igitur.

1 *Iura, quo ordine ſint tradenda.*
2 *Iuuentus, inconſtantia & conſilij imbecillitate laborat.*

3 *Maria, hebræis Haalma.*

1 Summatur sic: Iura † sunt tradenda, procedendo à facilioribus ad difficiliora, hoc dicit, sed intellectus textus est iste: Postquàm positæ sunt diffinitiones dictæ, exponenda sunt iura populi Romani, procedendo primò leui & simplici via, quia si in principio animus infirmus studentium difficultatibus oneraretur, sequeretur alterum duorum inconuenientium: scilicet desertio studiorum, vel cum magno labore & diffidentia, quæ sæpe iuuenes auertit, perueniretur tardius adid
2 ad quod leuiori via fuisset peruentum. ¶ Notandum primò † hîc quòd in iuuenibus est inconstantia & infirmitas animi. ff. de procura. l. in causæ. & in Authen. de mona. §. cogitandum. colla. j. vnde dicit sapiens: Difficilia mihi tria sunt, & quartum penitus ignoro. Primum est, via aquilæ in cœlo. Secundum, via colubri super petrã. Tertium via nauis in medio mari. Quartum, via viri in adolescẽtia. secundum quod communiter exponunt literam Doctores. Et ideò iura dantes in integrum restitutionem, vt infrà de hæredum qualit. & differen. § sciendum. veritas tamen Hebraica habet, secundum Hieronymum & Nicolaum de Lyra, vt manifestũ est: Quartum penitus ignoro viam viri in adolescentulis. Et est vera litera, & exponitur de Christo ad literam, qui fuit vir ab instanti conceptionis, plenus gratia & scientia
3 & illius viri viam in adolescẽtula, id est in beata virgine Maria, † quæ apud Hebræos vocatur Haalma, id est, virgo abscondita & singularis, Salomon penitus ignorauit, quod & Euãgelicus Propheta Esaias ignarus tacuit, dicens, Generationem eius quis enarrabit? Aliâs de nullius viri via potest rationabiliter dici, quòd Salomõ eam penitus ignorauerit, cùm omnium habuerit scientiam. ¶ Opponitur contra prædicta sic: In iure non debet esse superfluitas, per §. quibus. in prin. constitutione Codicis, sed hîc videtur superfluitas, quando dicit tex. leui & simplici. Similiter, diligentissima interpretatione, igitur. &c. Solutio. Leui, refertur ad verba, & simplici, ad sententiam. Similiter diligentissima, refertur ad subtilitatem verborum, & exactissima, ad subtilitatem sententiæ, & sic non est superfluitas.

§. Iuris præcepta.

1 *Iuris præcepta, quæ, & quot sint.*
2 *Iurium potestas, & usus.*
3 *Honestas in quibus consistat.*
4 *Iuris diffinitio, cum diffinito conuertitur.*
5 *Lædentis seipsum pœna.*
6 *Lædit, qui iuuare potest, & non facit.*
7 *Generis cognitio, infert speciei cognitionem.*

Summa

1 Summarium & intellectus textus simul ponuntur sic: † Iuris præcepta sunt: honestè viuere. alterum non lædere, ius suum cuiq; tribuere.
2 ¶ Notandum primò, † quòd hîc ponuntur iuris præcepta, id est, iura quæ præcipiunt. Nam aliqua iura puniunt, & aliqua permittunt, vt ff. de legi. & senatusconsul. l. leges. Aliqua etiam iura consulunt, vt ff. de rei vendi. l. is qui. Aliqua etiam exhortantur, vt C. de transact. l. age.
3 ¶ Notandnm secundò, quòd ista † honestas potest consistere in matrimonio, vt ff. de ritu nupt. l. semper. Potest etiam consistere in moribus, vt ff. de tuto. & curato. dat. ab his. l. scire oportet. §. penul. & vl. vbi dicitur, quòd boni mores plus quàm diuitiæ operantur, vt suprà in
4 §. summa. dictum est. ¶ Notandum tertiò, quòd † ista æquipollent cum diffinitione iuris, quæ sic dari solet: Ius, est ars æqui & boni, qua meritò nos quis sacerdotes appellat. l. j. ff. de iusti. & iure. Nam iuris præcepta tantum valent, sicut ars, quæ est collectio præceptorum: honestè viuere, & alterum non lædere, tantum valent, sicut æqui & boni: & ius suum cuiq; tribuere, tantum valet, sicut qua meritò nos quis sacerdotes appellat, id est, sacra iura administrantes. ¶ Opponitur primò sic: Etiam est præceptum iuris, vt quis non lædat seipsum, quod hîc non ponitur, vt patet ff. de re milita. l. omne delictum. §. qui se. ergo non ponuntur hîc omnia præcepta iuris. Solutio. Verum est,
5 præceptum iuris esse, vt quis se non lædat. Et † ideò dicunt Doctores, quòd si clericus ex proposito læderet seipsum, caderet in canonem, si quis suadente. xvij. q. iiij. Sed istud præceptum continetur hîc sub illo: alterum non lædere, sicut in præceptis legis diuinæ, in dilectione pro-
6 ximi continetur dilectio suijpsius. ¶ Opponitur † secundò, quia non solùm tenemur alterum non lædere, sed etiam iuuare. lxxxvj. distin. c. pasce. Ergo sunt plura præcepta iuris. Solutio. Alterum iuuare cõtinetur, in alterum non lædere, vt allega. distinct. non satis. Qui enim potest adiuuare, & non facit, pro certo lædit. xxiij. q. iij. c. qui potest obuiare. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd ista duo: honestè viuere, & alterum non lædere, continentur in illo, quod est: ius suum vnicuiq; tribuere, vt suprà eodem, in diffinitione iustitiæ. Solut. Regula est, quando genus ponitur cum aliqua sua specie copulatiuè, tũc genus intelligitur poni pro alia specie, aut alijs speciebus ab illa expres-
7 sa. ¶ Nota, † quòd per cognitionem generis deducitur quis bene ad speciem, vt notatur in l. j. ff. si certum petatur.

§. *Huius studij.*

1 *Ius, duplex: publicum, & priuatum.*
2 *Ius publicum, quot & quibus modis dicatur. & nu. 3. 4. 5.*
6 *Ius publicum Romanorum, ex quibus constet.*

7 *Ius priuatum, an contineat ius naturale.*

1 Summarium † & intellectus textus etiam ponuntur ſimul, quia eſt diuiſio. Dicitur enim hîc, quòd duplex eſt ius, ſcilicet publicum & priuatum. Publicum, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat. Priuatum eſt, quod ad ſtatum ſingulorum pertinet. De priuato ergo eſt dicendum quod collectum eſt ex præceptis naturalibus iuris gentium & ciuili-
2 bus. ¶ Notandum primò, † quòd ius publicum dicitur multis modis. Vno modo, quod eſt authoritate pnblica factum, & ſic ius poſitiuum, vel naturale gentium, vel ciuile, vel etiam ſtatuta municipalia, di-
3 cuntur ius publicum. Secundo modo, † illud dicitur eſſe de iure publico, quod eſt ad vſum ſingulorum in tota republica, vt ſunt plateæ, vici, forum, & ſimilia, de quibus ff. ne quid in loco publico. Tertio
4 modo, † quod eſt in dominio reipublicæ, ad vſum ſingulorum in illa republica contentorum, vt ſunt molendina, piſtrina, nemora, vt ff. de
5 contrahen. emptio. l. Celſus. Quarto modo, † dicitur ius publicum, quod eſt ad vtilitatem reipub. ordinatum, & ad ius vniuerſitatis, & ſic dicitur ius publicum Romanorum, quod conſtat ex ſacris, & ex ſacerdotibus, & ex magiſtratibus, vt C. de ſumma trini. & fide cath. l. inter
6 claras. ¶ † Conſtat enim ex ſacris, ſcilicet eccleſiis, monaſterijs, &c. in quibus obtinetur venia peccatorum, vt ff. ne quid in loco publico. Conſtat etiam ex ſacerdotibus, per quos obtinetur venia peccatorum, vt de pœni. diſtinc. vj. c. qui vult confiteri. & c. ſacerdos. Et ideò etiam ſecundum ius ciuile quilibet Chriſtianns tenetur vindicare iniuriam ſacerdotum, vt C. de epiſc. & cle. l. ſi quis in hoc genus. Conſtat etiam ex magiſtratibus, per quos iura conſeruantur. ff. de origi. iuris. l. ij. §
7 poſt origi. ¶ Notandum ſecundò, † quòd ius priuatum in ſuo toto continet ius naturale. Exemplum: vt nemo locupletetur cum alterius iactura, vt ff. de condic. indebi. l. nam natura. continet etiam ius gentium. Exemplum: vt quod quis ob tutelam ſui corporis facit, iure facit, vt ff. de iuſt. & iur. l. iij. cõtinet etiam ius ciuile, vt de vſuca. præſcriptionibus, & alijs, vt infrà patebit de vſucap. Hæc etiam eadem continet ius publicum, & poſſunt poni eadem exempla. ¶ Opponitur primò contra prædicta, & videtur quòd non ſolùm ius publicum Romanum cõſtat ex ſacris &c. quia in alijs locis etiam ſunt iſta. Solutio. Iſta principaliter pertinẽt ad ius Romanum, & in illo iure primò ſunt aſſumpta. vt ff. de origi. iur. l. ij. quamuis etiam in alijs rebus publicis ex conſequenti reperiantur, vt ff. de verborum ſignifica. l. eum qui. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd textus non bene procedat, quia ponitur ius publicum in diuiſione, & de eo non fit mentio in proſecutione. Solutio. Intellecto iure priuato faciliter intelligitur ius publicum, & licet hîc de eo non tractetur, alibi tamen fit mentio de

eo, vt ff. de iure fisc. & C. eodem lib. x. per totum librum, & in duobus libris sequentibus.

DE IVRE NATVRALI, GENTIVM, ET CIVILI.

TITVLVS II.

1 *Diuisio huius tituli in tres partes.*

Continuatur sic: Dictum est suprà titulo proximo. §. fi. quòd ius priuatum tripartitè collectum est, scilicet ex iure naturali, gentium & ciuili. Idcirco nunc tractandum est de isto. Et † diuiditur iste titulus in tres partes: 1
In prima facit quod dictum est. In secunda ibi, constat, ponit aliam diuisionem iuris. In tertia ibi, omne autem ius, ponit tertiam diuisionem. Prima pars subdiuiditur in quatuor. In prima tractatur de iure naturali. In secũda tractatur simul de iure ciuili & gentiũ. De ciuili ibi, Ius autem ciuile. De iure gentium ibi, quod verò. In tertia tractatur de iure ciuili per se, ibi, sed ius. In quarta de iure gentium per se, ibi, Ius autem gentium.

§. *Ius naturale.*

1 *Ius naturale, quid.*
2 *Coniugium, à iure naturali manauit. limit. & nu. seq.*
4 *Pater tenetur de iure naturali alere filium, etiam naturalem. Et quid de filijs in parentes? nume. 5.*
6 *Ius naturale, uariè accipitur.*
7 *Cœlum, quomodo accipiatur in textu.*
8 *Coniunctio masculi & fœminæ, est duplex.*

1 Summatur sic: Id, quod † natura omnia animalia docuit, dicitur ius naturale. Intellectus textus est iste: Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit, & non solùm conuenit homini, sed omnibus
2 animalibus nascentibus in cœlo, in terra, & in mari. † Et ex isto iure descendit maris & fœminæ coniugatio, quod matrimonium appellatur, prolium procreatio & educatio. ¶ Notandum primò, quòd conuenientius intelligitur, naturam hîc poni pro natura naturata, quàm
3 pro naturante, quæ est ipse Deus. ¶ Notandum secundò, † quòd matrimonium originaliter est de iure naturali, sed propter banna est de iure gentium, sed quo ad solennitatem & aliquam formalitatem, est de iure ciuili. Quòd enim inter aliquas personas prohibetur matrimonium, vt infrà de nuptijs. & ff. de ritu nupt. per totum. est de iure ciuili.
4 ¶ Notandum tertiò, † quòd pater de iure naturali, debet nutrire filiũ suum, vt hîc, & ff. vnde liberi. l. scrip. hęred. Et non solùm filium legi-

timum,sed etiam naturalem,vt ff.de agnoscen libe. l.si quis. §. sed si
5 filius. Sic†etiam filij tenentur nutrire parentes in necessitate,vt eadem l.& ff.fami. ercifcun.l.si filias. Sed non tenetur pater nutrire filium spurium, vt in Authen.quib.mo.natur.efficiuntur legitimi. §.j.colla.vij. & hoc iure ciuili. Iure tamen canonico tenetur,vt in c.cùm haberet. extrà de eo,qui duxit in matrimo. quam polluit per adulterium. Mater etiam tenetur nutrire filium primo triennio, etiam vulgò conceptum,vt C. de pat.pote.l. nec filium. ¶ Contra prædicta opponitur primò sic: Quia in prima dist.decreti,ius naturale definitur sic, quòd in Lege & in Euangelio continetur, ergo non bene definitur hîc.
6 Solutio. †Ius naturale accipitur multis modis: Vno modo, pro iure gentium,vt infrà de rerum diuisi. §.singulorum. Secundo modo, pro iure pactorum,& sic pro iure prætorio,vt ff.de pac. l. j. Tertio modo,pro iure contrario iuri pactorum,scilicet quo pacta rescinduntur, vt ff.de mino.l.j. Quarto modo, pro iure quod est ex instinctu naturæ,& ita capitur hîc. Quinto, pro eo,quod est de dictamine ratio-
7 nis, & sic capitur in opposito siue obiecto. ¶ Opponitur †secundò: nullum animal generatur in cœlo, ergo hoc inconuenienter dicitur in textu. Solutio. Cœlum capitur hîc pro aëre,& sic aues habitantes in arboribus, dicuntur nasci in cœlo, vt infrà de rerum diuisio. §. apium. Ex quo patet secundum aliquos Doctores, quòd si aliquis bannitus extra territorium, reperiretur in arbore, non posset apprehendi vt bannitus. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd coniunctio maris & fœminæ non sit de iure naturali, quia illa interdum est illicita, vt
8 fornicaria,sed ius est æqui & boni. Solutio. Duplex †est coniunctio maris & fœminæ,scilicet corporum & animorum. Coniunctio corporum est de iure naturali.capiendo ius naturale quarto modo, & habet illicitatem non ab illo iure, sed de iure naturali quinto modo, & ex illo eodem modo quinto iure dicto, est coniunctio animorũ, quæ vocatur matrimonium,vt ff.de regu.iuris.l.nuptiæ.

§. *Ius autem ciuile.*

1 *Ius ciuile,quid. Et quot modis dicatur. nume.3.*
2 *Populi diuersitas,uarium inducit regimen.*
4 *Tutela,est de iure gentium,& ciuili,& id uariè.*

1 Summatur sic: †Ius ciuile est, quod quælibet ciuitas sibi constituit. Intellectus textus est iste, quòd ius ciuile aut gentium sic diuiditur. Nam populi,qui legibus & moribus reguntur,partim suo proprio, & partim communi iure omnium hominum vtuntur. Nam vnaquæque ciuitas constituit sibi ius,& hoc vocatur ius ciuile, quasi ius proprium
2 ciuitatis. ¶ Notandum †primò,circa istum textum,quòd quidam populi

puli reguntur moribus & nõ legibus,quidam legibus & moribus,quidam nec legibus nec moribus, vt homines ſylueſtres. ¶ Opponitur contra textum,quia ius ciuile dicitur lex xij. tabularum, vt ff. de iuſti.& iure.l.ius autem ciuile. §.hoc igitur. Ergo non eſt ius ciuitatis.
3 Solutio. † Ius ciuile dicitur multis modis.Vno modo, ſtatuta municipalia,dicuntur ius ciuile,vt C.de emancipa.libe.l.j.Secundo modo, dicitur ius ciuile,lex xij.tabularum,vt in argumento. Tertio modo, dicitur ius ciuile,omne ius non prætorium,vt ff. de iuſti.& iure. l.ius autem ciuile. §.ius prætorium.Quarto modo,dicitur diſputatio prudentum,quæ fuit facta ſuper legem xij. tabularum,vt ff. de orig. iur. l.ij. §.ea diſputatio. Quinto modo,capitur pro omni iure ſcripto, vt ff.de varijs & extraordina.cogni.l.j.in §. eſt autem res ſanctiſsima. Sexto modo,dicitur ius ciuile,quod additur iuri naturali, vt ſolennitas,vel formalitas matrimonij,vel quod abſtrahitur iuri naturali, vt
4 in vſucapione,vel etiam quod additur iuri gentium, vt tutela,† quæ inuentione & origine eſt de iure gentium,ſed approbatione eſt de iure ciuili,vel etiam quod abſtrahitur iuri gentium, vt reſtrictio poteſtatis dominicæ ſuper ſeruos, vt infrà de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. §.ſed hoc tempore.

§. *Quod uerò natura.*

1 *Ius gentium,manat à dictamine rationis naturalis.*
2 *Parentibus parêre,& patriam tueri, ſunt de iure gentium.Item,pacta & conuentiones.*
3 *Populum quot homines faciant: quot collegium: quot turbam. Item,quot porci aut oues gregem.*
4 *Dominia qualiter,& quo iure acquirantur.remiſsiuè.*
5 *Ius populi Rom.eſt duplex.*

Poteſt ſic ſummari: Ius gentium eſt à dictamine rationis naturalis. Et intellectus textus eſt iſte,quòd illud, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit,id apud omnes gentes æqualiter ſeruatur, & vocatur ius gentium, ſic populus Romanus partim ſuo iure proprio,& partim communi iure omnium vtitur. Et hæc qualia ſint.in-
1 frà ſuis locis dicetur. ¶ † Notandum primò,quòd ius gentium eſt de dictamine naturalis rationis, & ſic ſæpe vocatur ius naturale, vt hîc. & infrà §.vltimo.eo.titu. Et ideò ibi dicitur.iſtud ius eſt immutabile,
2 & per hoc intelligitur glo.ſuper verbo naturale. ¶ † Notandũ ſecundò,quòd religio diuina.parêre parentibus,& patriæ repellere violentias,ſunt de iure gentium,vt ff.de iuſti.& iure.l.j.in fine. De hoc iure etiam ſunt pacta,& conuentiones,vt ſtatim patebit. §.ius autem gentium.eo.tit.Et per hoc intelligitur glo.ſuper verbo,vtuntur. ¶ Notandum

3 tandum †tertiò, circa verbum populus, quòd decem homines faciunt populum, duo congregationem, tres collegium, xv. turbam, sed quin que porci, vel decem oues faciunt gregem, vt vult Barto. in l. prætor. ff. vi bono. raptorum. & in glo. in. c. j de elec. lib. vj. ¶ Notandum fi-
4 naliter, † circa glo. verbi, quæ singula: quòd ista dicentur infrà de rerum diuisione. §. singulorum. vbi declaratur, qualiter dominia acquiruntur iure gentium, & infrà de vsucap. & titu. sequen. qualiter dominia acquiruntur iure ciuili, vel etiam iure gentium, dicetur infrà §. vltimo. eo. titu. vbi dicitur, quòd alterum scilicet ius gentium, est immutabile, & alterum, scilicet ius ciuile, est mutabile, & sic intelligitur illa gloss. quæ satis confusè est posita super verbo, quæ singula. & super
5 verbo. proponemus. ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd populus Romanus non vtitur iure proprio. sicut dicitur in textu. quia ius populi Romani est lex, vt infrà patebit eodem titulo. §. lex. Sed lex est communis. Solutio. Duplex est ius populi Romani. Quoddam, quod constitutum est pro populo in vrbe Romana tantùm, & hoc dicitur ius populi Romani proprium. Aliud est, quod est constitutum pro omni populo sub Romano imperio, & sic dicitur ius populi Romani commune, & per hoc intelligitur gloss. super verbo suo.

§. Sed ius quidem.

1 *Ius, simpliciter positum, de quo intelligatur.*
2 *Atheniensium ius, per quos fuerit compositum.*
3 *Legatum factum ecclesiæ, de qua in dubio intelligatur.*
4 *Romani, unde dicti: item unde Quirites.*

Summatur sic: A qualibet ciuitate capit denominationem suam Ius ciuile. Et intellectus textus est iste: quòd ius ciuile appellatur à ciuitate, vbi componitur, vt ius Atheniensium, vocatur cõpositum per Solonem vel Draconem. Et sic ius quo populus Romanus vtitur, vocatur ius Romanum, vel ius Quiritum: Romani enim appellantur à Romulo, de quo in c. Moses. in gloss. distinctione vij. habetur quòd paucas leges dedit Romanis, vt ff. de orig. iur. l. ij. & ergo Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus Romanis leges dedit, licet à
1 Romulo nomẽ habeant, sicut Quirites dicuntur à Quirino. † Quando tamen ius ponitur sine expressione ciuitatis, cuius est, intelligitur ius Romanum, sicut quãdo dicitur poëta, intelligitur Homerus, apud
2 Græcos, apud nos Vergilius. ¶ Notandum primò, † quòd per Solonem & Draconem statuta Atheniensium sunt composita, & per ipsos Athenienses approbata, & vocantur ius ciuile Atheniensium. Sunt ergo hæc nomina componentium tale ius, & sic intelligitur gloss. super verbo,

3 verbo, Solonis. ¶ Notandum secundò, † quòd ex isto textu colligitur tritum prouerbium rationalium philosophorum, scilicet quòd analogum stat pro significato suo famosiori, vt hîc exemplificatur, & eodem modo, cùm dicitur Apostolus, intelligitur Paulus: cùm dicitur Sapiens, intelligitur Salomon: cùm dicitur Philosophus, intelligitur Aristoteles. Et ex isto patet, quòd si legatum sit ecclesiæ aliquid sine specificatione, intelligitur de ecclesia principaliori, vt metropolitana, vel cathedrali. infrà de actio. §. item mista. Inde etiam est, quòd iuxta stylum curiæ Romanæ impetrantes beneficia, in ecclesijs præfatis nō specificant dicendo in ecclesia sancti Petri, vel Pauli. Hæc Ioan. Fabri.

4 ¶ Opponitur, † Romani & Quirites idem sunt, ergo hîc est superfluitas. Solutio. Alia & alia ratione dicuntur Romani, & Quirites. dicuntur enim à Romulo eorum primo rege Romani, vt dictum fuit in declaratione textus. Et à Quirino Quirites, qui sic dictus est, quia vsus est Quirite, id est hasta in bello.

§. Ius autem gentium.

1 *Bella, captiuitates, & seruitutes, item omnes penè contractus, à iure gentiū prodierunt. limit. nume. 10.*
2 *Ius gentium primæuum, quid. Item, quid secundarium. nu. 3.*
4 *Obligationes, unde processerint.*
5 *Bellum, est duplex. & nu. 7.*
6 *Moderamen inculpatæ tutelæ, quæ & quot requirat.*
8 *Homines, an serui, an liberi nascantur.*
9 *Seruitus unde introducta.*

1 Summatur sic: A † iure gentium processerunt bella, captiuitates, & seruitutes, & penè omnes contractus. Et intellectus text. est iste: quòd ius gentium est commune omni generi humano, id est, omni homini, quia vsu exigente & necessitate gentes in principio inceperunt aliqua iura constituere, & ex isto orta sunt bella, captiuitates, &c. quæ sunt contraria iuri naturali. Ex isto etiam introducti sunt penè omnes contractus, vt emptio, venditio, locatio, conductio, societas, depositum, mutuum, & alij contractus, præter quatuor, de quibus mox infrà in vl
2 ti. oppo. ¶ Notandum primò, † quòd gentes in principio seruabant ea, quæ erant de dictamine rationis, vt sibi inuicem fidem & pacta, sine cōstitutione alicuius iuris, & hoc vocatur ius gentium primæuum.
3 Deinde † postquàm distincta sunt dominia, & factæ sunt appropriationes, inceperunt aliquas constitutiones facere, quas seruabant pro iure. vt quòd vnus non ingrederetur vineam alterius, nec rem alterius occuparet. Et hoc dicitur ius gentium secundarium, de quo ff. de iu-
4 sti. & iure. l. ex hoc iure. ¶ Notandum secundò, quòd † dicitur notanter,

ter, quòd ex isto iure processerunt contractus, & non obligationes, quia obligationes ex maleficio, vel quasi procedunt ex lege xij tabularum & alijs legibus, vt in fi. glo. vlti. ¶ Opponitur primò sic, & videtur quòd inconuenienter dicitur in textu, omni generi humano, quia non est nisi vnum genus humanum. Solutio. Genus humanum ponitur hîc pro homine, & sic intelligitur glo. in verbo, omni. ¶ Op-
5 ponitur † secūdò, & videtur, quòd bellum nō sit de iure gentium, quia videtur esse contra ius, vt ff. de vsufruc. l. æquissimum. Solutio. Duplex est bellum. Nam quoddam est iniustum, & hoc non est de iure gentium. Quoddam autem est iustum, quod cōtingit diuersis modis. Primò, propter repulsionem violentię, vt ff. de iustitia & iure. l. vim.
6 & ff. de vi & vi arma. l. j. §. vim vi. quod tamen fieri † debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, ad quod tria requiruntur. Primò, armorū æqualitas: Non enim debeo inuadentem me cum pugno, percutere gladio. Secundò, temporis congruitas: non enim debeo isto iure verberantem me hodie, cras verberare. Tertiò, requiritur ineuitabilis necessitas: Si enim salua honestate personæ meæ possum fugere, non
7 debeo inuadentem me percutere. C. vnde vi. l. j. Secundò, bellum † est iustum, quando est indictum à Principe, vel eius authoritate. vt ff. de capti. & postli. reuers. l. hostes. Tertio modo, contra depopulatores agrorum, vt C. quando licet sine iudice se vindicare. l. vnica. Quarto contra debitorem fugientem, si iudex non sit præsens, vt ff de his qui
8 in fraudem credi. l. ait prætor. §. debitorem. ¶ † Opponitur tertiò, & videtur, quòd omnes homines nascantur liberi hodie, sicut olim, ergo non conuenienter dicitur in textu: ab initio. Solutio. Verum est, quòd omnes homines modò iure naturali liberi nascuntur, sed iure gentium, quo dominium est introductum, aliqui nascuntur serui, vt infrà patebit, de iure personarum. in §. serui. & ff. de nata. restitu. l. in-
9 terdum. Sed replicatur, † quia seruitus dicitur introducta per ebrietatem, vt in c. sexto die. xxxv. distinct. ergo non iure gentium. Solutio. c. illud. sexto die. debet intelligi, quòd seruitus est introducta per ebrietatem inuētione. Dicitur enim ibi, quòd antè, quàm erat vinum, omnium erat vna libertas. Sed dicitur esse de iure gentium hîc appro-
10 batione. ¶ Opponitur quartò, † & videtur, quòd non omnes contractus sunt de iure gentium, quia stipulatio est contractus, & non est de illo iure, vt infrà de actio. §. de constituta. Solutio. Dicendum, quòd textus soluit istam oppositionem, cùm dicit penè. Nam stipulatio, vt dictum est, non est de iure gentium, sed de iure ciuili, sic nec etiam contractus emphyteoticus, vt infrà locati. §. adeò. Sic etiam nec contractus de literarum obligationibus, vt infrà eodem titulo. per totum. sic nec contractus sponsalitiæ largitatis, id est, do-

nationis

nationis propter nuptias, vt in Authentic. vt ſponſali.largit. §. primo.collatione ix. Et ex iſto intelliguntur gloſſ.ſuper verbo, initio, & verbo, penè.

§. Conſtat.

1 *Diuiſio huius §. in tres partes.*
2 *Ius omne, aut ſcriptum, aut non ſcriptum.*

Non ſummatur, quia procedit diuiſiuè, & hæc eſt ſecunda pars prin
1 cipalis huius tituli, & diuiditur in tres partes. In † prima ponitur diuiſio. In ſecunda ibi, Scriptum, proſequitur Imperator vnum membrum diuiſionis. Et in tertia ibi, ex non ſcripto, proſequitur aliud membrum.
2 † Primò ergo dicit, quòd omne ius aut eſt ſcriptum, aut eſt non ſcriptum. ¶ Notandum, quòd Imperator loquitur hîc de iure Romano in communi, de quo ſuprà §. ſed ius. verſi. ſed quoties. quia hoc in ſua generalitate continet ius ſcriptum & non ſcriptum.

§. Scriptum.

1 *Iuris ſcripti ſex ſunt partes.*

1 Non ſummatur, quia etiam procedit diuiſiuè. Dicit enim, † quòd iuris ſcripti ſex ſunt ſpecies, ſcilicet lex, plebiſcitum, ſenatuſconſultum, principum placita, prætorum edicta, & reſponſa prudentum ¶ Notandum, quòd de declaratione gloſæ iſtius textus ſuper verbo, ſenatuſconſultum, dicetur in §. ſenatuſconſultum.

§. Lex, eſt.

1 *Lex, quid. & nume. 3. Et quomodo fieret. nu. 2.*

1 Non ſummatur, quia eſt diffinitio legis, quæ talis eſt: † Lex eſt, quod populus Romanus ſenatorio magiſtratu (veluti conſule) cõſtituebat.
2 ¶ Notandum, quòd lex fiebat hoc modo: † Nam ſenatores conuocabant populum, & interrogabant eum, an placerent ſtatuta per eos facta, & reſpondente populo, quòd ſic, tunc erat lex, vt ff. de orig. iuris. l. ij. & ex iſto patet gloſ. ſuper verbo, veluti. ¶ Opponitur primò ſic, quia aliter diffinitur lex. ff. de leg. & ſenatuſconſul. l. ij. vbi dicitur,
3 quòd lex † eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria. Solutio. Ibi diffinitur lex per cauſam formalem & finalem, ſed hîc diffinitur per cauſam efficientem. ¶ Opponitur ſecundò ſic: Senatores non interrogabant populum, ſed Conſul, vt dicitur in l. ij. allega. ff. de orig. iuris. Solutio. Conſul interrogabat nomine Senatorum. Quod autem quis facit per aliũ, perinde eſt ac ſi faceret per ſeipſum, vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. deieciſſe. & ff. de adminiſtra. tuto. l. ita autem. §. geſſiſſe. & de regu. iuris. regula, quæ facit. lib. vj. nam rectè noſtra facimus, quibus à nobis authoritas impartitur, vt C. de vete. iure enuclean. l. j. verſi. omnia.

§. Plebiſc

§. Plebiscitum.

1 *Plebiscitum, quid.*
2 *Populus, & plebs, quid differant.*
3 *Plebiscita, quomodo fierent.*
4 *Iudices quatenus possint capere esculenta & poculenta.*
5 *Patricij, dicuntur patres conscripti.*
6 *Legum & plebiscitorum uis & authoritas, an eadem.*

1 Summatur sic: † Plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu
2 (veluti tribuno) constituebat. † Et differt plebs à populo, vt species à
genere. Nam populus nobiles & ignobiles significat: plebs autem so-
lùm ignobiles. Et habent plebiscita eandem vim cum legibus, ex lege
Hortēsia, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd
3 plebiscita fiebant hoc modo: † Erat enim quidam Tribunus, qui no-
mine magistratus plebeiorum, interrogabat plebem, an statuta ordi-
nata per magistratum prædictum, eis placerent: & cum responderet
sic, erant plebiscita, vt ff. de orig. iuris. l. ij. §. exactis. Et de istis plebi-
scitis sæpe habemus in iure, vt infrà ad legem Aquiliam. §. cæterùm
4 & §. hoc tamen. & ff. de offic. proconsul. l. solent. † vbi dicitur, quòd
iudices possunt recipere esculenta & poculenta. Hoc verum est, si non
habuerint salarium: secus autem, si habuerint salarium, & hoc intel-
dum de ordinarijs: secus autem de delegatis. c. statutum, de rescrip. §.
5 insuper. lib. vj. Ioan. Fab. ¶ Notandum secundò, † quòd patricij di-
cuntur patres conscripti, erant enim scripti, & tanquàm patres princi-
pum, vt infrà quibus mod. ius patriæ potesta. solui. §. filius. ¶ Notan-
6 dum tertiò, † quòd leges propter authoritatem condentium, plus va-
lebant, quàm plebiscita, vt C. de legi. & constitu. princip. l. humanum.
Sed quidam Hortensius nomine, ordinauit & composuit inter nobi-
les & ignobiles, quòd plebiscita valerent sicut leges. Et per hoc intel-
ligitur textus & glos. in fin. huius §. & §. initium fuisse. ff. de orig. iu.
Istius Hortensij facit Cicero mentionem in Bruto. Dictator existē
legem tulit, vt senatores quoq; & patricij plebiscitis tenerentur. Au-
thor est Philel. in libro, quem de legibus inscripsit. ¶ Opponitur, &
videtur, quòd plebs non debet dici species, sed genus, quia species in
Logica, est genus in Iure, vt ff. si cert. peta. l. ij. §. creditum. Solutio
Genus & species hîc in textu valent tantum, sicut magis commune, &
minus commune.

§. Senatusconsultum.

1 *Senatusconsultum, quid.*
2 *Senatoribus ius datum condendæ legis. Et quot illi numero: & quanta authoritate præditi. nume. 3.*

Senatus

4 *Senatus conuocandi ratio.*

1 Senatusconsultum est,†quod Senatus constituit. Cum enim populus Romanus augeretur, vt sine magna difficultate non posset simul conuenire ad faciendum legem, visum est æquum esse, vt loco populi consuleretur Senatus. Ex quo summario patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum primò,†circa istum textum, quòd sicut lex fiebat per Senatores interrogantes populum (mediante Consule) sic cùm populus multiplicatus fuit, translata est potestas condendi iura, in Senato-
3 res, vt ff. de legi. & senatusconsul. l. non ambigitur.† Erant enim centum Senatores, vt C. de peti. hæredi. l. fina. Et hoc modo hodie populus transfert potestatem faciendi statuta, in rectores ciuitatum & communitatum, vt notatur in rubrica. C. quæ sit longa consuet. qui quidem rectores sunt loco decurionum, vt notatur in rubrica, de decurionibus, libro x. Et debent habere locum, in quo ad reddendum
4 iura conueniant, vt C. de decurio. l. ij. lib. x. Et†conuocantur simul per præconem, tubam, vel campanam, vt ff. de regu. iuris. l. aliud. & non valet per eos factum, nisi ad minus à duabus partibus, vt C. de decurio. l. nominationem. lib. x. Et non debent separatim ius proferre, vel per nuntium, vt colligitur extrà de elect. c. in genesi. sed debent simul & per vnum ius exprimere.

§. Sed & quod Principi placuit.

1 *Placita Principum, quam uim habeant. & nu. 3. & 4.*
2 *Personalia, non transgrediuntur personam. limit. nu. 8.*
5 *Papa, an possit quid iuris decernere sine consilio Cardinalium.*
6 *Princeps legem facit uariè.*
7 *Princeps potest & remittere pœnam delicti: & eam augere.*

1 Summatur sic:†Placita Principum habent vim legis, si non sint personalia. Intellectus textus est iste: Illud quod Principi placet, habet vim legis, per legem regiam, qua populus totum imperium & potestatem Principi concessit. Et ideò, quod Princeps per Epistolam constituit, vel per sententiam decernit, vel per edictum præcipit, est lex.
2 Personalia†tamen non transgrediuntur personam, vt si Princeps alicui indulget, vel pœnam irrogat, seu priuilegium dat, non transit ad
3 alios. ¶ Notandum primò,†quòd non omne placitum Principis habet vim legis. Nam sicut non omnis vox iudicis, est sententia. C. de senten. l. ex stipulatione: sic non omne placitum Principis, est lex. Et cognoscitur ex quatuor signis, vt ff. de legi. & consti. l. leges. an Princeps velit facere legem generalem. Primum, si dicit, hac lege edictali sancimus & cæt. vt C. de secund. nupt. l. hac edictali. Secundum, si dicit, hac generali lege. Tertium signum, si mittatur Magistratui, vel

Senatoribus. Quartum signum est, si mandetur in similibus casib
4 secundum cā iudicari. ¶ Notandum secundò, † quòd per legem re
giam populus transtulit potestatem faciendi iura in Principem, vt
de orig. iur. l. ij. §. deinde. Et ideò solus Princeps potest leges cond
re, rationabile tamen est, vt populum auiset, vt C. de legi. & constit.
princi. l. humanum. & nota. in verbo, refertur. Hodie tamen popul.
etiam per rectores suos facit iura, vt dictum est, circa §. proxi. supr.
5 De † Papa dicit Ioan. Monach. in c. super eo. de hæretic. lib. vj., quo
sine Cardinalibus potest ius condere. licet Archidiaconus in c. quar
uis. de offic. ordina. eodem lib. dicat contrarium. ¶ Notandum te
6 tiò, † quòd Princeps interdum facit legem per Epistolam, vt infrà d
his, qui sui vel alie. iuris sunt. §. fina. versi. dominorum. Interdum pe
sententiam, vt C. de legi. & constitu. princi. l. fi. Et hoc intelligitur d
sententia diffinitiua. si enim sit interlocutoria, non est lex, nisi Prin
ceps hoc exprimat, vt ff. de legib. & senatusconsul. l. ij. Interdum pe
edictum, vt C. de legi. & constitu. princip. l. ij. ¶ Notandum finalite
7 quòd † Princeps interdum indulget alicui delictum suum seu pœnar
pro delicto infligendam, propter meritum suum, quia multum for
seruiuit Principi. Et interdum irrogat pœnam maiorem, quàm me
ruit punitus, ad terrorem aliorum, vt ff. de pœn. l. aut facta. §. fina. In
terdum dat priuilegia, quibus succurrit priuilegiatis, vt priuilegia cle
ricorum. C. de episc. & cleri. & in multis alijs iuribus. Et hæc sunt per
sonalia, quæ non transgrediuntur personas, ad exemplum, quia no
exemplis, sed legibus iudicandum est, l. nemo iudex. ff. de iurisd. om. iu
8 dic. ¶ Opponitur sic. † & videtur, quòd personalia transgrediunt
personas per l. j. ff. quod quisq; iuris statuit. Solutio. In illa lege, pr
uilegium transgreditur personam, non per se, sed per accidens, prop
scilicet aduersarium suum. Nam in iudicio debet esse æqualitas in
actorem & reum, vt ff. de postulando. l. prouidendum, & hoc mo
etiam soluitur lex fi. C. de fruct. & litium expen.

§. Prætorum quoq;.

1 *Prætorum edicta, habent uim legis.*
2 *Prætorum edicta, in albo prætorio scribebantur.*
3 *Aedilium creatio, & munus.*

1 Summatur sic: † Prætorum edicta, habent authoritatem legis, s
vocantur ius honorarium, sub quo iure etiam continentur edicta æ
litia, hoc dicit, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum prim
2 quòd † edicta prætorum scribebantur in albo prætorio. ff. de iurisdi
omn. iudic. l. si quis id quod. in primo responso. ¶ Notandum secun
3 dò, † quòd Aediles erant prætores seu iudices, qui habebāt respectu
ad ædi

ad ædificia,& ad domos ne perirent incendio vel ruina,habebant etiã respectum ad animalia morbosa,vt ff.de ædil.edict.l.j. & erant inter prætores,vt infrà de diuisione stipu.§.prætorias.& ff.de verbo. obliga.l.v.§.prætoriæ.

§. Responsa prudentum.

1 *Responsa prudentum,quid.*
2 *Sententia,quid:quid opinio.*
3 *Iuris interpretandi potestas antiquitus data quibusdam.*

1 Summatur sic: † Responsa prudentum , sunt sententiæ & opiniones illorum,quibus à Cæsare data erat antiquitus potestas condendi iura,à quibus non licebat iudices recedere, hoc dicit, & ex summario
2 patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, † quòd sententia,est firma & indubitata responsio. Sed opinio,est cum dubitatione respon-
3 sio. ¶ Notandum secundò, † quòd antiquitus quibusdam dabatur authoritas interpretandi iura & condendi, vt erat Vlpianus, Papinianus &c.ff.de orig.iur.l.ij. §.post originem. ¶ Opponitur sic : Doctores & promoti in iure,habent authoritatem interpretandi iura, vt C.de professo.qui in vrbe Constantinopo.l.vnica. lib.xij. Et tamen licet à sententijs & opinionibus Doctorum recedere, vt notatur in l. si de interpretatione.ff.de legi. & senatusconsul. Solutio. Notanter dicitur in textu antiquitus. Tunc enim dabatur illis potestas prædicta. Sed modò licet à sententijs Doctorum recedere : Ipsimet enim Doctores possunt opinionem suam mutare, C. de furt. l. manifestissimi. & xxiij.q.vj.c.vides. Et quòd datur eis potestas interpretandi & exponendi iura, hoc efficit, quòd ipsi id facere possunt, & non alij, non tamen habent per hoc potestatem condendi iura.

§. Ex non scripto.

1 *Mores diuturni consensu utentiũ comprobati , imitantur legem. Et quanto tempore eorum diuturnitas intelligatur.nu.2.*
3 *Consuetudo,an bina uice inducatur.*
4 *Consuetudo,quid.& quomodo inducatur.nume.5.& 9.*
6 *Consuetudo,non est de irrationabili aut inhonesto.*
7 *Consuetudinis usus.& nu.10.*
8 *Error impedit consensum.*
11 *Consuetudinem allegans,an teneatur eam probare.*
12 *Consuetudo ius diuinum non corrigit:distinguit tamen interdum, & declarat. Et quam legem tollat. nume.13.*

Continuatur sic : Dictum est suprà de primo membro diuisionis positæ suprà in §.constat. Consequenter dicendum est de secundo
1 membro eiusdem diuisionis,& summatur sic : Diuturni † mores con-

 sensu

ſenſu vtentium comprobati, imitantur legem, hoc dicit, ex quo pate etiam intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd iſte §. loquitu
2 de iure conſuetudinario. † Hæc autem diuturnitas intelligitur x. an norum, vt ff. qui, & a quibus manumittere ſ[c]licet. l. ſi cum ſideicomm
3 ſaria. §. Ariſto. Nec † oportet morem illum, de quo eſt conſuetud toto iſto tempore eſſe in vſu, ſed ſufficit eum bina vice in vſu fuiſſe, C. de epiſcopa. audien. l. iij. in fine. in ver. conſuetudini. facit glo. ſup rubr. C. eod. & l. diuturna. ff. de legibus. vel querimoniam contra ta lem morem ſiue conſuetudinem factam, iudicialiter reiectam eſſe, libellum in iudicio oblatum eſſe reiectum, vt ff. de legi. & ſenatuſcon ſul. l. cum de conſuetudine. facit glo. in verbo inueterata. l. de quibu ff. eodem. Si tamen mos iſte eſſet notorius, ſufficeret ſemel in vſu fu ſe, vt ff. de ritu nupt. l. penult. Et hæc vera ſunt de iure ciuili, ſecus iure canonico, quia hoc modo, quo ad conſuetudinem, non ſufficit nus actus, ſed requiritur præſcriptio quadraginta annorum, vt extr
4 de conſuetu. c. fi. ¶ Notandum ſecundò, † quòd conſuetudo, eſt iu non ſcriptum, moribus populi, vel maioris partis rectè initiatum, con tiuuatum, comprobatum, rationabile, honeſtum, vim legis obtinen Dicitur primò, Ius non ſcriptum, quia conſuetudo non eſt ſcripta i corpore iuris, quanuis aliquæ conſuetudines ſcribantur pro memori
5. vt de conſuetudinibus feudalibus patet, & multis alijs. † Dicitur mori bus populi vel maioris partis, quia minor pars populi non poteſt face re conſuetudinem. Dicitur etiam continuatum, quia ſi per populu contradicatur, vel contrarium in iudicio obtineatur, vel interrump tur non eſt conſuetudo, vt ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. diuturna. Di citur comprobatum, ſcilicet ad minus per duos actus aut per vnum
6 notorio, vt dictum eſt in primo notabili. † Dicitur rationabile, q conſuetudo non poteſt eſſe de irrationabili, vt de peccato, vt extra conſuetu c. fin. Dicitur honeſtum, quia non eſt conſuetudo de in neſto. Et ideò poteſt eſſe conſuetudo de portando lumen temp nocturno, quia hoc eſt honeſtum. Nam qui malè agit, odit lucem de furt. l. j. & ſic eſt conſuetudo, quòd Doctores deferunt aurum varium, vt C. de fabric. l. ſtigmata. lib. xj. ¶ Notandum tertiò, qu
7 conſuetudo † interdum imitatur legem vt hîc dicitur. Interdum in pretatur legem, vt ff. de legi. & ſenatuſconſul. l. ſi de interpretatio Et interdum corrigit legem, vt ff. de legibus. l. de quibus. & ibi Bart
8 ¶ Notandum quartò, † quod ad conſenſum requiritur ſciẽtia. Erro enim impedit conſenſum, vt ff. de legi. l. quod non ratione. Et ideò populus conſentiat per errorem, non eſt conſuetudo. Debet etiam p pulus habere animum, vt illo vtatur, tanquàm conſuetudine, vt extr de eo, qui mittitur in poſſeſsionẽ cauſa rei ſeruandæ. c. cùm veniſſe

Opp

9 ¶ Opponitur primò sic,† Et videtur, quòd ad consuetudinẽ non suf-
ficiat tempus decem annorum,per l.j.ff.de aqua pluu.arcen. vbi dici-
tur,quòd requiritur tempus,cuius non est initium in memoria homi-
num. Solutio. Illa lex & quædam aliæ loquuntur in casibus specia
libus,quia ibi tractatur de reseruatis principi,& de præiudicialibus, in
quibus populus non habet potestatem ius faciendi. ¶ Opponitur se-
cundò,& videtur, quòd consuetudo non habeat vim legis &c. quia
per legem est iudicandum,sed consuetudine,cùm sit ex exemplis,non
videtur iudicandum esse,vt C.de senten.& interlocu. omni. iudic. l.
nemo iudex. vbi dicitur,quòd exemplis non est iudicandum. & facit
ff.de offic.præsi.l.sed licet. Solutio. Verum est, quòd exemplis non
10 est iudicandum,† sed tamen iudicandum est ex consuetudine, quæ re
sultat ex exemplis,& ita aliquid valet in obliquo,quod non valet di-
rectè.Simile est ff.quæ res pignori obligari non possunt.l. Aristo.Et
ideò si peto aliquid ex promisso, & promissio potest probari ex lon-
go vsu, debetur mihi,vt ff.de vsu.l.cùm in rem verso. ¶ Opponitur
11 tertiò † ad idem, & videtur, quòd consuetudo non habeat vim legis,
quia allegans consuetudinem debet eam probare,cùm sit facti, vt c.
j.de consuetudi.libro vj.& ff.de iuris & facti ignorantia.l.j.Sed alle-
gans legẽ nõ habet eam probare. Solutio.Aliud est de iure scripto &
nõ scripto. Allegans enim ius scriptũ nõ oneratur probatione,sicut al
legans ius non scriptum,quale est consuetudo,& potest probari per te
stes vel per instrumenta,vt C.de fide instrumentorũ.l.in exercendis.
¶ Opponitur quartò,& videtur, quòd consuetudo non tollat neque
corrigat legem, vt C.si contra ius vel vtilitatem publicam.l. finali.
12 Solutio. Aliqua † est lex diuina,& illam consuetudo nunquam tollit
neque corrigit. Ius tamen humanum corrigit, vel consuetudo inter-
dum distinguit legem diuinam, & declarat, vt quòd in ore duorum
vel trium,stat omne testimonium, Matthæi xviij. quod intelligi de-
bet ad minus. Alia est lex naturalis,& illam etiam non tollit consue-
tudo,vt infrà eod. §.sed naturalia. Alia est lex gentium, quam etiam
non tollit consuetudo,vt ff.de iusti.& iur.l.omnes populi. Est etiam
lex de libertate ecclesiastica,quam non tollit consuetudo,vt C.de sa-
crosanct.eccles. Authenti. cassa. Est etiam lex de communi vtilitate,
quam non tollit consuetudo,vt C.de precibus Impera.offeren.l. nec
damnosa. Lex etiam,quæ expresè derogat consuetudini, non tolli-
13 tur per consuetudinem. C.de furtis.l.nauigia. † Sed in alijs casibus con
suetudo generalis tollit legem præcedentem, & etiam sequentem, si
non fiat mentio de consuetudine,& condens legem,ignoret consue-
tudinem, vt ff.de legib.l.de quibus. Consuetudo etiam specialis tol-
lit legem præcedentem,in loco,vbi est consuetudo, vt ff. communia

prædiorum venditor. §.si constat. Vincit etiam legem sequentem: non fiat mentio de consuetudine, secus si fiat mentio, vt ff. de sepulc. viola.l.iij. §.diuus. Sed in alio loco consuetudo legem non tollit, C.quæ sit long.consuetu.l.consuetudinis.

§. Et non ineleganter.

1 *Ius ciuile, unde ortum duxerit.*
2 *Romani colligendum ius uiris decem mandarunt.*
3 *Lex xij.tabularum, quid, & unde dicta.*

1 Sic summatur: Ius † ciuile originem habet ex iure non scripto Lacedæmoniorum.& ex iure scripto Atheniensium, hoc dicit, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd iste §. commun. est, ad ius scriptum & non scriptum. ¶ Notandum secundò, † quòd Romani miserunt decem viros ad colligendum iura non scripta Lacedæmoniorum,&, iura scripta Atheniensium, qui decem viri decem tabulas eburneas scripserunt, & Romam detulerunt. ¶ Opponitur & videtur, † quòd non dicatur bene, Romanos decem viros misisse pro isto iure, qui tabulas cõscripserũt, quia istud ius est l.xij.tabular. Solutio. Romani miserunt decem viros, qui fecerunt, vt dictum est, sed eis reuersis, inuenerũt Romani ista iura non esse perfecta. Et ideo dederunt istis decem viris spacium vnius anni, vt ista iura corrigerent, adderent, & mutarent, & sic addiderunt duas tabulas. Et ita vocatur Lex xij.tabularum, & sic dicta est ex accidẽti, vt ff.de orig.iu.l.ij.§.

§. Sed naturalia.

1 *Ius naturale immutabile: ciuile mutabile est.& nu.2.3.*
4 *Vsucapio, an possit immutari. Et quid de capitis diminutione. ibidem.*

1 Summatur sic: Ius † naturale est immutabile, sed ius ciuile sæpe mutatur. hoc dicit, & ex illo patet intellectus textus. ¶ Notandum ibi, 2 quòd † textus loquitur hîc de iure ciuili in communi, vt suprà eod. sed ius.in fi.in versi.sed quoties. Et hîc ius tacito consensu populi per consuetudinem mutatur, vt ff.de legi.l. de quibus. vel etiam contraria lege posteà superueniente. ¶ Opponitur sic: † Multa fiunt contra ius naturale, vt suprà eod. §.ius autem.& infrà de vsucap. §.j. ergo ius naturale potest mutari. Solutio. Dicendum, quòd textus iste loquitur de iure naturali, de quo dictum est suprà eod.titu. §.j. Et de iure gent.primæuo.de quo dictum est suprà. §.quod verò. & ista iura nunquam mutantur. Seruitus autem quæ est cõtra ius naturale, est de iure gentium secundario. † De vsucapione autem dicendum est, quòd ibi est detractum iuri naturali. vt suprà dictum est in §. ius autem ciuile, & quantum ad detractionem, potest mutari. Eodem modo dicendum est de capitis diminutione, quæ quantum ad id quod est additum

additum iuri naturali, capit mutationem, videlicet in ſucceſsione. vt infrà de capi.dimin. §.quod autem. Id tamen, quod eſt de iure naturali,ſicut conſanguinitas,non mutatur, vt ff.de regu.iur.l.iura ſanguinis. Et ex iſto clarè patet ſolutio oppoſitionis,quæ in gloſ.ſatis diffuſè & variando habetur.

§. *Omne autem ius.*

1 *Ius omne,aut circa res,aut perſonas,aut actiones uerſatur.*
2 *Inſtit.liber,in quot,& quos locos diſtinguatur.*
3 *Hominis dignitas & præſtantia.*

Continuatur ſic : Prius poſitæ ſunt diuiſiones eſſentiales iuris , hîc ponitur tertia diuiſio,quæ ſumitur penes obiectũ iuris. Et ſummatur
1 ſic: † Omne ius,aut eſt circa perſonas,aut circa res,aut circa actiones. Et prius de perſonis videndum eſt,quia perſonæ, quarum ſunt cauſæ, non debent ignorari, ex quo patet intellectus textus. ¶ Notandum
2 primò,† quòd de iure perſonarum tractatur in hoc primo libro vſq; ad finem,& de iure rerum in ſecundo & tertio libris vſque titulum de obligationib. Et exinde vſque ad finem quarti libri,de actionibus & obligationibus,quia obligatio eſt mater actionum, vt ſuprà. ¶ No-
3 tandum † ſecundò,quòd prius determinatur de perſonis,quia digniora,ſunt priora,vt infià de poſſeſ.bono. §.alia autem. Homo enim,cui conuenit perſonalitas,eſt digniſsima creaturarum,vt ff.de ędili.edict. l.iuſtiſsimæ. Vnde dicit Ouidius:

Pronáque cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit,cœlúmque uidere
Iuſsit,& erectos ad ſydera tollere uultus. Et Vergil.
-Cœleſtiſq; origo illi eſt.

DE IVRE PERSONARVM.

TITVLVS III.

1 *Diuiſio huius tituli,in ſex partes.*
2 *Seruus adſcriptitius,quid differat à cenſito.*
3 *Statuliberi,an ſint ſerui.*
4 *Monachi,an ſint ſerui.*

Continuatur ſic : quia in §. præcedenti præmiſſum eſt, incipiendum eſſe à iure perſonarum , ideò de hoc iure
1 Imperator incipit hîc tractare. † Et diuiditur iſte titulus in ſex partes. In prima ponitur diuiſio perſonarum. In ſecunda ibi : & libertas,ponitur diffinitio libertatis. In tertia ibi: ſeruitus, ponitur diffinitio ſeruitutis. In quarta ibi : ſerui, declaratur,qui ſerui dicuntur. In quinta ibi : ſerui, declaratur qualiter

 ſerui

ſerui efficiuntur. In ſexta ibi: in ſeruorum,ponuntur differentiæ libe. rorum. Prima pars,quæ incipit:Summa,ſummatur ſic: Diuiſio prin. cipalis iuris perſonarum,eſt iſta,quòd omnes homines,aut ſunt liberi aut ſunt ſerui:& patet intellectus textus. ¶ Notandum primò,quòd iſta diuiſio dicitur ſumma,id eſt, prima,quia ponentur infrà aliæ diui. ſiones iuris perſonarum,vt infrà de his qui ſui vel alie.iur.ſunt.in prin. & infrà de tute.in prin. Vel dicitur ſumma,id eſt,maxima,quia cõtinet partem de iure naturali,vt libertatem,& partem de iure gentiũ,vt ſer uitutẽ,quæ quidem iura ſunt antiquiora & maiora iure ciuili, vt infra de rer.diui. §.ſingulorum. Et patet glo.circa verbum,ſumma. ¶ No
2 tandũ † ſecundò,quia ſeruus adſcriptitius & cenſitus,ſic differunt:quia adſcriptitius,recipit partem fructuum,ſed cenſitus ſoluit annuum cen. ſum,vt C.in qui.cau.colo.cenſi. l.fina. Et ſunt iſti liberi homines,vt C.de agric.& cenſi.l.ne diutius.lib.xj. Quod etiam patet,quia contra voluntatem dominorum poſſunt fieri clerici, vt C.de epiſ.& cler.l.iu bemus. §.ſeruus. Poſſunt etiam facere teſtamenta,ſaltem inter ſuos.& ferre teſtimonium,vt C.de agrico.& cenſi. l.quemadmodum. lib.xj.
3 † Statu autem liberi,non ſunt ſerui,licet aliqui hoc dicant, vt ff. ſi ex
4 noxa.cau.aga.l.fin. † Monachi etiam ſunt liberi,& ergo poſſunt red. dere teſtimonium,de quo dic,vt in Authen.de mona. §.cogitandum. colla.j. Quanuis in quibuſdam actibus monachi finguntur mortui,vt in Auth.de mona §.ſi quis autẽ.& §.illud.collat.j.& in Auth.de nup. §.per occaſionem.colla.iiij. Sunt tamen ſerui, à ſeruitio diuino dicti. vt liiij .diſt.c.multos. Non tamen poſſunt ſine licentia ſuperioris ferre teſtimonium,vt notatur in c.j.extrà de iuramen.calum. Nec poſſunt facere teſtamentum,vt extrà de teſtamen.c.quia ingredientibus.& ita patet gloſ.cum alijs additionibus, circa verbum ſerui. ¶ Opponitur ſic,& videtur,quòd iſta diuiſio nõ eſt bona,poſito enim quòd ſolum eſſent duo homines,& vnus eſſet ſeruus, & alius liber,non eſt verũ dicere:omnes homines ſunt liberi aut ſerui. Solutio.Pluralis numerus debet hîc exponi per ſingularẽ, id eſt, omnis homo,vt ff.de condi.& demon.l.falſa. §.fin.ſicut ſingularis numerus interdum exponitur per pluralem,vt ff.de teſtamen.tute.l.ſi quis. Ex quo patet,quòd ſi ſit ſtatutum,quòd falſi teſtes puniantur,& vnus dicat falſum teſtimoniũ puniendus eſt,per l.ij. C.vi bon.rap. Patet etiam,ſi duo legauerint eccleſiæ bona ſua,poſtquàm deceſſerint,& vnus decedat,habebit eccleſia partem decedentis,vt in l.Lucius. §. Caius.ff.ad Trebellia.

§. Et libertas.

1 *Libertas,quid.*
2 *Libertas ſeruorum,nulla eſt hodie.*

3 *Ius gentium ſecundarium, per uiolentiam, eſt introductum.*

1 Libertas, † à qua liberi appellant, eſt facultas, qua quis facit, quicquid ſibi libet, niſi vi vel iure prohibeatur. hoc dicit, ex quo etiã patet intel
2 lect⁹ tex. ¶ Notãdũ † primò, quòd poſt diuerſas, & ſatis diffuſas expo ſitiones de iſta libertate, gl. noſtra hîc inverbo, libertas. reſidet in hoc, quòd hîc diffinit libertas, vt diſtinguit à ſeruitute, qa hodie nõ eſt ali
3 qua libertas ſeruorũ, vt infrà de liberti. §. liberti. ¶ Notandũ † ſecundò, circa verbũ vi, qđ per iſtã vim intelligitur ius gẽtium ſecundariũ, quod per violentiã eſt introductũ, vt ſuprà tit. prox. §. ius aũt gentiũ. ſed hoc verbum iure poſitum, hîc intelligitur de iure ciuili, quo quis ſeipſum poteſt facere ſeruum, vt infrà eo. tit. §. ſerui ſecundo.

§. Seruitus autem eſt.

1 *Seruitus, quid.*
2 *Seruitus, contra naturam eſt introducta.*
3 *Seruitus, an ſit de iure ciuili, an uerò gentium.*
4 *Seruus ſemper ſubiectus eſt alicuius dominio.*

1 Hîc declaratur, † quid ſit ſeruitus, & ſummatur ſic: Seruitus eſt cõſuetudo iuris gẽtium, qua quis alieno dominio cõtra naturã ſubijcitur, & intellect⁹ tex. eſt clarus. ¶ Notandũ primò, quòd iſta eſt vna de cõſtitutionibus iuris gentiũ, quia plures ponũtur ſuprà, de iure natu. gen. &
2 ciui. §. ius aũt gentiũ. ¶ Notandũ † ſecũdò, quòd ſeruitus eſt cõtra naturã introducta, vt patet hîc, & ſuprà de iure natu. §. ius autẽ. ¶ Oppo
3 nitur primò ſic: † Quia ſeruitus eſt de iure ciuili, vt infrà de his, qui ſui vel alie iuris ſunt. §. ſed hoc tẽpore. ergo non bene dicitur hîc eſſe de iure gentiũ. Solutio. Seruitus dicitur hîc eſſe de iure gentiũ, quia illo iure eſt introducta & approbata. Iure autẽ ciuili habet aliquã formationẽ, quia illo iure nõ licet domino de ſeruo ſuo quicquid velit facere, vt dicitur in alleg. §. ſed hoc tẽpore. & ſic eſt de iure gentiũ inuen
4 tione, ſed de iure ciuili formatione. ¶ Opponitur † ſecundò, & videt, quòd ꝑ ſeruitutẽ nõ ſemꝑ eſt quis ſubiectus alieno dominio, per l. fin. ff. pro derelicto. Solutio. Licet ſeruus nõ ſemper ſubijciatur dominio eius, qui eũ poſsidet, tamẽ ſemper ſubiectus eſt alicuius dominio, vt ff. de ſtipul. ſeruo. l. quod ſeruitus. & ff. de libe. cau. l. ſi vſusfructus.

§. Serui autem.

1 *Serui unde, & cur ſic dicti.*
2 *Tabellio, unde dicatur ſeruus.*

1 Serui dicti † ſunt, quia Imperatores iuſſerunt captiuos vendi, & ſic ſeruari, & non occidi, quia etiam vocantur mancipia, quia manibus hoſtium capiuntur, ex quo patet etiam intellectus textus. ¶ Notan
2 dum primò, † quòd ſerui dicuntur à ſeruando, vt hîc, ſed Notarij, vel

vel tabelliones,dicuntur serui à seruiendo.ff.de adoptio.l.neces.& non enim aliter.Nam serui à seruando non possunt esse Notarij vel tabelliones,vt C. de tabellio.l. generali. libro x. Papa etiam dicitur seruus seruorum,non à seruando,sed seruiendo,quia est seruus Christianorum.

§. Fiunt autem.

1 *Partus sequitur uentrem.*
2 *Seruus fit quis per ingratitudinem.*
3 *Vendens seipsum,an fiat seruus.*
4 *Seruus potest fieri titulo lucratiuo.*
5 *Seruo an,& quando liceat proclamare ad libertatem.*
6 *Seruus an possit peti à parentibus uel consanguineis, per officium iudicis.*

Hîc consequenter declaratur qualiter serui efficiuntur, & summatur sic:Quia serui,aut nascuntur ex ancillis, aut fiunt iure gentium scilicet ex captiuitate, aut iure ciuili, quando videlicet maior xx. annis seipsum vendit ad pretium participandum, ex quo etiam patet in-
1 tellectus textus. ¶ Notandum primo, † quòd natus ex ancilla & libero patre, est seruus, quia partus sequitur ventrem. C. de rei vendicatio.l.partum Sicut econtrà,ex patre adscriptitio & libera matre,nascitur liber, vt in Authenti.constitutio. quæ ex adscriptitio & libera muliere. §.j.collatio.v.& infra de inge. §.j. ¶ Notandum secundò,
2 quòd † præter istos modos positos in tex.etiam fit seruus per ingratitudinem,vt in Authen.vt liber decæte. §.illud.colla.vj. ¶ Oppon-
3 tur sic, † & videtur,quòd ille qui vendit seipsum non est seruus,per homo liber.ff.de statu hominum. Solutio.Ad hoc,quòd vendens seipsum fiat seruus,requiruntur multæ conditiones.Primò,quòd sit maior xx.annis,vt hîc.& C.de liberali causa.l.si per ministerium.Secundò,quòd habeat animum participandi pretium, vt C. de libe. cau. non ideò.Tertiò,quòd effectualiter participet pretium,id est, habeat pretij partem,vt ff.qui. ad liber. procla. non licet.l.j. Quartò, quòd sciat conditionem suam,id est,se esse liberum,vt ff de libera. causa.l. liberis.Quintò, quòd emens sciat conditionem suam, id est, emens
4 sciat eum esse liberum. ff.de libera.causa.l.j. † Et sicut fit seruus per venditionem,sic etiam potest fieri alio titulo lucratiuo,vt C.de libe-
5 ra.causa.l.si ministerium. † Et istis conditionibus habitis, non potest ad libertatem proclamare, nisi domino offeratur pretium,ad quod etiam recipiendum non potest cogi, si non sponte velit recipere, vt ff.si quis libertus,ingenuus esse dicatur.l.ij.responso j.Sed replicatur, cùm iste minor sit xxv.annis,potest petere restitutionem,& sic videtur,quòd

tur, quòd non manebit seruus. Solutio. Dicendum, quòd in isto casu non datur minori in integrum restitutio. Et ratio est propter solennitatem factam, & mutationem rei in suo statu, vt ff. de mino. l. si ex
6 causa. §. Papinianus. Sed iterum replicatur, & videtur, † quòd parentes vel consanguinei possunt eum petere per officium iudicis, vel per rei vẽdicationẽ, quia redundat factum suum in eorum ignominiam. ff. de rei vendicatio. l. j. Et ita videtur non manere seruus. Solutio. Dicendum, quòd isti non possunt eum petere, secundum communiorem opinionem Docto. vt ff. de capi. diminu. l. tutelas. §. si libertatẽ. Lex autem in oppositum allegata, loquitur de eo, qui voluit se facere seruum, sed adhuc nõ fecit, & ideò nõ mutauit statum ista cõditione.

§. *In seruorum conditione.*

1 *Seruorum num ulla sit differentia, hodie. & nume. 4. Et quid olim. nu. 5.*
2 *Liberorum multæ sunt differentiæ.*
3 *Duo, an sint multa.*

1 Summatur sic: † Non est differentia seruorum, sed liberorum alij
2 sunt ingenui, alij libertini. ¶ † Notãdum circa verbum, multæ, quòd plures sunt differentiæ liberorum, quia libertinorum aliqui sunt lati-
3 ni, aliqui dedititij. vt infrà de liberti. patebit. † Duo tamen possunt dici multa, vt in Authen. de depositis & denuntiationi §. cùm & multa.
4 colla. vj. & sic patet glo. super illo verbo, multæ. ¶ Opponitur † sic, & videtur, quòd non bene dicatur, quòd inter seruos non est differentia. Nam aliqui serui sunt in dignitate, aliqui non, vt infrà de iniurijs. §. sed pœna. Aliqui etiã sunt ordinarij, & aliqui vicarij, vt infrà, quod cum eo, qui in ali. potesta. §. cùm autem. Et aliqui sunt veterani, & aliqui nouitij, vt ff. de ædili. edicto. l. fina. Solutio. Omnes isti ser-
5 ui æqualiter sunt serui, licet differant quo ad actus. † Et modò etiam super seruos est æquale dominium, quanuis olim fuit super seruos aliquod dominium plenum, aliquod semiplenum, & aliquod nudum, vt C. de nudo iure Quiritum tollendo. l. vnica.

DE INGENVIS.

TITVLVS IIII.

Continuatur sic: Suprà de iure personarum. §. in seruorum. posita est diuisio liberorum. Nunc autem prosequitur textus membra illius diuisionis. Et primò de ingenuis, qui sunt digniores libertinis.

§. *Ingenuus est is.*

1 *Ingenuus, quis.*
2 *Ingenuitas, est libertas, habita ex natiuitate, constante matrimonio.*

Ingenuus.

3 *Ingenuus, quot & quibus modis fiat.*
4 *Parentũ calamitas, non nocet exiſtenti in utero. & nu. 7. limit. 12. &*
5 *Quæſtio de puncto.*
6 *Partus ſequitur uentrem. Et quid ita. diſting. nume. 8. 9.*
10 *Murileguli, qui. Item & murices.*
11 *Priuilegia quæ nam conſequantur filios, ex parte patrum.*

1 Summatur ſic: † Qui liber natus eſt, ingenuus eſt: hoc dicit. Et intellectus textus eſt iſte: quòd ingenuus eſt ille, qui ſtatim vt natus eſt liber eſt, ſiue ex duobus ingenuis, ſiue ex duobus libertinis, ſiue ex altero libertino, & altero ingenuo, conſtante matrimonio. Qui etiam ex libera matre & patre ſeruo naſcitur, nihilominus eſt ingenuus. Et ſi ancilla exiſtens tempore partus, & libera tempore conceptus pariat & econtrà, naſcitur ingenuus, quia calamitas matris non debet noce-
2 re illi, qui eſt in vtero. ¶ Notandum primò, † quòd ingenuitas eſt libertas, quæ habetur ex natiuitate, conſtante matrimonio, quia extra matrimonium nati non ſunt ingenui, vt ff. de ſta. homi. l. ſicut legitimi. ſed libertinitas eſt libertas, quæ acquiritur poſt natiuitatem & ſer-
3 uitutem. ¶ Notandum † ſecundò, quòd præter modum poſitum in tex. etiam fit aliquis ingenuus per ſententiam, vt ff. de ſta. homi. l. ingenuum Et ſecundò per reſtitutionem natalium, vt ff. de nata. reſti-
4 tuen. l. ij. Tertiò, † ſi alicui in vtero exiſtenti detur libertas, ille eſt ingenuus: quamuis vterq; parens ſit in ſeruitute quia in illo caſu non inſpicitur conditio generantium, vt C. de fideicommiſſa. liber. l. cum inter veteres. Ex quo infert Bal. in eadem l. ſi ponantur repreſaliæ vel banna ad omnes homines, qui ſunt in ciuitate, non grauantur illi, qui
5 ſunt in vtero. ¶ Notandum tertiò, † quòd ſi ego habeam ſeruum, & ſimiliter Ioannes habeat etiam ſeruum, & ego dico ſeruo meo, vade ad eccleſiam, & ſi obuiaueris ſeruo, do tibi libertatem, & Ioannes dicat eodem modo ſeruo ſuo, ſi obuiaueris libero, & cõcurrant iſti ſerui, ſeruus meus erit liber, & non ſeruus Ioannis, vt vult Bar. in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi. quia ſeruitus præcedit libertatem. Et ſimile habetur in glo. xxxij q. j. c. cùm renuntiatur. Et quæſtiones huiuſmodi
6 vocantur quæſtiones de puncto. ¶ Notandum quartò, † quòd partus ſequitur ventrem, vt hîc, & ſuprà dictum eſt de iure perſonarum. §. ſerui, ſecundo. in primo notabili. Et ratio eſt, quia mater eſt certa, vt ff. de in ius voc. l. quia mater. vel quia fœtus capit fomentum ſuum à matre, & ei vnitur, ſicut arbor fundo. ff. de acquiren. rerum domi. l. adeò. Vel fortè melius, quia libertas eſt fauorabilis. ff. de reg. iur.
7 l. libertas. ¶ Notandũ † quintò, quòd calamitas parentũ nõ debet nocere filijs, quia filius non portat iniquitaté patris, vt j. q. iiij. c. crimé.

¶ Oppoſi-

8 ¶ Opponitur † contra prædicta primò sic, & videtur quòd partus nõ semper sequitur ventrem, per l. filiam. ff. de senato. & per l. assumptio. §. filius. ff. ad municipa. Solutio. Partus sequitur ventrem, quo ad conditionem, sed sequitur patrem, quo ad honores, & patriam, de qui
9 bus loquuntur leges in oppositum alleg. ¶ Sed contrà † replicatur, per l. qui cum patre. C. de murilegulis. libro. xij. Vbi dicitur, quòd partus in conditione murileguli sequitur patrem. Solutio. Qualitas murileguli non est conditionis, sed officij, & ideò partus sequitur
10 patrem. Sunt enim † murileguli colligentes murices, de quibus Horatius inquit in secundo Epistolarum, fermè in calce: Argentum, vestes Getulo murice tinctas, Sunt qui non habeant. Murices sunt vermes,
11 quorũ sanguine tingebatũ vestis imperialis. Ex isto † patet vnũ, quod est singulariter notandũ, quòd priuilegia mœchanicorũ seu officiariorũ in ciuitatib⁹ cõsequunũ filios ex parte patrũ. Sed adhuc replicatur per l. fin. C. de ser. fugiti. vbi dicitũ, quòd quo ad seruitutẽ filius sequitur patrem. Solutio. Illa lex loquitur de quodã cuius conditionem etiã sequebatur vxor. Et ergo ex consequẽti & indirectè par-
12 tus ibi sequitur patrẽ. ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd calamitas parentum nocet filijs, per l. ij. C. de liber. & eorum liber. Solutio. Calamitas non nocet filijs antè natis, sed illis, qui pòst nascuntur. Et calamitas quę est continua, nocet, vt suprà de iure personarum. §. serui secundo. Secus autem, si sit interrupta, vt infrà eodem §. proximo. Illa autem lex in oppositum allegata, loquitur de pòst natis. Sed replicatur, per l. emancipatum. ff. de interdict. & relegat. quia ibi calamitas non nocet, etiam posteà natis. Solutio. Verum est, quia illi filij nõ nascebantur in potestate patris, sed aui. Et ideò calamitas patris, eos non affecit. Sed adhuc replicatur de l. quisquis. C. ad legem
13 Iuliam maiesta. Solutio. † Regulare est illud dictũ, scilicet quòd calamitas parentum non nocet filijs, sed patitur exceptionem in crimine læsæ maiestatis. Et in illo casu loquitur l. quisquis. allega. in oppositum.

§. Ex his, illud quæsitum est.

1 *Natus ex ancilla manumissa, & iterum facta ancilla ante partum, est ingenuus.*
2 *Natalia.*
3 *Parentum testimonium, in quibus admittatur.*
4 *Manumissio, non obest ingenuitati. & nu. 5. 6.*

1 Iste §. habet duo dicta, & summatur sic: Natus † ex ancilla manumissa, & iterum ancilla facta, ante partum, est ingenuus, quia sufficit illi, qui est in vtero, aliquo tempore medio inter conceptum & partum

tum liberam matrem habuisse:hoc dicit primò. Et, qui ingenuus natus est, non nocet ei in seruitute fuisse, & manumissum esse, quia sæpe constitutum est natalibus manumißionem non officere. hoc dicit se-
2 cundò, & ex isto patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd per natalia intelligitur natiuitas, quæ de iure naturali est libera. vt suprà de iure naturali, gentium & ciuili. §. ius autem gentium. Vel natalia dicuntur scripturæ, cum annis domini præconizatæ. Nam olim quando nascebatur ingenuus, fiebat proclama, quòd talis esset natus ingenuus, & si nemo cõtradixit, scribebatur in libro natalium, & per illum librum probabãtur natalia, vt C. de testibus. l. si dicatur. Probabantur etiam per inspectionem corporum. ff. de mino. l. si mi-
3 nor. vel etiam per testes, vt C. de probatio. l. cum de ętate. Et † admittebãtur ad huiusmodi testimoniũ etiam parentes, vt C. de probatio. l. etiã matres illorũ. quia testimoniũ facit præsumptionẽ iuris. Et ita admittũtur in matrimonio, in c. super eo secũdo. extrà de testi. Nisi sit magna differentia inter sponsum & sponsam in nobilitate, diuitijs, vel potentia. In alijs autem casibus, non valet testimonium parẽtum, vt C. de testi. l. parentes. Et hoc etiam modo potest intelligi natale alicuius sancti, quando moritur, quia tunc nascitur in alia vita semper victurus, quomodo dicitur, natale sancti Nicolali, aut alterius sancti.
4 Et per hoc intelligitur glo. circa verbum, natalibus. ¶ Notandum secundò, quòd dicitur in textu, quòd manumißio non obest ingenuitati. Et ideò non valet argumentum, iste est manumissus, ergo non est ingenuus. Sic etiam per contrarium non valet argumentum, iste confecit instrumentum, ergo est Notarius, vt vult Barto. in l. Herennius. C. de decurio. libro. x. Nec valet, iste petit absolutionem ab excommunicatione, ergo est excommunicatus, vt vult Innoc. in c. cùm dilectus. extrà de ordine cogni. Bernar. tamẽ in c. venerabilem. super verbo postulauerunt, extrà de electio. dicit contrarium. Quarum opinionum diuersitas sic potest cõcordari, quia vel petitur absolutio ab excommunicatione simpliciter, & hoc modo procedit opi. Bernar. vel ad cautelam tantùm in hac vel simili forma, si sum excómunicatus, peto absolutionem, & sic procedit opinio Inno. vt probatur per Ioan. And. in c. per tuas. extrà de senten. excommuni. & per Anto. de Butrio. eo. titu. in c. sacro. De isto etiam loquitur Barto.
5 ff. de exceptio. l. non vtique. ¶ Opponitur † contra prædicta primò sic: & videtur, quòd ingenuo nocet in seruitute fuisse, & manumissum esse, per l. secundam. ff. si quis libertus inge. esse dicatur. Vbi dicitur, quòd si manumissus per quinquennium non declaret suam ingenuitatem, non est censendus ingenuus. Solutio. Illa lex corrigitur hîc, & C. vbi causa sta. agi debet. l. fina. ¶ Opponitur secundò

6 cundò. † Quia ille, qui seipsum vendidit ad participandum pretium, vt dictum est suprà, de iure personarum. §. serui. secundo. non fit ingenuus, quanuis manumittatur, vt. ff. de statu hominum. l. homo liber. ergo nocet in seruitute fuisse. Solutio. Textus iste loquitur, quādo quis inuoluntariè & de facto sustinet seruitutem. Ille autem, qui se vendidit voluntariè, factus est seruus, in odium seruitutis statutum est, vt talis per manumissionem efficiatur ingenuus, ex quo vendidit rem inæstimabilem.

DE LIBERTINIS.

TITVLVS V.

1 *Diuisio huius tituli, in tres partes.*
2 *Natiuitas, est duplex.*
3 *Libertini, unde libertatem nanciscantur.*

1 Continuatur sic: † Dictum est suprà de primo membro diuisionis liberorum, scilicet de ingenuis, qui habēt libertatem natiuam, id est, ex beneficio natiuitatis. Hîc consequenter dicendū est de libertinis, qui habent libertatem datiuā, id est, quæ post seruitutem per manumissionem data est. Et diuiditur præsens titulus in tres partes. In prima declaratur, qui dicuntur libertini. In secunda ibi, multis, declaratur, qualiter fiunt libertini. Et in tertio ibi, libertinorum, ponitur
2 differentia inter libertinos. ¶ Sed opponitur † contra ista, quæ dicta sunt circa rubricam per notata Batt. in l. si vt proponis. C. de municipibus. lib. x. vbi dicit, quòd libertini habent libertatem natiuam. Solutio. Duplex est natiuitas, scilicet naturalis & ciuilis. Libertini
3 non † habent libertatem natiuam à natiuitate naturali, vt dicitur hîc. Sed bene à natiuitate ciuili, quia manumittens ciuiliter generat libertinum, eò quòd cùm seruus fuit, erat ciuiliter mortuus, & hoc modo intelligitur dictum Barto. in l. allegata in oppositum.

§. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute.

1 *Libertini, qui.*
2 *Seruitus, & manumissio, unde ortum habuerint.*
3 *Ius gentium, tria hominum genera introduxit. limit. nu. 9. 10.*
4 *Seruitus iusta, quid ita dicta.*
5 *Filius manumissi, est ingenuus.*
6 *Dominium alicuius rei, infert etiam potestatem.*
7 *Liberto num conueniat datio libertatis. Et quomodo illa datio accipiatur. numero. 8.*

1 Sūmatur sic: Libertini † sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

Manumissio

2 Manumiſsio † autem eſt datio libertatis, & iſtæ res, ſcilicet ſeruitus & manumiſsio, habent ortum à iure gentium, quia iure naturali omnes naſcebantur liberi, quo etiam iure, ſcilicet naturali, tantùm vnum erat
3 genus hominum. † Sed iure gentium tria genera hominum eſſe cœperunt, ſcilicet ingenui, ſerui, & libertini. hoc dicit, ex quo etiam patet
4 intellectus textus. ¶ † Notandum primò circa verbum, iuſta, quòd ſeruitus poteſt dici iuſta, id eſt vera, vt infrà titulo proxi. §. ſemel. vel iuſta, id eſt, iuſtè meruerũt liberari à ſeruitute. Vel iuſta, id eſt, de iure
5 gentiũ, vt ff. de iuſti. & iure. l. manumiſsiones. ¶ † Notandũ ſecundò, quòd filius manumiſsi, eſt ingenuus & habet libertatẽ natiuam à nati
6 uitate naturali, vt ſuprà tit. pxi. §. j. ¶ † Notãdũ tertiò, quòd quãdiu aliquid manet ſub alicuius dominio, tãdiu etiam manet in eius poteſta te. Vnde, ſi vendidi tibi rem aliquam cũ tali pacto, vt maneat apud te. & tu illam rem alteri locaueris, non feciſti contra pactum, quia manet in tua poteſtate, vt in l. non ſolet. ff. locati. ¶ Opponitur primò ſic,
7 & videtur, † quòd liberto non conuenit datio libertatis, quia ſi ſic, daretur à manumittente. Aut ergo daret libertatem, quam non habet, quod eſt inconueniens, aut quam habet, & cum nõ habeat niſi vnam, nullam retineret, & ſic ipſe non eſſet liber, quod etiam non eſt dicen
8 dum. Solutio. Datio † libertatis exponitur, id eſt, detectio libertatis, ſecundum glo. quod ſic debet intelligi, quia per ſeruitutem tecta fuit ſeu impedita libertas, & illa per manumiſsionem detegitur, vt ff. de acquir. rerum dominio. l. adeo. §. cum quis in fine. Simile eſt infrà de actioni. §. ſic itaque. Poteſt etiam dici, quòd datio libertatis, eſt remiſsio ſeruitutis. Nam remittere: eſt dare. Nec eſt omnino inconueniens, quòd aliquis dat, quod nõ habet, vt patet de Sole, qui dat calorem, quem non habet. Simile eſt infrà, qui. alien. nõ licet. §. j. de alienante pignus. & ff. de vſufruct. l. quod noſtrum. ¶ Opponitur
9 † ſecundò, & videtur, quòd ſunt quatuor genera hominum, & non ſolùm tria, quia prius fuit vnum, & poſteà cœperunt eſſe tria, vt dicitur in textu, ſed vnum, & tria faciunt quatuor. Solutio. Vnum diſtinctum à tribus, & tria, faciunt quatuor, ſed hîc vnum coincidit cum tribus. Sicut in ſimili, Aliquis habet tres filios, & incipit habere quartum. nõ valet, iſte habuit tres filios, & nunc habet quatuor, ſed tres & quatuor ſunt ſeptem: ergo habet ſeptem filios. Et ita ſoluitur quæſtio, quam mouet Barto. circa l. j. ff. quemadmodum ſeruitus amitta. an ſi licet ille, qui accommodauit alicui duos equos, & poſteà dicat: ego diſponam tibi tres equos. debeat adhuc vnum equum addere, vel tres. & ſic quinq; accommodare, quia ſatis eſt ſecundum eundem Barto.
10 quòd vnum addat. ¶ Sed † replicatur de c. duo. xij. q. j. Vbi dicitur, quòd ſolùm duo ſunt genera hominum. & in c. recurrat. xxxij. q. iiij. vbi dici.

vbi dicitur, quòd ſunt quatuor genera hominum. Solutio. In c.duo, diſtinguuntur homines reſpectu Dei, qualiter ſcilicet Deo ſeruiant: quia ſunt duo genera hominum: quia quidam ſunt clerici, & quidam laici. Sed hîc ponuntur genera hominum inquantum diſtinguuntur reſpectu hominum, in quorum poteſtate eſſe vel non eſſe poſſunt. Sed in c.recurrat. ponuntur genera hominum, hoc eſt, modi veniendi ad fidem catholicam, vel generandi homines in fide.

§. *Multis autem.*

1 *Manumiſsio interdum fiebat in eccleſia. Et qui poſsint actus fieri in eccleſia. nume. 2.*
3 *Manumiſsio, uindicta dicta. & id unde.*
4 *Teſtes quinque, quando neceſſarij in manumiſsione.*
5 *Manumiſsio, poterat fieri per codicillos.*
6 *Manumiſsionis conſtitutiones & ueteres, & nouæ ubi habeantur.*
7 *Manumiſsio fiebat in tranſitu etiam Prætoris, contra uoluntatem manumiſsi. limit. nume. 8.*
9 *Iuriſdictio eſt duplex.*

In hoc §. declaratur, quibus modis fit manumiſsio. Et ſummatur ſic: Manumiſsio poteſt fieri multis modis. Et intellectus text. eſt iſte, quòd manumiſsio fit ex ſacris conſtitutionibus, in ſacroſanctis eccleſijs, aut vindicta, aut inter amicos, vel per epiſtolam, vel etiam per teſtamentum, aut aliam vltimam voluntatem. Et alijs conſtitutionibus veteribus & nouis etiam fit manumiſsio in tranſitu prætoris, præſulis, vel proconſulis in balneum, vel in theatrum. ¶ Notandum † primò, quòd manumiſsio fiebat interdũ in eccleſia in conſpectu populi, præſente antiſtite, & interueniente aliqua ſcriptura vice actorum, vt C. de his, qui in eccleſia manumittuntur. l. j. & ij. Ex quo patet, † quòd actus pietatis etiam iudiciales in eccleſia fieri poſſunt, ſecus de alijs actibus iudicialibus, qui in eccleſia fieri non debent, vt in c. decet. de immunit. eccleſiar. lib. vj. Et proceſſus in eccleſia habitus, ipſo iure eſt nullus, vt in c. j. eodem tit. in antiquis. ¶ Notandum ſecundò, quòd † manumiſſio vindicta dicebatur, eò quòd quidam nomine Vindex, ſeruus Vitelliorum, illo modo fuit manumiſſus, vt ff. de orig. iuris. l. ij. §. initium. Vel quia virga iudicis dicebatur vindicta, per quam tangebat manumittendum, & dicebat: Aio te liberum more Quiritum, & tangebat eum trina vice, & ſic fiebat liber, vt C. ſi aduerſus liberta. l. ij. ¶ Notandum tertiò, † quòd quãdo manumiſsio fiebat inter amicos & alijs ſequentibus modis, neceſſarij erant quinque teſtes, vt C. de lati. liberta. tollen. l. j. & §. ſancimus. §. ſi quis. ¶ Notandum † quartò, quòd manumiſsio non ſolùm fiebat per teſtamentum ſolenne, ſed etiam per co-

dicillos, & per teſtamentum minus ſolenne, quod valet inter patrem & filios, vt C. de teſtamen. l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. Et ideò dicitur in textu, aut per teſtamentum, aut aliam quamlibet vlti-
6 mam voluntatem. ¶ Notandum † quintò, quòd veteres iſtæ conſtitutiones, de quibus loquitur tex. habentur C. qui. ex cauſis ſerui pro præmio liber. accipiunt. per totum. Sed nouæ conſtitutiones habentur C. communia de manumiſsio. l. fina. & in Authen. de monachis.
7 §. ij. colla. j. ¶ Notandum ſextò, † quòd manumiſsio etiam fiebat in tranſitu prætoris contra voluntatem manumiſsi, vt ff. de manu. teſta. l. fin. Sed hoc non habet locum in emancipatione filiorum, vt in Authen. quib. mod. natura. efficiuntur ſui. §. generaliter. colla. vj. ¶ Op-
8 ponitur contra † prædicta, & videtur, quòd manumiſsio non fiat contra voluntatem manumiſsi, quia iuriſdictio non fertur in inuitum.
9 Solutio. Duplex † eſt iuriſdictio, ſcilicet voluntaria & contentioſa, quæ ſic differunt, quia voluntaria poteſt fieri in quocunque loco honeſto, & quocunq; tempore: ſed contentioſa non poteſt fieri tempore feriato, nec in quocunq; loco, quia ſolùm in loco iudicij, vt C. de dilatio. l. à procedente. Per hoc dicendum eſt, licet manumiſsio ſit iuriſdictionis voluntariæ: conuenit tamen in hoc cum iuriſdictione contentioſa, quòd fertur in inuitum, vt ff. de verbo. obliga. l. inter ſtipulantem. §. j. & C. de dila. l. à procedente.

§. Libertinorum.

1 *Libertini, triplices olim: & quid hodie.*
2 *Seruorum triplex ſtatus.*
3 *Dedititij, quo pacto olim fierent.*
4 *Latini quomodo fierent olim. & nume. 8. fuſiſsimè.*
5 *Manumiſsionis uarij effectus.*
6 *Aureus, quid.*
7 *Manumiſsio non impeditur propter ætatem manumiſsi, aut manumiſſoris: aut propter modum manumiſsionis.*
9 *Libertus an poſsit patronum uocare in ius, ſine uenia.*
10 *Exiſtens in utero, an habeatur pro nato.*

In hoc §. declarantur differentiæ libertinorum, & ſummatur ſic:
1 † Triplices olim fuerunt libertini, ſcilicet Romani, Latini, & dedititij, hodie verò ſolùm ſunt libertini Romani: hoc dicit. Intellectus verò textus eſt iſte, quòd ſtatus libertinorum erat triplex: Nam quidam erant, vt ciues Romani, quidam Latini, ex l. Iulia Norbana. & quidam dedititij ex lege Aelia Sentia. Sed Iuſtinianus per duas conſtitutiones Latinos & dedititios expulit, & voluit omnes eſſe libertinos Romanos. Et in manumiſsione non obſtat ætas manumiſsi, vel domini ma-

numiſſo

numiſſoris,vel modus manumiſsionis. Additi ſunt etiam adhuc multi alij modi, quibus ſeruis poſsit cum Romana ciuitate libertatis benefi-
2 cium præſtari. ¶ Notandum † primò, quòd ſicut triplex erat ſtatus libertinorũ,ita etiam & ſeruorũ,vt C.de nu.iure Quiri.tollen.l.vnica.
3 ¶ Notandũ † ſecundò,quòd dedititij fiebant hoc modo, quando Romani manu bellica in deditionem acceperunt aliquam ciuitatem,ne ciuitas deſolaretur,& ciues interficerentur, vtebantur eis Romani tanquam ſeruis,toto tempore vitæ,ſed in morte efficiebantur liberi,vt dicit Bald. C.de dedititia liber.tollen.l.vnica. & hoc profuit eis,quia bo
4 na vt peculium,à domino non occupabantur.Sed † Latini fiebant hoc modo,quia capta ciuitate aliqua à Romanis, mittebantur homines illius ciuitatis ad alia loca,& fuerũt liberi in tota vita,ſed in morte erant ſerui,nec poterant facere teſtamentum,vt C.de latin.liberta.tollen.l.
5 cùm dedititij. ¶ Notandum † tertiò, quòd licet dicatur in textu, quòd manumiſsus habet eandem libertatem quam manumiſſor, manumiſsio tamen habet multos effectus qui non attribuuntur manumiſſori ingenuo, quidam conſiſtunt in faciendo: eo quòd manumiſſus tenetur patrono ſuo exhibere reuerentiam, & in neceſsitate ſubuentionem. Quidam etiam effectus conſiſtunt in non faciendo: Nam manumiſsus non poteſt patronum ſuum ſine venia in ius vocare,vt ff. de in ius vocando. l. penulti. Sicut nec filius patrem. eodem titulo. l.
6 venia. quod ſi fecerit, punitur in quinquaginta aureis. † Et eſt aureus, ſolidus, vt infrà de pœn. temerè litigantium. §. fin. Reuocatur etiam manumiſsus per ingratitudinem ad priſtinam ſeruitutem, C. de
7 liber. & eorum liber. l. ſi manumiſsiones. ¶ Notandum † quartò, quod manumiſsio non impeditur propter ætatem manumiſsi, quia poteſt manumitti exiſtens in vtero, quia habetur pro iam nato, vt ff. de ſtatu homi. l. qui in vtero. Nec impeditur etiam propter manumiſſoris ætatem, ſi ſit legitima, de qua infrà titulo proximo. §. eadem. nec impeditur propter modum manumiſsionis, vt hîc in tex-
8 tu. ¶ Notandum finaliter † circa §. finalem, in quo dicitur, multis modis additis, quòd nouem modi adduntur prædictis. Primus eſt, quando dominus ſeruum ſuum ægrotantem de domo eiecerit,vt notatur in c. vlti. extrà de infantibus & langui. Secundus eſt, quando vendit ancillam, ne proſtituatur, & poſteà proſtituitur, vel ipſemet vendens reaſſumit eam,& proſtituit. Vocatur autem proſtituta meretrix,& proſtitutio meretricatio. Tertius modus eſt,quãdo ſerui pileati præcedunt funus domini defuncti. Quartus modus eſt,quãdo dominus in iudicio dixit velle ſeruum ſuũ eſſe Latinum. Quintus eſt,quãdo libertas data eſt ſub cõditione,& hæres ante cõditionẽ, manumittit ſeruum. Sextus eſt,ſi ſeruus in iudicio ſuperatus fuerit, à domino &

 oblat

oblatum est pro eo pretium,& dominus posteà recepit. Septimus est, quando dominus tradit ancillam suam nuptui scienter libero homini. Octauus est, si dominus in iudicio seruum suam nominauerit filium. Nonus modus, si dominus coram testibus reddiderit seruo instrumenta seruitutis. Et de istis modis habetur C.de lati.liber.tollē.l.j. Adduntur etiam prædictis alij, scilicet quando seruus vindicat mortem domini, vel accusat falsos monetarios, vel raptores virginum, vel sanctimonialium, aut fugientes à militia, vt C.ex quibus causis serui libert.pro præmio accipere meruerunt.per totum. Fit etiam seruus liber, si dominus permittat eum scienter fieri clericum, vt C. de episco.& cleri.l.si quis seruus. vel si triennio probatus fiat monachus, vt de episco.& cleric.l. verum. ¶ Opponitur primò sic,& videtur, † quòd libertus sine
9 venia potest patronum suum in ius vocare. in Authen.vt liberti decætero au.non careant anu. § .j.colla.vj.vbi hoc dicitur. Solutio. In illo § .patronus.remisit liberto ius patronatus,& ideò sine venia vocat eum in ius, sic etiam possunt manumissi tribus modis tactis in vltimo notabili, scilicet primo, secundo,& sexto, manumissorem in ius vocare, quia iure patronatus priuatus est. ¶ Opponitur secundò, †& vide-
10 tur, quòd existens in vtero, non habetur pro nato, quia si sic, sequeretur, quòd si esset statutum vel ordinatum, quòd capiens lupum, haberet duos albos,& aliquis caperet lupam, quæ in vētre haberet quatuor lupos, reciperet decem albos, quod non videtur esse iuris. Solutio. Existens in vtero, habetur pro nato, si sit homo,& ad suum commodum, sed non ad commodum alienum, & est singulare in hoc casu propter fauorem libertatis.

QVIBVS EX CAVSIS MANV-
MITTERE NON LICET.
TITVLVS VI.

Continuatur sic: Dictum est prius de manumissione,& de modis quibus fit manumissio. Consequenter dicendum est, qui manumittere possunt, vel non, & ex quibus causis. Diuiditur autem præsens titulus in tres partes. In prima declaratur, quomodo manumissio in fraudem facta, non procedit. In secunda ibi: in fraudem, declaratur, qui in fraudem manumittunt. In tertia ibi : eadem, declaratur, in qua ætate quis possit manumittere.

§. Non tamen cuicunq;.

1 *Manumittens in fraudem creditorum, nihil agit. uide & limit. nume. 2.*

3 *Facta contra legem, an & quomodo habeantur pro infectis.*

Testat

4 *Teſtator non exiſtens ſoluẽdo, an poſſit in præiudicium creditorũ, unum ſolùm ſeruum inſtituere hæredẽ. Et quid ſi plures inſtituat. & nu. 8.*

5 *Paupertas prodeſt. limit. nu. 9. Et num aliquando noceat. 10.*

6 *Teſtator inſtituens ſeruum hæredem ſimpliciter, num præſumatur eum uelle liberum.*

7 *Manumittens in fraudem creditorum, an poſſit libertatem reuocare.*

1 Summatur ſic: † Manumittens in fraudem creditorum, nihil agit. Dominus tamen, qui ſoluendo non eſt, poteſt in teſtamento ſeruum ſuum hæredem inſtituere, cum libertate, ſine cuius ſcilicet libertatis datione, tamen ſeruus fit liber, & hoc etiam uerum eſt in domino, qui ſoluendo eſt. hoc dicit. Sed intellectus textus eſt iſte, quòd manumittens in fraudem, nihil agit: quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. Poteſt tamen dominus ſeruum cum libertate in teſtamento hæredem inſtituere, & erit hæres ſolus & neceſſarius, ſi nemo alius ex eo teſtamento hæres extiterit: aut quia nemo hæres ſcriptus ſit: vel quia is, qui ſcriptus, ex aliqua cauſa non exiſtit hæres. Et hoc ideò prouiſum eſt lege præſcripta Aelia Sentia, vt egentes homines habeant ſaltem ſeruum ſuum hæredem, vt ſatisfaciat creditoribus, vel ſuo nomine res hæreditariæ vendantur, ne defunctus iniuria afficiatur. Et ideò eſt, ſi non exprimatur datio libertatis, quod etiam in domino, qui ſoluendo eſt obtinet, quia non eſt veriſimile, vt quis vellet eum manere ſeruum, quem ſibi elegit hæredem, & ſic neminem ſibi eſſe hæredem.

2 ¶ Notandũ primò, † quòd manumittens in fraudem creditorum, nihil agit, quo ad præiudicium creditorum, vt hîc, & ff. qui, & ex quibus cauſis manumiſſi. libe. non fiunt. l. ſi mortis. Sed bene agit aliquid, quo ad præiudicium ſuum, quia non poteſt ipſe libertatem reuocare, vt c. de ſeruo pigno. da. manumiſſo. l. ſi creditoribus. Ex quo patet, quòd faciens contra legem, vel ſtatuta in præiudicium alicuius, licet illi non præiudicet, ſibijpſi tamen nocet, & ſic intelligitur l. non dubium. c. de

3 legi. & conſtitu. princi. vbi dicitur, † quòd quæ contra ius fiunt, habentur pro infectis, ſi tamen ſit aliqua pœna indicta ſic excedentibus, faciens contra legem, & nihil propter hoc agens, incurrit nihilominus pœnam, vt clarè habetur in glo. in l. ij. c. de epiſ. audientia. Et notat Bart. in l. ſi quis legatum. ff. ad legem falci. ¶ Notandum ſecundò,

4 quòd † teſtator non exiſtens ſoluendo, in fraudem creditorum ſeu præiudicium, ſolùm vnum ſeruum inſtituere poteſt hæredem, vt ff. de hæredib. inſti. l. qui ſoluendo. Et ſi plures de facto inſtituat, ille erit hæres, qui primò nominatus eſt, niſi ſecundus minoris ſit pretij, vt ff. qui & ex quibus cauſis manumiſ. libe. non fiunt. l. ſi quis habeat. Et ſi non appareat, quis primò nominatus ſit, & æqualis ſint pre-

tij,non valet institutio,vt ff.de hæredi.insti.l.qui soluendo.secundo.
5 ¶ Notandum tertiò,quòd †paupertas prodest.vt hîc, & ff.de transa. l.cum hi.Sed dicit Dynus.l.si quis ad declinandum. C.de episc.& clericis.à tali prodesse libera nos Domine. ¶ Notandum quartò,quòd interest defuncti,vt satisfiat creditoribus suis,vt ff.de interroga.actio. l.& quia.Nec defuncti debent affici iniuria,vt ff.de actio. & obliga.l. ex iudiciorum.quod facit contra illos, qui funera defunctorum arre-
6 stant,vt sepulturam impediant. ¶ Notandum † quintò & finaliter,ibi Idem iuris,quòd si dominus instituens seruum suum hæredẽ,expressè dicat,non volo eum esse liberum,tunc nõ fit liber. Sed iste textus intelligitur,quando hoc tacet, & nullam conditionem addit, quia tunc præsumitur dominum velle eum esse liberum, quia qui vult consequens,præsumitur velle antecedens,vt ff.de iurisdictio.omnium iudi.
7 l.secunda. ¶ Opponitur †primò cõtra prædicta,& videtur,quòd manumittens in fraudem creditorum,potest reuocare libertatem, per l.si quis sciens.ff.de contrahen.emptio. Solutio. Lex illa loquitur in alienatione aliarum rerum à libertate facta in fraudem creditorum. Hic autem loquitur textus de libertate,quæ est multũ fauorabilis. Et ideò
8 secus in illa,& in alijs rebus. ¶ Opponitur † secundò,& videtur,quòd dominus potest plures seruos hæredes instituere in præiudicium creditorum,per l.si pignori.ff.de hæredi.instituen. Solutio. Illa l.loquitur,quando dominus primò instituit seruum pignori datum hæredẽ, & tunc potuit secũdum seruum hæredẽ instituere,quia primus seruus impignoratus alij domino,non potuit consequi libertatem, nisi domino pignoris prius esset satisfactum,& ita lex illa loquitur in alio casu.
9 ¶ Opponitur † tertiò, & videtur quòd paupertas non prodest, per l. spadonem.ff.de excusa.tuto. Solutio. Paupertas interdum prodest, & interdum nocet.Prodest autem primò,in fauorem manumissionis vt hîc.Prodest secundò,vt valeat legatum incertis personis, vt C.de episco.& clericis.l.id quod pauperibus.Prodest tertiò, in legato annuo,quod priuilegiatur ad modum alimentorum, si sit legatum pauperi,non autem sic,si diuiti.vt ff.de transac.l.cùm hi.prodest quartò, in mulcta & pœna extraordinaria.vt in collectis,in quibus pauper nõ tantum soluit,aut soluere tenetur,sicut diues: vt ff.de offi.præto.l.illi-
10 citas. ¶ Sed † nocet in pœnis corporalibus, quia qui nõ habet in ære, luit in corpore,vt ff.de iurisdictio. omnium iudic.l.si quis id. Nocet etiam secundò in promotione ad tutelam,vt in l.spadonem.ff. de excusa.tuto. Nocet etiam tertiò in honoribus,quia pauperes non promouentur ad decurionatum seu ad magistratum,sicut etiam diuites,vt l. ad subeundum. C.de decurio.libro x. Nocet etiam quartò in fide, vt in Authen.de testi. §.j. colla.vij. Nisi fides pauperis sit probata moribus,

ribus,vt ff.de excusa.tuto.l.scire oportet. Vbi dicitur,quòd boni mores plus valent,quàm diuitiæ. ¶ Opponitur quartò & finaliter,& videtur,quòd ista datio libertatis,de qua loquitur textus circa §.idem iuris,non sit noua ratione introducta,quia infrà de hæredi. instituen.circa finem, ista constitutio dicitur antiqua. Solutio. Ista constitutio dicitur noua fuisse illo tempore,quando ordinabatur respectu prioris temporis,quo talis libertas non dabatur.

§. In fraudem autem.

1 *Manumittere,uel res suas alienare in fraudem,quando quis dicatur.*
2 *Bona sua an quis præsumatur scire.*
3 *Libertatem semel datam,an possit impedire rerum euentus.*
4 *Manumissio,est duplex.*
5 *Consilium,an faciat quem teneri.*

Summatur sic: Manumittens ex intentione,dum non est soluendo, vel desiturus est soluendo esse,in fraudem dicitur manumittere. Sed intellectus textus est iste, quòd ille videtur manumittere in fraudem creditorum,qui manumittit tempore,quo non est soluendo, vel desiturus est esse soluendo. Non tamẽ impeditur libertas solo euentu nõ solutionis,id est,quia bona non sufficiunt creditori,sed requiritur etiã consilium,id est,intentio fraudandi creditores. Et respondet tex.tacitæ quæstioni,qua posset quis quærere,quo modo & qualiter euentus posit esse sine consilio , id est , intentione.dicens,quòd hoc ideò est, quia sæpe de suis facultatibus amplius,quàm in his est, sperant homines. ¶ Notandum † circa istum textum , quòd ille dicitur in fraudem
1 manumittere vel res suas alienare,qui scit se habere creditores,& bona sua non sufficere,ad satisfaciendum eis,vt ff. qui in fraudem credito.l.omnes. §.Lucius. ¶ Opponitur † contra prædicta primò sic: &
2 videtur,quòd homines non plus sperant de suis facultatibus , quàm in eis est,quia quilibet præsumitur scire bona sua,vt C.de rescin. vendi. l.quisquis. Solutio. Dynus vult,quòd istud dictũ intelligitur de hominibus non multum diligentibus. Sed Salicetus dicit,quòd intelligitur de bonis mobilibus. Sed verius dicendum est, quòd homines ignorant suas facultates sæpe in vltima voluntate,instante irrecusabili necessitate mortis propter turbationes,vt in l.hac consultissima. §. cùm humana fragilitas. C.qui testamentum facere possunt. In alijs autem temporibus præsumuntur homines scire suas facultates , exceptis tribus casibus. Primus est quando bona de nouo acquisiuerunt,vt C. de actio. & hæredi. l.qui nondũ. Secũdus est, quãdo habent bona sua in lõginquis partibus,vt ff. qui & à quibus manumissi liberi nõ fiũt.l. qui in fraudẽ. Terti⁹ casus,quãdo decepti sunt vltra dimidiũ iusti pretij,vt

 in glo.

in glo.super l.quisquis.allegatam in oppositum ¶ Opponitur secun-
3 dò, & videtur, quòd ad impediendum libertatem sufficit solus euen-
4 tus, per l. fina. C. qui manumit. non possunt. Solutio. † Est duplex manumissio, scilicet, directa & fideicommissaria. In directa loquitur iste textus. Et requiritur euentus & consilium, vt ff. qui & à quibus manumissi liberi non fiunt. l. in fraudem. Sed in fideicommissaria sufficit euentus. Et ita est in l. in oppositum allega. Cuius ratio est, quia libertas, ab hærede de facto data, facilius reuocari potest ab ipso hærede, quàm à defuncto, vt C. de fideicõmissa. liberta. l. ij. ¶ Oppo-
5 nitur † tertiò, & videtur, quòd consilium nihil facit, quia quis non tenetur ex consilio, vt ff. manda. l. ij. Solutio. Nullus tenetur ex consilio alteri præstito, nisi fuerit fraudulentum, vt in regula nullus. de re. gu. iuris, lib. vj. Sed bene tenetur de consilio suo proprio, id est, intẽtione sua, inquantum aliud est agere ex disposito, aliud ex deliberatione, & sic textus loquitur hìc de consilio.

§. Eadem lege.

1 *Causæ iustæ manumissionis, & nume. 5.*
2 *Manumittens sufficit ut attigerit ultimum diem temporis, quo potest manumittere. Et quid in testamentis. quid in usucapione.*
3 *Consilium, quomodo hìc accipiatur: quod requiritur in manumissione.*
4 *Iudicis arbitrio, quando, & in quibus stetur.*
6 *Manumittens ancillam, causa matrimonij, debet eam ducere infra sex menses: & iuramento ad id se obstringere. Et quid de ancilla. & nume. 16.*
7 *Decretum à iudice, ex falsa causa datum, an teneat. limit. nume. 17.*
8 *Masculus xiiij. annorum, testari potest: & fœmina xij. Item libertatem dare. numero. 11.*
9 *Libertas, res inæstimabilis.*
10 *Postulare potest pro alijs, qui xiiij. annor.*
12 *Filius potest habere patrem seruum, dupliciter: atque adeò manumittere. Et quid de patre in filium, numero. 13.*
14 *Educator, & aluminus, an differant.*
15 *Procurator, est duplex.*
18 *Via media, an semper, uel quando eligenda.*
19 *Doctor an quis posit fieri in xviij. anno.*

Summatur sic: Attingens xviij. annum, potest in testamento suo seruo dare libertatem, quamuis lege Aelia Sentia minor xx. annis hoc facere non potuit, nisi ex iustis causis. Hoc dicit. Sed intellectus textus est iste. Per l. Aeliã Sentiã, non permittitur minori xx. annis manumittere seruos suos, aliter quàm si vindicta apud consilium, id est, in iudicio approbata fuerit ipsius manumissi iusta causa manumissionis. Iustæ

1 † Iustæ autem causæ manumissionis sunt, manumittere patrem vel matrem, & sic de alijs positis in textu, vel si quis manumittit seruum suum, vt eum habeat procuratorem, qui seruus debet esse xvij. annorum: vel si manumittit ancillam causa matrimonij, & tunc debet eam ducere vxorem, infra sex menses, nisi ex iusta causa impediatur. Et quando causa manumissionis est probata, non retractatur manumissio, siue causa vera sit, siue falsa. Sed quia existens xiiij. annorum, potest testamentum facere, & legata relinquere, non videtur rationabile, quare non posset seruis suis libertatem dare. Et ideò dominus Iustinianus corrigit hîc l. Aeliā Sentiam eligens mediam viam, vt scilicet, qui xvij. annum impleuerit, & xviij. annum attigerit, manumittere
2 possit. ¶ Notandum primò, † circa verbum minoribus, quòd sufficit manumittentem attingere vltimum diem temporis, quo potest manumittere. ff. de manu. l. j. quia iste casus est fauorabilis. Simile est in testamentis, vt ff. de testamen. l. quá ætate. Secus est in vsucapionibus, vbi computatur vsq; ad vltimum momentum, vt infrà de vsucapi. in principio. quia vsucapio est odiosa, & non fauorabilis, sicut est manu-
3 misio. ¶ Notandum secundò ibi, † vindicta apud consilium, quid intelligitur per vindictam, dictum est suprà de libertinis. §. multis. in secundo notabili. Et intelligitur apud consilium, id est, locum illum, in quo solet haberi deliberatio, de huiusmodi negotio, & sic id quod fit, ponitur pro loco, in quo fit, vt ff. de iusti. & iure. l. penul. §. fina. Intelligitur etiam consilium, id est, apud eos, qui præsunt consilio, id est, causa debet iusta probari coram præsidibus consilij, id est, coram iudicibus, & possunt etiam minimi iudices, habentes iurisdictionem, in ista causa cognoscere, cùm sit de iurisdictione, vt ff. de offic. procon. su. & lega. l. ij. & in Authen. de defenso. ciuita. §. nulla. collatio. iij. Ex
4 quo elicitur, quòd in dubio standum † est arbitrio iudicis, vt in l. illud ff. de manumis. vindic. Et ergo si de pœna infligenda, in iure non expressa, dubitetur, standum est arbitrio iudicis, vt ff. de iure delibe. l. j. Si etiam dubitetur de forma alicuius puncti mittendi ad consiliarios, stabitur arbitrio iudicis, vt notat Barto. in l. iusiurandum & ad pecu-
5 nias. §. & si de qualitate. ff. de iureiurando. ¶ Notandum † tertiò ibi, iustæ, quòd hîc ponuntur iustæ causæ manumissionis, quæ etiam habentur ff. de manumis. vindic. l. si minor. Additur alius modus ibidem in l. iusta, si scilicet seruus eripuit dominum à periculo mortis, vel no-
6 ta diffamiæ. ¶ Notandum quartò † ibi, ancilla. quòd qui manumittit ancillam causa matrimonij, debet eam ducere infra sex menses, & de hoc præstare iuramentum, vt ff. de manumissis vindict. l. si collectaneus. nisi iusta causa impediatur, vt hîc in text. & ff. si quis caut. l. ij. Et hoc pōt etiā facere spado, id est, vno testiculo priuatus, sed nō castra-

 tus, vt

tus, vt ff. de ma. vin. l. alũnos. Et non põt ancilla sic manumissa, alteri nubere, sine cõsensu patroni, vt ff. de ri. nu. l. patrimonij. ¶ Notandũ
7 †quintò ibi, semel, quòd ex isto põt colligi, quòd decretũ à iudice datũ, etiã ex falsa causa, tenet, vt ff. de manum. vin. l. iusta. & hoc si partes fuerint præsentes, secus si fuerint absentes, vt C. si ex fal. alle. l. j. ¶ No
8 tãdũ †sextò ibi, quatuordecim, quòd ille, qui est xiiij. anno. põt facere testamẽtũ, si sit masculus: & fœmina xij. an. vt ff. de testa. l. qua ætate.
9 ¶ Notandum †septimò ibi, mediam viam, quòd Iustinianus eligit in his mediam viam inter ætatem, qua quis lege Aelia Sentia potuit manumittere, & ætatem, qua quis potest testamentum facere, propter hoc, quia libertas est res inæstimabilis, vt ff. de regu. iur. l. & libertas. Et ab antiquitate non est penitus recedendum, vt ff. de testamen. l. te-
10 stamenta. ¶ Notandum †octauò ibi, cum enim antiquitas, quò dille, qui est in xviij. anno, potest pro alijs postulare, id est, desiderium alterius in iudicio exponere, vel alieno desiderio contradicere, ff. de postulan. l. j. Et ideò in illa ætate potest esse doctor, vt in eadem l. dicitur, in § initium. Non tamen potest pro seipso postulare, vt C. de authoritate præstan. l. clarum. Et est ratio, quare pro alijs, & non pro se, quia possunt clientuli sibijpsis imputare, qui talem patronum in sua causa elegerunt, vt ff. de minoribus xxv annis. l. cum mandato. ¶ No
11 tandum †finaliter extra tex. quòd etiam istud ius mutatum est in Authen. vt sponsali. largi. § j. colla. ix. vbi dicitur, quòd sicut quis xiiij. annorum potest testamentum facere, potest etiam libertatem dare in testamento, sed inter viuos adhuc tenetur Aelia Sentia, quia in hoc casu non est correcta, & ideò obseruanda, vt C. de appella. l. præcipimus. textus enim loquitur hìc de testamento, similiter in Authen. quia dicit relinquere, quod sonat in vltima voluntate, vt ff. de tabu. exhi-
12 ben. l. j. ¶ Opponitur contra † prædicta primò sic, & videtur, quòd non est possibile aliquem posse manumittere patrem, vel matrẽ, aut filium, quia non videtur, quòd filius possit esse dominus patris sui, aut pater dominus sui filij. Solutio. Filius potest habere patrẽ suũ seruũ dupliciter. Primò, si dominus filium serui sui in testamẽto suo necessariũ hæredẽ instituat, iuxta §. huius tituli. & ff. de acqui. pos. l. cũ hæredes. tũc habebit filius patrẽ suũ seruũ. Et poterit eũ ante xx. annũ, le. Aelia Sẽtia manumittere. Secũdò, si seruus habeat filium ex domina sua, erit pater seruus filij, quia filius est liber, sequitur enim vẽtrẽ, C. de
13 rei vẽ. l. partũ. † E regiõe põt pater filiũ suũ seruũ habere, vt si ex ancilla sua filiũ habeat. Talis enim cũ sequitur matrẽ, est filius & seruus, vt C. cõia de manu. l. fi. Et ex isto patet, quod hìc dicitur, quòd filius potest manumittere patrem, & ecõtrà, & quòd etiã filius potest patrẽ suũ facere doctorem, aut militẽ, & ecõtrà, vt ff. de offi. præto. l. j. & ij.

¶ Opponi-

14 ¶ Opponitur †secundò,& videtur,quòd in textu sit superfluitas,cõtra §.quib.in prima constitu. Codi.quia educator & alumnus non videntur differre. Solutio: Educator est nutrior actiuè, sed alumnus ponitur hîc pasiuè,pro eo, qui nutritus est, iuxta illud quod metricè dicitur: Hospes, zelotipus, conuiuâque, vector, alumnus, Actum siue pati sub eodem nomine signãt. ¶ Opponitur tertiò,& videtur, quòd hîc dicitur inconuenienter, quòd seruus procuratoris habendi causa debet manumitti xvij.annorum,quia nullus potest esse procurator,nisi xxv.anno.ff.de procura.l. si minor. & C. de procuratori-

15 bus. Solutio. †Duplex est procurator. vnus ad negotia,& alius ad iudicia,tũc dicitur,quòd procurator ad iudicia,debet esse xxv.anno. sed non procurator ad negotia. Valet nihilominus processus, cum procuratore minore xxv.annis,si pars aduersa non opposuerit exceptionem,vt dicit Ioan.An.in c.generaliter.de procuratoribus, lib.vj. & probat per l.ita demum.C.de procurato.Potest etiam secũdò quis esse procurator ante xxv.annũ,in iudicio pro patre suo,vt C.de procurato.l.exigendi. Differunt etiam aliter, quia procurator ad iudicia non potest substituere ante litem contestatam, nisi specialiter hoc cautum sit,in instrumento constitutionis,per clausulam,cum potestate substituendi,vt in c.j.de procurato.lib.vj.& etiam in l.neque.C.de procura. Sed procurator ad negotia, semper potest substituere,vt ff. mandati.l.si procuratorem. ¶ Sed tunc replicatur sic, quia seruus potest esse procurator ad negotia, ergo non oportet, quòd propter hoc manumittatur,sicut dicitur hîc,& probatur ff.de procurato.l.seruum. Solutio. Seruus hîc manumittitur, vt homines audacius & libentius cum eo tractent, & vt ipse fidelius agat, videns se beneficium

16 libertatis propter hoc consecutum. ¶ Opponitur quartò † & videtur, quòd ancilla manumissa à domino, causa matrimonij, quandiu non est matrimonium celebratum,potest alteri nubere, quia matrimonium est liberũ,vt in c.gemma.extrà de sponsa. Solutio. Quod hîc dicitur,intelligitur de iure ciuili,quo iure matrimonium cum ancilla dicitur contubernium,vt infrà de nuptijs.§.j. Sed iure canonico aliud est.& potest ista ancilla manumissa,illo iure alteri nubere,in c. j.extrà de coniugio seruo & sic in causa matrimoniali, & alijs eccle-

17 siasticis. ¶ Opponitur †quintò,& videtur,quòd factum ex falsa causa,debet retractari,per l.Paulus.ff.de verbo.signifi. Solutio. Falsa causa debet exponi,id est, iniusta causa. Verbi gratia: Si quis manumittat ante xx. annum aliquem, quia fuit socius suus in studio, non est iusta causa manumisionis. Et tamen si fuerit causa talis in iudicio approbata,licet non debuerit approbari, tenet manumisio, & nõ retractatur,quia nihil facilè immutandum est ex solennibus,vt ff.de in integrum

integrum reſtitutione.l.diuus.ſic ſuprà per oppoſitum exponebatur,
18 id eſt,vera.ſuprà de liberti.§.j. ¶ Opponitur † ſextò,& videt́,quòd media via non eſt eligenda per l. Neſennius.ff.de nego. geſtis. Solutio. Media via eſt ſemper eligenda,quando eſt par ratio in vtriſq; extremis : ſed ſic non eſt in illa l. Neſennius. Hìc aũt eſt par ratio,vt declaratum eſt in vij. notabili huius §. Et vbicunq; eſt eadem ratio, debet eſſe idem ius.ff. de verbo.obliga.l.à Titio.& ff.ad l. Aquil.l.il
19 lud. ¶ Opponitur † finaliter,& videtur,quòd quis nõ poteſt eſſe doctor in xviij.anno,quia doctor habet iuriſdictionem ſuper ſcholares ſuos,vt in prooemio ff.§.penul.Sed minor xxv.annis,non poteſt habere iuriſdictionem,id eſt,inſufficiens eſt,vt ff.de mune.& hono l.ad rempublicam. Solutio. Poteſt quis in xviij.anno eſſe doctor,ad legendum,diſputandum,& etiam ad poſtulandum,ſed non habet exercitium iuriſdictionis ante xxv. annum.

DE LEGE FVSIA CANINA TOLLENDA.

TIT. VII.

Continuatur ſic: Dictũ eſt prius de manumiſsionibus. Et quia lex Fuſia impediebat manumiſsiones cauſa mortis, ideò tanquam irrationabilis fuit tollenda, quæ hîc remouet́ & tollitur.

§. Lege Fuſia Canina.

1 *Lex Fuſia Canina, adquid ſublata.*
2 *Lex Fuſia,unde dicta Canina.*
3 *Inuidia eſt,impedire,quod alteri prodeſt,& tibi non nocet. Et ibid.in illud punctum quatuor regulæ,per diſcurſum nu.4.5.6.& 7.*
8 *Serui, ſunt de familia.*
9 *Argumentum à contractibus ad ultimam uoluntatem, an ualeat. Et quid econtrà.*
10 *Morientes, quomodo hîc accipiantur.*

1 Summatur ſic:Lege Fuſia(vel Suffia) Canina, limitabatur numerus ſeruorum manumittendorũ in teſtamento. Et quia viui habent licentiam manumittendi omnes ſeruos ſuos, irrationabile videtur, quòd morientes non haberent talem licentiam. Et ideò iſta lex, tanquam inuida & impediens libertates,fuit tollenda & ſubmouenda,&
2 ex iſto etiam patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd lex Fuſia dicta eſt Canina, fortaſsis quòd à quodã, qui appellabatur Canis,fuit inuenta. vel melius, Caninia dicta eſt,quia ſicut canis ſtans in palea,non põt eam habere,& alios eam habere nõ permittit:ita iſta lex nõ permittebat morie̜tibus dare ſeruis ſuis libertatẽ,nec ipſe moriens

riens & poterat seruos retinere. Et ideò conuenienter dicitur lex Ca-
nina, vt nomen cõueniat rei, sicut infrà de dona. §. est & aliud. Et fa-
cit iste tex. cõtra iniqua statuta, quę sunt tollenda, sicut quę sunt con-
tra libertatẽ ecclesiasticã, vt in c. nouerit, extrà de sent. excõ. Et no-
tat Bart. in Authen. cassa. C. de sacrosanctis ecclesijs. ¶ Notandum
3 secundò †ibi, inuidiam, quòd inuidia est, cùm quis laborat, impedire,
quod sibi nõ nocet, & alteri prodest, vt C. de cadu. tollen. in principio.
4 Et circa hoc dantur quatuor regulę. †Prima est, quòd possum in tuo
fundo facere, quod mihi prodest, & tibi nõ nocet. Exempli gratia, Si
habeas fontẽ tibi inutilem, possum ex illo, sine nocumẽto tuo, agrum
meũ irrigare, vt ff. de aq. plu. arc. l. ij. Sed si tibi noceat, nõ possum, vt
5 C. de seruitu. & aqua. l. aquã. Secũda† regula est, quòd tu nõ possis
in tuo fundo, quod tibi nõ prodest, & mihi nocet, imò teneris de do-
6 lo, vt ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. deniq;. Tertia regula, † quòd nõ pos
sis in tuo fũdo, quod tibi nõ prodest, & mihi nocet, licet prosit ter-
tio, vt ff. de lega. pręstan. l. virilis. §. si adierit hęreditatẽ. sed teneris de
dolo, qui tamen nõ pręsumitur, vt ff. de leg. iuris. l. nõ videtur, nisi pro
7 betur, vt ff. de probatio. l. eum qui. Quarta †regula est, quòd cõpelle
ris dare in fundo, quod tibi nõ nocet, & mihi prodest. Si tamen cõtra
ctus, ex quo agatur, pręcessit, vt ff. de euictio. l. in credito. ¶ Notan-
8 dum tertiò, †super verbo familiã, quòd serui sunt de familia, vt ff. de
9 verb. signifi. l. pronunciatio. ¶ Notandũ quartò & †finaliter, quòd
valet argumentũ à contractibus ad vltimã voluntatem, ex quo dicit
hîc, quòd id quod licet viuẽtibus, debet & morientibus licere, vt ff. de
pig. actio. l. sciendũ. §. non est mirum, & ff. de lega. j. l. si seruũ. §. eum
qui chirographũ. Et hoc est verum, si sit par ratio in cõtractibus &
vltima volũtate. Sed si maior ratio sit in vltima volũtate, valet argu
mentũ negatiuè, ab vltima volũtate ad contractũ, & affirmatiuè à cõ
tractu ad vltimam volũtatem, vt C. de legi. & constitutio. prin. l. fin.
Et si maior ratio sit in cõtractu, valet argumentũ à contractu, ad vl-
timam voluntatẽ negatiuè, & ab vltima volũtate ad contractũ affir-
matiuè, vt ff. de pactis. l. pactum. In dubijs tamen, præsumitur pro vl-
tima voluntate, vt ff. de re. du. l. cum in testamẽto. quia vltima volun
tas in multis est priuilegiata, nam ibi trãsfertur dominiũ sine traditio
ne, vt ff. de furtis. l. à Titio, quod non est in alijs contractibus, vt C. de
pac. l. traditionibus. ¶ Opponitur primò contra pręducta, & videtur,
quòd moriẽtibus nõ adimitur sola licentia manumittẽdi seruos suos,
quia mors omnia adimit & tollit. Et ideò non est incõueniens, quòd
eis auferẽ ista potestas. Et quòd mors tollit omnia, habetur in authẽ.
10 de nup. §. deinceps, colla. iiij. Solutio. † Morientes nõ debent hîc in
telligi, qui sunt in puncto mortis, sed qui sunt dispositi ad mortẽ. Pos-
sunt

ſunt etiam intelligi moriẽtes, qui ſani diſponunt facta ſua cauſa mortis, vt ff. de donatio. cau. mortis. l. iij. & iiij.

DE HIS, QVI SVI, VEL ALIENI IVRIS SVNT.

TITVLVS VIII.

Diuiditur iſte titulus in ſex partes. In prima, ponitur cõtinuatio. In ſecunda ibi, nam quædam, ponitur diuiſio. In tertia ibi, rurſus, ponitur ſubdiuiſio ſecundi membri precedentis diuiſionis. In quarta ibi, videamus, pro ſequitur ſecundum membrum diuiſionis poſitæ ibi, nam quædam. In quinta ibi, in poteſtate, declarat dominicam poteſtatem. In ſexta ibi, ſed hoc tẽpore, reſtringit dominicã poteſtatem.

§. Sequitur de iure.

Summantur ſic: Sequitur de iure perſonarum alia diuiſio, & intellectus textus eſt clarus. ¶ Notandũ, quòd hîc innuitur continuatio. quæ poteſt ſic fieri. Suprà poſita eſt diuiſio de iure perſonarũ, prout eſt de iure naturali & gentium: Hîc ponitur alia diuiſio de iure perſonarum, prout eſt de iure ciui. Nam prima diuiſio non poteſt dici de iure naturali tantùm, quia illo iure ſeruitus eſt incognita, vt ſuprà de liberti. §. primo.

§. Nam quædam.

1 *Perſonæ, ſunt duplices.*
2 *Diuiſio iuris perſonarum, eſt de iure ciuili.*
3 *Filij captorum ab hoſtibus, cuius ſint iuris.*

1 Summatur ſic: † Quædã perſonę ſunt ſui iuris, & quedã alieni iuris,
2 & clarus eſt intellectus textus. ¶ Notandũ, quòd † iſta eſt alia diuiſio iuris perſonarũ ab illa quæ ſuprà poſita eſt, titulo de iure perſonarum. Quia primũ membrum iſtius diuiſionis habet ſe in minus, quàm primum membrũ illius diuiſionis. Non enim omnes liberi ſunt ſui iuris, vt patet de filijs, qui ſunt in poteſtate patris. Et ſecundum membrũ iſtius diuiſionis, habet ſe in plus, quàm ſecundum membrũ illius, quia non omnes, qui alieni iuris ſunt, ſerui ſunt, vt etiam patet de filijs, qui ſunt alieni iuris. Et ita patet, quòd iſta diuiſio iuris perſonarum eſt de iure ciuili. Quia in ea ius gentiũ diſtinguitur, quia cùm dicitur, quędã perſonæ ſui iuris ſunt, reſtringitur primum mẽbrum diuiſionis poſitę ſuprà de iure perſonarũ, vt non cõprehendat quoſdam liberos homines, ſcilicet filiosfa. & ſtatim cum ſubditur, alieno iuri, ampliat ſecũdũ, vt comprehẽdat quoſdã liberos, ſcilicet filiosfa. vt ff. de iuſt. & iure.
3 l. ius ciuile. ¶ Opponitur † ſic, & videt, quòd iſta diuiſio non eſt bona, quia

na, quia aliqui sunt, qui nec sui nec alieni iuris sunt, vt filij illorũ, qui capti sunt ab hostibus, infrà qui.mo.ius patriæ potesta. soluit. §.si ab hostibus. Solutio. Quãuis aliqui dixerũt tales filios esse in pendenti. ff.de vsufruc.l.sed & si quis interdũ.dicendum tamen est in veritate, quòd isti filij sunt sui iuris, quãdiu patres sunt capti, quia patres eorũ sunt serui hostiũ, vt suprà de iure personarũ §.serui primo. Et ideò non possunt alios habere in potestate, vt ff. de acquirẽda poss.l. cùm hæredes. Nec possunt etiam simul esse sui & alieni iuris, hoc enim est absurdũ. C. de senten. pass.l.fin.

§. Rursus.

1 *Personæ alieni iuris, in cuius sint potestate.*

2 *Potestas, uariè accipitur.*

1 Hîc subdiuidit secundũ membrũ precedẽtis diuisionis sic, † quia earum personarũ, quæ sunt alieni iuris, quedã sunt in potestate parentũ, & quedam in potestate dominorum, & clarus est intellectus textus.

2 ¶ Notandũ † circa iustum textũ & glo. circa verbũ potestate, quòd potestas accipitur multipliciter. Vno modo, pro iurisdictione. Secundo modo, pro dominica potestate, quam scilicet dñs habet in seruũ. Tertio, pro patria potestate, quã pater habet in filiũ. Quarto, pro potentia vel facultate corporali, vt ff.de noxalib.l.quoties. Quinto, pro libera detentione, vt ff.de vsuca.l.sequitur. §.tunc. Et ita dicitur ff. de verbo.significatio.l.potestatis.

§. Videamus.

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*

Hîc consequenter prosequitur secundũ membrum primæ diuisionis. Et summatur sic: Videndũ est de his qui sunt alieni iuris, quia illis cognitis, cognoscetur, qui sunt sui iuris. Et primò videndũ est de his, qui sunt in potestate dominorũ. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

1 ¶ Notandum † primò, quòd contrariorũ est eadem disciplina, vt elicitur hîc & infrà de tute.in prin. Cognito enim vno contrariorũ immediatorum cognoscitur reliquũ, vt ff.de procurato.l. Pomponius. ¶ Opponitur sic, & videt̃, quòd contrariorũ nõ est eadẽ disciplina, per l.qui accusare.ff.de accusa. Solutio. Illa lex loquitur de effectibus contrariorũ, qui sunt contrarij, sed loquimur hîc de cognitione contrariorum.

§. In potestate.

1 *Potestas dominica in seruos, est iuris gentium.*

2 *Seruus si stipuletur à liberto operas, an acquirat domino. & nu. 4.5.*

3 *Dominus quotuplicem habeat in seruum potestatem.*

6 *Dominus, uerb. latè accipitur.*

1 Hîc prosequitur de potestate dominica. Et summat̃ sic: † In potestate

ſtate dominorũ ſunt ſerui quæ poteſtas eſt de iure gentiũ quia apud omnes gentes domini habẽt poteſtatẽ mortis & vitę in ſeruos ſuos,& quicquid per ſeruum acquiritur, domino acquiritur. Hoc dicit, & pa-
2 tet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd ſi ſeruus ſtipule- tur operas à liberto, etiam acquirit domino, vt ff. de ſtipula. ſeruo.l. antepenul. vel etiam ſi aliquod factum acquiratur in ſtipulatione, niſi in caſu, vt infrà de ſtipu. ſeruo. §. ſed cum factum. ¶ Notandum ſe-
3 cundò, † quòd dominus iſto iure habet duplicem poteſtatem in ſer- uum, ſcilicet vitæ & mortis, & acquiſitionis. Et poteſt addi tertia po- teſtas, ſcilicet, quòd ſeruus non poteſt torqueri in dominum, niſi in caſu, vt in crimine læſæ maieſtatis. C. de quæſtio. l. j. ¶ Opponitur
4 † primò, ſic contra prædicta: & videtur, quòd ſeruus non acquirit do- mino ſuo quicquid acquirit, quia ſi ſeruus acquirat iniuſtè, non vide- tur acquirere domino, vt ff. de acquiren. poſſeſ. l. quod ſeruus. Solu- tio. Illud dicitur acquiri, quod iuſtè acquiritur. Nam quod ſeruus ac- quirit iniuſtè, non acquirit, niſi de facto, & tamen hoc modo acquirit domino, ſed dominus tenetur reſtituere, vt notatur ea. l. quod ſer-
5 uus. ¶ Opponitur † ſecundò ad idem, quia ſeruus acquirit ſibi quan- doque libertatem, vt C. qui pro præmio liber. accipe. meruerunt, & tamen non accipit eam domino ſuo, vt infrà de actio. §. ſic itaque. Solutio. quando ſeruus acquirit libertatem, tunc non manet ſeruus ſed eo momento fit liber, vt dominum non habeat. Et ideò non eſt mirum, quòd illam non acquirit domino. Et eſt iſtud etiam de quæ- ſtionibus de puncto, vt habetur ff. quod metus cau. l. extat. Simile di-
6 ctum eſt ſuprà de liberti. §. j. ¶ Opponitur † tertiò, quia ſeruus ac- quirit vſufructuario, vel bonæ fidei poſſeſſori, vt infrà p̱ quas perſo- nobis acqui. §. de his, & tamen non ſunt domini ſui. Solutio. Quam- quam non ſunt domini, ſunt tamen quaſi domini. Et quod hîc dicitur dominis intelligitur etiam de quaſi dominis, & accipitur extenſè ter- minus ille dominis.

§. *Sed hoc tempore.*

1 *Domini in ſeruos ſæuire nõ poſſunt ſupra modũ, cauſa legibus incognita.*
2 *Dominus occidens ſeruum proprium, qua pœna puniatur. & nume. 8.*
3 *Antonini conſtitutio de dominis in ſeruos.*
4 *Domini quibus ex cauſis ſæuire poſsint in ſeruos.*
5 *Correctio magiſtri in diſcipulos, patris in filios, mariti in uxorem, & abbatis in monachos, qualis eſſe debeat.*
6 *Confugientes ad eccleſias, ſint ne ibi defendendi.*
7 *Re ſua ne quis malè utatur, expedit Reipubl.*
9 *Rem ſuam uendere, an quis cogatur. Et quando.*

10 *Seruo an fiat iniuria à domino: & quo iure.*

Hîc restringitur dominica potestas. Et summatur sic: Qui occidit seruum suum, puniendus est, ac si occidisset seruum alienũ. Hoc dicit. ¶ Et intellectus textus est iste: † Nulli homines sine causa in iure posita, possunt suprà modũ sæuire in seruos suos, quia † ex cõstitutione diui Pij Antonini, qui occidit seruũ suũ, non minus iubetur puniri, quàm si occiderit seruũ alienum, & etiam prohibetur asperitas dominorum cõtra seruos suos, per constitutionem eiusdẽ principis. Ipse enim consultus à quibusdã præsidibus prouinciarũ de seruis qui ad ecclesias, vel statuam principis cõfugiunt, pręcepit quòd si appareret magna sæuitia dominorũ, cogerentur domini seruos suos bonis cõditionibus, vt scilicet pretiũ dominis daretur, vẽdere. Expedit enim reipublicæ, ne quis
3 sua re malè vtatur. Et † sequũtur in tex. verba cõstitutionis Antonini, missæ ad Aelianum Martianum, quorũ intellectus est, quòd dominorum potestas est seruãda illibata, quia nemini est detrahẽdum ius suũ. Interest tamen dominorũ ne auxilium negetur iustè petentibus contra sæuitiam vel intolerabilem iniuriam. Et ideò iubet prædictus princeps cuidam iudici, vt cognoscat de querelis illorũ, qui ex familia Iulij Sabini ad statuam cõfugerunt. Et si reperiat eos iniuria affectos, faciat eos vendi, & non reuertantur in potestatem dominorũ, qui Sabinus, si fraudem fecerit huic cõstitutioni, acrius, id est, seuerius puniatur.
4 ¶ Notandum † primò, quòd aliquæ sunt causæ in iure positæ, propter quas dominus potest sæuire in seruũ suum, vt si domino positæ sunt insidiæ sciẽte seruo, & dominũ non auisauit: vel si seruus accusauit dominũ criminaliter, nisi esset crimẽ læsæ maiestatis, vel si non iuuit dominum suũ in periculo existentẽ: vel si inuenit dominus eum cũ vxore sua, vel filia, concubentem, quo casu eum etiam occidere potest, vt ff. de verb. oblig. l. qui seruum. & ff. de lega. j. l. quid ergo. & ff. ad leg. Iul. de adul. l. marito. Si primis modis deliquerit, & eum non inuenerit cum vxore, sed non obedit legitimè, eum corrigere potest, nõ tamen vltra modũ boni viri arbitrio comprehensum, vt C. de emend. ser. l. j. Etiam si sit seruus dotalis, vt ff. solu. matri. l. si constante. §. si maritus.
5 Sic etiam potest † magister scholares emendare, etiam in sacris existẽtes, vt ff. ad le. Aqui. l. sed si quicũq;. Et potest pater filios gratiosè corrigere, vt C. de emend. propinquorũ. l. j. Et maritus vxorem, vt in Authen. sed nouo iure. C. de repud. Imò potest clericus vxorem suam, si suspicetur de adulterio, flagellare & incarcerare. xxxiij. q. ij. c. placuit. Sic potest abbas monachũ gratiosè corrigere, vt extrà de offi. ordi. c. quanto. Et paterfamiliâs familiam suam, vt ff. de pœnis. l. respiciendũ.
6 §. furta domestica. ¶ Notandum secundò, † quòd confugientes ad ecclesias, sunt ibi defendendi, vt C. de his, qui ad ecclesias confugiunt. l. j.

Et dicit hîc Ioan.Fab. quòd confugientes ad venerabile sacramẽtum eucharistiæ, cum portatur ad infirmum,sunt defendendi,& mouetur ex isto tex.vbi dicitur, quòd defendũtur confugientes ad statuas principum:multò potius ad corpus Christi summi principis. Et idem tenet Hostien. Sed Gulielmus in rationali diuinorum,tenet oppositũ. Melius tamen tenetur quòd sic. Si tamen aliqui confugiant ad ecclesiã propter delictum, pro quo sunt corporaliter vel criminaliter puniendi,iure ciuili non defenduntur,vt in Authenti.de manda.princ. §.nec autem.colla.iij. Sed iure canonico etiam defenduntur,vt in c.immunitatem.extrà de immuni.eccle. Nisi publici essent latrones,vel agrorum depopulatores,vel commisissent delictum in ecclesia,vel exirent propter hoc ecclesiam,vt committerent delictum, & redirent ad ecclesiam. In his enim casibus etiam iure canonico non defenduntur,vt in c.inter alia.extrà de immunita.eccles. ¶ Notandum tertiò,† quòd

7 expedit reipublicæ,& etiam principi, ne quis re sua malè vtatur,vt dicitur hîc in tex.quia expedit subditos locupletes esse, vt in Authen.vt iudices sine quoquo suffrag.fiant. §.cogitatio.colla.ij. ¶ Opponitur

8 primò sic contra prædicta, & videtur, † quòd occidens seruum proprium, non punitur sicut occidens alienum, quia contra illum datur actio legis Aquiliæ,vt infrà ad legem Aquil.in princ.Sed talis actio hoc casu dari non potest,quia datur domino, & non contra dominum vt ff.ad leg. Aquil.l.item Mela. Solutio. Verum est,quòd datur actio legis Aquiliæ, si agatur ciuiliter, sed istud intelligitur quando agitur criminaliter, vt infrà de publ.iud. §.item lex. Sed lex Cornelia datur pro homicidio,tam seruorum,quàm aliorum,vt ff.ad l. Cornel.de sicar.l.j. Actio tamen ciuilis etiam datur in hoc casu contra dominum & cuius interest seruum non esse occisum, puta creditori, vt ff.de pignor.l.seruum. Etiam vsufructuario,vt ff.ad legem Aquiliam. l.si proprietatis. ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd nemo inuitus

9 cogitur vendere rem suam. ff.de contrahen.empt.l.inuitus. Solutio. Verum est,quòd regulariter nemo cogitur vendere rem suam,sed fallit ne in aliquibus casibus,vt in odium possidentis,vt hîc,quia domini coguntur seruos vendere in odium ipsorum,propter sæuitiam. Aliquando coguntur etiam domini rem suam vendere fauore religionis,vt ff.de religio. l.si quis sepulturæ. quandoque fauore libertatis, vt infrà de donatio.in fine.& quandoque fauore vltimæ voluntatis,vt ff.de lega.primo. l.sed si fideiussor. ¶ Opponitur † tertiò, & videtur,quòd

10 serui non debent vendi propter iniuriam, quia seruo à domino non fit iniuria, vt infrà de iniurijs. §.seruis. Solutio. Licet seruis non fiat iniuria inspecto iure gentium, fit tamen iniuria eis inspecto iure naturali,& ciuili,& diuino,

DE PAT

DE PATRIA POTESTATE.

TITVLVS IX.

Continuatur sic: Suprà dictum est de dominica potestate: consequenter dicendum est, de patria potestate. Et diuiditur presens titulus in quatuor partes. In prima declaratur, qui sint in patria potestate. In secunda declaratur ibi, Nuptiæ. quid sit matrimonium. In tertia declaratur, quale sit ius patriæ potestatis, ibi: ius autem. In quarta ibi, quæ igitur. declaratur qui habeant patriam potestatem.

§. In potestate.

1 *Liberi ex iustis nuptijs procreati, sunt in patria potestate.*

1 Summatur sic: † Liberi ex iustis nuptijs procreati, sunt in patria potestate. hoc dicit, & clarus est intellectus tex. ¶ Notandũ pro expeditione glo. quòd de illo verbo potestas. dictũ est suprà in proxi. tit. §. rursus. in notabili. Quæ sunt iustæ nuptiæ, dicetur infrà titu. proximo.

§. Nuptiæ.

1 *Nuptiæ, quid.*
2 *Nuptiæ, unde dicantur.*
3 *Matrimonium, unde dictum.*
4 *Coniunctio animorum, intelligitur in matrimonio.*
5 *Matrimonium, an & quo iure separari possit.*
6 *Vxor sequitur forum uiri.*
7 *Concubinatus, an & quo iure sit licitus.*

Non summatur, quia est diffinitio nuptiarum seu matrimonij, & est
1 ista: Matrimonium † est viri & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ
2 consuetudiné retinens. ¶ Notandum primò, † quòd nuptiæ dicuntur à nubendo, id est, velando, quia spõsa debet esse velata, cuius ratio notatur xxxiij. q. v. in c. hæc imago. vbi dicitur, quòd vir est imago Dei,
3 sed mulier est imago viri. Dicitur † autem matrimonium secundum glo. quia mulier nubit, vt mater fiat. Sed hæc ratio non videtur bona, quia etiam vir ducit vxoré, vt pater fiat, & ita à digniori potius diceretur patrimonium. Idcirco potest esse alia ratio, quia matri incumbunt maiora onera matrimonij. Nam ante natiuitatem partus est matri onerosus, & in partu dolorosus, & post partum laboriosus. Et ista ratio notatur in c. fina. extrà de conuersi. in fide. Sed vocantur patrimonialia, quia in illis est patri maior cura. Dicitur etiam connubium, coniugium vel consortiũ, vt ff. de rit. nup. l. in eo iure. licet cõsortium cõmuniter dicatur cõiugium seruorũ, vt C. de ser. fug. l. fi. quod etiam vocat̃ contuberniũ, vt C. de incest. nup. l. cũ ancillis. ¶ Notandũ secũ
4 dò, quòd ista cõiunctio † intelligit̃ animorũ, vt ff. de reg. iur. l. nuptias.

Et debet consensus exprimi per verba, ab illis, qui sciunt loqui, vt notatur in c. tuæ. extrà de sponsal. vel per signa ab his, qui non sciunt loqui, vt eodem titulo. c. cum apud. Et quia matrimonium est sacramentum, ideò coniunctio animorum significat coniunctionem spiritus increati, cum spiritu creato, id est, Dei cum anima, iuxta dictum Apostoli: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo. Sed coniunctio corporum, quæ requiritur ad consummationem matrimonij, significat vnionem filij Dei, cum natura humana, vnde in euangelio, Verbũ caro factum est. vel vnionẽ Christi cum ecclesia, vnde Apostolus: Hoc magnum sacramentum in Christo & ecclesia. Et hæc not. in c. debitum. extrà de biga. & pulchrè habẽtur cum plurimis alijs, de significatione

5 matrimonij. xxvij quæst. j. in summa. ¶ Opponitur † cõtra prædicta, & videtur, quòd non cõuenienter dicitur, quòd matrimonium retinet indiuiduam consuetudinem, quia potest fieri separatio, vt C. de repudijs. l. consensu. & in Authen. de nuptijs. §. si igitur. colla. iiij. & in Authen. vt liceat matri vel auiæ. §. quia verò. colla. viij. Solutio. Licet matrimonium separari possit, iure ciuili antiquo & nouo. Iure tamen canonico separari non potest, quo ad sacramentum, licet bene quo ad torum, vt extrà de diuort. c. ij. Et si aliquando quo ad sacramentum videatur separatio fieri, non tamen est separatio, sed nullitatis declaratio, vt in glos. in l. rerum. ff. rerum amotarum. Sed potest etiam dici, quòd ista indiuidua cõsuetudo intelligitur, quantum ad affectionem, & ita etiam saluatur definitio, de iure ciuili. Sed tunc replicatur, quia talis affectio potest esse ad concubinam, ergo diffinitio non solùm conuenit matrimonio. Solutio. Propter istud dicit glos. quòd debet addi isti diffinitioni, diuini & humani iuris communicatio, vt ff. de ritu nup. l. j. Dicitur notanter diuini iuris, quia vir & vxor debent esse eiu-

6 dem religionis. C. de Iudæ. l. ne quis. Et † dicitur humani iuris, quia vxor sequitur forum viri. ff. ad municipa l. fina. Quod non est de co-

7 cubina, vt ff. ad municipa. l. si de iure. † Licet concubinatus de iure ciuili sit licitus, vt ff. de concubinis. l. in concubinatu. Iure tamen canonico est prohibitus, & hoc ius præualet præcipuè in isto casu. Sed potest adhuc obijci, quia ista affectio potest esse inter matrem & filium, vbi non potest esse matrimonium. Solutio. Illa affectio non retinet indiuiduam consuetudinem, sicut inter virum & vxorem, vt infrà titu. proximo. §. ergo.

§. *Ius autem.*

1 *Ius patriæ potestatis, est proprium ciuium Roman.*

2 *Patria potestas, in quibus consistat.*

3 *Pater an possit petere filium suum, ut sit in sua potestate.*

Ciuis,

4 *Ciues, qui sint: & quomodo accipiatur illud uerb.*
5 *Filij alieno nomine possunt esse in iudicio.*

1 Summatur sic: † Ius patriæ potestatis proprium est ciuium Romanorum, quia nulli homines talem potestatem habent in liberos, qualem habent Romani. Hoc dicit. Et intellectus textus est clarus. ¶ No
2 tandum † pro expositione glos. quòd ista potestas patria consistit in multis. Primò, quia pater potest in necessitate filium suum vendere, vel obligare, vt C. de patribus, qui fil. distraxe. l. ij. Secundò, quia patres non possunt à filijs in iudicium vocari, vt C. de in ius vocan. l. fin. Tertiò, patres agendo cum filijs, non possunt iudicium habere, vt ff. de iudic. l. lis. Quartò, quia filij acquirunt patribus, vt infrà per quas personas nobis acquiritur. §. j. Quintò, non possunt filij sine licentia patrum, etiam cum alijs in iudicio esse, vt C. de bonis quæ liberis. l. finali. Sextò, possunt patres inuitis filijs bona aduentitia sua administrare, vt infrà per quas personas nobis acquiritur. §. j. Et dicunt quidam, quòd patres & filij obligantur sibi inuicem ad alimenta, quod intelligitur de emancipatis, vt ff. de libe. agnoscen. l. si quis à liberis. Septimò, inter patrem & filium, non potest esse ciuilis obligatio, vt infrà de obliga. §. item inutilis. quia istud ius inductum est iure ciuili, quo pater & filius reputantur vna persona, & sic idem obligaretur si
3 bijpsi, vt ff. de fideiusso. l. hæres. † Octauò & vltimò, potest pater petere filium suum, vt sit in sua potestate. Circa quod distinguendum. quia vel à nullo detinetur, vel ab aliquo. Si à nullo, petitur per interdictum, vel per actionem in rem, iure Quiritum, vt ff. de rei vendicatio. l. j. Si detinetur, vel volens, vel inuitus. Si volens, petitur per officium iudicis. ff. de liber. exhiben. l. iij. per actionem præiudicialem, vt infrà de actionib. §. præiudicialis. & non per interdictum, nisi pater vellet eum adire hæreditatem, in qua factus hæres. ff. de acquiren. hæredita. l si quis mihi. Si inuitus, super ista iudicia habet rei vendicationem pater. ff. de rei vendica. l. j. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd istud ius non est proprium Romanorum, quia multi alij habent istam pa-
4 triam potestatem. Solutio. † Vocantur hìc ciues omnes, qui sunt sub Romano imperio, & dicit glos. quòd Sclaui habent filios suos vt seruos, sed Franci habent eos absolutos, & sic glo. videtur innuere, quòd Franci non sunt sub imperio, cuius contrarium dictum est circa rubricam procemij huius libri. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd filij possunt esse in iudicio sine licentia patris, quia possunt esse procurato-
5 res, vt in c. qui generaliter. de procurato. lib. vj. Solutio. † Filij non possunt esse in iudicio, sine licentia patrum, suo nomine proprio, vt hìc dictum est, sed bene nomine alieno. Et procuratores maximè, quando sunt legitimæ ætatis, vt in c. allegato.

§. Qui igitur.

1 *Filij,ex eisq́; descendentes,cōstante matrimonio,sunt in patria potestate.*
2 *Natus ex concubinatu,uel incestu,non est in patris potestate.*
3 *Filij,sunt in potestate patris,nullo ascendentium extante superiore.*
4 *Nati ex filia,sequuntur familiam.*

1 Summatur sic:Filij † & descendentes ex filijs,constante matrimonio,sunt in patria potestate,similiter & filiæ,sed non descendentes ex
2 filiabus.Hoc dicit.Ex quo etiã satis patet intellectus textus. ¶ † Notandum primò,quòd textus dicit notanter vxore, quia qui nascitur ex concubina,non est in patris potestate, vt infrà titulo proximo.§.fina.nec ille qui nascitur ex incestu,vt in Authenti.qui.mo.natura.effi
3 ciuntur legiti.§.fin.colla.vij. ¶ † Notandum secundò,quòd filij sunt in potestate patris,si nullus ascendentium sit superior,vtputa auus vel proauus,quia tali existente sunt in potestate illius,scilicet aui vel proaui,quo scilicet auo mortuo,filij recidunt in potestatem patris, nisi pater ante mortem illius fuerit emancipatus,quia tunc non cadunt in potestatem patris,sed fiunt sui iuris,vt ff de his,qui sui vel alieni iuris sunt
4 l.Item in potestate. ¶ Notandum † tertiò,quòd qui nascũtur ex filia, sequuntur famliam,vt infrà de legit.agnato.tute.in principio. & sic sequuntur patrem,vt ff.de statu homi.l.cum legitimè. ¶ Opponitur cõtra prædicta,& videtur,quòd filius natus ex viro & eius vxore, non semper est in patris potestate,vt hîc dicit textus, per l. sic veniet.ff.ad leg.Iuliam de adulte. Solutio.Illa lex loquitur de viro,qui est in aliena potestate,& sic nullum potest habere in potestate sua. Iste autem textus intelligitur de viro,qui est sui iuris.

DE NVPTIIS.

TITVLVS X.

Dictum est suprà,de patria potestate, quæ est respectu filiorum ex iustis nuptijs procreatorum, ideò conuenienti ordine determinatur hîc de nuptijs. ¶ Et diuiditur iste titulus in octo partes. In prima parte declaratur inter quas personas nuptiæ esse possunt. In secunda ibi, ergo.ponuntur prohibitiones nuptiarum, inter ascendentes & descendentes.In tertia ibi,inter eas.ponuntur prohibitiones inter collaterales. In quarta ibi,affinitatis,ponuntur prohibitiones ratione affinitatis.In quinta ibi,& si vxor,ponuntur prohibitiones, ratione publicæ honestatis.In sexta ibi,illud,ponuntur prohibitiones rõne seruilis cõditionis.In septima ibi,si aduersus,ponitur annullatio matrimonij, cõtra ius cõtracti,& adijciũtur pœnæ.In vltima ibi,aliquando.declaratur,quomodo filij non existentes in patria potestate,rediguntur ad

patriam

patriam potestatem. §. Iustas autem.

1 *Nuptiæ iustæ, quæ sint. & quomodo contrahantur.*
2 *Ciuium Roman. appel. intelliguntur librri.*
3 *Matrimonium an possit esse inter seruos: & utro iure.*
4 *Iura, ciuile & canonicum ubi dissident, utri potius standum. disting.*
5 *Masculi puberes quoto anno dicantur in utroque genere, ad matrimoniũ contrahendum habiles.*
6 *Matrimonium contrahere an possint existentes in patria potestate, sine consensu patris. Et quid si sint furiosi. nu. 7.*
8 *Matrimonij & sponsaliorum, non idem ius.*
9 *Pater si filiam non dederit nuptui ante xxv. annũ, & postea prostituatur, non tamen potest eam ob iter exhæredare.*
10 *Diploma.*

1 Iustæ nuptiæ sunt † quæ per masculos puberes, & fœminas viri potentes liberos, secundum præcepta legum, & de consensu illorum, in quorum potestate sunt, contrahuntur. Si tamen illi, in quorum potestate sunt, fuerint furiosi, possunt tam filij quàm filiæ sine illorum cõsensu matrimonium contrahere, secundum modum in iure positum.
2 Hoc dicit. Et ex summarijs patet intel. textus. ¶ Notandũ circa † verbum, Ciues Romani, quòd per ciues Romanos intelliguntur hîc liberi homines, vt suprà de liber. §. fin. Ex quo patet, quòd isto iure ciuili
3 non est † matrimonium inter seruos, sed est contubernium, vt C. de incestuo. nup. l. cũ ancillis. Secus de iure canonico, quia illo iure, est inter eos verum matrimonium, vt in c. j. extrà de coniu. seruo. in quantum vterq; coniugum cognoscit conditionem seruilem. Si enim altera persona esset libera, & ignoranter contraheret cum altera seruilis conditionis, non teneret matrimoniũ, etiã in iure canonico, nisi sciens seruitutem posteà consentiret, vt in c. licet. & in c. fin. de coniu. seruo. Dominus tamen per matrimoniũ nõ debet priuari operis suis, vt in c. j. extrà de coniu. seruo. Et si dominus petat operas ab ancilla, & maritus petit debitũ, præfertur maritus: quia vinculũ spirituale, quod est in matrimonio, præfertur vinculo tẽporali, quod est inter dominũ & seruũ, vt in gl. c. j. de coniu. seruorũ. Quod verũ est, nisi dominus exegerit seruitia pro auxilio personæ suæ. l. si quis in graui. §. sic homines. ff. ad sille. Secundò, dominus nõ potest vẽdere seruũ mercatori, qui deducturus est eum ad alienas terras siue prouincias, quia maiori vinculo, quippè spirituali, alligatus est vxori, quã domino, cui solùm vinculo temporali. Tertiò, si dominus scienter seruũ vel ancillã cum libera persona cõtrahere permittat, efficiũtur liberi per matrimoniũ, vt in l. ad hæc qui suã. C. de lati. liberta. tollen. Partus etiam ex matri-

 monio,

monio ancillæ procreatus, pertinet domino, vt ff. de ſtatu hominum.
4 l.& ſeruus. Et † quia coniugium ſeruorum iure canonico eſt verum matrimonium,& non iure ciuili, idcirco ſciendum eſt hîc, quòd ius canonicum præualet iuri ciuili, quando ſunt contraria, vt in Authen. de eccleſia. titulis. §. j. collatione ix. De quo tamen datur pulchra diſtinctio, ſumpta ex doctoribus, ſuper c. j. de noui operis nuncia. Quia materia, de qua eſt quæſtio, vel deciſa eſt in vno iurium & non in altero, vel eſt deciſa in vtroq; iure. Si tantùm deciſa eſt in altero iurium, tunc in vtroq; foro ſeruatur. Exemplum, vt deductio duarum quartarum, ſcilicet falcidiæ & trebellianicæ, declaratur in iure canonico, vt in c. Raynutius. & c. Raynaldus. extrà de teſtamen. & ſeruatur etiam in iure ciuili. E contrà, materia tranſmiſsionis hæreditatis ad hæredes, nõ declaratur multum in iure canonico, ſed deciditur in iure ciuili, & ergo tunc ſeruantur leges etiam in foro eccleſiaſtico, quia ita tranſmittit hæreditatem clericus, ſicut laicus. l. vnica §. nouiſsima C. de cad. tollen. Si autem materia deciſa ſit in vtroq; iure, nunc vel contrariatur, vel non. Si non contrariatur, tunc miſtim obſeruatur deciſio in vtroque iure, vt in c. paſtoralis. extrà de fide inſtrumento. Si autem contrariatur, tunc vel ius ciuile trahit ad peccatum, & tunc non obſeruatur in aliquo iure, vt in ca. finali. extrà de præſcriptio. quia quando ius ciuile trahit ad peccatum, tunc per Papam tollitur, vt in c. nouit. extrà de iudi. Si autem ius ciuile non trahit ad peccatum, & contrariatur iuri canonico, tunc in ſacramentis & ſpiritualibus obſeruatur ius canonicum, vt iam dictum eſt de matrimonio ſeruorum. In alijs autem ſeruatur ius canonicum in foro eccleſiaſtico, & ius ciuile in foro ciuili. Nam tunc Papa non tollit ius ciuile, niſi in loco illo, vbi habet dominium temporale, vt notat Ioan. And. in regula ſecunda de regulis iuris, libro vj. Et de iſto loquitur Barto. in l. priuilegia. C.
5 de ſacroſanctis eccleſijs. ¶ Notandum † ſecundo, quòd maſculi ſunt puberes, ſcilicet in xiiij. anno. & fœminæ viri potentes, in xij. vt infra
6 quibus modis tute. finitur. in principio. ¶ Notandum † tertiò, quòd de iure ciuili exiſtentes in patria poteſtate, non poſſunt contrahere matrimonium ſine conſenſu patris, vt hîc & ff. de his, qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. nam ciuium. Interpretatur tamen conſenſus, quando parentes non contradicunt, vt ff. de ſponſa. l. in ſponſalibus. Et ſine iſto cõſenſu, hoc iure matrimonium non tenet, vt ff. de ſtatu hominũ. l. Paulus. Sed ſi fuerint emancipati. non requiritur conſenſus parentum, vt ff. de contratabu. l. ij. Sed iſte conſenſus parentum de iure canonico, non eſt neceſſarius, xxvij. quæſt. ij. c. ſufficiat. quia ſicut filij ſine conſenſu parentum poſſunt intrare monaſterium, ſic etiam poſſunt contrahere matrimonium, quia matrimonium res ſancta eſt, vt in Authé.

de ſanc

de sanctis. episcopis. §. vllam. collatione ix. Est tamen consensus parentum requirendus de honestate, vt in c. ex parte. extrà de conuersione coniugatorum. ¶ Notandum † finaliter, quòd licet filius & filia furiosi possunt contrahere sine consensu parentum, debent tamen isto iure habere authoritatem & consensum curatoris patris, qui debet disponere de dote, vel de donatione propter nuptias, secundum conditiones, & vires facultatum patris, vt C. de nup. l. si furiosi. & hoc vult textus hîc, quando dicit secundum modum ex nostra constitutione datum. ¶ Opponitur primò sic contra prædicta: Masculus & fœmina in eadem ætate possunt contrahere sponsalia, vt in c. vnico. de desponsa. impu. libro vj. ergo à simili in eadem ætate possunt contrahere matrimonium, cuius contrarium dictum est in secundo notabili. Solutio. Non est simile de sponsalibus & matrimonijs, quia in
8 sponsalibus † solum requiritur consensus, ad quem æqualiter habiles sunt masculi & fœminæ, sed ad matrimonium requiritur etiam coniunctio corporum, seu consensus in illã, vel non dissensus, & habilitas ad illam prius constituitur in iure, in fœmina quàm in masculo, propter calorem libidinis, vt dicit glo. in Authen. de non eligendo secundò nubẽtes §. cùm igitur. colla. j. Sed melius dicitur, quòd est propter fragilitatem sexus, vt infrà qui. aliena. non licet. §. j. Et maioris diffamiæ, est transgressio in peccato libidinis, in fœmina quàm in masculo. Et ideò patet, quòd ius aliquãdo statuit propter periculum, quod aliâs
9 non statueret, & ita in simili statutum est. & ad hoc facit † quòd si pater non tradat filiam suam nuptui ante xxv. annum, & posteà meretricetur, non potest eam exheredare: quod posset, si ante hoc tẽpus trãsgressa fuisset, vt in Authẽ. vt cùm de appellatio. cognoscitur. §. aliud quoque capitulum. collatione viij. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd in masculo non sufficit tempus xiiij. annorum, vt in Authen. de tempori. non solu. pecu. super dote. §. generaliter. colla. vij. ibi dicitur quòd debet esse xv. annorum. Solutio. Illud ius loquitur secundum communem hominum consuetudinem & frequentiam, & non præce
10 ptiuè. ¶ Opponitur tertiò, † & videtur, quòd sufficit minor ætas, per l. penul. ff. quando dies lega. cedit. quia potest quis vti diplomate, vt scilicet malitia suppleat ætatem. ff. de verbo. obli. §. cum ita. l. continuus. Est autem diploma, iter duplicatum vel sterilitas, secundũ glo. ibi. Nam textus exponit dicens: neq; duplante in diebus aut noctibus & omni tempestate contempta iter cõtinuare cogatur, quasi diceret, hoc diploma facit. Nam textus ibi prohibet eũ qui Ephesi se daturũ promiserit, nec cũ diplomate cogi iturum. Vtitur igitur diplomate ille, qui duplata vtitur dieta: & habes de isto termino de electione in vj. c. vbi periculum in glo. per Ioan. Andreæ. Solutio. Quanuis glos.

hîc dicat, quòd tales puniri debent per l. inter liberos. ff. ad legem Iuliam de adulte. hoc tamen non tamen est verum hodie, quia tẽpus anticipatur propter malitiam vel bonum pacis, vt in ca. de illis. extrà de desponsa. impu. ¶ Opponitur quartò, & videtur, quòd emancipati iure ciuili etiam debent contrahere cum consensu parentum, per l. viduæ. C. de nuptijs. Solutio. Illa lex loquitur de consilio & honestate, & non de præcepto. Sed replicatur, Et videtur quòd tam in emancipatis quàm in alijs, & tam iure canonico quàm ciuili requiratur consensus parentum, quia dicit Bal. in l. j. C. de sponsa. quòd si filia nubat sine consensu patris, non tenetur pater eam dotare, & potest eam legitima priuare. Solutio. Dicendum est quòd licet Innocen. & docto. communiter in c. j. extrà de sponsa. dicant, quòd per nullum ius ciuile, neque per statuta potest fieri immutatio circa matrimoniũ: hoc tamen debet intelligi, quantum ad substantialia matrimonij, quia circa accidentalia, vt puta de dote, vel de consimilibus, per ius ciuile vel statutum potest fieri immutatio. Et ideò si in aliquo loco statutum sit, quòd si aliqua filia sine consensu patris nubat, non tenebitur pater eam dotare, vel carebit legitima, si filia contrarium fecerit, in tali loco obseruabitur statutum.

§. Ergo.

1 *Matrimonium, inter quos esse debeat.*
2 *Adam si uiueret iam, nullam posset habere uxorem. Et quid ita.*
3 *Nuptiæ incestæ, & nefariæ, differunt.*
4 *Pater adquid non posit filiam adoptiuam ducere, dissoluta adoptione.*

1 Summatur sic: † Inter ascendentes & descendentes naturaliter & ciuiliter non potest esse matrimonium in infinitum, etiam ciuili cognatione, vel adoptione dissoluta. Hoc dicit. Sed intellectus textus est iste. Dictum est in §. præcedenti, quòd matrimonium debet contrahi secundum præcepta legum. Infertur hîc contrariè. Ergo non omnes nobis licet habere vxores. Nam à quarundam sæpe personarum nuptijs est abstinendum. Illi enim qui locum parentum vel liberorum obtinent, inter se, vt pater, filia, auus, neptis, & sic de alijs, non possunt matrimonium contrahere, & si coierint, nefarias & incestas nuptias contrahunt. Et hoc etiam verum est in illis, qui illorum locũ obtinẽt per adoptionẽ, sic vt adoptione dissoluta maneat idẽ ius.

2 ¶ Notandũ primò, † quòd quia inter ascẽdẽtes & descẽdẽtes nõ põt esse matrimoniũ, idcirco elicitur, quòd si Adã adhuc viueret, nullam in mundo posset habere vxorem, vt hîc & ff. de ritu nupt. l. nuptiæ.

3 ¶ Ntandum secũdò, quòd † differunt incestæ nuptię & nefarię, quãdo termini

termini propriè accipiuntur: quia incestus est abusus consanguinearũ vel affinium, vt §. cùm ergo. xxxvj. q. j. & sic incestuosæ nuptię dicũtur, cùm aliquis cognatam, affinem vel sanctimonialẽ nefario amore cõmaculat, siue in matrimonio, siue extra. Sed nefarius dicitur, non dignus farre, quo cibi genere hominũ vita in principio sustentata est: vel nefarius, id est, nec dicendus, à ne & for faris. Et sic nefariæ dicuntur, quæ non sunt nominãdę. ¶ Notandum tertiò, quòd istud intelligitur non solùm de legitimis & naturalibus, sed etiam de illegitimis qualitercunq; natis, vt ff. de ritu nup. l. & nihil. ¶ Notandum quartò,
4 † quòd ratio, quare dissoluta adoptione non potest pater filiam adoptiuam ducere, est iustitia publicæ honestatis, quæ seruãda est in matrimonijs, vt ff. de ritu nuptia. l. semper.

§. Inter eas quoque.

1 *Nuptiæ an, & quomodo prohibeantur inter personas ex transuerso coniunctas.*
2 *Matrimonium inter transuersales, de iure canonico, usque ad quotum gradum prohibebatur olim: & quid hodie.*
3 *Agnatio, an tollatur per emancipationem.*
4 *Filia mulieris adoptatæ per patrem tuum, non coniungitur tibi ciuili, uel naturali iure.*
5 *Amita, est soror patris: amita magna, soror aui.*
6 *Matertera, est soror matris: matertera magna, soror auiæ.*
7 *Patruus magnus, est frater aui materni.*
8 *Ignorantia an sit tolerabilis in facto proprio.*
9 *Transuersalium ordo, est triplex.*
10 *Auunculus & matertera, quod non possint fieri per adoptionem, quomodo intelligatur.*

Summatur sic: inter personas, quæ coniũguntur ex trãsuerso gradu, prohibentur nuptiæ, modo qui sequitur. Nam inter fratrem & sororem nuptiæ esse non possunt, siue sint fratres & sorores ex vtroq; parente, siue ex altero tantùm nati sint. Et inter fratrem & sororẽ per adoptionem non potest esse matrimonium cõstante adoptione, sed adoptione per emancipationẽ dissoluta, vel adoptione post emancipationem facta, possunt esse nuptiæ. Et ideò, si quis velit generũ suũ vel nurum suam adoptare, debet primò filium suũ vel filiam suã emãcipare. Item inter fratrem & filiã, vel neptem fratris, non põt esse matrimoniũ, quãuis neptis sit in quarto gradu, quia cuius filiam quis prohibetur accipere, eius neptẽ non põt habere. Item filiã mulieris quam pater

pater tuus adoptauit.poteris vxorẽ ducere:quia talis filia neq; natur
li,neq; ciuili iure cõiungitur tibi.Item duorũ fratrum vel sororũ fi
& filiæ.possunt inter se matrimoniũ cõtrahere. Item amitã licet ado
ptiuam vel amitam magnã, vel materterã.seu materteram magnar
nemo potest vxorem ducere. Hoc dicit vsq; ad §.affinitatis, & patet
2 intellectus textus ex summario. ¶ Notandũ †primò ibi,sed non tã
ta,quòd inter transuersales de iure canonico olim prohibebatur ma
trimoniũ vsq; ad septimũ gradum,xxxv.q.iij.c.progeniem.& c.in co
pulatione.& c.nulli cõsanguineorum.Sed modò prohibetur vsq,ad
quartũ gradum inclusiuè,vt in c.nõ debet.extrà de consangui.& aff.
Iure autem ciuili licitũ est contrahere matrimoniũ in quarto grad
qui iure canonico est secundus,vt hîc in §.duorũ. Nam gradus alite
computãtur iure ciuili,quàm iure canonico,vt infrà dicetur de grad
3 bus. ¶ Notandũ † secundò ibi,& ideò, quòd hîc datur consiliũ ado
ptanti generũ vel nurum, quia per, emãcipationem tollitur agnatio
vt ff.de adoptio.l.cùm in adoptione.Sed hodie nõ tollitur sic agna
tio,vt infrà de legit.agnato.succes.§.fi. Et ideò dicit glo.quòd istud
consilium hodie nõ est bonum,sed glo.nõ dicit verum secundum cõ
muniter Doctores,quia licet per emãcipationem nõ tollatur agnatio
quantũ ad successionem & tutelæ acceptationẽ,vt in illo §.fin.tolli
tur tamẽ hodie per emãcipationem quo ad alios effectus,quorũ vnu
est impedire matrimoniũ, vt notatur cõmuniter per Doctores in c.
4 vnico,extrà de cognat.lega. ¶ Notandum † tertiò ibi,eius verò mu
lieris,quòd filia mulieris adoptatæ per patrem tuũ,non cõiungitur ti
bi ciuili vel naturali iure,vt in textu. De naturali quidem est manife
stum.De ciuili patet,quia illa filia nõ est in potestate matris suæ,vt in
frà de hered.qualitate & differẽtia.§.qua de causa. Et ideò non trãs
in potestatẽ patris tui : quia illi soli transeunt cum adoptato, qui sun
in eius potestate, vt infrà titu.proxi. §.illud.& ff.de adopt.l. si pate
Ista tamen mulier adoptata per patrem tuũ,est tibi agnata.& eam ha
5 bere non posses.ff.de adopt.l.qui adoptiuus. ¶ Notandũ † finalite
quòd amita est soror patris:sed amita magna,est soror aui. Materte
6 ra † est soror matris:matertera magna,est soror auię,vt infrà de gra
7 dib.§.iij.iiij.&.v.&.vj.De † fratre aũt aui materni dicũt aliqui,quòd
est auunculus magnus : alij & verius, quòd est patruus magnus.ff.de
successorio edic.l.j. ¶ Opponitur primò sic, & videtur quòd frater
non põt habere sororẽ adoptiuam dissoluta adoptione.Probatur à si
mili,quia pater nõ potest habere filiam adoptiuã dissoluta adoptiõe,
vt dictum est suprà tit.eo.§.proxi. Solutio. Non est simile,quia pa
ter impeditur per factũ proprium,scilicet per adoptionẽ quam ipse fe
cit,sed ista adoptio nõ est factum propriũ filij:& ideò non impeditur
filius.

filius. Et † ex isto etiam venit, quòd qui delinquit per ignorantiã ex facto proprio, plus punitur, quã qui delinquit per ignorantiã, non ex proprio facto: quia in facto proprio nõ est tolerabilis ignorãtia, sicut in alieno, vt ff. pro socio. l. fi. ¶ Opponitur secundò, & videtur quòd non bene dicitur in textu, quòd quis non põt habere nepté illius, cuius prohibetur habere filiam: quia nõ possum habere filiã aui mei, vt hîc in §. item amitam. & tamen possum eius neptem habere, vt hìc, & in §. duorum. Solutio. Iste textus nõ loquitur generaliter, sed in casu, qui est in textu & in omni simili, scilicet, quãdo ego & ille, cuius filiam prohibeor habere, sumus in primo gradu ad stipitem, & in potestate eiusdem: & sic cuius filiam vxorem habere nõ licet, etiam nepté habere non licet. & hoc in naturalibus, secus in adoptiuis. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd filij & filiæ duorũ fratrum vel sororum non possunt cõtrahere matrimoniũ, quia tanta distantia est ab amita, & maior ab amita magna, quas tamen nemo põt ducere vxores, sicut inter filios & filias duorũ fratrũ. ergo illi non possunt cõtrahere. Solutio. † Ordo transuersalium est triplex, scilicet ascendentiũ, descendẽtiũ, & lateraliũ. Modò maior est prohibitio inter trãsuersales ascẽdentes & descendentes, inter quos sunt amita & amita magna, quàm inter laterales, in quibus sunt filij & filię fratrũ. ¶ Opponitur vltimò, & videtur, quòd nõ bene dicitur in textu, amitã licet adoptiuã: quia hoc non videtur de matertera, & tamen auunculus & matertera possunt fieri per adoptioné, vt ff. de ritu nup. l. per adoptionem. Solutio. Glossa quæ est hîc valde obscura, dicit, quòd † auunculus & matertera nõ possunt fieri per adoptioné. vt ff. de nup. l. adop. quod sic debet intelligi. Si enim auus meus maternus adoptet filiũ vel filiam, ille filius est frater matris meæ, & filia est soror matris meæ: sed ille non potest meus esse auũculus, nec illa adoptata filia mea materna, quia ista attinentia causatur ex patria potestate: quia ergo ego nõ sum in potestate aui mei materni, idcirco, per illum prędictę personę non sunt meus auunculus vel mea matertera. Lex aũt per adoptionem in oppositum allega. intelligitur, quando auus meus maternus adoptat aliqué loco nepotis ex filia nati, vel pronepotis, ex nepote, ex filia nato. Tũc enim frater matris meæ, est auunculus illius adoptati: & soror matris meæ, est eius matertera, quia omnes isti sunt in potestate aui mei materni.

§. Affinitatis.

1 *Affinitas impedit matrimonium.*
2 *Filius mariti, ex alia uxore, & filia uxoris ex alio marito, possunt matrimonium contrahere.*
3 *Affinitas, quid.*

Affinitas

4 *Affinitas, an & quo iure causetur ex illicito coitu.*
5 *Auxilium speciale petere non debet, qui generale habet.*
6 *Rationibus duabus concurrentibus, una cessante, non cessat alia.*
7 *Mulier non potest habere duos maritos: nec maritus duas uxores.*
8 *Presbyteri orientalis ecclesiæ, licitè utuntur matrimonio. Et quid de Græcis.*
9 *Priuigna, quæ dicatur: quæ nurus. quæ socrus: quæ nouerca.*
10 *Nouerca unde dicatur.*
11 *Consanguinei uxoris, sunt affines uiri: sed non consanguinei uiri: & econtrà.*
12 *Cognati uxoris, an succedant uiro, non existente cognatione consanguinitatis.*

Hîc consequenter ponuntur prohibitiones matrimonij ratione
1 affinitatis, & summatur sic: † Affinitas impedit matrimonium, & ideò
nullus potest priuignam vel nurum suam vxorem habere, neque socrũ, neq; nouercam, etiam soluto matrimonio, ex quo affinitas causata est: quo quidem matrimonio cõstante, duplex est ratio prohibitionis matrimonij. Hoc dicit. Et ex summario patet satis intellectus
2 textus. ¶ Filius † mariti ex alia vxore, & filia vxoris ex alio marito,
possunt matrimonium cõtrahere, licet habeant cõmunem fratrẽ vel sororem ex posteriori matrimonio natum. Hoc dicit, & patet intelle-
3 ctus textus. ¶ Notandum primò, circa † prędicta ibi, affinitatis, quòd
affinitas, est proximitas personarũ ex nuptijs cõiunctarum, omni carens parentela sanguinis, vt ff. de gradi. l. nõ facile. §. affines. & §. sciendum
4 est. Ex † quo patet, quòd affinitas iure ciuili non causatur ex illi-
cito coitu. sed secus de iure canonico: quia illo iure etiam cõtrahitur affinitas ex illicito coitu, vt notãt Doct. in c. fin. extrà de consangu.
5 & affini. ¶ Notandũ secundò ibi: † alia ratione, quòd habens auxil.
generale, nõ debet petere speciale: quia generale offuscat speciale, vt ff. de mino. l. in causæ. primo responso. & de verb. obli. l. doli. & ff. de eden. l. quędam sunt. Et ideò quãdocunq; aliquid fit iure cõmuni, de quo habetur priuilegiũ, hoc debet ascribi iuri cõmuni, & non priuile-
6 gio. ¶ Notandũ † tertiò, ibidem, quòd quãdocũq; sunt duæ rationes,
cessante vna, nõ oportet propter hoc aliam cessare, vt ff. de his qui no-
7 tãtur infa. l. liberorum. ¶ Notandum † quartò, ibi, quia eadem duo-
bus, quòd vna mulier non potest habere duos viros, nec vir duas vxores: & de facto sic contrahentes, efficiũtur infames, vt C. ad le. Iuli. de adulte. l. eum, qui. Et licet pagani ex cõsuetudine habeant plures vxores, vna tamen & cõmuniter prima in veritate est vxor tantùm, vt no-
8 tatur in c. gaudemus. extrà de diuort. Presbyteri † etiam in partibus orientali-

orientalibus licitè vtuntur matrimonio ante presbyteriū contracto, quia ecclesia orientalis nō acceptauit hoc statutū, de non vtendo matrimonio in sacerdotio, antè contracto, vt in c. Nicena. xxxj. dist. sed presbyteri Græci non poterant aliquo modo contrahere post susceptos ordines, sicut in glo. c. diaconi. xxviij. distin. ¶ Notandū quintò quòd ista nomina, socrus, nurus &c. exponūtur ff. de ritu nup. l. ado
9 ptiuus. Nam † priuigna est filia vxoris ex alio marito: Nurus est vxor filij, & sunt loco filiæ. Socrus verò est mater vxoris: & nouerca est vxor patris. & sunt loco matris, vt hîc, & ff. solut. matrimo. l. quia parē
10 tes. Et † dicitur nouerca, quasi nocens arcus, vel noua arca sine fructu
11 vt notatur in l. iij. ff. de inoffic. testa. ¶ Notandum finaliter † ibi, mariti quòd consanguinei vxoris, sunt affines viri, sed non consanguinei viri, & econtrà. Et ideò, sicut vxor succedit viro, nō existente cognatione consanguinitatis, excluso fisco, vt C. vnde vir & vxor. l. j. sic
12 † cognati vxoris, etiam succedunt viro ex tali casu, excludendo fiscū, vt ead. l. j. iam alle. Sic etiam cōcubina excludit fiscum, vt ex glo. in §. consideremus. in authen. de trien. & sem. colla. iij. Etiam tutor in successione pupilli excludit fiscum, vt ff. de reg. iur. l. quo tutela. sic etiam socrus, vt C. de hæred. decuri. l. j. lib. x. Et ratio est omnium istorum, quia iura libenter excludūt fiscum, vt ff. de iure fis. l. nō puto. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd affinitas non semper impedit matrimoniū, quia vxor videtur affinis viro suo: quia affinitas procedit à viro & vxore eius. Solutio. Vxor non est propriè affinis viro, sed causa affinitatis aliorum, & sic econtrà de viro dicendum est. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd quis potest ducere vxorem nouercam, post mortem patris: vel socrum, post mortem vxoris. Probatur: Per mortem dissoluta est affinitas, vt dicitur hîc in textu, sed illa fuit impedimētum matrimonij. Solutio. Secundū glo. hîc exponitur sic: Dissoluta affinitate, id est matrimonio causante affinitatē, sed nō est ipsa affinitas dissoluta. Sed aliter potest dici, quòd post mortem dissoluta est affinitas: manet tamen effectus ille affinitatis, quo impeditur matrimonium. Et ideò dicit Bart. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postulādo. quòd si sit statutū in aliquo loco, vt omnes affines litigantes compromittant, nō obligantur illi, quorū matrimoniū causans affinitatē, per mortem est dissolutū. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd cognati vxoris nullo modo succedunt viro, per l. amitæ. C. communia de successionib. Solutio. Illa lex dicit, quòd inter se cognati ante matrimonium, inter duos cognatos viri & vxoris contractum, non succedunt: sed non dicit, post matrimonium.

§. Si uxor tua.

1 *Filia uxoris meæ, post uirū ex alio uiro procreata, an sit priuigna mea.*

& numero

& numero. 2.

3 *Priuigna mea quæ dicatur. Item qui priuignus uxoris meæ.*

4 *Sponsa filij mei, non est nurus mea, nec sponsa patris, mea nouerca.*

5 *Priuignam quid prohibeat me ducere in uxorem.*

Hic ponitur impedimentũ matrimonij, ratione publicæ honestatis,
1 & summatur sic: † Filia vxoris meæ, post diuortiũ ex alio viro procreata, nõ est priuigna mea: tamen, vt ait Iulianus, non põt esse vxor mea, sicut sponsa filij non est nurus, nec sponsa patris est nouerca. & tamen à nuptijs earum est abstinẽdum. Hoc dicit, & ex summario pa-
2 tet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd filia vxoris meæ, quam habet ex alio viro, post matrimoniũ inter eam & me contractum licitè vel illicitè, non est priuigna mea, vt hîc, & ff. de ritu nupti.
3 l. si qua. §. si vxor. Quia † priuigna mea est, quę ex mea vxore est antè, quàm esset vxor: & vxori meæ est priuignus, qui ex me marito natus fuit, antè, quàm eius eram maritus, vt suprà eodẽ. §. affinitatis & §. socrum. sed hæc quæ in textu, est posteà nata. ¶ Notandum secundò,
4 † quòd sponsa filij mei, non est nurus mea: nec spõsa patris, est mea no-
5 uerca, vt ff. de ritu nup. l. si qua. §. j. ¶ Opponitur † contra prędicta, & videtur, quòd possum habere in vxorem filiam vxoris meæ, ex alio viro post matrimonium meum, celebrato inter me & vxorem meam diuortio, procreatam: quia non est impedimentũ ratione consanguinitatis nec affinitatis, & ideò nullum videtur esse impedimentum. Solutio. Verum est, istud impedimentum non esse propter consanguinitatem vel affinitatem, sed est propter publicam honestatem, ratione cuius etiam prohibetur matrimonium, vt pulchrè notatur per docto. in c. non debet. extrà de consangui. & affini.

§. Illud certum est.

1 *Cognatio seruilis, impedit matrimonium.*

2 *Consanguinitas & affinitas, est etiam in conditione seruili. & nume. 22.*

3 *Cognati uel affines non possunt cõtrahere matrimoniũ, existente seruitute.*

4 *Matrimonium, quibus & quot casibus impediatur. per discursum nume. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. & 20.*

21 *Adulterij crimẽ, quot & quib⁹ casibus matrimoniũ contractũ dirimatur.*

1 Summatur sic: † Per seruilem cognationem etiam impeditur matrimonium, & sunt multi alij modi, quibus matrimonium impeditur, enumerati in libris Digestorum seu Pandectarum. Hoc dicit, & pa-
2 tet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd in seruili conditione etiam est consanguinitas & affinitas, vt ff. de ritu nup. l. adoptiuus.
3 §. seruilis. ¶ Notandum † secundò, quòd existente seruitute, cognati vel affines non possunt cõtrahere matrimonium, propter duplex impedimentum,

pedimentum,scilicet cognationis vel affinitatis,& seruitutis.Sed si ambo coniuges manumittantur,est tantùm vnum impedimentũ. ¶ No-
4 tandum tertiò,†quòd quatuordecim modi colliguntur hîc,& in libris
5 Digestorũ,& in alijs libris iuris ciuilis. ¶ Primus est,†ratione seruitutis,vt hîc,& suprà eodẽ.j.responso.& C.de incest.nupt.l.cum ancillis. Iure tamen canonico , non impeditur matrimonium propter seruitu-
6 tem,vt in c.j.extrà de coniu.seruorum. Secũdus†est,ratione ætatis,vt
7 suprà eo. §.j.& responso j.de qua ætate dictum est ibi. Tertius†est,ratione consanguinitatis,quæ est triplex : scilicet,ascendentium,descendentium,& collateralium. Qualiter autem inter eos impeditur matrimonium,dictum est suprà eo. §.ergo.& §.inter eas. & §.fratris.& §.
8 duorum. Quartus†est,ratione adoptionis,vt suprà eod. §.ergo.& §.
9 inter eas.in fine vtriusque §.j. Quintus,†ratione affinitatis præsentis, præteritæ & futuræ,vt suprà eodem. §.affinitatis.& §.socrum.Sextus
10 est,†ratione matrimonij,vt suprà eod. §.affinitatis.& §.socrum.quia vnum matrimoniũ impedit aliud,vt ibi notatum est: & habetur C.ad
11 leg. Iuli.de adulter.l.eum qui. Septimus†est, ratione tutelæ vel curæ, quia per senatusconsultum constitutum est,quòd inter tutorem & pupillam,vel filios eius,seu inter curatorem,& eam,cuius curam gerit,& filios eius,nõ potest esse matrimoniũ, vt C.de interdi.matrimo.inter
12 tutorem seu curatorem,& pupillam.l.j. Octauus†est,per leg. Iuliam & Papiam, quia prohibetur matrimonium inter senatorem & eius libertam,vt C.de nupt.l.si libertã.sed hæc lex hodie nouo iure sublata est,in Authent.vt liber.decæ,aureo non careant annulo. §.si quis au-
13 tem.colla.vj.† Nonus est,ratione iurisdictionis,vt inter præsidem,& subiectam sibi in iurisdictione prohibetur matrimonium , vt C.de nuptijs.l.& si contra.& C.si quacunq; præditus potestate.l.j. Verum tamen est,quòd septimus,octauus,& nonus modi, iure canonico nõ impediunt matrimonium,vt declarat Hostien.in titulo de matrimonio.
14 §.qualiter autẽ impediatur matrimoniũ. Decimus†est,ratione cõstitutionis, qua prohibetur quis ducere quam de sacro fonte leuauit , vt C.de nup.l.si quis alumnam.in fine. Et licet in iure ciuili nihil dicatur de cõmatre,non tamẽ potest esse vxor. Et qualiter cognatio spiritualis matrimoniũ impedit, tractatur extrà de cogna.spirit.per totum. &
15 lib.vj.ibidẽ. Vndecimus est,† ratione publicæ honestatis, vt suprà eo.
16 §.& si vxor.& ff.de ritu nup.l.si qua. Duodecimus,ratione†ordinis, quia in sacris cõstituti impediũtur à matrimonio,vt in Authẽ.quomodo oportet episco. §.neq; autem.colla.j. & in Authen.de sanctis.epis. §.si quis.collatio.ix. Græci tamen sacerdotes permissione iuris licitẽ vtuntur vxoribus,cũ quibus ante sacerdotium contraxerunt,vt suprà dictum fuit in §.mariti.eod.tit. in quarto notabili,circa verbũ,eadem

17 duobus. Decimustertius † est, ratione ꝓfessionis, & ideò monachi con uersi & moniales impediũtur à matrimonio, licet nõ sint in sacris ordi nibus, vt in Authẽ. de monac. §. antepen. colla. j. & in Auth. de nuptijs.
18 §. per occasionẽ. colla. iiij. Decimusquartus † est, ratione raptus. Nam mulier rapta prohibetur contrahere matrimoniũ cum raptore suo, vt in Auth. de raptis mulier. quæ proprio rapto nubunt. §. j. colla. ix. Sed iste modus iure canonico etiã est correctus in c. fin. extrà de rapt. Iure
19 autẽ canonico asignant̃ alia impedimẽta, quæ cõtinent̃ † his versib⁹:

Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, uel forte coire nequibis,
Hæc socianda uetant connubia, iuncta retractant.

Nam error conditionis vel personæ, impedit matrimonium, vt in ca. proposuit. extrà de coniug. seruorũ. Non tamen error qualitatis, vt si quis credat ducere virginem vel diuitem, & ducit corruptam vel pau perem, tenet matrimoniũ, vt xxix. q. j. §. his itaq;. De voto dictum est in duodecimo & tredecimo modis, & potest videri, qualiter votũ sim plex impedit matrimonium contrahendũ: sed non dirimit contractũ sicut votũ solenne, & alia in c. vnico. de voto. lib. vj. De cognatione
20 dictũ est. Crimen † etiam, scilicet adulterij, & alia enormia crimina, vt presbytericidiũ impediunt matrimoniũ contrahendũ, & crimen adul
21 terij in tribus casibus dirimit contractũ. † Primus, si adulter adultera cõstante matrimonio fidẽ dedit. Secũdus, si de facto cõtraxerunt. Ter tius, si alter in mortẽ veri vel veræ coniugis fuerit machinatus vel ma chinata, vt not in ca. transmissæ. extrà de eo, qui cognouit consangui neam vxoris. Disparitas etiam cultus impedit matrimoniũ, vt Iudæus cum Christiana, vel econtrà. C. de Iudæ. l. ne quis. Vis, id est, metus ca dens in constantem virũ, impedit matrimoniũ, vt in c. cum locũ. extr. de sponsa. De ordine dictũ est. De ligamine, id est, quando præexistit matrimonium, etiam dictum est. De honestate dictum est. De affini tate dictum est. Impotentia etiam coëundi, vt in viro frigiditas, in mu liere artatio impedit matrimonium, vt in c. j. ij. & iij. extrà de frigid. &
22 maleficia. ¶ Opponitur † sic contra prædicta, & videtur, quòd in ser uitute non est cognatio, per §. quod autem. infrà de capi. diminu. So lutio. Ille §. dicit, quòd inter seruos non est cognatio vel agnatio, quantum ad successionem vel tutelam. Sed non negat inter eos esse cognationem consanguinitatis. Et ratio est, quia successio & tutela sunt de iure ciuili, seruus autem ciuiliter fingitur mortuus. Consangui nitas autem, ex qua oritur etiam affinitas, est de iure naturali: & ideò manet in seruis, vt ff. de regu. iur. l. iura.

§. Si ad

§. Si aduersus ea, quæ diximus.

1 *Filij nati ex illicito coitu, non sunt in potestate patris.*
2 *Nuptiæ incestæ, quæ dicantur. Et quæ nefariæ. quæ item illicitæ.*
3 *Vulgò concepti.*
4 *Dos, nec donatio propter nuptias potest repeti, illicito matrimonio dissoluto. & nume. 6.*
5 *Pœnæ contrahentium incestuosas, nefarias, aut illicitas nuptias.*

Summatur sic: Si contra prohibitiones iuris aliqui coierint, non est vir, neque vxor, neque nuptiæ, neque matrimonium, neq; dos. Et qui ex tali coitu nascuntur, non sunt in potestate patris, sed quantum ad hoc, sunt sicut illi, qui vulgò concipiuntur, & appellantur spurij. Dissoluto autem tali coitu, non est locus exactioni dotis: & contrahentes patiuntur etiam alias pœnas in iure contentas. Hoc dicit, & patet intel
1 lectus textus. ¶ Notandum primò, quòd † filij ex illicito coitu nati, non sunt in potestate patris, vt hîc, & C. de incestuo. nupt. l. incestas. & vocantur spurij, vt in glos. in l. j. ff. de testamen. tute. Nec sunt de domo seu parentela patris, vt notat Bald. in l. fina. C. de verborum & re
2 rum significa. † Et dicuntur incestæ nuptiæ, quæ contra prohibitiones iuris inter collaterales fiunt. Sed nefariæ dicuntur, quæ inter ascendentes & descendentes, contra iuris prohibitionem fiunt: licet suprà eodem titu. §. ergo. aliter sunt distinctæ in secundo notabili. Aliæ verò prohibitæ nuptiæ dicuntur illicitæ seu inutiles, vt notat Archidia
3 conus in c. consanguineorum. iij. q. iiij. ¶ Notandum † secundò, quòd vulgò concepti, dicuntur illi, qui non possunt demonstrare patrem. Vnde cui pater est populus, sibi pater est nullus, vt ff. de statu hominũ.
4 l. vulgo. ¶ Notandum † tertiò, quòd quandocunq; est illicitum matrimonium contra prohibitiones iuris, non est petenda dos, neque donatio propter nuptias. Et si data sit, non est repetenda: tamen alia persona eam non lucratur, quia donatio vel dos non constituitur, nisi in vero matrimonio, vt C. de donatio. ante nupt. l. fina. §. sicut enim.
5 ¶ Notandum † quartò ibi. pœnas, quòd secundum Cyn. non omnes illicitè coëuntes patiuntur pœnas in iure contentas, sed illi qui faciunt nuptias incestuosas vel nefarias, vt in Authenti. de incestuosis nuptijs. §. j. collatio. ij. Et sunt istæ pœnæ, bonorum amissio, infamia, vt C. de incestuosis nuptijs. l. qui contra. Sunt & aliæ pœnæ, scilicet, exilium, cinguli vel dignitatis priuatio, & si vilis persona sit, verberatio & fustigatio, vt in Authentica, de incestuosis nuptijs. §. j. collatione ij. Sed an illi, qui contra prohibitionem iuris canonici nuptias faciunt, & non iuris ciuilis, vt filius & filia duorum fratrum, vt suprà eodem. §. duorum. patiantur istas pœnas. Dicunt aliqui Doctores, quòd non,

quia sunt pœnæ iuris ciuilis, contra quod non fit. Dicit tamen Panor. in c.quòd si necesse.extrà de dona.inter virum & vxo.quòd sic, quia leges puniunt etiam contra canones facientes:& canones etiam appellantur leges,vt in c.Nicena.xxxj.distinc. ¶ Opponitur primò contra prædicta,& videtur,quòd nullus est vulgò conceptus, quia nullus est sine patre, nisi Adam & Christus. Solutio. Quòd isti dicuntur esse sine patre non verè,sed iuris fictione, quia ignoratur pater. ¶ Oppo-
6 nitur † secundò, & videtur, quòd dissoluto illicito matrimonio dos vel donatio repeti possit: quia licet non petatur per actionem ex stipulatu,quæ datur de dote,vt infrà de actionibus. §.fuerat. videtur tamen peti posse per condictionem sine causa, vel ob causam datam,non secuta causa. Solutio. Dicit Petrus, quòd siue quis scienter, siue ignoranter dotem dederit, potest eam petere per condictionem sine causa,vt ff.de condict.sine cau.l.fina.Sed Ioannes dicit,quòd ignoranter danti competit actio, sed non danti scienter, vt ff.de condict.ob causam.l.j. Et ratio est,quia quod turpiter datum est,non repetitur,vt ff. de condict.ob turpem causam.l.si ob turpem.& videntur mihi Pet.& Ioan. posse concordari,quia Petr.loquitur,quando sunt sponsalia vel nuptiæ sine carnali copula: Ioannes autem,quando copula carnalis est secuta,& matrimonium consummatum.

§. Aliquando autem.

1 *Filij non nati in potestate patris, quibus & quot modis posteà redigantur in eius potestatem.& nume,2.4.& 5.*

3 *Conditiones,quæ requirantur in legitimatione filij.*

6 *Dotalia instrumenta an,& quo iure requirantur in matrimonio.*

1 Summatur sic: Liberi † non nati in potestate patris,duobus modis fiunt in eius potestate.Primus,si naturalis tradatur curiæ Principis.Secundus,quãdo ille,qui ex libera muliere natus est,cuius matrimonium non est legibus interdictum, per dotalia instrumenta, posteà secuta efficitur in potestate patris: & hoc etiam prodest filijs,ex eodem matrimonio posteà procreatis. Hoc dicit,& patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum † primò, quòd naturalis filius non existens in potestate patris, efficitur in potestate patris, si tradatur curiæ Imperatoris, vel principis,vel præsidis,vel patriæ suæ: nam tunc pro merito pater recipit patriam potestatem,& filius legitimationem, vt in Authen.quibus mod.natura.efficiuntur sui.§.si quis igitur.colla.vij.& iste est primus modus legitimandi filios.Et succedit iste in bonis patris sui,sed non in bonis cognatorum vel agnatorum suorum,vt vult Bart.& etiam An-
3 gel.in l.communium. C.de naturalib.liber. ¶ Notandum † secundò, quòd secundus modus legitimandi est ille,qui ponitur hîc in textu ibi, nec non

nec non is,ad quem requiruntur aliquæ conditiones. Prima,vt ille filius sic legitimandus sit natus ex cõcubina, quam pater habuit solam, vt hîc in glo.super verbo,interdictum. & ff.de concubin.l.j. Secunda conditio, quòd tempore conceptionis vel natiuitatis filij, fuerit possibilitas matrimonij inter patrem & matrem, vt C.de naturalibus liberis. Authent.licet.& in c.tanta.extrà qui filij sint legitimi. Tertia conditio,quòd mater fuerit libera,vt hîc in textu.& hoc de iure ciuili: secus de iure canonico,vt in c.j.extrà de coniug. seruorum. Quarta conditio,quòd sint dotalia instrumenta composita, vt hîc, & in Authent. quib.mod.natura.efficiuntur legitimi. §.hæc ergo casta. collatio.vj. Quinta est, quòd pater habuerit concubinam in domo, vt ff.de con-
4 cub.l.penul. ¶ Notandum tertiò,† quòd potest filius etiam legitimari per rescriptum principis,vel habentis potestatem ab Imperatore, vt sunt aliqui Comites Palatini. Et debet fieri cum clausula generali,non obstante,vel melius dicatur in rescripto, non obstante in speciali. l.j. C.de naturalib.liber. & in glos.eiusdem.l.j. Et possunt sic legitimari etiam filij incestuosi,vt vult Barto.in l.qui in prouincijs.ff.de ritu nuptia. Et filij sacerdotum,vt vult Bald.in l.si qua. C.de incestuo.nupt.
5 ¶ Notandum † finaliter,quòd filij naturales etiam fiunt legitimi, si pater nominet eos filios in testamento, & sunt à patre alendi. Et succedunt patri ex testamento in totum assem, non existentibus legitimis, ascendentibus & descendentibus. Sed si existant legitimi descendentes,succedunt in vnam vnciam. Si autem existant legitimi ascendentes tantùm,succedunt in totum assem deducta legitima parentum. Ab intestato autem succedunt in duas vncias,in substantia patris cum matre sua viriliter diuidendas. De istis est glo.in Authen.licet. C.de naturalibus liber. Et ista sunt vera,si non sint ex incestuoso vel nefario coitu,vt in Authenti. quibus modis naturales efficiuntur sui. §.discretis. ¶ Opponitur sic,& videtur,quòd ad legitimationem secundo modo
6 non requiruntur illa,quæ ibi dicta sunt, & præcipuè dotalia † instrumenta,quia sine istis est verum matrimonium, per quod fit legitimatio:quia matrimonium fit solo cõsensu,expresso tamen signo vel verbo,vt in Authen.de nuptijs. §.nuptiæ. & ff.de reg.iur.l.nuptias. Solutio. Verum est, quòd matrimonium bene fit, sine istis: sed iure ciuili ista requiruntur,& maximè dotalia instrumenta,vt filij ante matrimonium nati, sint legitimi, vt C. de naturalibus liberis. l.cùm quis.licet non requirantur iure canonico, tamen illo iure requiritur possibilitas matrimonij:quia filij nati in adulterio.per matrimonium sequens non efficiuntur legitimi, vt tractatur in c.per venerabilem. extrà qui filij sint legitimi. Et ibi etiam notant Doctores, qualiter Papa & ad quæ, & in quibus locis potest legitimare.

DE ADOPTIONIBVS.

TITVLVS XI.

Dictum est suprà de patria potestate naturali, & de nu. ptijs, quibus liberi fiunt in patria potestate. Hîc conse. quenter tractatur de pat. potest. ciuili, quæ fit per ado. ptionem: & diuiditur præsens titulus in octo partes. In prima textus loquitur generaliter. In secunda ibi, ado. ptio, ponuntur species adoptionis. In tertia ibi, sed hodie, limitatur di. ctum in primo §. In quarta ibi, cùm autem impubes, tractatur de ar. rogatione impuberis. In quinta ibi, minorem, ponuntur aliqua impe. dimenta, & quædam permissiones adoptionis. In sexta ibi, fœminæ, de. claratur qualiter fœminæ non possunt adoptare. In septima ibi, illud proprium. declaratur quoddam dubium circa arrogationem. In octa ua ibi, apud Catonem. tractatur de adoptione seruorum.

§. Non solùm.

1 *Adoptiui, sunt etiam in potestate patris adoptantis. Limit. nu. 2. 3.*
4 *Liberi in quotuplici sint differentia.*
5 *Spurij, qui propriè dicantur. qui nothi. qui manseres.*

1 Non † solùm naturales liberi sunt in potestate patris naturalis, sed etiam adoptiui sunt in potestate patris adoptantis. Hoc dicit, & patet
2 intellectus textus. ¶ Notandum † quòd iste textus loquitur generaliter secundum ius antiquum, quo omnes adoptiui fiebant in potestate adoptantis, vt ff. de adopti. l. j. Sed nûc istud est immutatum, vt statim
3 dicetur infrà eo. §. sed hodie. ¶ Opponitur sic: † Naturales liberi non sunt in potestate patris, vt dictum est suprà titu. proximo. §. fina. Solutio. Textus iste loquitur de naturalibus liberis non præcisè, sed de naturalibus & legitimis, vt distinguantur contra legitimos tantû: & ideo
4 dicit textus, non solùm esse in potestate nostra. Nam † liberorum quidam sunt naturales & legitimi, de quibus suprà de pat. potesta. j. Quidam sunt naturales tantùm, de quibus in §. fi. alleg. in oppositione. Quidam sunt legitimi tantùm, de quibus hîc. Et aliqui sunt nec naturales nec legitimi. de quibus in Authen. quib. mo. natura. efficiuntur sui. §. fi. colla. vij. vt sunt incestuosè vel nefariè nati, qui generali no-
5 mine possunt dici spurij. † Propriè tamen spurij dicuntur, ex professis vel in sacris ordinibus constitutis nati: & manseres dicûtur, ex scorto seu meretrice: sed nothi, ex adulterio nati, qui ideò dicûtur nothi, quia infames. & de istis loquitur gl. in verbo mãseres. in c. nisi cû pridé. extrà de renûci. Quidã etiã sunt legitimi, qui prius fuerunt illegitimi, de quibus & qualiter hoc fiat, dictum est suprà titulo proxi. §. finali.

§. Adoptio.

§. Adoptio.

1 Summatur sic. Duæ † sunt species adoptionis. Vna, qua adoptantur, qui sui iuris sunt authoritate Imperatoris, & vocatur arrogatio. Alia, qua adaptantur, qui in potestate parentum sunt imperio magistratus, & vocatur adoptio. Vtraq; autem fit, vt adoptati sint loco filij vel filiæ, nepotis vel neptis: & sic deinceps de alijs descédétibus. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notãdũ primò, quòd adoptio diffinitur sic:
2 † Adoptio est actus legitimus, per qué qui nõ est filius, fit filius penè naturam imitans, vt ff. de adopti. l. j. Et hæc diffinitio videtur melior quàm alia posita in glo. in qua dicitur, quòd adoptio fit in solatium liberorum, quia etiam habentes liberos possunt adoptare, vt infrà eodé
3 §. licet. ¶ Notandum † secundò, quòd prima species adoptionis vocatur arrogatio, & fit authoritate Imperatoris, coram ipso vel principe, vel coram delegato per rescriptum principis, vt C. de adoptioni. l. ij. Et ideò mortuo Imperatore, alio non electo, cessat arrogatio salté, fienda authoritate Imperatoris, vt in Authenti. quomodo oporteat episc. §. fi. collatio. j. sicut mortuo Papa cessant multa officia, & quasi omnia, curiæ Romanæ, vt in clemen. ij. de electio. Et dixi notanter, authoritate Imperatoris fienda: quia mortuo Imperatore non vacat Imperium, sed residet apud summum pontificem, vt notatur in cle. pastoralis. de re iudic. Et potest tunc Papa arrogare, per se vel per dele-
4 gatum, vt notat Ioan. Fa. hîc. ¶ Notandũ † tertiò, quòd adoptio quæ est secunda species adoptionis, potest fieri apud magistratũ, & quemcunq; iudicem ordinarium, etiam defensorem ciuitatis, vt in Authen. de defens. ciuita. §. nullam. colla. iij. quia est voluntarię iurisdictionis, nec requirit plenam cognitionem, vt ff. de offic. proconsul. & leg. l. ij.
5 ¶ Notandum † quartò, quòd ratio, quare in arrogatione adhibetur maior solennitas, quàm in adoptione, est, quia maior prouisio est facíéda, vbi maius imminet periculum, vt in l. j. §. sed & si quis. ff. de carbon. edicto. Modò in arrogatione est maius periculum, vbi arrogatus cum omnibus bonis suis, & cum his, qui sunt in sua potestate, trãsit de sua potestate in alienam. Sed in adoptione non est tantum periculum, vbi adoptatus transit de potestate in potestatem, vel interdum non in potestatem alterius, vt infrà eod. §. sed ho die. Nam in symbolizantibus facilior est transitus, vt in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis.

Dicit tamen Ioan. Fab. quòd facilius fit de nõ monacho monachus, quàm monachus transferatur de vno monasterio ad aliud, vel de vna vita ad aliam, vt notatur per Inno. in capi. quod in dubijs. extrà de re-
6 nunciatio. ¶ Opponitur † primò sic. Per adoptionem interdum non non fit filius, sed nepos, vt dicitur hìc in fine. §. & infrà eodem. §. sed hodie. ergo non bene dicitur in diffinitione, quòd per adoptionem semper non filius, fit filius. Solutio. Nomine filiorum intelliguntur sæpe liberi, vt sunt filij, nepotes, pronepotes, vt ff. de verborum signi. ficatio. l. liberorum. Et illo modo capitur filius in ista diffinitione. ¶ Opponitur secundò, & videtur quòd vna species adoptionis hîc posita, non sit adoptio: quia adoptio est genus ad vtranque speciem. er-
7 go non est species, quia idem non est genus & species. Solutio. † Sæpe contingit, quòd nomen generis attribuitur speciei, quando vni illi speciei non est nomẽ proprium impositum, vt est regula topica in primo Topicorum de proprio, quod dicitur de termino siue diffinitione & proprio propriè dicto, quod non indicat quid est esse rei, & quia proprium, quod est terminus, habet nomen impositum, quia vocatur diffinitio, & proprium non habet nomen impositum, ideò retinet nomen generis. Simile habemus de iurisdictione, cuius sunt tres species, quæ sunt, merum imperium & mistum, & tertia vocatur iurisdictio nomine generis, vt ff. de iurisdict. omnium iudi. l. Imperium.

§. Sed hodie.

1 *Adoptatus ab extraneo, non transit in eius potestatem.*
2 *Auus maternus, adoptans nepotem suum, eum habet in sua potestate. Secus in auo paterno.*
3 *Vincula duo plus ligant, quàm unum, cæteris paribus.*
4 *Ius naturale, quomodo accipiatur in adoptione.*
5 *Auia quare non possit nepotem adoptare.*

1 Adoptatus † ab auo materno, vel patre emancipato, ab auo etiam paterno, transit in potestatem adoptantis, sed non adoptatus ab extraneo, illi tamen succedit. Hoc dicit. Sed intellectus textus est iste. Si filius à patre naturali & legitimo, detur in adoptionem extraneo, non transit in potestatem adoptantis, sed manet in potestate patris naturalis. Sed si detur in adoptionem auo materno, vel emancipato patre naturali, detur in adoptionem auo paterno, transit in potestatem, & fit de familia adoptantis: quia in vna persona concurrunt ibi duo iura, scilicet ius naturale, & ius adoptionis: & ita sunt ibi duo vincula. ¶ Notandum primò, quòd ista constitutio, de qua loquitur hîc textus, secundum quam adoptatus ab extraneo non transit in eius potestatem, licet ei succedat in bonis, habetur C. de adoptionbus. l. cùm in adoptiuis.

ptiuis. & infrà de hæredita. quæ ab inteſtato defe. §. aliquam.aliâs §.
2 inuenimus. ¶ Notandùm † ſecundò, quòd auus maternus adoptans nepotem ſuum indiſtinctè habet eum in ſua poteſtate, ſed nõ auus paternus ſic adoptat indiſtinctè. Cuius ratio eſt, quia auus maternus nõ habet nepotẽ ſuũ in ſua poteſtate ante adoptionem, vt ſuprà de pat. poteſta. §.qui igitur. Sed auus paternus habet nepotem ſuum in ſua poteſtate, vt eodem titu.& §.iam allega. Et ideò talis nepos non poteſt plus in ſua poteſtate fieri, vt ff. de adoptionibus.l. ſi pater. §. qui duos. Sed ſi pater ante, quàm filius fuerit conceptus, emancipatus eſt, tunc talis filius eſt in poteſtate patris ſui, & non aui paterni, vt infrà titu.proxi. §.finali. Et ideò in illo caſu auus etiam paternus poteſt eum
3 adoptare, & fit in eius poteſtate. ¶ Notandum † tertiò, quòd duo vincula plus ligant, quàm vnum, & ad hoc iſte textus ſæpe ſolet allegari. Et duæ rationes præualent vni, vt in Authen. de conſangui. & vterinis frat. §.j. collati. vj. & C. de edict. diui Adrian. tollen. l. fin. niſi vna ſit melior duabus, vt colligitur ff. de inoffic. teſtamen. l. nam & ſi. & ſic quando vna melior & fortior eſt duabus, tunc non ſunt cætera paria, vt in oppoſitione ſecunda dicetur. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd duo iura, ſcilicet naturale & adoptionis, non ſufficiant ad hoc, quòd adoptatus fiat ſemper in poteſtate adoptantis: quia ex hoc ſequeretur, quòd frater adoptans filium fratris ſui, haberet il-
4 lum in poteſtate ſua, quod non eſt verum. Solutio. † Ius naturale debet hîc exponi, id eſt, natiuale, vt ſcilicet ſit tale ius, per quod adoptatus habet natiuitatem & originem: modò filius fratris à patruo ſuo, non habet natiuitatem neque originem. Et ideò in iſto caſu vocan-
5 tur iſtæ, extraneæ perſonæ. ¶ Sed tunc † replicatur de auia, quòd illa poſſet adoptare nepotem, quia ab ea habet natiuitatem & originem. Solutio. In auia eſt alius defectus, ſcilicet ius adoptionis: nam fœminæ adoptare non poſſunt, vt infrà eod. §. fœminæ. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd duo vincula non plus ligant quàm vnum. per l. nam ſi. ff. de inofficio. teſtament. Solutio. Iſtud intelligitur cæteris paribus: nam in illa l. vnum vinculum æquiparatur duobus, & ita cætera non ſunt paria.

§. Cùm autem.

1 *Impuberis arrogatio, quæ requirat ad ſui ualiditatem.*
2 *Iudex quid facere, & interrogare debeat arrogatum: & quid arrogatorem.*
3 *Arrogator debet cauere, cum fideiuſsione, de reſtitut. bonorum pupilli. ui de oppoſi. nu. 7.8.9.*
4 *Arrogator non poteſt emancipare arrogatum ſine iuſta cauſa.*

5 *Arrogator quotam partem bonorum teneatur relinquere arrogato.*
6 *Arrogatus debet etiam habere bona aduentitia.*
10 *Actus legitimi, an conditionem recipiant.*

1 Summatur ſic: † Impubes non poteſt arrogari, niſi cognita cau-
ſa, quæ debet eſſe honeſta, & expediat arrogato. Et debet arrogatio
iſta fieri cum quibuſdam conditionibus: quia arrogator debet caue-
re perſonæ publicæ, ſiue tabellario, ſi pupillus intra pubertatem mor-
tuus fuerit, ſe reſtituturum bona illis, ad quos iure ſucceſsionis fuiſſent
deuoluta, ſi non fuiſſet arrogatio. Et non poteſt arrogator emanci-
pare arrogatum, niſi cauſa, propter quam velit eum emancipare, fue-
rit cognita, & nedum cognita, ſed & ſufficiens, quia aliâs non eſſet di-
gnus emancipatione. Et poſtquàm ſic eum ex cauſa ſufficiente arro-
gator emancipare vellet, tunc tenetur ei reddere bona ſua. Et ſi arro-
gans pater decedens eum exhæredauerit, vel viuens eum ſine iuſta
cauſa emancipauerit, tunc tenetur quartam partem bonorum ſuorum
ei relinquere, præter illa bona quæ in patrem adoptiuum ſiue arroga-
torem tranſtulit, & quorum commodum filius arrogatus poſt arro-
2 gationē patri acquiſiuit. Hoc dicit. ¶ Notādũ primò, † quòd in arro-
gatione iudex debet interrogare arrogatum, an velit iſtum habere
ſuum patrem: & arrogatorem, an velit iſtum eſſe ſuũ filium. Et tunc
aliqua alia vlterius interrogabit ab alijs. Primò, an iſte arrogator ha-
beat honeſtam cauſam, & vtilem pupillo. Secundò, an ſit minor lx
annis: quia ſi ſic, conulendum eſt ſibi, vt potius generationi ſtudeat
quàm alienum filium adoptet. Tertiò an ſit honeſtæ vitæ, videlicet
an ſit parcus, prodigus, vel in alio defectu. Quartò, an ſit pauper: quia
regulariter non permittitur, diuitem à paupere arrogari. Quintò an
habeat plures liberos naturales. Sextò, an ſit tutor. Septimò, an ex al-
ligatione naturali vel ſancta affectione moueatur ad arrogandum
iſtum. Et iſta colliguntur ff. de adoptio. l. ſi paterfa. §. in arrogatio-
3 nibus. ¶ Notandum † ſecundò, quòd arrogator debet cauere cum
fideiuſsione de reſtitutione bonorum pupilli, prout in textu. Et iſtam
cautionē debet ſtipulari tabellio, vt ff. de adoptio. l. nec ei. Ex quo pa-
tet, quòd tabellio poteſt alteri ſtipulari, vt infrà de inutil. ſtipulati. §.
4 ſi quis alij. ¶ Notandũ † tertiò, quòd arrogator non poteſt arrogatum
ſine iuſta cauſa emācipare, & talis cauſa eſt ſicuti ſunt cauſæ, quare do-
natiōes & ſimilia beneficia reuocātur, vt C. de reuocā. dona. l. fi. & ſic
etiā intelligitur l. fi. ff. ſi quid in frau. pat. all. hîc in gl. ¶ Notādũ quar-
5 tò † quòd arrogator tenetur arrogato relinquere quartā partē bono.
Quod cōiter intelligitur per doctores, de quarta parte bonorũ, quæ
ab inteſtato ad ipſum peruenirent: licet aliqui intelligant de quar-
ta parte omnium bonorum. Et de iſto habetur in l. Papinianus. ff.
de in

de inoffi.testã. Ista tamen quarta nõ est hodie augmẽtata, sicut quarta filiorum naturalium & legitimorũ, vt in authen.de trien. & semis.
6 §.hoc seruandum.collat.iij. ¶ Notandum finaliter, † quòd præter istam quartam debet arrogatus habere bona sua, etiam aduẽtitia: quorum tamen arrogator habuit vsumfructũ, vt C.de bonis, quæ libe.l. cum oportet. Sicut maritus habet vsumfructũ in bonis dotalibus, vt ff.fami.erciscun.l.si filia. Et sic ista dictio, præter hîc in textu posita,
7 capitur inclusiuè, vt ff.de pigno.actio.l.j. ¶ Opponitur † primò sic, & videtur, quòd non est opus ista cautione, quia sine illa tales personæ venirent ad successionem bonorũ pupilli, vt videtur. Ergo ipsa fit frustra. Solutio. Si istæ personæ venirent ad successionẽ ex testamẽto patris, pupilli per arrogationem fraudarentur successione: quia per arrogationem, quæ est minima capitis diminutio, rumpitur tale testamentũ, vt infrà quibus modis testamenta infirmãtur. §.nõ tamen. Ab intestato autem fraudarẽtur in peculio, quod arrogator retineret, nisi esset cautio, vt ff.de castren.pecu.l.ij. Verum tamẽ est, quòd licet ista cautio non esset facta, nihilominus tamen interpretatione legis re-
8 putaretur facta, vt ff.de adopti.l.his verbis. ¶ Sed replicatur: † Ergo sequitur, quòd ista cautio non solùm debet fieri, si pupillus infra pubertatem decedat, sed etiam pòst: quia videtur, quòd successores põt ita bene defraudare post pubertatẽ sicut ante. Solutio. Pupillus post pubertatem potest testamentũ facere, vt suprà quib.ex cau. manumittere non licet. §.cùm ergo. & tunc euanescit pupillaris substitutio & patris testamentũ. Et ideò successio illorum, tunc est à fortuna, quia iste potest aliter disponere de rebus suis, vt non succedant. Et quia est fortuitum, ideò de hoc non est ius ordinatum, vt ff. quibus ex causis
9 manumis.libe.non fiunt.l.Iulian. ¶ Opponitur † secundò ad idem, & videtur, quòd ista cautio non debet fieri, quia arrogatio est actus legitimus, & tales non recipiunt diem neq; conditionem. vt ff.de regu. iuris.l.actus. Solutio. Ista cautio non facit actum arrogationis cõdi-
10 tionalem, sed certificat successores, vt dictum est. † Verum tamen est, quòd actus legitimi non recipiunt conditionem expressam, sed bene recipiunt conditionem tacitam: quæ si fuerit expressa, vitiaretur actus vt ff.de lega.primo.l.iij. Et ideò si Papa scribit executori, vt prouideat alicui de beneficio, si sit idoneus: illa non intelligitur propriè cõditionalis, sed exhortatoria, instruens executorem, qualiter facere debeat. Et de isto habetur in cle.vnica.de offi.deleg.

§. Minorem natu.

1 *Minor non potest maiorem adoptare, Et quid ita.*
2 *Adoptans quot annis debeat esse superior adoptato.*

Spadones

3 *Spadones, adoptare possunt non tamen castrati. & nu. 8.*
4 *Pubertas plena, & legitima ætas, quot annorum sit.*
5 *Adoptio nepotis, cuius consensum requirat.*
6 *Citandus est is, de cuius præiudicio agitur.*
7 *Spadones, qui dicantur.*
9 *Sacerdotes adoptare possunt.*

1 Summatur sic: † Minor non potest maiorem adoptare, quia adoptio imitatur naturam, & monstruosum esset filium esse maioré, suppl-
2 ple ætate, suo patre. & ideò † adoptans debet xviij. annis adoptatú præcedere, & potest adoptio fieri in locũ nepotis vel pronepotis, seu aliorum descendentiũ, potest etiam aliquis adoptare, quanuis filios naturales non habet. Et si quis aliquem loco nepotis ex filio naturali vel adoptiuo nati adoptat, debet filius ille consentire, ne ei inuito suus hæres agnoscatur. Sed si auus nepotem ex filio in adoptioné dederit, nó requiritur cõsensus filij. Si etiam quis non extraneum adoptauerit, po-
3 test illum alteri in adoptionem dare. Et † commune est in vtraq; adoptione, quòd illi qui generare non possunt de facto, sed bene secundú naturam, vt spadones, adoptare possunt. Sed castrati, qui natura generare non possunt, etiam adoptare non possunt. Hoc dicit. Et patet in-
4 tellectus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd plena pubertas interdum est xiiij annorũ, vt infrà quibus mo. tute. fini. §. j. Interdum est in iure xv annorũ, vt in authen. de tempo. non solu. pecu. super dote. §. generaliter. colla. vij. Interdum est xvij. annorum, vt suprà. quib. manumittere non licet. §. fina. Interdum est xviij. annorum, vt hîc & ff. de alimentis lega. l. mela. Legitima tamen ætas in iure est xxv. annorũ, vt ff. de lega. primo. l. cum filio. & C. de his qui ve. æta. impe. l. vlt. ¶ No-
5 tandum † secundò circa verbum, cõsentire primò, quòd quãdo aliquis vult adoptare quem in loco nepotis ex filio suo nati, requiritur cõsensus filij sed non aliorum agnatorũ, vt ff. de adoptio. l. cum adoptio. Et si filius consentiat moriente patre adoptante, fit iste adoptatus in potestate filij, & suus hæres, vt ff. de adoptio. l. si quis nepotem. Sed si non consentiat moriente patre adoptante, nõ fit in potestate filij, sed succedit cum eo tanquam filius vel nepos, iuxta cõditionem gradus, in quo adoptatus est, vt infrà de hæredita. quæ ab intesta. deferuntur. §. cùm autem. Quando ergo dicitur in tex. ne ei inuito, debet intelligi ei, scilicet filio inuito, quanuis glo. duas alias expositiones ponat.
6 ¶ Et ex isto patet, † quòd quãdo aliquid fit in præiudiciũ tertij, est ille vocandus, vt ff. de adoptio. l. nam ita diuus. & notatur per Innoc. in. c. humilis. extrà de maio. & obedié. Et si ignoretur nomen, fiet generalis citatio. vt C. de remissio. pig. l. si eo tépore. & istud intelligitur

in actibus

in actibus, qui sunt voluntariæ iurisdictionis, secus in alijs. ¶ Notandum
7 dum tertiò, quòd † spadones sunt illi, quorum virilia spata, id est, cultello abscisa sunt. Sed castrati sunt, qui ex natura generare non pos-
8 sunt. Cùm ergo † spadones naturaliter posśint generare, licet de facto impediãtur, possunt adoptare: sed castrati, qui à natura impediũt, adoptare non possunt, quia, vt dictum est, adoptio imitatur naturam. Ex quo patet, quòd plus est illud quod est à natura, quàm ex accidenti, vt
9 ff. de libe. & posthu. l. sed & quæsitũ. † Sacerdotes autẽ adoptare possunt, quia licet generare nõ posśint impotẽtia iuris, nisi essent orientales, qui vtuntur matrimonio prius cõtracto, vt notat Ioã. An. in c. vnico de clericis coniugatis, li. vj. tamen nõ possunt non generare impotentia facti & naturę. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd non oportet adoptantẽ pręcedere adoptatũ in xviij. annis, quia xiiij. annorum potest quis matrimoniũ contrahere, ergo tunc potest adoptare. Solutio. Non est simile in matrimonio & in adoptione. quia in adoptione agitur de præiudicio adoptantis aliter, quàm in matrimonio, propter legitimã quæ debetur adoptato. Et ideò in adoptione requiritur maior deliberatio, & plenior consensus, qui vt cõmuniter nõ est ante xiiij. annum, vt ff. de postula. l. j. §. pueritia. & lex respicit ad ea, quæ fiunt cõmuniter, vt ff. de legibus. l. nam ad ea. ¶ Sed replicatur: Ex isto videĩ, quòd qui adoptaret duos, deberet præcedere in xxxvj. annis, quod nõ est verum. Solutio. Istud non sequitur, quia potest aliquis etiam naturaliter vno anno plures filios habere, & ex vna vel ex diuersis mulieribus. Et ideò sufficit adoptantem in xviij. annis præcedere, etiã si plures adoptet, sicuti vna absolutio sufficit ad plures excõmunicationes, vt notat Bart. in l. de pupillo. ff. de noui operis nunci. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd auus nõ posśit nepotem suũ, sine consensu patris, in adoptionẽ dare, quia sine illo non potest eum nuptui tradere, vt ff. de ritu nup. l. oratiõe. Solutio. Nuptiæ habẽt maiorem indiuiduitatem, vt suprà de patria potestate. §. nuptiæ. Et plus requiritur consensus parentũ, vt suprà de nuptijs. §. j. quàm in adoptione. Et ideò ibi requiritur consensus patris. ¶ Sed replicatur, Iste consensus requiritur propter præiudiciũ, sed in isto casu fit patri præiudicium in succeśsione, & in perditione patriæ potestatis, vt ff. vnde libe. l. scripto. Solutio. Potest filium iterum instituere, licet sit adoptatus, & non fuit in sua potestate, & sic ei nõ fit præiudiciũ, etiam iure antiquo. Hodie autem non est timor, quia succedit, nec transit in potestatem adoptionis extranei, vt suprà eo. §. sed hodie.

§. Fœminæ.

1 *Fœminæ non possunt adoptare. Et quid ita. Limit. nu. 3.*

Fœminæ

2 *Fœminæ non habent filios in potestate.*
4 *Beneficia quomodo sint amplianda.*

1 ¶ Summatur sic: † Fœminæ non possunt adoptare, quia liberos in potestate nõ habent, nisi ex indulgentia principis, in solatiũ amissorũ
2 filiorum. Hoc dicit. Et patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd mulieres nõ habẽt filios in potestate, vt ff. de suis & legitimis he
3 redibus. l. nulla. ¶ Notandũ † secũdò, quòd ista indulgentia, qua fœminis conceditur adoptare, habetur C. de adop. l. mulierem. & hoc in solatium filiorũ amissorum in bello, vt infrà de excusa. tutorũ. §. sed
4 & si quis in bello. ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd si fœminæ possunt adoptare, tunc etiã debent adoptatos in potestate habere, quia beneficia sunt amplianda, vt in authen. constitutio quę dignita. §. penul. collatione vj. Solutio. Verum est, quòd beneficia sunt amplianda, sed nón contra naturam. Modò contra naturã est, mulieres filios in potestate habere. Et ideò beneficium concessum de adoptione, non debet extendi ad matriam potestatem.

§. Illud proprium est.

1 *Arrogatus cum suis transit in potestatem arrogatoris. & nu. 2.*
3 *Directè quod non potest fieri, an fiat indirectè. & nu. 4.*

1 Summatur sic: † Arrogatus vnà cũ his, qui sunt in sua potestate, efficitur in potestate arrogatoris. Hoc dicit. Sed intellectus textus est, quòd propriũ est in arrogatiõe, vt arrogat⁹ cũ liberis suis, fiat in ptãte arrogatoris. Et ideò cùm Augustus voluit arrogare Germanicũ, qui noluit arrogari ab Augusto, cõsuluit Tyberio, vt arrogaret Germanicũ, quod fecit, & tunc Augustus arrogauit Tyberiũ, & factus est Germanicus nepos Augusti adoptiuus, qui noluit esse filius. ¶ Notãdum
2 † primò, quòd istud, scilicet, quòd arrogatus trãsit cum suis in potestatem arrogatoris, intelligitur non solùm de his, qui sunt actu, sed etiã de his, qui erunt. Et sic efficiuntur in potestate arrogatoris filij nati, nasciturі, vel etiam postliminio reuersi, vt ff. eo. l. si paterfami. in prin-
3 cipio. ¶ Notandum secundò, † quòd aliquando fit indirectè, quod non põt fieri directè, vt ff. de legi. l. contra legem. ¶ Opponitur & videtur primò, quòd arrogatus, cũ his qui sunt in potestate sua, nõ semper transit in potestatem arrogatoris, per l. operæ. ff. de operis liberto. Solutio. Illa lex loquitur de libertis, quorũ operæ reseruatæ sunt patrono, & ideò propter ius patronatus est ibi speciale. ¶ Opponitur
4 † secundò, & videtur, quòd non põt fieri indirectè illud, quod prohibet fieri directè. per c. statutũ. ij. de hęreticis. lib. vj. Solutio. Illud nõ põt fieri indirectè, quod non potest fieri directè impotẽtia iuris, & sic intelligitur c. statutum ij. alle. Sed quod non potest fieri directè impotentia

tentia facti, bene poteſt fieri indirectè, vt hîc.

§. Apud Catonem.

1 *Seruus, an fiat liber, ſi dominus eum adoptet: uel nominet eum in iudicio. Et quid ſi extra iudicium. nu. 4.*

2 *Dominus ſi adoptet ſeruũ alienum, aut libertum alienũ, non fit ille liber.*

3 *Regul. ſi non ualet quod ago ut ago, ualeat &c. quomodo accipiatur, & numero. 5.*

1 Summatur ſic: † Si dominus adoptet ſeruũ, vel nominet eum in iudicio filium, per hoc ſeruus fit liber. Hoc dicit. Et patet intellectus tex
2 tus. ¶ Notandũ primò, † quòd ſi dominus adoptaret ſeruũ alienum, vel libertum alienum, nõ habet veritatẽ iſtud dictum, quia talis nõ fit liber per adoptionem, vt ff. de adoption. l. ſi pater. ¶ Notandum ſecundò ibi, cõſtitutione, quòd iſta conſtitutio habetur C. de lati. liber.
3 tollẽda. l. vnica. ¶ Notandum † tertiò ibi, licet, quòd ex iſto textu elicitur, ſi non valet quod ago vt ago, valet tamen inquantũ valere põt, vt etiã notatur C. de lati. liberta. tollẽ. l. vnica. §. ſimili modo. ¶ No-
4 tandum † quartò, quòd ſi dominus nominet ſeruũ filium, extra iudicium, non prodeſt. C. de libe. cau. l. penul. & ſic verba adulatoria in iudicio cauſant diſpoſitionẽ fauore libertatis, vt hîc. ſic etiã in teſtamẽto fauore vltimæ voluntatis, vt ff. de fideicõmiſ. liberta. l. Paulus. Aliter autem verba adulatoria nihil operantur, vt ff. de actio. & obliga. l.
5 obligationem. ¶ Opponitur † ſic, & videtur, quòd non eſt verum, ſi non valet quod ago, &c. per l. j. ff. de iure codi. Solutio. Illa lex loquitur de eo, qui dicit expreſsè ſe nõ velle facere codicillos. Iam iſtud dictum, ſi non valet, intelligitur quãdo non eſt pactũ de non valere.

QVIBVS MODIS IVS PATRIAE POTESTATIS SOLVITVR.

TITVLVS XII.

1 *Natura nihil eſt indiſſolubile.*

2 *Diuiſio huius tituli in ſeptem partes.*

1 Dictum † eſt ſuprà, qualiter conſtituitur ius patriæ poteſtatis naturalis & ciuilis, & quia nihil eſt in humanis, quod diſſolui non poſsit, vt in authen. de nup. §. deinceps. colla. iiij. ideò tractatur hîc, qualiter ius patriæ
2 poteſtatis ſoluitur. Et † diuiditur iſte titulus in ſeptem partes. In prima declaratur, quomodo ſoluitur patria poteſtas per mortem naturalem. In ſecunda ibi, cùm autem is, quomodo ſoluitur per mortem ciuilem. In tertia ibi, filiusfamiliâs quomodo per dignitatem. In quarta ibi, ſi ab hoſtibus, quomodo per captiuitatem. In quinta

In quinta ibi, præterea, quomodo soluitur per emancipationem. In sexta ibi, sed si pater, quomodo soluitur per adoptionem. In septima ibi, illud autem, soluuntur duo dubia.

§. Videamus nunc.

1 *Filij, an efficiantur sui iuris per mortem patris.*

2 *Nepotes an fiant sui iuris morte aui. Et quid si pater in aui potestate constitutus, uiuat. & nu. 3. 5.*

4 *Beneficium semel extinctum, an nunquàm reuiuiscat.*

Summatur sic: Dictum est quomodo serui liberantur à potestate dominica: Hìc dicitur, quomodo liberantur liberi à potestate patria.
1 † Nam per mortem patris filij existentes in sua potestate, sui iuris effi-
2 ciuntur, sed † per mortem aui nepotes fiunt sui iuris, si tempore mortis aui pater eorum fuit mortuus vel emãcipatus. Sed si fuerit viuus, & in potestate aui, nepotes cadũt in potestatem patris eorum. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandũ, quòd de liberatione seruorum dictum est suprà, de liberti. §. j. & §. multis. & in glos. magna. §. fina. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd text. nõ bene dicat aliquẽ sui iuris fieri per mortẽ parentis, quia mater est parens, vt suprà de iure naturali gen. & ciui. §. j. Et tamen per mortẽ matris nemo fit sui iuris, vt suprà titulo proxi. §. fœminæ. vbi dicitur, quòd mulier non habet liberos in potestate. Solutio. Parens intelligitur hìc strictè pro superiori in linea paterna, sed suprà de iure naturali accipitur generaliter. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd textus nõ bene dicat mortuo patre filios fieri sui iuris, quia vt subditur, possunt esse in potestate aui. Solutio. Textus ille intelligitur mortuo patre, qui filios habet in potestate,
3 & non existẽte superiore. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, † quòd non semper existẽte patre in potestate aui, tempore mortis aui nepotes recidunt in potestatem sui patris, quia si pater fuit emancipatus, & post arrogatus à suo patre, tũc est in eius potestate. Et tamẽ nepotes in eo casu per mortẽ aui nõ cadunt in potestatẽ sui patris, vt ff. de adoptio.
4 l. si pater filium. Solutio. Istud intelligitur, quando † pater nunquã exiuit à patria potestate. Nam patria potestas semel extincta respectu filiorũ, nũquam reuiuiscit. Sicut etiam dicitur de gratia ad beneficium, quæ per matrimoniũ extinguitur, & mortua vxore non reuiuiscit, vt
5 in gl. in c. vnico. de clericis cõiugatis, li. vj. ¶ Opponitur finaliter, † & videtur, quòd filij cadunt in potestatem patris, per mortẽ aui, licet pater tempore mortis aui, nõ sit in eius potestate, quod videtur contra finẽ text. istius §. probatur in Authen. cõsti. quæ dignita. §. istud. col. vj. Solutio. In fin. tex. dicitur, quãdo pater exiuit patriã potestatẽ per emancipationẽ, secus autẽ est, quando per dignitatem, vt in §. alleg.

§. Cùm

§. Cùm autem.

1 *Patria potestas soluitur per deportationem patris, uel filij, in insulam.*
2 *Deportatio & relegatio, quot & quibus modis differant.*
3 *Banniti nostri temporis, an assimilentur deportatis.*
4 *Mors ciuilis, comparatur morti naturali. Et in quibus. nume. 13.*
5 *Ratio ubi eadem, ibi & idem ius.*
6 *Deportati possunt restitui per indulgentiam Principis. Et rescripti discrimen. nume. 7.*
8 *Restituere, uerb. generale est.*
9 *Seruus pœnæ, non habet dominum, nisi supplicium.*
10 *Ingenuus, an fiat seruus per pœnam.*
11 *Damnatus ad ultimum supplicium, quibus beneficijs priuetur.*
12 *Bestijs subiectus.*

1 Summatur sic: † Per deportationem patris vel filij in insulam, soluitur patria potestas, sed per indulgentiam Principis pristina iura restituuntur. Per relegationem autem patris vel filij in insulam, non soluitur patria potestas. Seruus autem pœnæ effectus perdit patriam potestatem, quæ quidem pœna est, quando quis in metallũ damnatur, vel bestijs subijcitur. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd iste textus primò loquitur de media capitis diminutione, & in fine ibi, pœnæ, loquitur de maxima capitis diminutione, sed in
2 medio loquitur de relegatione. ¶ Notandum † secundò, quòd differunt deportatio & relegatio, quia deportatus perdit familiam suam, sed relegatus non, vt hîc in textu. Secundò, quia deportatus perdit bona sua, relegatus non, vt ff. de interdic. & releg. l. j. Tertiò, quia deportus perpetuò perdit ciuitatem, relegatus ad tempus, vt ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. vterque tamen retinet libertatem, vt ff. de bonis damnatorum. l. & si. Quartò, quia deportatio solùm fit per Imperatorem, aut vicem eius tenẽtem, vel per prætorem, seu per præfectum vrbis, vt ff. de pœnis. l. ij. Fit etiam per Senatores, quorum sententia parem habet effectum cum prædictis, vt ff. quibus appellare non licet. l. j. Et si deportatio per alios iudices fiat, nõ valet, nec executioni mandatur, nisi per Imperatorem approbetur, vt etiam insulam siue locum assignet, vt ff. de lega. iij. l. j. §. ij. & §. deportatos. Sed relegatio potest fieri, per quoscunque iudices habentes merum imperium, vt ff. de interdic. & relega. l. relegatorum. Non tamen fit per defensores ciuita-
3 tis, vt in Authen. de defensori. ciuita. §. nulla. colla. iij. † Banniti autem nostri temporis assimilantur deportatis, si cum perditione ciuitatis publicentur eorum bona. Aliôquin assimilantur relegatis, vt vult gloss. hîc per l. j. ff. de bonis damnatorum. Sed Bald. aliter dicit in l. j. C. de

hæred.instituend. Vult enim,quòd pœna banniti nostri temporis,est distincta à deportatione & relegatione, & assimilatur in re ciuili, excommunicationi in re spirituali: quia sicut excommunicatus non potest agere,potest tamen excipere & appellare,vt in c.intelleximus.extrà de iudicijs,sic & bannitus. ¶ Notandum tertiò ibi, † perinde,quòd
4 mors ciuilis comparatur morti naturali, vt hîc & ff.pro socio. l.verùm
5 §.societas. ¶ Notandum † quartò ibi,pari ratione,quòd vbicunque est eadem ratio,debet esse idem ius,vt ff.de verbo.obliga.l.à Titio.& ff.ad leg.Aquil.l.illud. Non tamen vbi est contraria ratio, debet esse contrarium ius,vt ff. de coll.bonorum.l.si quis. ¶ Notandum quintò
6 ibi, † restitutum, quòd per indulgentiam Principis possunt deportati restitui,& tunc recuperant pristina iura, vt honores & ordines & similia. Inter quæ etiam est patria potestas,vt C.de senten.pas.l.fina. Re-
7 fert † tamen, an Princeps dicat in remissione,indulgemus,an restituimus: quia si dicat,indulgemus,intelligitur remissa pœna,sed non restituuntur bona, & sic intelligitur l.in insulam. ff. de pœnis. Sed si dicat restituimus,non solùm intelligitur remissa pœna, sed restituuntur o-
8 mnia pristina iura,vt ff.de pœnis. l.ij.& l.generaliter, † quia verbum restitutionis generale est ad omnia, vt ff.de vsucapio. l.videamus.ff. & in fauiana. Non tamen intelligitur restitutus ad bona alienata, C.de hæreticis & Manichæis. l.item de Nestorianis. Et ideò consulit Bart.in l.Gallus.ff.de libe.& posthu.vt impetretur,quòd Princeps di-
9 cat,restituimus te etiã ad bona alienata. ¶ Notandũ finaliter, † quòd seruus pœnæ effectus,nõ habet dominum,nisi supplicium. Vnde nihil
10 acquirit fisco,vt ff.de his,qui non pro scriptis habentur.l.iij.Hodie tamen per pœnam nullus ingenuus fit seruus, vt in Authenti.de nupt.§. quod autem.colla.iiij. Nisi fortè aliquis condemnatus sit ad vltimum
11 supplicium,vt vult Bart.in l.qui vltimo.ff.de pœnis. Et ideò talis tamen potest testamentum facere. ff.de testamen. l.eius qui. Possunt tamen iniustè ablata restituere,vt notat Ioan.Andr.in c.quanquam.de vsu. lib.vj. Et est ista pena,quando aliquis damnatur ad fodiendum metallũ,vel in opere metalli, vel in ministerio metalli, vel metallo ligatur, qui ligabantur,ne fugerent, & pondere quodam opprimebantur, ferro,vel alio modo,sicut hodie fit his, qui ad galeas ponuntur in Italia.
12 † Bestijs autem quis subijcitur, qui damnatur ad bestias deducendum vel cum bestijs comedendum.Sed quia istæ pœnæ modò non sunt in vsu,parum curandum est de eis. ¶ Opponitur primò sic, & videtur quòd mors ciuilis non comparatur morti naturali, quia per mortem naturalem dissoluitur matrimonium, & non per mortem ciuilem, vt
13 C.de repu.l.j. Solutio. † Mors ciuilis comparatur naturali in illis, in quibus repræsentat eundem effectum, cum morte naturali, vt in his quæ

quæ sunt iuris ciuilis, sicut patria potestas, bonorum possessio, & similia: non autem in his, quæ sunt iuris naturalis, vel gentium, vel etiam facti. Et ideò si aliquis obligatus est bona sua dimittere post mortem alteri, & ipse ingrediatur religionem, quæ est mors ciuilis. xvj. q. j. c. placuit. ij. non debet propter hoc illi alteri bona sua dimittere, vt ff. de iure fis. l. Statius Florius. §. Cornelio. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd restitutus debet etiã recipere bona alienata, quia si aliquis mortuus restituatur ad vitam, sicut factum est in Lazaro, recuperat omnia bona sua, etiam alienata, vt in glos. in l. si ex his. ff. de legibus. Solutio. Illa glos. loquitur de restitutione, quæ non potest fieri, nisi per ipsum Deum: hîc autem loquimur de restitutione, quæ fit per hominem.

§. Filiusfamiliâs.

1 *Patritiatus dignitas filium liberat à patria potestate. Et quid de alijs dignitatibus. nume. 2.*
3 *Sacerdotium an liberet à patria potestate. Et quid religionis ingressus.*
4 *Patritius, unde dicatur.*

1 Sic summatur: † Filius si fiat miles, procõsul, vel senator, non liberatur à patria potestate, sed si fiat patritius, liberatur: quia inconueniens est patrem posse filium suum per emancipationem à patria potestate liberare, Imperatorem autem nõ posse eum, quem elegit sibi patrem ab aliena potestate eximere. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum primò, † quòd istud corrigitur C. de decurionib. l. fin. lib. x. vbi ponuntur dignitates, per quas aliquis liberatur à curia, & per consequens à patria potestate, vt in Authen. constitu. quæ dignita. §. j. inter quas connumeratur dignitas proconsularis. Et additur illis dignitas episcopalis, vt in Authenti. constitu. quæ dignita. §. palàm. collatio. vj. Illæ tamen dignitates non liberant, nisi existentes in exerci-
3 tio, exceptis proconsulari, patritiatus, & episcopali dignitatibus. † Sacerdotium autem non liberat à patria potestate, vt in Authen. presbyteros. C. de episco & cleri. Sed ingressus religionis liberat à patria potestate, vt ff. de minori. l. si ex causa. ¶ Notandum secundò, quòd ista constitutio, de qua loquitur textus, habetur C. de consulibus. l. fina. li-
4 bro xij. † Et dicitur patritius, tanquam pater principis, de quibus Salustius dicit, patres conscripti, quia eorum nomina erant scripta in libro principis, vel in coronis eorum.

§. Si ab hostibus.

1 *Patre, uel filio capto ab hostibus, pendet ius patriæ potestatis, iure postliminij.*
2 *Postliminium, unde dicatur. & nume. 5.*

3 *Postliminij iuris pendentia, quomodo intelligatur.*
4 *Postliminium, quid. & quare inductum. nume. 9.*
6 *In, intra, uel infra, particulæ, quomodo accipiantur.*
7 *Capta ab hostibus, an & quibus debeant restitui.*
8 *Bellum ciuile, quid.*
10 *Filio datur curator, patre captiuo.*

1 Summatur sic: Capto † patre vel filio ab hostibus, pendet ius patriæ
potestatis, iure postliminij, à limine dicto, qui si reuertatur, recipit o-
mnia iura pristina, sed si pater in captiuitate moriatur, intelligitur filius à
principio captiuitatis sui iuris fuisse. Hoc dicit. Sed intellectus textus
est, quòd patre capto ab hostibus, licet fiat seruus hostium, tamen ius
patriæ potestatis est in suspenso, iure postliminij, quo quidem iure, si
reuertatur, recipit omnia pristina iura, & liberi in eius potestate sunt
iterum, quia fingitur semper in ciuitate fuisse: sed si in captiuitate mo-
riatur, fiunt filij sui iuris à principio captiuitatis. Similiter si filius vel
nepos captus sit ab hostibus, pendet ius patriæ potestatis. Et dictum
2 est † postliminium à limine, & post, quia reuersus, dicitur ad limina sua
redire. Et si aliquis captus ab hostibus recuperetur, dicitur etiam post-
3 liminio reuersus. ¶ Notandum † primò, quòd propter istud ius post-
liminij aliqui posuerunt medium inter eos, qui sunt sui vel alieni iuris.
Sed non bene, quia liberi alicuius capti ab hostibus, in veritate sunt sui
iuris, quia pater est seruus hostium, suprà de iure personarũ. §. serui. j.
Et ideò talis nullos potest in potestate habere, vt ff. ad le. Iul. de adul-
te. l. sic eueniet. Intelligitur ergo ista pendentia, respectu status futuri,
& non respectu præsentis vel præteriti, vt infrà de verborum obliga.
§. conditiones. Si igitur iste captiuus reuertatur, fingitur semper in ci-
uitate fuisse iure postliminij: sed si in captiuitate moriatur, fingitur
principio captiuitatis mortuus, iure legis Corneliæ. Et ideò, si fi-
listius faciat testamentum vel contrahat, valet: sed si reuertatur pater,
rumpitur testamentum, & soluitur contractus: sed si moriatur etiam
post factionem testamenti, vel contractum manet firmum, quod per
4 filium actum est, vt ff. de testa. l. lex Cornelia. ¶ Notandum † secun-
dò, quòd postliminium est ius amissæ rei, recuperandæ ab extraneo,
moribus & legibus constitutum, vt ff. de cap. & postlim. reuer. l. post-
5 liminium. ¶ Notandum tertiò ibi, † dictum est, quòd postliminium
dicitur à limine, quia reuersus ab hostibus redit ad limina patriæ vel ci-
6 uitatis suæ. † Et ideò, quando dicitur in, vel intra, vel infra, intelligitur
intrinsicitas, vt si dicatur in domo, intelligitur intra limina domus, vt
ff. de flumi. l. j. §. in flumine. Sed quando dicitur, in pertinentijs domus,
intelligitur ad spatium duorum pedum, etiam extra domum, vt ff. fini.
regund.

regund.l.fin.& ff.de serui.vrban.prædio.l.quidam Hyberus. in glos. sed quando dicitur, in circunstantijs ecclesiæ, intelligitur ad spatium xxx. pedum extra ecclesiam, vt notat Barto. in l.apud Labeonem.§. cum vitium.ff.de iureiurando.xvij.q.iiij.c.sicut.in glo. ¶ Notandum
7 quartò,† quòd illa, quæ recuperantur ab hostibus, debent restitui illis,à quibus capta sunt, vt ff.de capt.& postlimin.reuers. l.sicut liberis. Et hoc est verum, si cadant sub iure postliminij, vt equi,oues,boues, & similia. Aliqua enim sunt, quæ non cadunt sub iure postliminij, vt vestes,arma,& similia.ff.de capti.l.ij.Sed de rebus hostium est distinguendum,quia si sint immobilia,quæ ab eis capiuntur, debent publicari ff.de capti.l.si captiuus.Sed si sint mobilia,& capiuntur ab eis antè,quàm sunt victi,tunc fiunt capientium vel occupantium, vt ff.de capti.l.si quis in bello. Si verò capiantur eis, postquàm sunt victi, tunc debent deduci ad ducem vel capitaneum belli,vt ipse ea distribuat inter pugnantes,secundũ merita sua,vt dicit Bart. in dicta l.si quis in bello.Et ista vera sunt de bello publico & iusto.Si enim vna pars ciuitatis contra aliam pugnet,nõ est bellum,sed dissensio, vt ff.de capti.l. si
8 quis ingenuam. Et si † vna ciuitas contra aliam sine authoritate principis pugnet,non est bellum,sed litium cultura,vt ff.de testamen.l.qui à latronibus.& seruientes in talibus bellis,non sunt armigeri, sed fures
9 & latrones,vt notat Bart.in l.hostes.ff.de capti. ¶ Opponitur †primò contra prædicta,& videtur, quòd ius postliminij non est rationabile, quia videtur punire captiuos. Pœna enim est, priuari patria potestate, & seruum esse,& non est afflicto addenda afflictio. Solutio. Istud ius inductum est fauore reipublicæ,& etiam captiuorũ, quia si ipsi retinerent bona in sua potestate,possent cõtrahere apud hostes,& bona sua apud hostes obligare,& alia in eorum damnum facere, quod propter istud ius nõ possunt. Et ergo per istam pœnam succurritur maiori periculo,iuxta c.duo mala.distin.xiij. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd si filij captiuorũ sint sui iuris,tunc possent multa facere in præiudicium patris,& sic istud ius esset patri valde nociuum. Solutio. Dicit Azo C.de senten.pass.in rubrica,quòd isti filij nihil possunt facere in
10 præiudiciũ patris. † Datur etiam curator bonis patris.ff.de tutel.l.muto.Si tamen tẽpore captiuitatis aliquis acquirat ius in bonis captiui,per præscriptionem vel vsucapionem,hoc non recuperat reuersus,nisi per restitutionem in integrum.ff.de capti.l.eos qui ab hostibus. ¶ Opponitur finaliter,& videtur,quòd si captiuus fieret seruus hostium, solueretur matrimonium, per l.cùm duæ. ff.de capti.quod esset valde durum dicere. Solutio. Dicitur in illa l.per Doct.quòd iure ciuili reuersus ab hostibus, debet de nouo in vxorem, & ipsa in eum consentire: sed hoc non requiritur iure canonico,vt in c.j.de cõiugio seruorum.

§. Præterea emancipatione.

1 *Emancipatio, tollit ius patriæ potestatis.*
2 *Liberi, ut hîc capiantur.*
3 *Emancipatio, olim fiebat per fictam uenditionem. Et quomodo hodie. Et per quos. Item, ubi. nu. 4.*
5 *Pater emancipando filium, quod olim ius sibi retineret. Et quod hodie. nu. 6.*
7 *Caluisiana actio, quæ dicatur. & an detur patri. nu. 10.*
8 *Pater non tenetur filio emancipato aliqua bona dare.*
9 *Pretium, est duplex.*

1 Summatur sic: † Per emãcipationẽ soluitur ius patrię potestatis, quę quidẽ emãcipatio olim fiebat per imaginarias vẽditiones, vel ex imperiali rescripto, sed mõ fit apud quẽcũq; iudicẽ, retẽto parenti in bonis emãcipati eodẽ iure, quod debetur patrono in bonis liberti. Et ipse parens fit tutor impuberis emancipati. Potest quoq; filius emãcipari, nepote retẽto in potestate, & ecõuersò. Hoc dicit, & patet intellectus
2 tex. ¶ Notandũ primò, † quòd per liberos intelligũtur hîc oẽs descẽdẽtes, scilicet filius, nepos, & deinceps, vt infrà qui tutores dare pos. §. j.
3 ¶ Notandum secundò, † quòd imaginaria venditio, idem est quod ficta venditio, vt ff. de reg. iur. l. imaginaria. Fiebat autem olim emancipatio, per imaginariã venditionem hoc modo. Nam pater vẽdebat filium suũ fortassis pro vno numo, & sic filius factus fuit seruus. Deinde emens manumittebat filium, & tunc fuit emãcipatus, vt ff. de adoptionib. l. liberum. Sed hæc emancipatio modò non habet locũ, tamẽ sicut tunc per emãcipationẽ fuit capitis diminutio, ita modò per emancipationẽ est minima capitis diminutio, vt infrà de capitis diminutio-
4 ne §. minima. ¶ Notandum † tertiò, quòd emancipatio modò fit, per quẽcunque iudicem, siue merum, siue mistum imperium habeat, vel solam iurisdictionẽ: põt enim fieri per defensorẽ ciuitatis, vt in Auth. de defensoribus ciuita. §. nulla. colla. iij. Etiam per iudicem extraordinarium, vt filius Coloniensis eius potest emancipari corã iudice Leodiensi, vt ff. de manumissis vindic. l. etiã. Potest etiam fieri in quocũq; loco non turpi, ff. de iustitia & iure. l. penul. Et licet cõmuniter fiat capiendo filium cũ manu, & dimittẽdo eum cũ aliquibus verbis, scilicet, dimitto te de potestate mea. potest tamen fieri nõ capiendo filium cũ manu, quia de manu exponitur, id est, de potestate, vt C. de emancip.
5 libero. l. penul. ¶ Notandum quartò, † quòd olim pater, emancipãdo filium, retinebat sibi totum peculium filij. vt infrà quib. non est permissum facere testa. §. j. Sed hodie habet pater in bonis filij emãcipati idẽ ius, quod patronus in bonis liberti, vt hîc dicitur, scilicet si ab intestato decedit, succedit in omnibus bonis liberti patronus, filijs non extantibus. Ex

bus. Ex testaměto verò in tertia parte: liberis verò existentibus, in nihilum, vt infrà de succes. libe. §. j. & ij. & §. sed nostra. In quibusdam nihilominus se habet aliter pater respectu bonorum filij emancipati,
6 quàm patronus respectu bonorũ liberti. † Primò, si filius turpem personam instituat, pater habet totum, vt ff. si quis à paren. manumis. fuerit. l. patro. Secundò, si pater pro emancipatione pretium receperit, nihil habebit, vt ff. si quis à paren. l. j. §. si parens. Tertiò, si filius miles fuerit, & castrense habeat, de illo pater nihil recipit, ff. de re militat. l. si à milite. Quartò, alij filij non succedunt loco patris, sicut filij patroni. ff. si quis à paren. l. j. §. fi. Quintò, si per coactionem pater filiũ emancipauit, nihil habet, ff. si quis à parẽ. l. fi. Sextò, nõ datur patri Caluisia-
7 na, sicut patro. vt ff. si quis à paren. l. non vsq;. Dicitur † autẽ actio Caluisiana, per quam reuocantur ea, quæ in fraudem patroni libertus alienauit, quæ vt tactũ fuit, non datur patri. Septimò, non habet pater operas filij emancipati, sicut patronus liberti, ff. si quis à parẽ. l. pen. ¶ Notandum quintò, quòd qualiter pater debet esse tutor impuberis emancipati, latius dicetur infrà de legi. paren. tute. in princi. & de fiduciaria
8 tute. etiã in prin. ¶ Notandum † finaliter, quod pater non tenetur filio emancipato aliqua bona dare, vt ff. de agnoscen. libe. l. fi. De consuetudine tamẽ pater dat filio emancipato aliqua bona, vt C. de collatione bonorum. l. vt liberis. Et ista bona non tenetur filius computare in legitima sua, vt C. de inoffic. testa. l. si quando. §. generaliter. Tenetur tamen filius ista bona conferre cũ alijs filijs in diuisione bonorum
9 patris, vt d. l. vt liberis. C. de collatione bonorũ. ¶ Opponitur † primò contra prædicta sic, & videtur, quòd pater potest pretiũ recipere pro emancipatione filij sine pœna, per §. hoc quoq; infrà per quas personas nobis acquiritur. Solutio. Duplex est pretiũ scilicet conuentionale & legale. Modò pater pro emancipatione nõ potest recipere pretium cõuentionale, vt hîc dicitur in notabili, sed bene potest recipere pretiũ legale, vt in §. hoc quoq;. & C. de bonis quæ libe. l. cũ oportet. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd patri etiam datur Caluisiana,
10 per Bar. in l. non vsque. ff. si quis à parente. Solutio. † Si filius alienauit bona titulo oneroso, & sine fraude, non datur patri Caluisiana: secus autem si cum fraude. Primo modo intelligitur dictum hîc, & secundo modo intelligitur d. Bar. in l. non vsque.

§. Sed & si pater.

1 *Pater si filium suum auo uel proauo, actis interuenientibus, adoptandum dederit, adoptante & adoptato cõsentientibus, soluitur patria potestas. & subit filius potestatẽ adoptantis. Et quid in infante. nu. 4.*

2 *Adoptio debet fieri actis interuenientibus.*

3 *Instrumento perdito, probatio fit par testes.*
5 *Taciturnitas, an comparetur consensui: disting. nu. 6.*

1 Summatur sic: Si † pater filium suum auo vel proauo, actis interue nientibus, in adoptionem dederit, sine contradictione adoptantis & adoptati, soluitur patria potestas, & transit filius in potestatem adoptantis: quia cōcurrunt ius naturale & ius adoptionis. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd qualiter filius auo materno indifferenter, & auo paterno in casu in adoptionem dari po
2 test, dictum est suprà tit. proxi. §. sed hodie. † Adoptio tamen fieri de
3 bet actis interueniētibus, vt hîc dicitur in tex. id est, cū scriptura. sed † si talis scriptura amittatur, potest probari adoptio per testes, vt in gl. l. ij. C. de emancipa. lib. Ex quo patet, quòd si fuerit statutū factum, quòd nemo posset petere debitum, nisi per instrumentum, si perditum sit tale instrumentum, adhuc potest probari debitum per testes, vt in. l. emā
4 cipationem. C. de fide instru. ¶ Notandum † secundò, quòd si infans fuerit qui emancipatur, non habet veritatem ista regula. vt C. de emā
5 cipa. libero. l. penul. ¶ Notandum tertiò, † quòd taciturnitas habetur pro consensu, & tacens affirmat, vt ff. de consensu, & tacens affirmat. vt ff. de pig. l. si fideiussor. §. pater. ¶ Opponitur primò contra prædicta, & videtur, quòd iste §. non conuenienter ponitur hîc, quia non soluitur patria potestas, sed transit de vno ad aliud. Solutio. Licet non soluatur patria potestas in isto casu, quantum ad filium, soluitur tamē quo ad patrem. Et hoc satis est pro isto titulo. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd taciturnitas non comparatur consensui, per l. ij. ff. de
6 adoptio. Solutio. † Quando actus fit per eum, in cuius potestate est tacens, tunc taciturnitas comparatur cōsensui: Sed si actus fit per ipsummet, cuius est actus, requiritur consensus expressus, & hoc vult illa l. ij. in oppositum allega.

§. Illud autem.

1 *Nurus si conceperit ex filio tuo, & posteà filium adoptaueris, uel in adoptionem dederis, nepos nascitur in tua potestate. Et quid si post emancipationem uel manumissionem conceperit, & nu. 2.*
3 *Pater si post conceptum alicuius, efficiatur sacerdos, ille non est filius sacerdotis.*
4 *Pater, an & quibus casibus possit cogi emancipare filium.*
5 *Filius non potest cogi ad sui emancipationem.*
6 *Pater potest iysdē casibus filium inuitū emācipare, quibus & exhæredare.*

Hîc soluuntur duo dubia. Primum, quia dictum est, quòd patria potestas aliquando soluitur per mortē aui, & aliquando non, vt suprà eod. §. j. dubium est, quando soluitur, & quando non. Secundum est, quia

quia dictum est de solutione patriæ potestatis, dubitatur, an filij possint parentes cogere ad emancipandum eos. Summatur ergo sic iste
1 §. Si † nurus tua ex filio tuo concepit, & posteà filium tuum emancipaueris, vel in adoptionem dederis, nepos nascitur in tua potestate: sed si post emancipationem vel adoptionem cõceperit, nascitur in potestate patris sui naturalis vel aui adoptiui. Hoc dicit quantum ad primũ responsum. Et filij naturales vel legitimi, quasi nullo modo possunt cogere parentes ad emancipandum eos. Hoc dicit, quo ad secundum responsum. Et patet intellectus textus ex summario. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd istud intelligitur de nuru, quæ concepit ex filio naturali & legitimo: quia naturalis filius tantùm, non est in potestate, vt suprà de nuptijs. §. fi. De legitimo antem tantùm, hoc est adoptiuo, dicunt aliqui istud non esse verum. ff. de capitis diminutione. l. si liberos. Melius tamen dicitur, quòd etiam istud verum sit de filio ado-
3 ptiuo. ff. de adoptio. l. liberum. ¶ Notandum secundò † quòd ex isto textu elicitur, si post conceptum alicuius, pater efficiatur sacerdos, nõ est ille filius sacerdotis, vt etiam habetur l. imperialis C. de nuptijs.
4 ¶ Notandum † tertiò, circa verbum penè, quòd pater in aliquibus casibus, potest cogi emancipare filium suum. Primò, si legatum agnouit quod sibi relictum vt filium emancipet, ff. de conditio. & demonstra. l. si cui. Secũdò, si aliquis adoptauit priuignum suum, & ille priuignus probat sibi non expedire esse in potestate, cogitur pater adoptiuus illum emancipare. Et similiter dicendum est, de quocunq; adoptiuo, si sibi non expediat, vt ff. de minoribus. l. iij. §. si quis minor. Tertiò, si pater peccandi necessitatem imponat filiæ, cogitur eam emancipare, vt C. de epis. audien. l. si lenones. Quartò, si pater filium malè & contra pietatem affecerit vel tractauerit, vt ff. si quis à parente manumis-
5 sus fuerit. l. fina. ¶ Similiter † etiam non potest cogi filius vt emancipetur, vt in Authen. qui. mo. natura. efficiuntur sui. §. generaliter. coll.
6 vij. ¶ Potest tamen † pater filium eo inuito emancipare in illis casibus, in quibus potest eum exhæredare, vt notat Bar. in. l. quidam. ff. de verbo. obli. Filius autem emancipatus in aliquo casu, potest reuocari ad patriam potestatem, vt si pater sit pauper, ad alendum patrẽ suum, vt ff. de libe. agnoscen. l. alimenta. §. necare. Opponitur sic, & videtur quòd filius conceptus ante emancipationem & natus post debet esse in potestate patris, per simile, quia filius conceptus ex ancilla, & natus ex libera muliere, est liber. & nõ attenditur tempus conceptus, sed natiuitatis, vt suprà de ingenuis. §. ex his. versi. sufficit, ergo etiam in isto casu attendi debet tempus natiuitatis, & non conceptus. Solutio. Non est simile de libertate & patria potestate. Nam quo ad libertatem sufficit matrem aliquando liberã fuisse, vel in conceptu, vel in partu sa-

uore libertatis, sed in patria potestate solùm attenditur tempus cõce. ptus, quia non consideratur ibi talis fauor. Parum enim refert filium in potestate patris vel aui esse.

DE TVTELIS.

TITVLVS XIII.

Continuatur sic: Dictum est de iure personarum, illarum scilicet, quæ sunt alieni iuris: Dicendum ergo est consequenter, de his, quæ sunt sui iuris. Et quia illarum ius est duplex, scilicet, tutela & cura, quarundam tamen neutrum ius est, idcirco primò tractatur hîc de tutelis. Et diuiditur præsens titulus in quatuor partes. In prima ponitur cõtinuatio. In secunda ibi, est aũt, ponitur tutelæ diffinitio. In tertia ibi, tutores, ponitur nominis interpretatio. In quarta ibi, permissum, declaratur testa. tutelæ datio.

§. Transeamus nunc.

1 *Tutor quibus detur.*
2 *Filius an possit se obligare sine patre.*
3 *Minor an possit constituere procuratorem sine authoritate curatoris.*

Summatur sic: Transeundum nunc est ad aliam diuisionem personarum, quæ scilicet sui iuris sunt, quarum quædam sunt sub tutela vel cura, & quædam neutro iure tenentur. Et videndum est ergo de his, quæ sunt sub tutela, vel cura, quibus intellectis intelligẽtur aliæ. Et primò de his, quæ sunt sub tutela. Hoc dicit. Et patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd ista est tertia diuisio iuris personarũ. Prima enim dicta est suprà, de iure personarum. Secũda suprà, de his, qui sui vel alieni iuris sunt. Vel magis propriè est ista subdiuisio illius diuisionis, de his, qui sui vel alieni iuris sunt, quia hîc diuiditur vnũ mẽ-
1 brum illius diuisionis. ¶ Notandum †secundò, quòd tutor non datur, nisi his, qui sui iuris, vt C. de tuto. furioso prodigo. l. fi. Et ideo filiusfamiliâs existens in potestate patris, non debet habere tutorem, quia nemo præsumitur talem filium & bona sua melius gubernare, quã pater: cùm amor paternus omnem alium extraneũ amorem excedat, vt d. l. fina. C. de tutori. furio. Si tamen pater nõ vellet administrare, nec habere lucrũ in hæreditate aduentitia, daretur curator hæreditati. vt in l. fi. C. de bonis quæ libe. Authoritas tamẽ patris non semper sufficit filio, de quo talis datur distinctio. Quia si agatur de bonis, in quibus pater habet vsumfructũ, vel in quibus dubitatur de lucro & de dãno patris, tũc sufficit authoritas patris: in alijs aũt nõ sufficit. Quã distinctionẽ notat Bar. in fi. §. pupillus. ff. de ver. obli. In tutore autem non
2 habet locum ista distinctio. Potest †ergo filius interdum sine patre se obligare. sed læsus restituitur, ff. de mino. lege prima. quæ obligatio fit cum

fit cum authoritate curatoris,non tamen potest se obligare in voto, sine authoritate patris,vt in l. si quis rem. §.voto.ff.de pollicitationibus. Nec etiam in Macedoniano,ff.ad Macedonia.l.j. Hinc est,quòd filio in iudicijs datur curator in litem,vt in glo.l.j.C. de bonis mater.
3 Et dicunt aliqui,† quòd filius cũ authoritate patris, sine curatore illo potest cõstituere procuratorẽ,& alle.l.fin.ff.de verb.oblig.arg c.fin. de iudi lib.vj.vbi dicitur, quòd minor cum authoritate superioris in spiritualibus potest procuratorẽ constituere,ergo fortius videt̃,quòd filius potest cum authoritate patris procuratorem cõstituere. Et ita opinatur quidam Doctor Raphaël in.d.l.fi.ff.de verb.oblig. Tutius tamen est,vt constituat cum authoritate curatoris, prout alij dicunt. ¶ Notandum tertiò.quòd bonum est argumentũ,si cognoscatur vnũ contrariorum, quòd tunc cognoscitur reliquũ, vt hìc in tex.& suprâ de his, qui sui vel alieni iuris sunt. §.videamus. Quod verum est de contrarijs immediatis,vt ibi dictũ est. ¶ Opponitur & videtur,quòd non semper datur tutor ei,qui sui iuris est, quia potest dari tutor filio eius,qui captus est ab hostib vt C.de senten.pass.l.fin. Et ille non videtur esse sui iuris,cum patria potestas sit in pendenti,vt suprà tit.pro xi.§.si ab host.b. Solutio. Quamuis hìc patria potestas sit in pendẽti,hoc est respectu status futuri & non præsentis. Et ideò talis filius in veritate est sui iuris, considerato tempore præsenti. Et ideò potest habere tutorem.

§. *Est autem tutela.*

1 *Tutelæ diffinitio: eiúsque explicatio. nu.2.*
3 *Tutela, quid differat à cura.*
4 *Seruus an possit habere tutorem. disting.nu.8.*
5 *Tutela,est ad tuendũ,patria potestas ad gubernandũ filium instituta.*
6 *Curator datur furiosis & mente captis.*
7 *Tutela, est de iure ciuili.*

1 Hìc ponitur diffinitio tutelę,quę est † Tutela est vis atq; potestas in capite libero,ad tuendũ eum,qui propter ætatem se defendere nequit,
2 iure ciuili data & permissa. ¶ Notãdũ † primò,quòd vis,atq; potestas exponitur in glo.i.violenta potestas.quia tutor datur inuitus,vt C.de decurio.l.nullus.libro decimo.Et etiam datur inuito: vt ff.de tuto.&
3 cura.datis ab his.l.nec non. Et in † hoc differt tutela à cura, quæ non datur inuito,vt infrà de curato.§.item inuiti.sed ista expositio nõ placet aliquibus,quia tutela sæpe datur volenti,vt C. quãdo mulier tutelæ officio fungi potest.l.ij. Glo.etiam exponit,vis ad cogendum,potestas ad imperandũ,quæ expositio etiam nõ placet quibusdam,quia ante confectionem inuentarij est tutela, & non est vis ad cogendum,

nec

nec poteſtas ad imperandum. Idcirco Bar. in l. j. ff. de tutelis. aliter e ponit, vt vis atq; poteſtas, idem ſit, quod poteſtatiua virtus, mutan vnum nomen ſubſtantiuum in adiectiuũ. Et ſimile eſt, cùm dicit pactum, eſt placitum atq; conſenſus, exponitur, id eſt, placitus conſe
4 ſus, ff. de pactis. l. j. ¶ Notandum † ſecundò, quòd dicitur, in capite li bero, quia ſeruus non poteſt habere tutorem, niſi dubitetur de ſta ſuo, tunc enim poſſet ſibi dari tutor, ff. de tuto. & curato. datis ab his ei qui. Bart. tamen in l. j. ff. de tute. exponit in capite libero, vt ſit ſen quòd ſeruus non poteſt eſſe tutor, ſiue exercere officium tutoris.
5 ¶ Notandum † tertiò, quòd dicitur, ad tuendum, ad differentiam triæ poteſtatis, quæ eſt ad gubernandum filium, prout vult, & ſibi ac quirendum, & ſic eſt ad commodum ipſius patris, quicquid filius ac quirit patri, vt infrà per quas perſo. no. acqui. §. j. Tutela enim nõ e ad cõmodum tutoris, ſed eſt onus. Nam tenetur tutor de dolo & lat
6 culpa, vt C. arbitrium tute. l. ij. ¶ Notandum quartò, † quòd dicitur propter ætatem, ad differentiam curatorũ, qui dantur furioſis & m te captis, qui propter morbũ ſe defendere nõ poſſunt, vt infrà de cur
7 §. furioſi. & non dantur propter ætatem. ¶ Notandum † finaliter quòd dicitur iure ciuili. Nam licet plurimi contractus, vel quaſi, ſi de iure gentium, vt ſuprà de iure natura. §. ius autem. tutela tamen e de iure ciuili. Et dicitur data, ſcilcet à iure vel iudice, & permiſſa à te ſtatore, vel data perſonæ & permiſſa rei, vt infrà titulo proxi. §. certi
8 ¶ Opponitur † ſic, & videtur, quòd ſeruo poſsit dari tutor, per l. ſi in puberi. j. reſpon. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Solutio. Contrarieta quæ videtur eſſe inter has leges, ſic ſo luitur, quia vel hæreditas fidei commiſſaria, id eſt, fidei alicuius inſtituti hæredis, commiſſa, & liber tas relinquũtur ab eodem præſtandæ ſeruo, ita vt vnus & idem ha beat reſtituere ſeruo hęreditatem, & præſtare libertatem: & in illo ca ſu, ſi talis noluerit adire hæreditatem, nec ſeruo præſtare libertat poteſt ſeruo dari tutor ad cogendum illum adire hæreditatem. & ad dandam ſeruo libertatem, & ſeruus interpretatione ex voluntate te ſtatoris dicitur eſſe ſui iuris. Aut hæreditas relinquitur ſeruo, reſtitu da ab vno inſtituto hærede, & libertas danda ab alio, tunc primo ſe uo præſtanda eſt libertas, aliâs non poteſt habere tutorem, & ſi pò habeat tutorem, illum non habet vt ſeruus, ſed vt liber, & tunc poteſt cogere ſecundũ hæredem hęreditatẽ adire, & etiã eum cogere, vt ſibi reſtituat eam: & ita põt intelligi l. cogi. & l. ſi res aliena. ff. ad Trebel.

§. *Tutoris autem.*

1 *Tutores, qui: & unde dicti.*
2 *Argumentum ab interpretatione nominis, an ualeat. & nu. 4.*

A Editi

3 *Æditui, qui dicantur.*

1 Tutores † sunt, vim atq; potestatẽ habentes, dicti tutores quasi tuitores vel defensores, sicut æditui sunt, qui ædes custodiunt. Hoc dicit.
2 Et patet intellectus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd sicut valet argumentum à diffinitione ad diffinitum, vt ff. de dolo. l. j. §. dolum. sic etiam valet ab interpretatione nominis, si diffinitio nõ contradicat, vt
3 notat Bar. in. l. ij. ff. si cer. peta. ¶ Notandum † secundò, quòd æditui vel ædititij dicũtur illi, qui defendunt vel custodiunt ædes, id est, domos, vt est præfectus vigilũ, & qui cum eo de nocte vadunt, vt ff. de
4 offi. præfec. vigi. l. iij. §. sciẽdum. ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd non valet argumentũ ab interpretatione nominis, quia curator etiam est defensor vel tutor, & tamen nõ est tutor, quia differunt cura & tutela. Solutio. Curator non est defensor vel tutor, per illam vim & potestatem, de qua dictum est in diffinitione tutelæ. Dicitur autẽ tutor, qui per illam vim defendit. Verum tamen est, quòd interdum curator in iure dicitur tutor, extendendo nomen tutoris, vt ff. de legatis tertio. l. cum filio.

§. Permissum est.

1 *Pater potest filio suo impuberi, in sua potestate existenti, in testamento suo, tutorem dare. Limit. nu. 2.*
3 *Pater an possit filio adoptiuo in testamento dare tutorem. Et an naturali tantùm. nu. 4. Et an spurio. nu. 5.*
6 *Pater ut filio suo tutorẽ dare possit in testamento, tria requiruntur.*
7 *Posthumus, an & quando habeatur pro nato.*
8 *Posthumus, quis dicatur.*
9 *Tutor datus à patre, filio emancipato confirmatus, non est testamentarius, sed datiuus.*
10 *Tutor datus emãcipato, confirmatur sine inquisitione. Limit. & nu. 12.*
11 *Tutor si quid de suo expenderit in rem pupilli, an debeat illud compensari ẽ bonis pupilli.*

Hìc consequenter declaratur, quæ sit tutela testamentaria. De legitima enim dicitur infrà, de legiti. agna. tute. De datiua infrà, de attil.
1 tutor. † Summatur ergo iste §. sic: Pater potest filio suo impuberi in sua potestate existenti, in testamento suo tutorẽ dare. Similiter auus nepoti, si nepos in potestatẽ patris sui non sit recasurus. Et idem iudicium est de posthumo, qui pro iam nato habetur, quantũ ad dationem tutoris in testamẽto à patre vel ab auo. Filio aũt emancipato nõ potest pater in testamento suo tutorẽ dare, sed datus cõfirmandus est sine inquisitione. Hoc dicit. Et ex summario patet intellectus textus.
2 ¶ Notãdum † primò: quòd iste textus loquitur principaliter de filio naturali

naturali & legitimo,cui si pater dat tutorem in testamento,non ind-
get tutor cõfirmatione, quanuis etiam testamẽtum esset minus so-
ne,propter exhæredationẽ libertorũ,quia tenet datio tutoris,vt in a
then.ex causis.C.de libe. præterit.vel etiam propter numerum test
si tutor sit vnus de liberis, C.de testa.l.hac cõsulussima. §.ex imper
ẽto.Sed si tutor sit extraneus,& testamentũ est minus solenne,ex n
mero testium confirmandus est.Distinguẽdum tamen est,an cum i
quisitione,an sine.Si enim pater statim moriatur post f. ẽtionẽ test
menti,confirmatur sine inquisitione. Sed si pater diu superuiuat p
factionem testamenti,facienda est inquisitio,quia fortassis aliqua c
sa superuenit.quæ non erat tẽpore factionis testamenti:quæ si fuiss
pater non dedisset eum tutorem, vt notat Barto.in l.vtilitatem.ff.d
3 confirman.tuto. † Filio tamen etiam adoptiuo potest pater in testa
mento tutorem dare, C.de adoptio.l.cum in adoptiuis.quo ad illa b
na,quę ad filium occasione patris adoptiui perueniunt, iuxta §.sed h
4 die.suprà de adoptio.& hoc si habeat eum in potestate. Filio † autẽ na
turali tantùm,non potest pater in testamento tutorem dare, vt l.n
turali.ff.de confirma.tuto nisi instituat eum,& in illis bonis,in quib
5 eum instituit, vt l.fin. C.de confir.tuto. Spurio † autem nullo mo
potest pater tutorem in testamento dare,vt in glo.l.j.ff.de testame
6 tute. ¶ Notandum † secundò, quòd ad hoc quòd pater possit in su
testamento tutorẽ filio suo dare,tria requirũtur, vt hîc colligitur.P
mò,quòd filius sit impubes.Puberi enim nõ datur tutor, sed curator
qui non datur testamento.licet datur confirmetur.Secundò,quòd fi
lius sit in potestate. Tertiò,quòd det in testamẽto. In codicillis enim
datio tutoris non valet,nisi codicilli confirmẽtur per testamẽtum,vt
notat Bar.in l.iij.ff.de testa.tute. Hodie tamen codicilli præsumũtur
confirmati testamento,vt infrà de codicillis. §.non tantum. ¶ Not
7 dum † tertiò,quòd posthumus media correpta, habetur pro nato q
do agitur de cõmodo suo,vt ff.de statu hominum.l qui in vtero.
cus si de cõmodo alterius.ff.de verbo. significat.l.quod dicimus.
de incõmodo matris. ff. de statu homi.l. imperator. ¶ Notand
8 † quartò quòd posthumus dicitur, qui nascitur post humationem
patris, id est,post obitum. Vnde versus:

Posthumus est natus post exequias genitoris.

Impropriè tamen dicitur posthumus quilibet, qui nascitur post testa
mẽtum secundũ Azo. C.eod tit.Posthumus nonnũquam dicitur eti
qui post humationem aui genitus est proprio patre superstite,ille ta
9 men propriè vocatur neposthumus. ¶ Notandum † quintò.quòd tu-
tor datus à patre,filio emancipato cõfirmatus, non est testamentarius
sed datiuus,ff.de verb.signi .l. lege.& in Authẽ.de defenso.ciuita §.ii

cæterum

cæterum,colla.iij.Et ideò legitimus eſt ei præferendus, vt infrà de at-
10 tilia.tuto.in prin. ¶ Notandum ſextò,† quòd iſte tutor datus eman-
cipato,confirmatur ſine inquiſitione, quia præſumitur patrem confi-
dere de idoneitate & legalitate ſua. Et ideò non quæritur,an ſit locu-
11 ples,vel boni regiminis,vt l.j.ff.de confir.tuto. ¶ Notandum † finali-
ter,quòd ſi tutor plus expendat, quàm aliâs eſſet expenſurus propter
pupillum, vel ſi viuat de laboribus ſuis, & propter negotia pupilli di-
mittit laborem ſuum,poteſt recompenſari de bonis pupilli,vt l. & ſi le
ge. §.quod aũt.ff.de petitione hæreditatis. ¶ Opponitur ſic, & vide-
tur,quòd tũtor datus emancipato, ſit teſtamentarius, per l.ſi furioſo.
ff de cura.furioſo. Solutio. Illa lex nõ dicit eum eſſe teſtamentariũ,
12 ſed teſtamentario aſsimilari. ¶ Opponitur ſecundò,† & videt̃,quòd
iſte tutor datus emancipato, non eſt confirmandus ſine inquiſitione,
quia ſicut pater præſumitur confidere de legalitate tutoris, ſic etiam
mater,quę tantam affectionem habet ad filium,ſicut pater,ff.de in li-
tem iuran.l.videamus. Sed tutor datus à matre nõ cõfirmatur, niſi cũ
inquiſitione,ergo &c.Solutio. Aliud eſt de matre quàm de patre,pro
pter fragilitatem ſexus, & etiam, quia mater nunquam habuit filium
in poteſtate vt ſuprà de adoptio. §.fœminæ. Et iſte tutor cõfirmatur
in memoriam patriæ poteſtatis, quæ fuit vel eſſe potuit, vt ff. qui pe-
tant tuto.l.ſi.Verũ tamen eſt,quòd tutor datus à matre,licet cõfirme
tur cum inquiſitione,tamen ſine ſatiſdatione,vt l.j.ff.de cõfir.tut.

QVI TVTORES TESTAMEN-TO DARI POSSVNT.

TIT. XIIII.

COntinuatur ſic: Dictum eſt,quibus parẽtes in teſtamen
to ſuo poſſunt dare tutores: Hîc conſequẽter tractatur,
qui & qualiter in teſtamẽto tutores dari poſſunt. Et di
uid.tur præſens titulus in ſex partes. In prima declarat̃
an filiusfamiliâs in teſtamẽto poſsit dari tutor. In ſecũ
da ibi,& ſeruus,docetur an ſeruus poſsit ſic eſſe tutor. In tertia ibi,fu-
rioſus,an furioſus vel minor tutor hoc modo eſſe poſsit. In quarta
ibi,ad certum tempus,declaratur cũ quibus circunſtãtijs poſsit dari tu
tor teſtamento. In quinta ibi,certæ rei tractatur an tutor in teſtamen
to poſsit dari certæ rei. In .vj.ibi,ſi quis filiabus, dicitur quid ſignificet̃
per filium,per liberum,& per poſthu.in datione tutelę in teſta.

§. Dari autem.

1 *Filiusfamiliâs poteſt dari tutor teſtamento. & nu.3.*
2 *Surdus,uel mutus non poteſt eſſe tutor.*

4 *Ius publicum, dupliciter geritur.*
5 *Ius publicum, est duplex.*
6 *Pater consentiens in datione tutelæ filio, an teneatur insolidum.*

1 Summatur † sic: Non solùm pater, sed etiam filiusfamiliâs in testa-
2 mento potest dari tutor. ¶ Notandum † primò, quòd ad hoc, quòd pater vel filius sit tutor, requiritur quòd non sit surdus vel mutus, quia tutor debet scire loqui & audire, vt ff. de tutel. l. prima. §. penult. Muto tamē vel surdo potest dari tutor, vt ff. de tuto. l. muto. ¶ No-
3 tandum † secundò, quòd ideò filius potest esse tutor, quia tutela est ius publicum, quod nō impeditur per patriam potestatem, vt ff. de tabel. lio. l. nam quod. Et si pater non cōsentiat, tenetur solùm de peculio. Interdum tamen, si pater consentiat in dationem tutelæ, tenetur insolidum, vt ff. de tute. l. si filius. & ff. de administra. tuto. l. Lucius. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd patria potestas impedit dationē tutelæ, quamuis sit ius publicum, quia testamenti factio est ius publicum. vt ff. quemadmodum testamen. aperiantur. l. iij. Et impeditur per patriam potestatem, vt infrà qui testamē. facere possunt. in principio. So-
4 lutio. † Dupliciter geritur in publicum. Vno modo tanquā à persona publica, & sic est de tutela, & non impeditur tale ius publicum per patriam potestatem. Alio modo geritur tanquam à priuata persona, & sic testamenti factio est ius publicum, & impeditur per patriam potestatem. ¶ Opponitur secundò sic, & videtur, quòd licet pater consentiat in dationem tutelæ, non tamen tenetur insolidum, per Barto. in l.
5 Lucius. ff. de adminis. tuto. Solutio. † Duplex est ius publicum. Nam quoddam est publicum authoritate & vtilitate, vt ff. ad municipa. l. licet. Et si filius gerat tale ius publicum sciente patre, tenetur pater inso-
6 lidū reipublicæ. Sed personæ priuatæ tenetur pater de peculio. † Aliud est ius publicum authoritate, sed non vtilitate: & tale est tutela. vt infrà de excusa. tutorum. in princi. quæ si sit testamentaria, tenetur pater solùm de peculio, si filius sit tutor, siue consentiat, siue non. Sed si sit datiua, & pater non consentiat, tenetur solùm de peculio. Si verò consentiat, tenetur insolidum, vt in glo. in l. ij. ff. de administr. tuto. Et ratio est, quia in ista datione tutelæ, cogitur pater cauere, vt l. j. ff. de suspect. tuto. Et quandocunque pater cogitur cauere, si tunc consentiat, tenetur insolidum ff. de suspect. tuto. l. fina. §. fin. & ff. de excusa. tuto. l. si quis inter tres. §. Imperator.

§. Sed & seruus.

1 *Seruus proprius, cum libertate, potest dari tutor testamento. Sed non potest esse datiuus. nume. 2.*
3 *Pater si dicat: do seruū meum filio meo tutorem, sed nolo eum esse liberum. non valet*

non ualet datio tutelæ.

4 *Error impedit dationem tutelæ.*

5 *Seruus alienus, an poſsit dari tutor, cum additione, ſi liber erit, &c. & nume. 6.*

7 *Teſtamenti factio, eſt duplex, & utra competat ſeruo.*

1 Seruus † proprius, cum libertate poteſt dari tutor in teſtamẽto. Et ſi detur ſine libertate, nihilominus fit liber & tutor. Sed ſi ſit error, an ſit liber vel ſeruus, non datur tutor in teſtamento. Alienus autem ſeruus purè non datur tutor in teſtamẽto, ſed bene cum illa conditione, ſi liber fuerit. Sed proprius ſeruus cũ illa conditione, non debet dari tutor
2 in teſtamẽto. ¶ Notandum † primò, quòd ſeruus poteſt eſſe tutor teſtamẽtarius, vt hîc dicitur, ſed nõ datiuus. Non enim poteſt ſeruus dari tutor à iudice, vt C. qui tuto. dari poſ. l. in ſeruili. ¶ Notandũ ſecun-
3 dò, † quòd ſi teſtator dicat: Do ſeruum meum filio meo tutorem: ſed nolo eum eſſe liberũ, non valet datio tutelæ: ſed ſi taceat de libertate, præſumitur eum voluiſſe fieri liberũ, quia ſeruus tutor eſſe nõ poteſt, vt ſuprà titu. proxi. § . eſt autem. ſecundũ expoſitionem Bar. illius particulæ. in capite libero. Et qui vult antecedens, vult etiam conſequens neceſſariũ ad tale antecedens, vt ff. de iuriſd. om. iud. l. ij. & ff. de procura. l. ad rem mobilem. Ex quo patet, quòd ſi Papa cõferat alicui beneficium ſcienter, ad quod talis eſt inhabilis, videtur Papa cũ illo diſpenſare, arg. l. quidam conſuluit. ff. de re iudic. & ibi per Bart. & per Inno. in c. veniens. extrà de filijs presbyt. Patet etiam, quòd tacitũ interdum habetur pro expreſſo, vt l. cum quid mutuum. ff. ſi cert. peta. ¶ Notan-
4 dum tertiò, † quòd error impedit dationem tutoris. Nam ſi aliquis credat aliquem eſſe ſeruum ſuum, qui eſt liber, non valet datio tutelæ, ſi det eum tutorem in teſtamento, vt hîc dicitur. Multò minus valet, ſi det alienum ſeruum, quem credit proprium, vt ff. de fideicom. liber. l.
5 generaliter. ¶ Notandum † quartò, quòd ſeruus alienus purè non poteſt dari tutor, ſed bene cũ additione, ſi liber fuerit, vel etiam purè per fideicõmiſſum, quia tunc videtur teſtator velle, quòd ſeruus ille ematur, & manumittatur, vt ſit tutor filij ſui. ff. de teſtamen. tute. l. ſi hære-
6 ditas. ¶ Notandum finaliter, † quòd ſeruus proprius non poteſt dari tutor cum illa additione, ſi liber erit, quia inutilis eſt talis additio. Et ideò actus non valet. ff. de ſtipul. ſeruo. l. ſed ſi ſibi. vel talis additio habetur pro non adiecta, vt infrà de hæredi. inſtituen. § . impoſsibilis. Et ideò actus non tenet, vt ibi innuitur. ¶ Opponitur ſic, & videtur, quòd quando ſeruus proprius datur tutor in teſtamento ſine libertate, non conſequitur directam libertatem, per l. & ſi non aſcripta. C. de fideicom. liberta. Solutio. Illa lex loquitur de datione tutoris in codicil-

 lis, non

lis,non confirmatis per testamentum, vel de datione facta in epistola sed hîc loquitur in testamẽto. Vel ibi seruus proprius credebatur alienus,& ideo purè non potuit dari,nec directè recipere libertatẽ, sed his testator sciebat seruum esse proprium. ¶ Sed potest replicari,& videtur,quòd nullo modo seruus potest esse tutor , quia nemo potest esse tutor,cui non competit testamenti factio. ff.de testamen.tute. l.testa-
7 mentum. Sed illa non competit seruo.ergo. Solutio. † Duplex est testamenti factio, scilicet actiua & passiua. Verum est ergo,quòd seruo non competit testamenti factio actiua, quia non potest testamentum facere,sed sibi bene competit testamenti factio passiua,de qua infra de hæredum qualita.& differen. §.testamenti. Et de illa passiua loquitur l.allega.in oppositum.

§. Furiosus,uel minor.

1 *Furiosus,uel minor xxv.annis,datus tutor in testamento, erit tutor,cessante furia,uel adueniente legitima ætate.*

2 *Tempus,in quo ordinatur aliquid fieri,non est inspiciendum,sed tempus, quo effectus illius ordinationis potest esse.*

1 Furiosus,† vel minor xxv.annis datus tutor in testamento, erit tutor,cessante furia vel adueniente legitima ætate. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandum primò , quòd istud habet veritatem siue testator dicat in testamento,siue non,vt ff.de tute.l.si hæreditatis.
2 ¶ Notandum † secundò,quòd ex isto textu potest elici pulchrum dictum,videlicet,quòd non est respiciendũ tempus in quo aliquid ordinatur fieri,sed interdum respiciendum est tempus, quo potest effectus illius ordinationis esse. Exempli gratia:Si sit statutũ vniuersitatis Colonieñ.quòd quicũq; gerit officiũ rectoratus,ille nõ erit rector postmodum intra quadriennium,dato tunc,quòd is qui fuit rector secundo anno reeligatur,tenet electio , sed non geret officium rectoratus nisi finito quadriẽnio à tempore,quo ipse fuit rector,& tunc geret sine noua electione.facit ad hoc.l.quæro. §.Lucius.ff.de testa.tute. ¶ Opponitur contra prædicta,& videtur,quòd iste textus non sit rationabilis, quia si pupillo detur tutor in testamento xviij.annorum, erit pupillus indefensus,vt apparet ex isto tex.per vij.annos,quod est valde inconueniens. Nõ enim potest illi pupillo alius tutor dari,quia tutorẽ habenti nõ datur tutor. Solutio. Iste pupillus nõ erit indefensus,nec dabitur sibi alius tutor,sed curator vsq; ad tẽpus quo tutor tutelam gerere potest.

§. Ad certum tempus.

1 *Tutor potest dari ad certum tempus , uel ex tempore , uel sub conditione, uel ante hæredis institutionem.& nume.2.& 3.*

4 *Actus iudiciales,non possunt esse in pendenti,facti tamen tenent.*

Tutor

1 Tutor † potest dari ad tempus certum, vel ex tempore, vel sub conditione, vel ante hæredis institutionem. Hoc dicit, & patet intellectus
2 text. ¶ Notandũ † primò, quòd istud intelligitur de tutore testamentario, qui potest dari ad certum tempus, vt vsq; ad pascha. Et tunc post pascha nõ erit tutor, vel ex certo tẽpore, id est, à paschate, & tunc antè non erit tutor, vt ff. de actio. & obliga. l. obligationum. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd tutor isto modo dari non possit, quia datio tutelæ est actus legitimus, sed talis non recipit conditionem neq; diem. ff. de reg. iur. l. actus. Solutio. Illa regula intelligitur de actibus ibi expressis. ¶ Sed contrà replicatur, quia ibi exprimitur datio tutelæ, ergo nul
3 lo modo illa debet esse sub conditione, vel ex tẽpore. Solutio. † Datio tutelæ ibi expressa intelligenda est de tutela datiua: iste autem tex. loquitur de testamẽtaria. Et rationem diuersitatis dixerũt aliqui, quia
4 † actus iudiciales non possunt esse in pendenti. ff. de iudi. l. non quemadmodum. Sed ista ratio non est sufficiens, quia licet actus iudiciales non possunt esse in pendenti, facti tamen tenent, vt ff. quando appellandum sit. l. j. § . biduo. Et ideo Cyn. ponit aliam rationem. C. de testamen. tute. in rubrica. quia actus testatoris potest suppleri per iudicem, sed actus iudicis non potest per alium iudicem suppleri. Ange. hîc. ¶ Sed contra solutionẽ adhuc replicatur per l. muto. ff. de tutel. in qua l. ponitur illa dictio, si, in datione tutelæ datiuæ, de qua loquitur illa lex. Solutio. Si, non ponitur ibi conditionaliter, sed causaliter, id est, pro quia. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd nõ bene dicitur hîc, tutorem dari posse ante hæredis institutionem, per § . ante hęredis. infrà de lega. Solutio. Institutio hæredis debet præcedere dationem tutoris, in ordine intellectus, quia est caput testamenti, & hoc vult ille § . in oppositum allegatus. Sed datio tutoris potest præcedere in ordine scripturæ, vel in nominatione, & sic intelligitur iste text.

§ . *Certæ autem rei.*

1 *Tutor certæ personæ datur. Et quid ita. Curator autem datur rebus. numero 3.*

2 *Tutor potest dari uniuersitati rerum.*

1 Tutor non † datur certæ rei, neque certæ causæ, sed certæ personæ.
2 Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd licet tutor non datur certæ rei, potest tamen dari vniuersitati rerum. Et si tunc dicatur, omnibus rebus existẽtibus in tali loco, vt puta in diœcesi Coloñ. intelligitur tutor datus solùm ad res in tali loco existentes, & non ad alias. Sed si detur simpliciter vniuersitati rerũ, intelligit datus etiã rebus in alio loco existẽtibus, quàm vbi tutor est datus. ff. de tute. l. in testamẽto. Nõ etiã dat certæ causæ, vt rei vẽdicationis vel alteri⁹.

3 ¶ Notandum † secundò, quòd tutor principaliter datur personæ, vt scilicet ipse pupillum instruat in moribus & disciplinis, & magistris salaria præstet, vt ff. de admini. tuto. l. cum plures. §. in primis. Ex consequenti tamen datur rebus: vt infrà de excusa. tut. §. datus. E contrà autem curator principaliter datur rebus, & ex consequenti personæ, vt C. de nup. l. in copulandis. ¶ Opponitur sic: & videtur, quòd tutor potest dari certæ rei, per l. si tamen. aliâs, si testamento. ff. de tutel. Solutio. Illa lex non loquitur de certa re, sed de vniuersitate rerum. ¶ Sed replicatur, de l. litem. C. de in litem dan. tuto. quia illa lex loquitur de certa re, vel causa. Solutio. Illa lex loquitur de curatore, & nõ tutore.

§. Si quis filiabus suis.

1 *Filij appellatione, uenit filia, posthumus & posthuma: non econtrà. §. numero 5.*

2 *Natorum appellatione, intelliguntur non nati.*

3 *Nepotes, pronepotes, & cæteri descendentes, ueniunt liberorum appellatione: non autem filiorum.*

4 *Filius, unde dicatur.*

In datione tutelæ testamentariæ per filium vel filiam, intelligitur etiam posthumus & posthuma. Hoc primò. Et per liberos intelliguntur filij, & nepotes, & cæteri descendentes, sed per filiũ non intelliguntur nepotes. Et hoc secundò. Et per posthumos intelligũtur filij & cæteri liberi posthumi. Hoc tertiò dicit totus iste §. & patet intellectu text. ¶ Notandum primò, † quòd per filiũ intelligitur filia, & posthumus & posthuma: sed nõ econtrà, quia masculinũ concipit fœmininũ, sed non econtrà. ff. de leg. ij. l. si ita scriptum. ¶ Notandum † secundò, quòd appellatione natorũ, etiam intelliguntur non nati, vt hîc. Et hoc cõmuniter, quando agitur de eorum commodo. ff. de sta. homi. l. qui in vtero. de quo plus dictum est titulo proximo, circa §. permissum.

3 ¶ Notandum tertiò, † quòd per liberos intelliguntur nepotes & pronepotes, & cæteri descendentes, vt hîc, & ff. de verbo. signi. l. liberorum. §. sed & Papinianus. Per filios autem non intelligũtur nepotes, vt hîc: etiam in propria significatione. Et ideò glos. non bene dicit, quòd ex propria significatione filius significat nepotem, sed non ex vsu & consuetudine, quia † filius dicitur à φίλος, quod est amor. Et sic putat glos. quòd illi qui diliguntur vel amantur, possunt dici filij, sed in hoc errat glos. quia propria significatio non semper habetur ex interpretatione nominis, vt patet de illo nomine, lapis. ¶ Notandum quartò, quòd aliqui intelligunt in tertio respon. per hoc, quòd dicitur, cæteri liberi, etiam liberos natos, & non posthumos, sed non rectè intelligunt, per l. nomen. ff. de verb. signifi. Sed per hoc, quòd dicitur, cæteri liberi, intelligun-

telliguntur posthumi ex filijs nasci turi,qui rectè dicũtur posthumi respectu auorum suorũ,vt ff.de iniusto,rup.& irri.testa.l.posthumorũ.

5 ¶ Opponitur † sic,& videtur, quòd per filium non intelligitur posthumus,vt dicit in primo respon. per l.qui filiarũ. ff.de lega.j.vbi dicitur, quòd per filium non debet intelligi posthumus. Solutio. Illa lex loquitur in legatis,in quibus per filiũ nõ intelligitur posthumus.Sed iste text.loquitur in tutelis,& in illis per filium intelligitur posthumus.

DE LEGITIMA AGNATORVM TVTELA.

TITVLVS XV.

1 *Tutela legitima,est quadruplex.Et unde unaquæq; detur.nu.2.3.4.& 5.*
6 *Identitas rationis,quid faciat.*
7 *Diuisio tituli in quatuor partes.*

COntinuatur sic: Suprà dictum est,de testamentaria tu-
1 tela:† Consequenter dicendum est de legitima tutela,
2 quæ est quadruplex.Prima † datur ex sententia & verbis leg.xij.tabularum, & est legitima agnatorũ tutela,
3 de qua tractatur hîc. Secũda † datur ex sentẽtia,& non ex verbis le.xij.tab. de qua tractat infrà de legit.pat.tutela. Nam quia lex vocat patronos ad successionem libertorũ,videtur etiam patronis
4 dare tutelam libertorũ,licet hoc non dicat. † Tertia non datur ex sententia,neque ex verbis legis,sed ex interpretatione Iurisconsultorum, propter identitatem rationis,& de illa tractatur infrà,de leg.paren.tutel. Nam lex saltem hoc iure,non vocat parentes ad successionem filiorum emancipatorum,sed propter identitatem rationis, de patrono & de parente, Iurisconsulti dederunt parentibus tutelam filiorũ emancipatorum,vt suprà,quibus mod.ius patr.potesta.solui. §.& prætereà.
5 Quarta † non datur ex sententia, vel ex verbis legis,nec ex identitate rationis,sed propter fiduciam & charitatem præsumptam, de illis personis datur eis tutela.de qua infrà, de fiducia.tute. Et sic patet ex isto, quòd potest concludi veritas alicuius casus, ex mente legis,licet verba
6 de illo casu non loquantur. Patet † etiam ex isto,quòd vnus casus potest determinari ex alio,propter similitudinem vel identitatem rationis in vtroque. Sed quando non constat de mente legis, manendum est in verbis. Et de istis notatur per Doct.in c.translato.extrà de con-
7 stitutio. Et † diuiditur præsens titulus in quatuor partes. In prima declaratur,qualiter agnatus debet esse tutor. In secunda ibi,sunt autem, ponitur differentia inter agnatos & cognatos. In tertia ibi, quòd autem lex , declaratur quomodo interdum existente testamento, datur

legitimus tutor. In quarta ibi, sed agnationis. declaratur qualiter ius agnationis perimitur.

§. Quibus autem.

1 *Agnatus debet esse tutor legitimus, deficiente tutore testamentario. Et quid si recuset agnatus. nu. 2.*

3 *Agnati si uocentur ad tutelam, quot annorum debeant esse.*

1 Summatur sic: Deficiēte † tutore testamentario, agnatus debet esse tutor, & vocatur legitimus. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ No-
2 tandum † primò, quòd si isti agnati non velint esse tutores, agitur eorum periculo, vel si non gerant, vt ff. de legi. tute. l. legitimos. ¶ No-
3 tandum † secundò, quòd isti agnati, si debeāt esse tutores, oportet eos esse maiores xxv. annis, vt infrà de fiducia. tute. §. fina. & minores lxx. annis, vt infrà de excusa. tuto. §. item maior.

§. Sunt autem agnati.

1 *Agnati, qui. Item, qui cognati.*

2 *Cognatio, est nomen generale.*

3 *Filij duorum fratrum, sunt cognati.*

4 *Amita, an sit agnata.*

5 *Familiæ appellat. an intelligatur agnatio.*

6 *Familia, quatenus sequatur matrem, quatenus patrem.*

1 Summatur sic: † Agnati sunt, qui per virilis sexus cognationē cōiunguntur, vt frater ex eodē patre natus & filius fratris. Sed cognati sunt, qui per fœminini sexus cognationē cōiungūtur, vt amitæ filius, quia illi qui nascūtur, nō matris, sed patris familiā sequūtur. Hoc dicit, & pa-
2 tet intellectus tex. ¶ Notādū † primò, quòd cognatio, est nomē generale, & habet sub se duas species, quarū vni est nomē impositū, & vocatur agnatio, alteri nō est nomē impositum. Et ideò vocatur nomine generis cognatio, vt suprà etiā dictū est de adoptionibus. §. ij. Et igitur omnis agnatio, cognatio, sed non conuertitur, vt infrà de legi.
3 agnato. succes. §. j ¶ Notandum † secundò, quòd filij duorum fratrū vterinorū, non sunt agnati, sed cognati, quia licet immediatè iunguntur per virilis sexus cognationem, hoc tamen est per fœminam media-
4 tè, scilicet per matrē illorū duorū fratrū. ¶ Notandum † tertiò, quòd amita tua est tibi agnata, quia coniungitur tibi per patrem tuum. Sed amitæ filius non est tibi agnatus, sed cognatus, vt hîc in tex. ¶ Notan-
5 dum † finaliter, quòd per familiā intelligitur hîc agnatio, licet habeat plures significationes. l. pronūciatio. §. familiæ. ¶ Opponitur primò contra prædicta, quia frater vterinus patris tui, non est tibi agnatus, sed cognatus, vt C. de legit. hære. l. fin. Et tamen coniungitur tibi per virilis sexus cognationem, scilicet per patrem tuum, ergo iste textus

non videtur verus. Solutio. Licet talis frater vterinus patris tui immediatè coniungatur tibi,per virilis sexus cognationem , hoc tamen est mediatè per fœminam,scilicet per matrem patris tui , & illius sui fratris vterini. Mater igitur non est agnata,sed cognata, quia coniungitur per seipsam filio suo,vt ff.ad Tertull.l.j.in principio. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd familia sequitur matrem, suprà de inge. §.j.& ij. Solutio.† Familia bene sequitur matrem,quo ad condi-
6 ge. §.j.& ij. Solutio.† Familia bene sequitur matrem,quo ad conditionem seu statum,id est,quo ad libertatem vel seruitutem,vt ibi dicitur,sed quo ad honores & ad agnationem sequitur patrem,vt hîc. Et ideò,si sit aliquid faciendum pró familia , non tenebitur auus maternus pro nepote suo,nec mater pro filio, vt notatur per Docto. in l.fi. C.de verbo.& re.significatio.

§. Quòd autem lex.

1 *Tutor in testamento datus,si decedat uiuo testatore,deficit tutela testamentaria. Et quid econtrà.nu.4.*

2 *Decedere quis an possit pro parte testatus, & pro parte intestatus.disting.nu.3.*

1 Si viuo testatore† tutor in testamento datus decedat,deficit tutela testamentaria,quamuis testamentum maneat. Hoc dicit, & patet intel-
2 lectus textus. ¶ Notandum,† quòd tutela testamentaria potest deficere manente testamento , & sic aliquis potest decedere intestatus in parte,vt hîc,& similibus casibus,vt infrà de hæredita. quæ ab intesta.
3 deferuntur. §.j. ¶ Opponitur sic,† & videtur,quòd iste casus non est possibilis,per regulã iuris,quæ dicit,quòd nemo potest decedere partim testatus,& partim intestatus,vt ff.de regu.iuris.l.ius nostrum. Solutio. Regula ista debet intelligi,quantum ad initium testaméti. Nam ex post facto potest quis bene decedere,partim testatus,& partim in-
4 testa.vt ff. de inofficio.testamen.l.circa inofficio. † Et sicut hîc dicitur,quòd deficiente tutela testamentaria,potest manere testamẽtum: sic econtrà deficiente testamento , potest manere tutela testamentaria,vt si ab initio testamẽtum cum datione tutoris factum sit.& posteà rumpatur testamentum,manebit datio tutelæ.vt ff.de testamenta. tute.l.iure nostro.§.fin.

§. Sed agnationis.

1 *Agnationis ius,quibus modis perimatur.*

2 *Agnati præferuntur cognatis in successione.*

3 *Ius unum ciuile,an tollatur per aliud.*

4 *Agnatio,an tollatur per minimam capitis diminutionem. & nume.9.disting.nu.5.*

6 *Cognationis ius,non commutatur:ius ciuile,sic.*

7 *Agnationis ablatio uel peremptio, quomodo intelligatur.*
8 *Agnationis & cognationis differentia, hodie est sublata.*

1 Summatur sic: † Ius agnationis perimitur plerũq; omnibus modis
capitis diminutionis, quia agnatio est de iure ciuili. Sed cognatio non
omnibus modis capitis diminitionis cõmutatur, quia ciuilis ratio ciui-
lia iura potest corrumpere, naturalia autem nequaquam. Hoc dicit, &
2 patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd agnatio à iure ciui-
li habet prærogatiuam supra cognationem, quia agnati præferuntur
cognatis in successione, vt infrà de legi. agnato. successio. §. j. & etiam
3 in tutela, vt suprà eod. titu. §. j. Et † vnum ius ciuile tollitur per aliud
faciliter, vt l. eius militis. §. militiam. ff. de milita. testamen. Et ad simi-
litudinem istius iuris, adhuc hodie habentur statuta in quibusdã locis,
quòd masculi præferũtur fœminis in successionibus, in toto vel in par-
te, quia familia in masculis, & non in fœminis conseruatur, vt notatur
in l. j. ff. de ventre inspicien. Deficientibus tamen agnatis vocantur co-
gnati ad tutelam & ad successionem, inter quos etiam cõputantur illi
qui per minimam capitis diminutionem agnationem perdiderunt, vt
infrà de hæredita. quæ ab intesta. deferuntur. §. admonendi. ¶ No-
4 tandum † secundò, quòd per maximã & mediam capitis diminutione
perimitur agnatio. Nec mirum, quia illis etiam perimitur cognatio, vt
infrà ti. proximo. §. quod autem. Per minimam aũt capitis diminutio-
5 perimitur agnatio, nisi in duobus casibus. † Primus inter duos fratres,
quorũ vnus est emancipatus, vt C. de legitimis tutoribus. l. iiij. Alius
est inter patrem & filium, vt infrà de legiti. agnatorum successione. §.
fina. Et ideò dicitur hîc in textu plerũq;. propter illos duos casus, sed
per minimam capitis diminutionem nunquàm perimitur cognatio.
6 ¶ Notandum † tertiò, quòd ius cognationis non cõmutatur, quia est
de iure naturali, quod est incõmutabile, vt suprà, de iure naturali ge.
& ciui. §. sed naturalia. Nec faciliter etiã perimitur æquitas natura-
vt ff. de capi. diminu. l. eas. Ius autem ciuile faciliter perimitur, vt ff. de
reg. iur. l. nihil. Et ideò ius agnationis perimitur, quasi introductũ co-
tra ius naturale, vt C. de libe. præteritis. l. maximum vitium. ¶ Notan-
dum quartò, quòd tex. loquitur de agnato naturali & legit. vt ff. de
gradi. affinita. l. non facile. & non de naturali tantùm, nec de legitimo
8 tantùm, de quo ff. de adop. l. cum in adoptiuis. ¶ Notandum † finali-
ter, quòd ista ablatio vel peremptio agnationis intelligitur, quo ad
successionẽ & tutelam, respectu temporis futuri, vt ff. vnde liberi. l. fi.
quia lex non potuit diuinare de futura capi. diminu. vt C. de testamẽ.
l. iubemus. & ff. mandati. l. fideiussor. Et licet aliqui reprehendãt glo.
hîc, quę istud innuit, ex. §. minima. infrà quib. modis tute. finitur. dicẽ-
tes, quòd per minimam capitis diminutionem finitur tutela, etiã quo
ad tempus

ad tempus præteritum,tamen non rationabiliter, eò quòd non rectè intelligunt:quia & si finiatur tutela incepta,vt scilicet amodo nõ geratur,tamen quod gestum est valet,& sic non aufertur tutela per capitis diminutionem,quantum ad præteritum. Verum tamen, quòd hodie tutela non finitur per minimam capitis diminutionem,ff. de legit.
8 tut.l.legitimos. Hodie† etiam differentia agnationis & cognationis sublata est,vt in Authen.de hæredit.quæ ab intesta.deferuntur. §. ex
9 his.colla.ix. ¶ Opponitur sic†,& videtur, quòd per maximã vel mediam capitis diminutionem,non perimitur cognatio,quia, vt dictum est,cognatio est de iure naturali,quod est immutabile.Solutio. In cognatione potest attendi consanguinitas. Et illa per nullam capitis diminutionem tollitur,ff.de reg.iuris.l.iura sanguinis. vel potest ibi attendi successio & tutela, & quantum ad hoc dicitur tolli cognatio. ¶ Sed replicatur: Illa habet cognatio ex l.xij.tabularum,& per consequens à iure ciuili.Solutio.Verum est,quòd cognatio habet ista à iure ciuili,sed agnatio dicitur potius de iure ciuili,quia cognatio minus habet de iure ciuili, quàm agnatio.Sicut in simili dicimus ius versari in stipulationibus,& non in pactis.Non quòd in pactis non versetur. sed qnia plus versatur in stipulationibus. vt ff. de pactis.l. si vnus. §. pactus.

DE CAPITIS DIMINVTIONE.

TITVLVS XVI.

Continuatur sic:Dictum est suprà titu.proxi. §.fi. quomodo ius agnationis perimitur per capitis diminutionem, ne ergo procedatur ex ignotis,tractatur hîc consequẽter,de capitis diminutione. Et diuiditur præsens titulus in quinq; partes. In prima declaratur,quid sit capitis diminutio. In secunda ibi, eáq;.ponitur capitis diminutionis diuisio.In tertia ibi,maxima.declarantur membra diuisionis.In quarta ibi,seruus.soluuntur duo dubia. In quinta ibi,quod autem dictum est.declaratur intellectus §. finalis suprà titulo proximo.

§. Est autem.

1 *Capitis diminutio,quid.*
2 *Status,est caput hominis.& in quibus consistat.*
3 *Capitis maxima diminutio,est perdere ciuitatem & familiam.*
4 *Mors quocunqne euentu,tribuitur Deo.*

1 Summatur sic:† Capitis diminutio est prioris status commutatio.
2 Hoc dicit,& patet intellectus tex. ¶ Notandum,† quòd licet Placentinus dixit statum esse conditionem,in qua quis plurimum potest:con

uenientius tamen dicendũ est, quòd status, est caput hominis, nõ corporis, sed conditionis, vt ff. ad Tertullia. l. j. Et consistit in libertate, ci-
3 uitate & familia. Et † qui perdit libertatem, perdit duo sequentia, scilicet ciuitatem & familiam, & est maxima capitis diminutio. Et qui perdit secundum, perdit vltimum, & est minor vel media capitis diminutio. Qui autem perdit vltimum, non perdit duo prima, & est minima capitis diminutio, vt patet in isto titulo, §. maxima. & §. minor. & §. minima. & ff. de capitis diminu. l. fi. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd per cõmutationẽ status, non semper est capi. diminutio: quia per mortem patris mutatur status filij, & tamen non minuitur capite, vt ff. ad macedonia. l. si filiusfa. Solutio. Dicendũ est, quòd quãdocunq; mutatur status facto hominis, vtputa, emãcipatione, vel deportatione patris aut filij, tũc est capitis diminutio, vel etiam quasi facto hominis, vt de filijs arrogati, qui statum mutant vnà cum patre, & capite minuũtur, vt ff. de capitis diminu. l. liberos. Et qualiter hoc fit, dictum est suprà de adoptio. §. penul. Mors autem patris non cõtingit facto, vel quasi
4 facto hominis, sed ipsius Dei. ¶ Sed tunc replicatur: † Posito quòd pater interficiatur, mors contingit, vt videtur, facto hominis, & tamen filius non minuitur capite. Solutio. Dicendũ, quòd mors qualitercũque eueniat, attribuitur Deo. Nam apud Deum hora mortis est certa, vt ff. de condi. & demonstra. l. j. Sed nullo modo attribuẽda est fato vel constellationi, vt aliqui mathematici, vel potius phantastici faciũt, cõtra quos bene arguit beatus Gregorius in homilia super euangelio de Epiphania, Matthæi ij. & ad idem Ioannes Os aureũ. eod. c. qui etiam reprobantur xxvj q. iiij. c. igitur. versi. genethliaci.

§. Eáq;.

1 *Capitis diminutio, est triplex.*
2 *Capitis diminutio minor, potest dici media.*

1 Capitis † diminutio est triplex, scilicet maxima, minor vel media
2 & minima. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notãdum, † quòd minor capitis diminutio, potest dici media, vt etiam ff. de aur. & arge. lega. l. qui lancem. & suprà de liberti. §. libertinorum.

§. Maxima.

1 *Capitis maxima diminutio, quæ. Quæ media. nume. 2. Quæ minima. numero. 3.*
4 *Sententia etiam iusta, interdum dicitur atrox.*
5 *Patronus quibus actionibus possit libertum reuocare ad seruitutem. & ob quam causam.*
6 *Fideicommissum an possit reuocari ijsdem modis, quibus libertas, aut donatio.*

Vendens

7 *Vendens seipsum, ut fiat seruus, quæ requiruntur.*
8 *Interdictum ignis, & aquæ, hodie est sublatum. Et quæ subierint eius locum.*
9 *Excomunicati non possunt agere, iudicare, uel testificari. & nu. 12.*
10 *Deportatus in insulam, an fiat seruus.*
11 *Capitis diminuitio quomodo olim fiebat. Et quomodo hodie.*

1 Maxima † capitis diminutio est, quando perditur libertas & ciuitas: vt sicut accidit in his, qui serui pœnæ efficiuntur authoritate sententiæ, & in libertis, qui propter ingratitudinem ad seruitutem reuocan-
2 tur, & in illis qui semetipsos vendunt ad participãdum pretium. † Sed minor seu media capitis diminutio est, quando perditur ciuitas & non libertas, vt in his, quibus interdicitur vti igne & aqua, vel qui in insu-
3 lam deportãtur. Sed minima † capitis diminutio est, quando nec ciuitas, nec libertas perditur, sed status mutatur, vt in eo, qui sui iuris est, & subijcitur alieno iuri, vel econtrà, vt si filius emancipatur à patre. Hoc
4 dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, † quòd sententia interdum dicitur atrox, licet iustè feratur, vt hîc de sententia, qua quis condemnatur ad pœnam serui, de qua suprà, quib. modis ius patriæ potestatis soluitur. §. pœnæ. Hodie tamen per pœnam ingenuus non fit seruus, vt in Authen. de nup. §. si verò. colla. quarta. Et dicitur notanter ingenuus. quia fortè aliud esset de liberto, ex quo textus solùm loquitur de ingenuo. Intelligitur etiam hoc de pœna non ad mortem, quia qui ad mortem damnãtur, fiunt serui pœnæ vel suppli-
5 cij, vt notat Bart. in l. qui vltimo. ff. de pœnis. ¶ Notandum † secundò, quòd patronus potest reuocare libertum ad seruitutem per actionem ingrati vel ingratitudinis, vt C. de libertis, & eorum liberis. l. ij. vel per actionem rei vendicationis, sicut in donatione causa mortis, vt ff. de donatio. causa mortis. l. si mortis. vel per actionem extraordinariam, & fortè conuenientius, vt C. de libertis, & eorum liberis. l. ij. Et potest ista reuocatio fieri, propter offensam etiam leuem, vt ead. l. ij. sed non propter omissionem obsequij, vt C. de libera. cau. l. solo. Et hæc vera sunt, nisi patronus remiserit ius patronatus, quia tunc solùm reuocatur libertus, sicut reuocatur donatio, vt in Authen. vt liber. decæterò. §. illud. coll. vj. Vera etiam sunt ista, quando patronus voluntariè manumisit seruum, vt C. de libertis & eorum liberis. lege. ij. vbi etiam dicitur, quòd patronus potest eligere castigationem vel reuocationem serui. Et quod dictum est de omissione obsequij, intelligitur, nisi libertus negaret patrono alimenta, vt ff. de libe. agnoscen. l. alimenta. quia tunc videtur patronum velle occidere, vt eodem. l. necare. Et si libertus inijciat manus violentas

in patro-

in patronum, condemnatur in metallum. Et si conuicia dixerit, deportatur in insulam, ff. de iure patrona. l. j. Hęc enim sunt iurata à le. vt C.
6 de reuoca. dona. l. vlti. † Fidecommissum autem nõ sic reuocatur:
7 C. de libertis & eorum liber. l. j. ¶ Notandum tertiò, † quòd ad hoc quòd vendens seipsum fiat seruus, multa requirũtur, quæ dicta sunt su-
8 prà, de iure personarum. §. penul. ¶ Notandum quartò, † quòd hodie non habemus interdictum ignis & aquæ, sed isti interdicto assimulatur deportatio & excõmunicatio, quia cum istis non est cõmunicandum, vt de interdictis & deportatis. Patet in l. quidam. ff. de pœnis. de
9 excommunicatis in c. cùm desideres, extrà de sent. excom. † Et sicut deportati non possunt agere, iudicare, vel testificari, vt ff. ad l. Iuliam repetunda. l. ead. sic excõmunicatus, vt in c. decernimus. de sent. exco. lib. vj. Et dicit Archi. in c. pia de excepti. lib. vj. quòd excommunicati non possunt facere testamentũ. Ioan. An. tamen dicit oppositum in d. c. decernimus, nisi sit excõmunicatus propter hæresim vel vsuram. & sic tenent communiter Doct. & Bar. in l. fi. C. si à non compe. iudic.
10 ¶ Notandum † quintò, quòd deportatus in insulam, nõ fit seruus, praeterquam in casu, vt C. vt nemo priuatus. l. iij. ¶ Notandum sextò, quòd aliqui tex. finiuntur ibi, vel econtrà. Et tunc subintelligitur reliquũ. Vel posset hoc etiã intelligi, quando filius existens in potestate patris, in adoptionem datur auo materno, vel etiam paterno, secundum modum qui dictus est suprà de adoptio. §. sed hodie. qui casus est conuersus illi, quando sui iuris est in arrogationem datus. ¶ Notandũ finaliter
11 † quòd per emancipationẽ olim factam imaginaria vẽditione fiebat capitis diminutio. Et hodie etiam fit, quia illa capitis diminutio non solùm est propter venditionem, sed etiam propter mutationem familiæ, vt ff. eodem. l. liberos in princi. & sic status mutatur, vt ff. de capitis diminut. l. liberis. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd per mediam capitis diminutionem etiam perditur libertas, per l. cognitionis. ff. de va-
12 rijs & extraordinarijs cognitio. Solutio. ¶ Non † dicitur ibi, quòd illi perdebant libertatem simpliciter, sed solùm quo ad factionem actiuam testamenti, quia ipsi non poterant facere testamentum, qui illa pœna fuerant condemnati, vt l. si quis filio. ff. de iniusto, rupto & irrito testamento.

§. Seruus.

1 *Seruus manumissus, non minuitur capite. & nu. 2.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Capitis diminutio non fit per promotionem ad dignitatem, uel remotionem ab ea.*
5 *Scacorum ludus, permissus est clericis: taxillorum, aleæque, minus.*

Hic

1 Hîc soluũtur duo dubia,& summatur sic: † Si seruus manumittatur non minuitur capite,quia nullum caput habuit,& hoc quantũ ad primum dubium. Et per cõmutationem dignitatis & nõ status,sicut à senatu amoti,non sunt capite diminuti. Hoc dicit,quantum ad secundũ
2 dubium,& ex hoc patet intellectus textus. ¶ Notandũ † primò,quòd licet aliquis sit liber,& posteà fiat seruus,& deinde manumittatur, nihilominus tamen non dicitur capite minui,licet cùm fuerit liber,videtur caput habuisse,quia inspicitur tempus præsens,quo de seruitute ve-
3 nit ad libertatem. Et † ex hoc eiicitur,quòd priuatio præsuponit habitum,vt in l.decem.ff.de verb.oblig.& in l. manumissiones.ff. de iustitia & iure. Et ideò,si quis non ad cautelã,sed simpliciter petat se absolui ab excõmunicatione,fatetur se excõmunicatum,vt notatur in c.venerabilem.in verbo,sunt auté.extrà de elect. Reus tamen nõ fatetur, si proponat contrarias exceptiones,vt si quis petat debitum solutum, potest dicere reus,non sum debitor tuus:& si fui solui:tibi,per hoc nõ fatetur se esse debitorem,vt notatur ff.de excep.l.non vtiq;. ¶ Notã-
4 dum † secundò,quòd per promotioné ad dignitatem,vel per remotionem ab ea,nõ fit capitis diminutio,vt hîc dicitur. Ex quo patet, quòd si notarius fiat presbyter,adhuc potest exercere officiũ notariatus,& componere instrimenta,vt C.de dignita.l.maior.lib.xij. Sed non potest ad hoc compelli,vt notatur in l.quicunq;.C.de tabel.lib.x. Patet etiam ex istis, quòd si aliquis in ludo scacorum promitat alteri dare *schachmat,* cum pedona,si pedona fiat regina,satisfacit cum illa, vt notat Ange.in l si longius.ff.de iudi.Salice.tamen in l.ij. C. de excusa.tuto.videtur contrarium sentire,quia ista pedona perdidit officiũ suum quia pedona eò,quia prius ibat rectè,modò,quia regina facta est,vadit per transuersum. Possunt istæ opiniones concordari, quia si dictũ est de ista pedona,tunc procedit opi.Ange.sic dicendo,cum ista pedona dabo tibi *schachmat.* Sed si dictum est de pedona in genere, videtur Salice.bene dicere. † Est autem ludus scacorum permissus etiam
5 clericis,sed,nullo modo ludus taxillorum, vel aleæ, quia non solùm clericis prohibetur sic ludere,sed etiam talem ludum videre. vt notatur in Authen.inter dicimus. C.de epis.& clericis.& in c. clerici. extrà de vita & honesta.cleric. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur quòd seruus potest capite diminui per l.j. C.de bo. proscript. Solutio. Lex illa loquitur de seruo accusato de crimine capitali, hoc modo,quòd scilicet illud crimen causaret capitis diminutionem in alio homine, qui non esset seruus.

§. Quod autem dictum est.

1 *Regressus an sit à priuatione, ad habitum. disting.*

Gradus

2 *Gradus prærogatiua, in succeßione maximè attendenda.*
3 *Cognatio an perimatur per maximã, & mediam capitis diminutionẽ.*
4 *Seruus non debet referre commodum ex suo delicto.*

Hîc declaratur intellectus §.fi.suprà tit.prox.Sũmatur sic: Quod dictum est manere cognationẽ,post capitis diminutionẽ,debet intelligi de minima capitis diminu.quia per maximam, & per mediã capi. dimin.perimitur etiam cognatio, vt seruitute, nec resumitur per manumiss.& etiam deportatione in insulam. Hoc primò. Et tutela non pertinet ad omnes agnatos simul,sed ad proximiores tantùm,quòd si plures sint vnius gradus,simul sunt tutores. Hoc dicit secundò. Et patet intellectus textus. ¶ Notandum †primò ibi,sed nec quidem,cùm dicitur,quòd per manumissionem seruus non recipit agnationẽ,quia non est regressus à priuatione ad habitum, vt ff.de sta. homi.l.liber homo. Et hoc,vbi priuatio est de facto,vt suprà,de inge.§.fin. Si verò habitus non est omnino extinctus,sed solùm velatus,sicut dicimus de littore maris, quod cooperitur per inundationem.ff.de re.diuisio. l.in tantum.potest esse regressus ad habitũ. Res enim faciliter redeunt ad naturam suam,vt de pact.l.si vnus.§.pactus. ¶ Notandum †secundò ibi,cum autem, quòd si pater aliquis emit hæreditatem pro se & pro filijs,& nepotibus,non debẽt nepotes succedere cum filijs,quia quando aliqui vocãtur ad succeßionem, debet intelligi, salua gradus prærogatiua,vt not.in glo.in l.si tibi.§.pactus.ff.de pactis & per Bar. in l. Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& posthumis. Et similiter,si lex vocat agnatos,& cognatos ad tutelam,intelligitur vocare salua gradus prærogatiua. ¶ Notandum tertiò,quòd de hoc,qualiter deficientibus agnatis succedunt cognati,& qualiter ius agnationis hodie sublatum est,dixi suprà tit.prox.§.fi.in primo notabili. Et ideò hîc supersedeo,licet glo.hîc faciat mẽtionem. ¶ Opponitur †primò sic,& videtur,quòd cognatio non perimitur per maximam & mediam capitis diminutionem,quia est de iure naturali, quod est immutabile, suprà de iure naturali.§.sed naturalia.Solutio. Cognatio quantum ad succeßionem & ad tutelam,non est de iure naturali,sed ciuili,& sic perimitur,vt hîc dicitur,sed quantũ ad consanguinitatem est de iure naturali,& nõ perimitur,vt probat oppositio,ff.de reg.iuris.l.iura sanguinis. ¶ Opponitur secundò,& videt,quòd seruus potest per manumißionẽ resumere cognationem,per l.j.ff.ad Tertull. Solutio. Illa lex loquitur de seruo restituto, qui recipit cognationem, sed hîc loquimur de seruo manumisso tantùm. Sed replicatur de l.si cognatis. ff.de rebus dubijs,vbi non loquitur de seruo restituto. Solutio. Illa lex loquitur in legatis,quæ versantur in iure naturali,vt l.legatis.ff.eo. vel loquitur de

tur de cognatione facta per adoptionem, vt infrà, de legit. agnato. succ
ess. §. per adoptionem. Sed hîc loquitur de cognatione naturali & le
gitima, vt ff. de gradibus cognatio. l. non facile. ¶ Adhuc replicatur
4 per §. j. infrà de seruili cognatio. Solutio. Loquitur hîc de eo, † qui
factus est seruus ex suo delicto, de quo non debet habere cõmodum,
ff. solu. matrimo. l. si ab hostibus. vel potest dici, quòd illud ius corri-
git istud. De quo ibi latius dicetur, si vita comes fuerit.

DE LEGITIMA PATRONORVM TVTELA.

TITVL. XVII.

SVprà dictum est de legitima agnatorum tutela, quæ datur ex verbis & sententia legis xij. tabularum, & incidentaliter de capitis diminutione: Hîc consequenter tractatur de legitima patronorum tutela, quæ non datur ex verbis, sed ex sententia eiusdem legis.

§. Ex eadem.

1 *Tutela legitima libertorum, pertinet ad patronos, & liberos eorum.*
2 *Collectum ex mente uel sententia legis, uel statuti, debet haberi pro lege, uel statuto.*
3 *Patronus ut sit tutor liberti, quæ requirantur.*
4 *Libertus orcinus, quis.*
5 *Patronus an & quando teneatur satisdare.*
6 *Onus debet sequi emolumentum. Et econtrà nu. 9.*
7 *Æquitas ubi eadem, ibi & eadem debet esse lex.*
8 *Patronus potest renunciare iuri patronatus. Limit. nu. 11.*
10 *Fœmina, an & quando possit esse tutrix.*

1 Summatur † sic: Patroni & eorum liberi sunt legitimi tutores libertorum suorum impuberum, quia sunt eorum successores. Hoc dicit. Sed intellectus tex. est iste: Ex lege xij. tabularum legitima tutela libertorum pertinet ad patronos & libertos eorum, non quòd hoc expressè in eadem lege dicatur, sed ex quo sunt eorũ successores, debẽt etiam esse eorum tutores, quia plerunq; vbi est successionis emolumẽtum, ibi debet esse onus tutelæ. Et dicitur plerũq;, quia fœmina habet
2 successionem, sed non tutelam. ¶ Notãdum primò, quòd illud quod habetur ex mente vel sententia legis vel statuti, debet haberi pro lege vel statuto, licet non habeatur ex verbis, vt ff. de verbo. signi. l. nominis. §. verbum ex lege. Et colligitur potissimè sententia vel mens legis ex præfatione, vt ff. de ori. iuris. l. j. Et habetur ex eo directa

actio

actio,ſicut ex verbis,vt ff.de nego.geſtis.l.curatorem. Et ſi mens vel ſententia legis eſt clara,manendum eſt in ea potius, quàm in verbis, in gloſ.in c.ſi poſtquàm.de electio.lib.vj.Sed ſi non eſt clara,non eſt recedendum à verbis. ff.de lega.iij. l.non aliter, & in c.quanto. extra de priuile. Et de iſto dictum eſt in continuatione,ſuprà de legi.agna
3 tute. ¶ Notandum † ſecundò,quòd ſi patronus debet eſſe tutor liberti,requiritur,quòd talis libertus non ſit manumiſſus à lege.Nam ſi legetur domino aliquid,vt ſeruum ſuum manumittat,& ille recipit legatum,ſed non vult manumittere ſeruum,manumittitur ſeruus à lege,&
4 vocatur † libertus ortiuus,& illius liberti patronus non eſt tutor. Filius tamen ſuus poteſt eſſe eius tutor,vt ff.de legi.tute. l.tutela. §.ſed & ſi.
5 ¶ Notandũ tertiò,† quòd patronus non tenetur ſatiſdare,niſi ſit perſona vulgaris vel inhoneſta,vel etiam modus tutelæ exigat,quia ſunt magnæ facultates pupilli,vel niſi ſubſit cauſa,vt quia non diligit pupillum.In iſtis enim caſibus debet ſatiſdare, vt ff.de legit tute.l. legitimos.Alij autem à patronis tenentur ſatiſdare,vt infrà de ſatiſda. tuto.
6 §.j. ¶ Notandum † quartò,quòd vbi eſt ſucceſſionis emolumentum ibi debet eſſe onus tutelæ,ad quod iſte textus ſæpe allegatur.Ex quo ſequitur,quòd ſi legetur alicui aliquid,vt recipiat onus,vel faciat aliquem actum,ſi ille agnoſcat legatum, tenetur ad onus impoſitum, C.de lega.l.legatarijs.Patet etiam, quòd tutela eſt onus, & ideò ſi ſit ſtatutum.quòd cõmittens tale delictum,non habeat honorem neque beneficium in tali loco,nihilominus cõmittens delictum, non excluditur à tutela,vt ff.de legit.tute.l.tutela. §.quæri poteſt. ¶ Notandum
7 quintò †, quòd vbi eſt eadem æquitas,ibi debet eſſe eadem lex, ff.ad legem Aquil.l.illud ſuprà,fo.xxix.col.iiij in fin. ¶ Notandum finali-
8 ter,† quòd patronus poteſt renuntiare iuri patronatus,quia quilibet poteſt ſuo iuri renuntiare,vt C.de bo. quæ liberis.l.fin. ¶ Opponitur primò ſic,& videtur,quòd non ſemper eſt onus,vbi eſt ſucceſſionis emolumentum,per l.ſi quis negotia.ff.de negotijs geſtis. Solutio. Non dicitur quòd ſemper,ſed plerunq;,quia requiritur paritas rationis,& eadem conditio recipientis. Et hoc non eſt in illa lege alleg. in
9 oppoſitum.ſicut etiam dicitur hîc de fœmina in tex. Et ex iſto † elicitur,quòd ſi legetur alicui aliquid,vt faciat actum,quem facere nõ poteſt,nihilominus debet recipere legatum.De quo per Bart.in l.j.ff.de leg.ij.facit.l.ab adminiſtratore. C.de leg. & quod ibi notatur. Verbi gratia.Si legetur fratri minori aliquid,vt ſit executor teſtamẽti,quauis non poteſt eſſe executor teſtamẽti,c.ſi. de teſtamen.lib.vj. debet tamen habere legatum. ¶ Opponitur ſecundò,& videtur,quòd fœmi-
10 na bene poteſt eſſe tutrix,per l.matri. C.quando mulier tut.offi.fungi poteſt.Solutio. † Regulariter non poteſt fœmina eſſe tutrix,vt hîc dicitur.

dicitur. Fallit tamen in matre & auia, quæ possunt esse tutrices, & præferuntur omnibus alijs legitimis & datiuis tutoribus, si renuntiauerint secundis nuptijs & Velleiano, vt in Authent. matri & auiæ. C. quando mulier offic. tut. fungi potest. De quo per Bart. in l. si quis sub cōditione. ff. de testamen. tute. & facit text. ad hoc, si vasallus nihil habet, nisi feudum, qui moriatur pupillo relicto, & non cognatis, qui in feudū succedere possunt, quòd dominus fundi erit legitimus tutor illius pupilli, quia feudū ad eum reuersum est, quāquam etiam super sit filia, ex quo illa de iure non admittitur. c. j. §. hoc autem. de success. feud. colla. x.

¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd quis non potest renuntiare iuri
11 suo, per l. iura. ff. de regul. iur. Solutio. Quando † quis dicitur renuntiare iuri suo, distinguendum est de iure, cui quis vult renuntiare, quia vel vult renuntiare iuri naturali, & non potest, vt in l. iura allega. vel iuri ciuili introducto in fauorem sui & alterius, & iterum nō potest, vt in c. si diligenti. extrà de foro compet. vel introducto in fauorē suum, sed non habet plenam dispositionem: & non potest, vt de libertate dictum est suprà de iure persona. §. penult. vel habet plenam dispositionem, sed est contra bonos mores, vt futura succesionis renuntiatio, & iterum non potest, vt C. de pac. l. fin. vel non est contra bonos mores in præsenti, sed inducit futurū malū, & iterū non potest, vt ff. de pact. dotal. l. conueniri. In alijs casibus potest, vt C. de bon. quæ libe. l. fin.

DE LEGITIMA PARENTVM TVTELA. TIT. XVIII.

Continuatur sic: Dictum est suprà de legitima agnatorum tutela, quæ datur ex verbis & sententia legis: & de legitima patronorum tutela, quæ datur ex sententia & non ex verbis legis: Hîc consequenter tractatur de legitima parentum tutela, quæ non datur ex verbis vel sententia legis, sed ex interpretatione Iurisconsultorum propter identitatem rationis.

§. Exemplo.

1 *Parens, fit legitimus filij tutor.*
2 *Fiduciaria contracta, quando dicatur.*
3 *Exemplo iudicari potest.*

1 Summatur sic: † Parens, id est, auus vel pater emancipans filium vel nepotem impuberem, fit legitimus eius tutor. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, quòd ex quo patronus propter hoc, quia succedit liberto, est eius tutor, idcirco visum est Iurisconsultis eadem ratione, quia parens etiam succedit filio vel nepoti emancipato, vt in l. meminimus. C. de

 legiti.

legiti.hæredi. quòd etiam parens debet esse tutor illius, & hoc,si no
emancipat parens contracta fiducia,quod hodie præsumitur, vt inf 2
de legiti.agnatorum success. §.fina.Et ideò hodie parens dicitur be
habere legitimam agnatorũ tutelam,ex verbis & sententia legis,qu
etiam ius agnationis est ablatum, vt dictum est suprà de legiti.agna
2 torum tutela. §.fin. in primo notabili. ¶Notandum secundò,† quo
contracta fiducia est, si pater emancipat filium suum, & dixit tunc a 3
iudicem: Domine iudex,emancipo iam filium meum, sed si ipse mo
riatur ante me, volo succedere sibi. Si hoc olim pater non dixisset,
filius obijsset,pater non successisset.De isto notatur in §.fina.infrà de
3 legiti.agnatorum success. ¶Notandum † tertiò,quòd exemplo po
test iudicari,sicut exemplato: sed quando creditur exemplo,& quan
do non,siue originali,notatur plenè per Cyn.& Barto. in Authent.si
quis in aliquo documento. C.de edendo.

DE FIDVCIARIA TVTELA.

TITVLVS XIX.

Dictum est suprà de legitimis tutelis, ex verbis & sententia
legis,& ex sententia tantùm, & ex identitate, rationis
tis: Hîc consequenter tractatur de alia tutela, quæ nul
istorum modorum datur,sed ex fiducia seu charitate præ 4
sumpta: & ideo vocatur fiduciaria tutela.

§. Est & alia.

1 *Patre tutore liberorum suorum impuberum emancipatorum moriente, filius maior erit fiduciarius tutor.Et quid de patrono.Et nume. 6.*
2 *Puberibus,an & quando detur legitimus curator.* 5
3 *Frater non potest habere legitimam tutelam fratris sui emancipati.*
4 *Aetas perfecta,quæ dicatur:in qua possit quis bona sua administrare.*
5 *Minor xxv.annis,non potest esse tutor uel curator.*
7 *Hæres,& defunctus,censentur una persona.*
8 *Tutela fiduciaria,non habet locum in nepote.*

1 Summatur sic: † Patre tutore liberorum suorum impuberum
emancipatorum moriente, filius suus maior erit fiduciarius tutor il
lorum liberorum impuberum: sed patrono mortuo filius eius non e
fiduciarius tutor libertorum,sed legitimus sicut pater suus suus fuit. Et
ratio dicitur in textu, quia si filius defuncti patris non fuisset emanci 6
patus, per mortem patris fuisset effectus sui iuris, & non recidisset in
potestatem fratris sui, & per consequens nec in tutelam eius. Sed si li
bertus mansisset seruus, eodem iure fuisset apud filios domini sui post
mortem

mortem ipsius domini, sicut fuit apud ipsum dominum: & debent tu-
2 tores & curatores esse perfectæ ætatis. ¶ Notandum † primò, quòd notanter dicitur impuberes, quia puberibus non datur legitimus curator, sicut impuberibus tutor, nisi in duobus casibus, scilicet, quando est prodigus vel furiosus, vt infrà de curatoribus. §. furiosus. & ff. de excusat. tutor. l. amicissimos. §. Lucius Titius. & l. de creationibus. C. de
3 episcop. audien. ¶ Notandum † secundò, quòd licet glos. dicat super verbo liberi, quòd frater potest esse tutor fiduciarius fratris sui impuberis, siue sit emancipatus siue non: hoc tamen non videtur verum, quia si frater non sit emancipatus, tunc est proximus agnatus suus, & recipit legitimam agnatorum tutelam, vt suprà de legiti. agnatorum tutela. §. j. Sed quia per emancipationem iure isto tollitur agnatio, non potest frater illam legitimam tutelam habere fratris sui emancipati, quia non est agnatus, sed cognatus. Et hoc est quod vult l. aduersus. C. de exceptio. quam glo. alleg. pro contrario. Et quod glo. etiam dicit super verbo sororis, quòd ista tutela solùm nomine differt à legitim. agnato. tutela, hoc etiam non videtur verum, quia illa datur ex verbis & sententia legis: sed ista nec ex verbis, nec ex sententia, nec ex identitate rationis datur iure antiquo. Posset tamen hodie dici data ex identitate rationis, quia frater hodie succedit fratri, etiam emancipato, vt C. de inofficio. testamen. l. fratres. & etiam notatur in l. me-
4 minimus. C. de legit. hæredi. ¶ Notandum † tertiò, quòd aliquis dicitur perfectæ ætatis, quando est xxv. annorum. Et tunc etiam dicitur maturæ ætatis & adolescens, & venisse in suam tutelam, vt ff. de lega. iij. l. cum filio. §. fina. & C. de his qui veniam ætatis imp. l. fina. Et tunc potest bona sua administrare. ff. de conditio. & demonstra. l. fina. & dicitur habere legitimum statum, vt ff. quando dies lega. ced. l. ex his.
5 ¶ Notandum † finaliter, quòd minor xxv. annis non potest esse tutor vel curator, quia non est conueniens, quòd alios regat, qui alieno regimine indiget, vt infrà de excusa. tuto. §. minores. Ratio etiam est, quia bona tutoris obligantur propter tutelam, vt C. de administrat. tuto. l. pro officio. sed bona minoris non possunt obligari, vt C. de legiti. hæredi. l. finali. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd potest dari legitimus curator, extra casus in primo notabili positos, per §. primum, in Authentic. vt hi qui obliga. perhibent se habere res minorum. collatio. vj. Solutio. Ille textus loquitur de curatore generaliter, vt extendit se ad tutorem, sicut quandoque tutor etiam capitur generaliter pro curatore.
6 ¶ Opponitur secundò, † & videtur, quòd ratio in textu, quare filius defuncti patroni, non est fiduciarius tutor libertorum, sicut filius patris defuncti liberorum impuberum, non valet: quia licet frater non

cadat in poteſtatem fratris ſui,nepos tamen defuncti,ſi non eſſet e-
cipatus,caderet in poteſtatem patris ſui,qui eſt filius defuncti, & i:
quo ad illum ratio non videtur valere. Solutio. Si libertus ma
7 ſet † ſeruus,caderet in poteſtatem filij patroni ſui, patrono mortu
re hæreditario, qui ſcilicet hæres & defunctus cenſentur vna perſo
nec renouatur obligatio ex perſona hæredis. ff.de verb.oblig.l.
8 ex his. Et ideò, † ſi filius non eſſet hæres,non fieret dominus ſerui.
nepos caderet in poteſtatem patris ſui , non iure hæreditario , ſed
patriæ poteſtatis : quia dato,quòd pater non eſſet hæres defuncti,
hilominus nepos caderet in ſuam poteſtatem, & hanc ſolutionem
nuit gloſ. Sed vt mihi videtur,clarius dici poteſt, quòd ſupponitur
argumento nõ eſt verum: ſupponitur enim,quòd per hoc,quia ne
caderet in poteſtatem patris ſui,fieret pater tutor fiduciarius,quod
eſt ſic:quia ſi cadit in poteſtatem ſuam, tunc nullum poteſt habere
torem , vt ſuprà de tutel. § .j. & ſi non cadit in poteſtatem ſuam,
pater recipiet legitimam parentum tutelam : & ideò fiduciaria tu
in iſto nepote non poteſt habere locum. ¶ Opponitur tertiò,& v
tur,quòd aliquis eſt perfectæ ætatis ante xxv.annum:quia doctor
ris minor xxv.annis,videtur eſſe perfectæ ætatis,quia non reſtitui
vt dicitur in gloſ.in l.profeſsio. C.de muner.patrimoniorum. lib
ergo eſt perfectæ ætatis. Solutio. Talis doctor non reſtituitur p
pter ſciẽtiam,in his quæ ſunt ignorantiæ iuris, ſed bene in his quæ
ignorantiæ facti:nam ſi inconſultè reciperet cognitionem cauſæ,p
ſet reſtitui,vt non iudicaret,vt in l.cum lege.ff.de arbitris.

DE ATTILIANO TVTORE.

TITVLVS XX.

Dictum eſt ſuprà in continuatione § .permiſſum
de tutel. quòd triplex eſt tutela, ſcilicet teſtame
legitima , & datiua. Declaratis ergo teſtamenta
legitima tutelis , conſequenter dicendum eſt de d
tutela, de qua habetur hîc. Et diuiditur præſens ti
in duas partes principales: In prima,tractatur de datiua tutela. Inſec
da ibi, impuberes, datur generalis regula , quo ad omnes tutelas. P
ma pars ſubdiuiditur in quatuor , ſecundum quadruplex ius datiu
tutelæ :ſecunda ibi , ſed ex his legibus. tertia ibi , ſed hoc iure. qua
ta ibi,nos autem.

§. Si cui nullus.

1 *Tutore teſtamentario, & legitimo deficientibus , dabatur unus à Præ
re. Et quid hodie, nume. 6.*

Lex A

2 *Lex Attilia,unde dicta.*
3 *Tutore testamentario existente,non est locus legitimo uel datiuo.*
4 *Tutor unus testamentarius an posſit solus administrare, cæteris mortuis.*
5 *Tribuni plebis,tres erant Romæ.*
7 *Officialis an teneatur de factis per substitutum suum. Et quanta sit substituti potestas.*
8 *Pupillus,an & quando posſit adire hæreditatem sine tutore.*

1 Deficiente † testamentario,& legitimo tutore, vel dato tutore in testamento ſub conditione, vel in diem, & ante hæreditatem aditam, vel tutore capto ab hoſtibus, olim dabatur tutor in ciuitate Romana à prætore vrbano,cum maiore parte Tribunorum plebis,ex l. Attili.& in prouincijs à præſide,ex l. Iulia & Titia. Sed adueniente conditione, vel die,& poſt aditam hæreditatem,vel capto tutore reuerſo, deſinebat eſſe tutor datus ex his legibus. Hoc dicit,& patet intellectus text.

2 ¶ Notandum primò, † quòd lex Attilia, dicitur à quodam ſic nominato,qui fecit illam legem,& ita fortè de Iulia & Titia. ¶ Notandum
3 ſecundò, † quòd exiſtente tutore teſtamentario, non eſt locus legitimo vel datiuo,vt C. qui tuto.da.poſſunt.l.ſi ſororis. & ſi ſunt duo legitimi tutores,vno mortuo vel deficiente, alius ſolus manet tutor, vt in l.iij. §.ſed ſi aliquis.ff.de legi.tut. ſed ſi duo ſunt teſtamentarij,vno mortuo,debet alius eſſe in loco eius,qui erit legitimus, vt ff.de teſtamenta.tute. l.ſi quis ſub conditione. §.fina. Et idem eſſet,ſi eſſet vnus teſtamentarius, quia eo mortuo veniret legitimus, vt ff.de teſtamen. tute.l.eadem. §.quòd ſi tutor.ſed ſi tutor teſtamentarius excuſaretur vel amoueretur, veniret tutor datiuus, vt ff.eodem. l.eadem. §.ſi ſe. ſed ſi ille datiuus moriatur, venit legitimus, vt in gloſ. dictæ l.ſi quis ſub conditione. Similiter ſicut quando Papa confert præbendam vacantem in curia,quæ ſpectat ad collationem ordinarij,ſi talis præbenda poſteà vacat extra curiam,reuertitur collatio ad ordinarium,vt in
4 c.licet.& in c.præſente.de præbend.lib.vj. Quando † tamen ſunt plures tutores teſtamentarij, & vnus moritur, poteſt vnus ſolus adminiſtrare,quouſque alius adueniat, vt ff.de adminiſtra.tuto.l.decreto. §. ſi ſimul.& C.de autho.præſtan.l.fina. §.fina. Simile eſt in executoribus teſtamenti, qui in multis aſsimilantur tutoribus. ff.de tute.l.tutela plerunque.& ideò ſi vnus executorum moriatur,vel noluerit exequi, vel remoueatur,alius ſolus debet exequi, vt notatur in c.fin.de teſtamen.lib.vj. & nõ poſſunt tutores nec executores alios in locum ſuum
5 deputare,vt notatur in l.ſicuti. ff. de arbitris. ¶ Notandum † tertiò, quòd Romæ erant tres Tribuni plebis,& ſic maior pars erant duo ex

6 tribunis,vt C.de offic.præto.l.ij. ¶ Notandum † quartò,quòd nõ lũm olim iure antiquo, deficiẽte tutore teſtamentario & legitimo batur tutor ex lege,ſed etiam hodie in hoc caſu datur tutor à iud

7 vt ff.de teſtamenta.tute.l.ſi quis ſub conditione. ¶ Notandum † liter,quòd quando tutor captus erat ab hoſtibus,cũ reuertebatur tenebatur de adminiſtratione facta tempore ſuæ captiuitatis per rem datiuum,vt ff.ſi quis cautio.l.iiij. §.itẽ ſi quis. Ex quo patet,q rector vel officialis non tenetur de his, quæ fiunt per ſubſtitutũ vt notatur in c.j.de offic.vica.lib.vj.& C.de eo qui vicẽ alterius net.l.ij. Et poteſt ſubſtitutus quicquid poteſt principalis, niſi requi tur ſpecialis commiſſio,ſicut cùm vltimum ſupplicium eſt inferend vel præcidendum eſt membrum,vt in glo. dictæ legis ſecundæ.C. officio eius,qui vicem &c. Et ſimile eſt de collatione beneficiorũ in qua requiritur ſpecialis commiſsio, vt notatur in allegato cap.j. officio vicarij. ¶ Opponitur primò ſic,& videtur, quòd non bene citur hîc,tutorem dari ſub conditione,per regulam,actus.ff.de reg iuris. Solutio. Illa regula loquitur de conditione expreſſa: hîc aut dicitur de conditione tacita. Vel melius dicitur,quòd illa regula lo tur de tutela datiua:hîc autem ſermo eſt de tutela teſtamentaria. iſto etiam dictũ eſt ſuprà,qui tutores dari poſſunt. §.ad certum tẽp

8 ¶ Opponitur † ſecundò,& videtur,quòd non oportet dare tutorẽ pupillus adeat hæreditatem,ſicut hîc dicitur in tex.per Bart. in l.ſi mo.ff.de teſtamentaria tutela. qui dicit, quòd pupillus fauore ſine tutore poteſt adire hæreditatem. Solutio. Quando pupillus fuit in poteſtate,fuerit inſtitutus,& ſibi tutor teſtamentarius datus detur conſurgere quædam indiſſolubilis perplexitas: quia pupillus poteſt adire hæreditatem ſine tutore,vt infrà titulo proximo.§. nec habebit tutorem,antè, quàm teſtamentum habeat ſuum rem, & per conſequens, antè,quàm hæreditas adeatur.l. & ſi & l.ſi tutor.ff. de teſtamenta. tutela. Vnde ratione illius perple tis datur Attilianus tutor pupillo ad huiuſmodi hæreditatem a dam,vt hîc in tex.& ſic conſuluerunt Dynus & Bal. Poſſet tamen pillus hæreditatem adire authoritate iudicis,qui ſupplet authoritate tutoris.l.ſi infanti.C.de iure delibe.l.bonorum.C.qui admitti ad norum poſſeſ.poſſunt.& hoc voluit hîc gloſſ.ſuper verbo,exiſtebat Bar.tamen tenet contrarium in dicta l.ſi nemo.quia dicit, quòd teſta mentum confirmatur ratione ſuitatis:ſed opinio præcedens eſt vera & tutior.& eam tenet Spe.in tit.de tutore.

§. *Sed ex his legibus.*

1 *Tutore ex lege Attilia,& Titia,deſierunt dari. Et quid ita.*

Inquiſitio

2 *Inquisitio de tutore, debet fieri diligens.*

3 *Tutores & datiui, & legitimi, an debeant satisdare.*

4 *Tutelam suscipere cogi potest quis officio Iudicis. Et quæ sint remedia ad compellendum. nu. 5.*

1 Hîc ponitur secundum ius, & summatur sic: † Datio tutelæ ex istis legibus cessauit, quando consules pupillis vtriusq; sexus ex inquisitione, & prætores ex constitutionibus cœperunt dare tutores, quia secundum præscriptas leges Attiliam, Iuliam, & Titiam, non fiebat satisdatio siue cautio, rem pupilli saluã fore, nec compulsio tutorũ ad admi-
2 nistrationẽ tutelæ. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandũ † primò, quòd inquisitio facienda est, an tutor sit diues vel pauper, infra de excusa. tuto. §. & propter paupertatem. Etiam debet inquiri, cuius conuersationis sit, vt suprà de arrogatore dictum est, de adoptio. §. cùm autẽ. an etiam sit honesta persona, vt ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. sci
3 re. §. cum residuo. ¶ Notandum † secundò, quòd tutores legitimi debent satisdare, & etiam datiui, si nõ sint dati à maioribus iudicibus. vt ff. rem pupilli saluam fore. l. non quasi. Non autem testamentarij, vt
4 infrà de satisdatione tutorum, in princi. ¶ Notandum † finaliter, quòd compulsio ad tutelam recipiendam debet fieri officio iudicis, nec est necessarius libellus vel ordo iudiciarius, quia quolibet tẽpore & loco fieri potest, l. qui habet, in fine. ff. de tutelis. Quia tutor potest dari in die feriata, id est, festiua, etiã in honorẽ Dei, nisi detur cũ inquisitione, quia tunc iudex cedere debet inquisitioni, de quo per Bar. in. l. nec mã-
5 dante. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & in l. ij. ff. de ferijs. † Remedia ad cõpellendũ sunt plura, hæc scilicet, pignoris captio, mulctæ indictio, bãni extraordinarij impositio, & personæ detentio. l. sacrilegi. §. fi. ff. ad leg. Iul. pecula. l. j. §. quid ergo. ff. de vent. inspicien. Est etiam aliud remedium, quod est missio in bono. posses. l. is, cui legatorũ. ff. vt in possessio. leg. Item potest iudex alteri præcipere, ne comedat, donec administrationẽ tutelæ receperit. vt est g'o. notabilis in l. item apud Labeonem. §. quæstionem. ff. de iniurijs. in verbo, dicunt, no.

§. Sed hoc iure.

1 *Tutor quomodo Romæ dabatur à Præfecto, uel Prætore.*

2 *Prætor, & Profectus, quid differunt.*

3 *Iudex dans tutorem, an debeat habere & tutorem & pupillum in potestate.*

4 *Facultates magnæ, quæ dicantur.*

5 *Tutelæ datio, an possit delegari.*

1 Hîc ponitur tertium ius, & summatur sic: † Romæ dabatur tutor à

præfecto vel prætore,secundum suam iurisdictionem,& in prouinc à præsidibus ex inquisitione:vel magistratus dabāt tutores iussu pr sidũ,cũ cautione,si nõ sunt magnæ facultates pupilli.Hoc dicit,& p
2 tet intellectus tex. ¶ Notandũ †primò,quòd prætor & præfe.sic di runt,quia præfectus cognoscebat in criminalibus, & prætor in ciui bus,vt ff.de offic.præfe.vrb.per totũ.& de offi.præfe.præto.per tot Præfectus etiã habebat iurisdictioné extra Romã per cétũ millia & prętor solùm in vrbe,vt ff.offic. præfe. vrbis.l.j.§.cùm vrb. ¶ N
3 tandum †secundò,quòd iudex dans tutorem,debet habere eum tu rem & pupillum in sua iurisdictione,vel ratione originis , vel ratio possessionis,vel ratione domicilij,vt ff.de tuto.& cura. datis ab his. ius dandi. Et si non reperiatur in illa iurisdictione tutor idoneus,recu ritur ad loca vicina,vt ff.eod.l.diuus.& potest pupillus mutare dom cilium ad habendum bonum tutorem,vt ff. de tutoribus & curator
4 datis ab his.l.j. ¶ Notandum †finaliter,quòd magnæ facultates pos sunt dici,quinquaginta aurei,vt C.de defenso.ciuita.l.j.vel etiam de cem aurei,vt in Authen. de defensoribus ciuita. §.& iudicare.collat iij.vel magnæ facultates dicuntur,quingenti solidi,vt infrà eod.§.pr
5 ximo. ¶ Opponitur † sic,& videtur,quòd datio tutelæ non possit de legari,quod tamen videtur hîc dici.Probatur, quia est misti imper ff.de tutelis.l.muto. §.tutoris datio. Sed quod est misti imperij , no potest delegari,vt ff.de offic.eius cui man.est iurisdictio.l.j. Solutio Verum est,quòd datio tutelæ non potest delegare iurisdictionem n habenti,sed bene habenti aliquam iurisdictionem,vt ff.de tuto. & cu rato.datis ab his.l.ius dandi. Ista tamen datio tutoris,quæ est misti im perij ,non conuenit omnibus iudicibus,qui habent mistum imperium sed tantùm his,quibus specialiter & nominatim cõmittitur, nec ve in generali commissione. Vnde isti comites Palatini, qui habent po statem legitimandi,non possunt dare tutores , nisi specialiter cõ sum sit per Imperatorem,secundum Bar.in dicto §. tutores. vel d dum est,quanuis regulariter ea,quæ sunt misti imperij , non delega tur.l.imperium.& ibi notatur ff.de iurisdic.omnium iudic.tamé fall hoc fauore pupillorum,vt dicit Barto.in dicta l. imperium. quia illa est alia species misti imperij,quæ potest delegari,vt ibidem dicit.

§. Nos autem.

1 *Tutores & curatores,an possint dari sine iussu Præsidum.*
2 *Iussus & mandatum,quid differant.*
3 *Aurei lxxij.faciunt libram auri.*
4 *Tutor an possit dari cum Episcopo.*
5 *Laici non possunt dare tutores clericis.*

Hic ponitur

1 Hîc ponitur quartum ius,& summatur sic† Tutores vel curatores sine iussu præsidum,possunt dari per defensores ciuitatis , cũ episcopo vel per alias personas publicas,cum cautione & periculo eorum , qui tutelam accipiunt,si facultates valent quingentos solidos.id est,si non excedant qningentos solidos. Hoc dicit,& patet intellectus textus.

¶ Notandũ primò,quòd isto iure non expectatur iussus præsidum,
2 id est,delegatio vel pręceptum.Et † differunt iussus & mandatũ, quia mandatum non habet necessitatem,vt ff.mandati.l.j. sed iussus habet
3 necessitatem,vt ff.quod iussu.l.j. ¶ Notandum finaliter † quòd solidus capitur hîc pro aureo,vt infrà de pœnis teme.litiganti. §.fi. quorũ septuaginta duo faciũt libram,vt C.de susceptoribus & archarijs præpositis,l.quotiens.lib.x.& ideò §.si quis quinq;.in Authen.de pace tenen.de feudis.collatio.x.vbi dicitur,si quis furetur quinq; solidos, suspendatur furca:si minus, excorietur scobis , debet intelligi de aureis. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd tutor non datur cum episco-
4 po,quia hoc non obseruatur.Solutio.De † iure scripto datur cũ Episcopo,sed non de consuetudine , quæ est pro lege habenda , vt C. de emancipa.liber.l.j.Et ideò hodie non est necessarium hoc fieri.Vnde Episcopus non dat laicis tutores,nisi habeat super eos iurisdictionem temporalem,quemadmodũ habet Episcopus Parisiensis,vt notantur
5 in c.si clericus.extrà de foro cõpe.Et regione † laici non possunt clericis dare tutores,quia clerici non sunt de iurisdictione eorũ,vt C. qui tutores dare possunt.l.neq;. Episcopus verò dat tutorem clerico,quẽ cogere potest,de iure canonico,quia de iure ciuili clerici nõ possunt compelli ad tutelam,Authen.presbyteros.C. de episc.& cleri.facit ad idẽ lxxxvj.distinc.c.peruenit. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd dantes tutores non debent esse in periculo,vt infrà de satisdat.tutorũ. §.pen.& vltimo.Solutio.Illi §. loquũtur de maioribus iudicibus,sed alij iudices & tabelliones sunt in periculo : & ideò si fideiussores non sunt soluendo,tenentur illi, qui tutores dederunt,quanuis etiam fideiussores tempore dationis fuerint soluendo,nisi ipsi hoc probauerint, scilicet dantes tuto.qui iam nõ est soluendo,præsumitur semper fuisse non soluendo,nisi oppositũ probetur.ff.de probatio.l.nõ est necesse.

§. Impuberes autem.

1 *Impuberes debent regi aliena tutela:& tutores debent post pubertatem, iudicio tutelæ rationes reddere.*
2 *Iudicium tutelæ,& actio de ratiocinijs distrahend.quid differant.*
3 *Iudicium tutelæ an possit esse ante pubertatem.*

Hîc ponitur generalis regula de omnibus tutelis, & summatur sic:
1 † Conueniens est naturali iuri,impuberes aliena tutela regi:& tutores

post pubertatem iudicio tutelæ debent rationes reddere. Hoc dicit: patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd iste paragraph. habet veritatem in omni tutela, siue fuerit testamétaria, siue legitima
2 siue datiua. ¶ Notandum † secundò, quòd iudicium vel actio tutelæ, & actio de ratiocinijs, distrahendis differunt. primò, quia actio tutelæ non nascitur nec exercetur, nisi post pubertatem, vt ff. de tutel. & ratiocinijs distrahendis. l. si tutor. Actio verò de ratiocinijs distrahendis, & aliæ actiones, bene nascuntur ante pubertatem, sed nó exercentur, vt ff. de tutelis & ratioci. distrahend. l. sed non dantur. Secundò quia actio tutelæ datur in simplum, & propter dolum & latã culpam & leuem: sed actio de ratiocinijs, datur in duplum & propter dolum tantùm, ita tamen, vt in duplo contineatur rei persecutio, vt ff. de contraria actione tutel. leg. ij. Actio etiam tutelæ datur contra tutorem & hæredes eius: sed actio de ratiocinijs, solùm contra tutorem, & vna intentata, non datur alia, vt ff. de tutelis & ratiocin. l. j. Sed actio tutelæ & furti sic se habent, quòd vna intentata, bene datur alia, vt ff. de
3 tutelis & ratiocinijs. l. j. § . in tutela. & l. ij. eodem. ¶ Opponitur † & videtur, quòd iudicium tutelæ potest esse ante pubertatem. vt ff. de tutelis & ratiocinijs distrahendis. l. nisi finita. Solutio. Non datur actio, nisi post pubertatem, si nó sit ante pubertatem finita tutela, quia tunc datur ante pubertatem, vt in illa l. nisi finita.

DE AVTHORITATE TVTORVM.

TITVLVS XXI.

Continuatur sic: Dictum est suprà de diuersis tutelis & tutoribus, & quia tutores dantur, vt pupillis authoritatem præstent, ideò tractatur hîc de authoritate tutoris & diuiditur in quatuor partes. In prima declaratur quando authoritas tutoris est necessaria, & quando non. secunda ibi, neq;. respondet tacitæ quæstioni. In tertia ibi, tutor, declarat quomodo & quo tempore anthoritas tutoris debet interuenire. In quarta ibi, si inter. soluit quoddam dubium.

§. Authoritas.

1 Pupilli sine authoritate tutoris, possunt conditionem meliorẽ facere, non deteriorare. Limit. nu. 3. & 6. Et quid in muliere. nu. 2.

4 Pupillus, si quid emat, & postmodum petat, repellitur doli exceptione, si pretium non offerat.

5 Contractus cum pupillo, aliquando claudicat.

7 Pupillus an possit obligari.

1 Summatur sic: † Pupilli sine tutoris authoritate, possunt códitioné suam

ſuam meliorem facere,ſed non deteriorem : & ideò poſſunt alios ſibi obligare,ſed non obligantur. Hoc dicit:& patet intellectus textus ex ſummario. ¶ Notandũ primò,quòd pupillus ſine authoritate,tutoris, non põt ſibi preiudicare alijs promittendo, vt hîc,& C.de contrah.&
2 com.ſtip.l.neq;. Et † idem eſt de muliere paciſcẽte ſuper dote,vt ff.de pact.dotali.l.de die.& de alimentario tranſigente.ff.de tranſac.l.cum
3 hi.§.quid ergo. ¶ Notandũ † ſecũdò,quòd ex hoc textu,ſemper allegatur,quòd pupillus poteſt conditionẽ ſuam meliorare ſed non facere deteriorem,ſine authoritate tutoris. Iſtud tamen verum eſt,vbi pupillus ſolueret creditori ſine tutoris authoritate , ad hoc vt dominiũ transferretur in creditorem,quia hoc non poteſt.l.obligari. §. pupillus ex omnibus. ff.eodem.ſed bene vt liberetur , quia ſic poſſet obligare naturaliter & ciuiliter : vt eſt glo. ſingularis in l.ij.ff. de accept.
4 ¶ Notandum † tertiò,quòd licet pupillus alios obliget,ſi tamen emat aliquid,& poſteà rem emptam petat, repellitur exceptione doli mali, ſi pretium non offerat,vt ff.de reſcinden. vendi.l.ſi id,quod. §.fina. Si etiam in depoſito dolum fecerit,obligatur, & poteſt contra eum agi,
5 ff.depoſiti.l.j. §.an in pupillum. ¶ Notandum † quartò ex hoc,quod in textu dicitur , ipſi qui cum his contrahunt & pupilli non obligãtur, patet quòd contractus aliquãdo claudicat,vt hîc,& ff.de actione empti & venditi.l Iulianus. §.ſi quis à pupillo. ¶ Opponitur primò ſic, & videtur,quòd pupillus poteſt conditionem ſuam deteriorem face-
6 re,per leg. poſſeſsionem.ff.de acqui. poſſeſ. Solutio. Poteſt † conditionem ſuam deteriorem facere in his,quæ ſunt facti,vt vult illa l. ſed non in his,quæ ſunt iuris,vt dicitur hîc. ¶ Opponitur ſecundò,& videtur,quòd non poteſt alios ſibi obligare.per l.pupillus.ff.de regulis iuris. Solutio. Illa lex loquitur de pupillo infante, qui non poteſt alios ſibi obligare,quia non habet aliquem intellectum. & ideò non obligat alium,vt infrà de inutili. ſtipulatio. §. & quod diximus. & §.
7 pupillus.& bona glo.eſt,ff. de regul.iuris. ¶ Opponitur † tertiò, & videtur,quòd pupillus bene poteſt obligari,per l.litigatores. §.penul. & fina.ff.de arbit. & in §. perſpeximus. in Authen. de non eligendo ſecũdò nuben.collatio.prima. Solutio. Illi textus loquuntur quando pupillus factus eſt locupletior , & tunc poteſt in veritate obligari,vt C.de adminiſtra.tutor.l.ſi minoris. ¶ Opponitur finaliter. & videtur,quòd contractus non poteſt,claudicare,per l.j.C. de reſcin. vendi. Solutio. Illa lex loquitur in liberationibus,in quibus non eſt claudicatio:ſed hîc loquimur in obligationibus.

§. Neque tamen.

1 *Pupillus quæ non poſsit,ſine tutoris authoritate. & numero.4.Et quid*

ita.nn

ita. numero. 5.
2 *Hæreditas, quid.*
3 *Bonorum possessio, quid.*
6 *Tutor, an possit solus adire hæreditatem, uel repudiare.*
7 *Pupillus non potest esse in iudicijs, sine tutoris authoritate. & nu. 9.*
8 *Hæreditas opulenta, & lucrosa, an differant.*

Hic respondet tacitæ quæstioni, ex quo dictum est, quòd pupillus sine tutoris authoritate potest conditionem suam melioré facere, posset aliquis quærere, an ne posset tunc hæreditatem adire, & alia facere.
1 Ad quod respondet textus iste, qui sic summatur: † Non potest pupillus de iure ciuili, sine tutoris authoritate, hæreditatem adire, nec bonorum possessionem petere, nec hæreditatem ex fideicõmisso suscipere, quamuis lucrosa sit. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum
2 † primò, quòd hęreditas, est successio in vniuersum ius, quod habuit defunctus, tempore mortis, deducto ære alieno, vt ff. de verbo. signif. l. nihil. & datur hæreditas ex testamẽto, vel ab intestato iure ciuili, vt ff.
3 de petitio. hæredit. l. j. & ij. Sed † bonorum possessio, prout est vna actio, est ius recipiendi persequendíq; & retinendi illud, quod in bonis illius erat, cui succedit de iure prætorio: vel vt in gl. est ius persequendi retinendíq; patrimonij, quod cuiusq; fuerit, cũ is moritur, ff. de bonorum possess. l. iij. & datur ex testamento per bonorum possessionem secundũ tabulas vel ab intestato, vt vnde liberi, quæ sunt omnes de iu-
4 re prætorio, vt infrà de bonorum posses. §. quos autem. Et † sicut pupillus non potest adire hæreditatem, nec petere bonoũ possessionem, sic etiam non potest hæreditatem ex fideicõmisso recipere, vt hic dicitur, quæ datur ex senatusconsul. Trebell. vt infrà de fideicõmiss. hæredita. §. sed quia. Nec potest etiam bonorum possessionem causa seruandarum libertatũ recipere, quia succeditur in vniuersum ius eius, vt infrà, per quas personas nobis acquirit. §. fin. Nec sufficit in istis, vel in alijs contractibus tutoris authoritas, qui non habet administrationem: & ideò si emam aliquid à pupillo, mediãte tutore, quem sciebam non administrare: sed alium, non transfertur in me dominium, ff. de autho. tuto. l. iiij. Nec sufficit etiam authoritas curatoris, quæ datur pupillo in defectum tutoris, vt ff. de appellat. l. cùm in vna. §. tutor. vsq;
5 in finem legis. ¶ Notandum † secundò, quòd ratio, quare pupillus non potest prædicta, est duplex. Prima, quia non potest se obligare, vt supra eo. §. prox. Secunda, quia in istis cõmuniter sunt vexationes, & lites, & onera, quibus pupillus non decet grauari, vt ff. de mino. l. mino-
6 ribus xxv. annis. ¶ Notandum † tertiò, quòd tutor non potest etiam solus adire hæreditatẽ, vel repudiare, nisi pupillus esset infans, vt C. de iure

iure deliber.l.si infans.Secundò, si iudex ex certa causa supplet defectum tutoris,id est,administratoris.l.bonorum. C. qui admit. ad bonorum possess.& de ista certa scientia debet constare ex actis:aliâs iudex præsumitur temerariè hoc fecisse,vt notat Inno.in simili in c.veniens.extrà de filijs presbyte. Et istud verum,nisi esset talis actus, qui requireret decretum iudicis, quia tunc iudex non potest supplere authoritatem administratoris,secundũ glo.in l. si curatorem habens.de restit.in integ.tit.generali. C. Non potest intereà pupillus bonorum possessionem agnoscere,nec repudiare sine tutore, vt l. seruus. §. impuberes.ff.de bonorum possess.Sed tutor solus potest agnoscere bonorum possessionem.vt l.tutor. § pupillo.ff.de bonorum possessiõe. Et ratio,quare tutor non põt solus adire hæreditatem,sed bene agnoscere bonorum possessionem, est ista, quia agnatio cõsistit in facto, sed aditio in mera voluntate:& ea quæ in mera voluntate consistunt, non possunt per alium expediri,vt ff.de actio.& obligat.l. sub hac.& hanc rationem ponunt Ange.& Salic.in l.bonorum,hîc allegata.Sed solus tutor non potest bonorum possessionem repudiare,vt ff.de suc
7 cessorio edicto.l.prima. ¶ Notandum † finaliter,quòd pupillus etiam non potest esse in iudicijs criminalibus vel ciuilibus, sine tutoris authoritate,vt C.de authoritate præstan.l.clarum. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd pupillus potest adire hęreditatem,quia posset esse hæreditas sine omni onere & obligatione,& illam, vt videtur,posset adire sine tutoris authoritate,quia cessante causa cessat effectus. Solu
8 tio. Differentia † est inter hæreditatem opulentam & lucrosam: quia opulenta dicitur:quæ non habet onera siue vexationes: quia in ea nõ sunt debita:sed lucrosa dicitur, respectu facultatum. Et hac diuisione stante dicunt aliqui,quòd potest adire opulentam,sed non lucrosam, per l.si quis mihi. §.si quis.ff.de acquirend.hæreditat.Sed tutius dicendũ est, quòd nullam põt adire,qui adeũdo,quasi cõtraheret, vt l. qui ex maleficijs.ff.de actio.& oblig.& sic obligaretur, vt infrà de obligatio. §.fina.Iam non potest obligari,vt suprà eod. §.proxi.&.l.obligat. §.pupillus.ff.de authoritate tutorum. Et ad.l.si quis mihi.dicitur, quòd licet aliqua hæreditas non est onerosa,hoc tamen est rarò,& leges non dantur nisi de his,quæ frequenter contingũt.ff.de legi.l.nam
9 ad ea. ¶ Opponitur † finaliter,& videtur,quòd pupillus potest esse in iudicio sine tutore,per l.momentaneæ. C.qui legitimam personam in iudi.stan.habent. Solutio. In quibusdam casibus, potest pupillus sine tutore esse in iudicio.Primò,in momentaria possessione,vt in l.alleg. in opposito. Secundò, in interdicto de libero homine exhibendo,vt ff.de libe.homin.exhibend.l.quod & lex. Sicut etiam minor adultus sine curatore potest esse in iudicio:primò, in crimine adulterij, vt ff.

ãd le.

ad le. Iuliam de adulte. sed maritus. § .lex. Secundò, impetratione veniæ ætatis, vt C. de his, qui ven. ætatis impetrauerunt. l. ij.

§. Tutor autem.

1 *Factum utile pupilli, tutore præsente, tutor debet statim authoritatē suam interponere. & nu. 2.*

3 *Tutor probans factum pupilli, dicitur author fieri.*

4 *Particulæ, in tempore, post tempus, per nuntium, uel epistolam. quô referantur.*

5 *Filius non potest contrahere sine patris consensu aut iussu.*

6 *Iussus, authoritas, decretum, & consensus, quid differant.*

1 Summatur sic: Vtile † factum pupilli tutore præsente, ipse tutor statim debet authorizare, quia post tempus, vel per nuntium seu epistolam, authoritas tutoris interposita nihil agit. Hoc dicit, & patet intelle-
2 ctus textus. ¶ Notandum primò † quòd si pupillus contrahat cum tali conditione, si placeat tutori suo, postquàm venerit, & præsens fuerit, non valet contractus, quanuis sit conditionalis, vt ff. eodem. l. condi-
3 tionalis. ¶ Notandum † secundò, quòd tutor dicitur author fieri, quādo approbat & laudat factum pupilli, vt ff. de author. tu. l. etiā. ¶ No-
4 tandum † tertiò, quòd quando dicitur, in tempore, post tempus, debet referri ad illud verbum statim: sed, per nuntium vel epistolam, debet referri ad verbum præsens, quia epistola mittitur inter absentes, vt infrà de obligationibus, quæ ex consensu nascuntur. § .fina. ¶ Notan-
5 dum † finaliter, quòd sicut pupillus non potest contrahere sine authoritate tutoris, sic nec filius in potestate existens sine iussu vel consen-
6 su patris, vt C. de bonis, quæ liberis. l. fina. † Et differunt iussus, authoritas, decretum, & consensus. Quia iussus debet præcedere, vt in l. si quis mihi. § .iussum. ff. de acquir. hæredita. Sed authoritas interponitur presentialiter, vt hîc dicitur. Decretū autem interponitur ex post facto. vt l. instar C. de iure fisci. libro. x. Sed consensus interdum præcedit, interdum interponitur præsentialiter, & interdum ex postfacto, vt notant Doctores & declarant ista in c. cùm nos. extrà de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. De istis etiam in glo. in. c. j. de rebus ecclesiæ non alienand. libro. vj. ¶ Opponitur & videtur, quòd tutor potest factum pupilli authorizare post tempus, per l. si quis mihi. § .iussum. ff. de acquiren. hæredit. Solutio. Ibi tempus fuit modicū, & illa vidētur in esse, quæ incontinenti fiunt. ff. si certum pet. l. lecta.

§. Si inter tutorem.

1 *Debitor pupilli non potest esse tutor legitimus, uel datiuus.*

2 *Adultus si habeat actionem contra curatorem suum, dabitur illi alius curator.*

curator. & numero. 9.

3 *Tutor non potest esse actor in rem suam.*

4 *Tutor, cùm agit rem pupilli, dicitur etiam suam agere.*

5 *Pupillo datur hodie curator.*

6 *Pupillus an possit agere, durante tutela.*

7 *Actiones, sunt duplices.*

8 *Tutor an, & qualiter possit agere in rem suam.*

Summatur sic: Si inter tutorem & pupillum sit iudicium agendum, dabitur pupillo curator vsq; ad finem iudicij, & non tutor, sicut olim.
1 Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd debitor pupilli non potest esse tutor legitimus vel datiuus, vt in authen. vt hi, qui oblig. perhibent se habere res mino. §. j. collatione vj. sed bene potest esse tutor testamẽtarius, vt infrà de satisdatione tuto. §. j. & C. de episcop a. audien. l. de creationibus. Ei nõ solùm intelligitur iste §. in actione de debito, sed etiam in realibus actionibus, in qiubus non est sic obligatio, vnde procedit actio, vt infrà de actioni. §. j. ¶ No-
2 tandum † secundò, quòd si adultus minor habeat actionem contra curatorem suum, vt puta vtilem actorem generalem negotiorũ gestorum, dabitur sibi etiam alius curator. vt ff. de administrat. tuto. l.
3 cum curatore. ¶ Notandum tertiò, † quòd tutor non potest esse actor in rem suam, nisi in rem pupilli: quia idem esset actor & reus, quod esse non potest, vt ff. de verborum significatione. l. quod dici-
4 mus. ¶ Notandum † quartò, quòd tutor dicitur etiam agere rem suam, quando bene administrat rem pupilli, vt ff. de furtis. l. interdum
5 §. qui tutelam. ¶ Notandum † finaliter, quòd in isto casu olim dabatur pupillo tutor, sed modò datur curator, vt hîc, & datur etiam
6 inuito, vt ff. de tutel. l. iij. §. idem Cassius. ¶ Opponitur † primò sic, & videtur, quòd prima glo. implicet: quia videtur dicere, quòd pupillus potest agere contra tutorem, & posteà, quòd non potest.
7 Solutio. Pro † intellectu istius glossæ dicendum est, quòd duplices sunt actiones. Quædam sunt, quæ habent causam vetustiorem, quàm est tutela, vt si tutor contraxit cum patre pupilli, vel pater pupilli mutuauit aliquid tutori; & istis actionibus potest pupillus agere durante tutela, vt hîc dicitur. Aliæ sunt actiones, quæ sunt ex causa non vetustiori, quàm est tutela: & tunc distinguendum est, quia vel pupillus vult agere actione tutelæ & non potest, quia talis actio non nascitur nisi finita tutela, siue administratione. l. nisi finita. & l. si tutores publi. ff. de tutelis & rationibus distra. Aut vult agere alia actione, vt, quia tutor surripuit ei aliquid: & talis actio bene nascitur ante finitam tutelam, sed non potest intentari & exerceri ante fi-

nitam

finitam tutelam, l. sed non dantur. ff. de tutelis & rationib. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd debitor potest esse tutor legitimus, per Authen. ad hæc. C. quãdo mulier tutelæ officio fungi potest. Solut. Illa Authentica loquitur de matre & auia, quæ possunt esse tutrices quanuis sint debitrices: quia in illis est speciale propter confidentiã illarum respectu pupillorum. Aliâs regula cõmunis est, quòd non potest debitor pupilli esse tutor pupilli, etiam testamentarius, si testator ignoret debitum: & ita tenet glo. in Authen. minoris debitor, C. qui tutores dari possunt. Glossa verò, vt suprà in primo notabili dictũ fuit, tenet, quòd potest esse tutor testamentarius, & quòd in reali actione quis non dicatur obligatus, & per consequens realis actio non excludit à tutela: quod intelligi debet, si testator sciebat illam actioné et siue debitum, quia tunc præsumitur confidere de legalitate eius: & sic intelligitur l. minorum debitor. C. qui tutores dari possunt. quæ allegabitur in sequenti obiectione. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd debitor non potest esse tutor testamentarius, per l. minorum debitor. C. qui tuto. dare possunt. Solutio patet ex dictis in præcedentibus.

8 ¶ Opponitur † quartò, & videtur, quòd tutor nõ potest agere in rem suam, per Bart. in l. j. ff. de autho. tut. Solutio. Tutor non potest agere in rem suam principaliter, sed bene ex consequenti, vt si pupillus adeat hæreditatem debitoris ipsius tutoris. ¶ Opponitur quintò, & videtur, quòd idem potest esse actor & reus, per l. fin. C. de fideicommissa. liber. quia ibi dicitur, quòd idem fuit reus & iudex: ergo à simili potest esse actor & reus. Solutio. In illa l. legatarius detulit iudiciũ hæredi ex sua volũtate: & quod hîc dicitur, intelligitur ex ordine iudic.

9 ¶ Opponitur † finaliter, & videtur, quòd in isto casu, scilicet §. nostri non oportet pupillo dare curatorem, per l. si plures. ff. de testa. tut. Solutio. Illa lex loquitur, quando pupillus habet plures tutores, si tunc contingat iudicium inter tutorem & pupillum, non oportet habere curatorem, quia vnus tutor aget nomine pupilli contra alium.

QVIBVS MODIS TVTELA FINITVR.

TIT. XXII.

Continuatur sic: Suprà dictum est, quomodo tutelæ nascuntur, & fiunt: hîc consequenter declaratur, quomodo finiuntur, quia nihil est in mundo stabile, vt in Authen. de nuptijs. §. deinceps. collat. iiij. Et diuiditur præsens titulus in duas partes. In prima declaratur vnus modus, quo tutela finitur. In secunda ibi, item finitur, ponuntur adhuc septem modi, quibus tutela finitur.

§. Pupilli.

§. Pupilli.

1 *Tutela finitur pubertate. Et quoto anno finiatur pubertas. Et quomodo olim.*
2 *Pupillus, quis dicatur.*
3 *Iudex, quomodo debeat iudicare.*
4 *Annus ut sit completus, an sufficiat attingere ultimum diem.*
5 *Iudex an possit iudicare secundum conscientiam.*

1 Pubertate † pupilli finitur tutela, quæ olim in masculis iudicabatur ex habitu corporis: sed modò dicitur esse in masculis post xiiij. annũ completum, & in fœminis post xij. Hoc dicit, & patet intellectus textus.
2 ¶ Notandũ primò, † quòd pupillus dicitur esse, qui exiuit de potestate patris impubes, vel emancipatione, vel morte patris, vt ff. de verbo. signifi. l. pupillus. j. respon. licet impropriè dicatur aliquando pupillus, qui est in potestate, vt ff. de verb. ob. l. fin. §. si pupillus. ¶ Notandum
3 secundò, † quòd ex quo olim pubertas iudicabatur ex habitu corporis, dixit Mar. quòd iudex debet iudicare secundum conscientiam. Sed hoc non est verum, quia debet iudicare secũdum alleg. & probata, vt
4 ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. veritas. ¶ Notandũ tertiò, † quòd in hoc casu, & in alijs fauorabilibus, ad complendum annum sufficit attingere vltimum diem, sed in odiosis computandũ est de momento ad momentum, vt in glos. in l. iij. ff. de minor. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd pupillus potest esse in potestate, per l. fina. §. si pupillus. ff. de verbo. obliga. Solutio. Ibi pupillus capitur impropriè, pro omni eo, qui est sub xiiij. anno, vt suprà in primo notabili dictum est. ¶ Op
5 ponitur † finaliter, & videtur, quòd iudex potest iudicare secundum conscientiam, per l. ij. ff. de ferijs. Solutio. Iudex potest iudicare secundum conscientiam formatam à iure, vt iudex: sed non potest secundum conscientiam formatam sibi, vt est priuatus homo: sed debet iudicare secundum alleg. & probata. Si tamen iudex debeat contra conscientiam iudicare ex allegatis, tutius esset, quòd causam delegaret, vt notant Doctores in c. j. extrà de offic. ordina. Papa tamen & Imperator, qui non sunt obligati legibus, possunt secundum conscientiam formatam iudicare, vt l. digna vox. C. de legibus.

§. Item finitur.

1 *Tutela quibus prætereà modis finiatur, per discursum, nume. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Pupillus habens plures tutores, non potest arrogari sine consensu omniũ.*
10 *Pupillus potest exhæredari, propter ingratitudinem.*
11 *Pupillo capto ab hostibus, debet dari bonis pupilli curator cum tutore. Et quid si tutor fuerit captus.*

12 *Tutor si fuerit datus sub conditione, non transit tutela ad successores.*
13 *Tutela morte finitur.*
14 *Tutela omnis, an finiatur per maximam & mediam capitis diminutionem.*
15 *Pupillorum curæ quibus modis finiantur. Et quibus adultorum.*
16 *Pupillus an possit redigi in seruitutem.*
17 *Excusatio an finiat tutelam. Et quotuplex illa sit.*
18 *Exbannitio continetur sub capitis diminutione.*

1 Hîc ponuntur adhuc † septem modi, quibus tutela finitur. † Pri
2 est. per arrogationem vel deportationem pupilli. † Secundus est, si
3 pillus redigatur in seruitutem, vel capiatur ab hostibus. † Tertius e
4 tutor in testamento datus sit sub conditione: quia tunc existente c
5 ditione finitur tutela. Quartus est, † morte pupilli vel tutoris. Q
6 est, maxima † vel media capitis diminutione tutoris finitur omnis
la: sed minima capitis diminutione tutoris, finit legitima tutela, & a
non: sed quacunque capitis diminutione pupilli, finitur omnis tu
7 Sextus est, † si tutor in testamento datus sit ad certum tempus, qu
8 nito tempore illo, finitur tutela. † Septimus est, si tutor sit suspect
propter hoc remotus, vel ex iusta causa accusatus, finitur tutela: &
tent illi modi in his versibus:

Suspicio, crimen, conditio, mors, status errat,
Tempus, causa, solent tutelæ ponere metas.

Concor. l. si arrogati. ff. de tutel. & hoc dicit vsq; ad finem tituli, &
9 tet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd pupillus habens pl
tutores, non potest arrogari, nisi de cõsensu omnium tutorũ, vt C.
10 authori. præstan. l. fina. per totum. ¶ Notandum † secundò, quòd
pillus potest redigi in seruitutem, & per cõsequens exhæredari, s
propter ingratitudinem, si sit doli capax. Et ratio est, quia in ta
test cadere omne delictum, si est doli capax. l. impuberem. ff. d
præter delictum carnis & adulterij. l. si minor. ff. de adulterijs. s
prum etiam cadit in eum. l. stuprum. in fine. ff. de adulter. vt in
quas personas nobis acquiritur. §. penultimo. Sed non potest se
vendendo facere seruum, quia non potest seipsum facere seruum
venditionem, nisi sit maior viginti annis, vt suprà de iure person
11 penulti. notatum est. ¶ Notandum † tertiò, quòd si pupillus captus
ab hostibus, debet dari bonis pupilli cum tutore curator, vt ff. de tu
l. si arrogati. Sed si tutor sit captus ab hostibus, debet dari alius tu
12 vt suprà de Attiliano tutore. §. ab hostibus. ¶ Notandum † quar
quòd dicitur notanter, si tutor testamento sub conditione datus
quia tutor legitimus vel datiuus, non datur sub conditione, vt ff.
reg

regulis iuris. l.actus. & non transit tutela vel executio ad successores,
13 vt ff.de tutelis.l.tutela plerunque. ¶ Notandum † quintò, quòd morte finitur tutela: quia mors omnia soluit, vt in Authentica, de nuptijs.
14 §.deinceps. ¶ Notandum † sextò, quòd per maximam & mediam capitis diminutionem tutoris, finitur omnis tutela: nec mirum, quia non solùm finitur agnatio, sed etiam cognatio & successio, vt suprà de capit.diminutione. §.quod autem dictum est. Sed per minimam capitis diminutionem tutoris, finitur legitima tutela, quæ est inter agnatos: quia per illam agnatio tollitur, vt suprà de legitima agnatorum tutela. §. fina Quia tamen hodie differentia agnationis & cognationis sublata est, non tollitur hodie legitima tutela per minimam capitis diminutionem, vt ff.de legiti.tutel.l.legitimos. Per emancipationem autem, quæ est minima capitis diminutio, etiam iure isto non tollitur legitima tutela, secundum glos. hìc: quia pater in ista tutela præcedit filium, nisi filius manumittat seruum maternum, & tunc differtur tutela, quousque sit sui iuris, vt ff.familiæ erciscund.l.si maritus. Sed dicit Ioan. Fab. quòd non esset magna vis, licet ista glos. non es-
15 set hìc. ¶ Notandum † finaliter, quòd etiam istis modis finiuntur curæ pupillorum, vt C. quando tutor. vel curato. esse desi. l.prima. sed curæ adultorum finiuntur post xxv. annum, vt infrà titulo proximo. §.primo. nisi essent datæ ad certam causam vel speciem, vt suprà titulo proximo. §.finali. vel nisi sint curæ illorum, de quibus dicetur
16 infrà titulo proximo. §.furiosi. ¶ Opponitur primò, sic † contra prædicta, & videtur, quòd pupillus non potest redigi in seruitutem, per l. si quis. ff.de inofficio.testamen. Solutio. Illa lex loquitur de pupillo, qui non est doli capax, & ita non potest redigi in seruitutem: sed textus noster hìc loquitur de illo, qui est doli capax, & hoc est, quando est proximus pubertati, vt in glossa in l.impuberum. ff. de furtis. Et dicitur esse proximus pubertati masculus post decimum annum & dimidium: & fœmina post nonum & dimidium, vt in glo.in l.pupillum.ff.de regulis iuris. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd tutela non finitur per excusationem, per §.item hi qui reipublicæ. infrà de
17 excusatio.tuto. Solutio. † Duplex est excusatio, scilicet ad tempus, & per illam non finitur tutela, vt in argumento: & in perpetuum, & per illam finitur tutela, vt hìc, & ff.de minoribus.l.verum.
18 ¶ Opponitur † tertiò, & videtur, quòd sunt plures modi, quibus tutela finitur, quia etiam finitur per exbannitionem, vt ff.de tute. & rationib. distrahend.l.si tutor. & per ingressum religionis, vt C.de sacrosanct. eccles.l.ingreßi. Solutio. Exbannitio continetur sub capitis diminutione, & ingressus religionis sub morte: quia religiosus fingitur mortuus, ex quo non habet velle neque nolle.

DE CVRATORIBVS.

TITVLVS XXIII.

Continuatur sic: Dictum est suprà de tutelis, quibus r- guntur pupilli: hîc consequenter tractatur de curis, q- bus gubernantur puberes, & ideò intitulatur & rub- catur de curatoribus. Et diuiditur iste titulus in tres p- tes. In prima tractatur de cura puberum minorum. secũda ibi, furiosi, tractatur de cura maiorum xxv. annis. In tertia: interdum, tractatur de cura pupillorum.

§. Masculi.

1 *Curatores, à quibus dentur. Et usque ad quotum annum. & num. 3.*
2 *Puberes an possint impetrare ueniam ætatis.*
4 *Curator quo casu detur inuitis adolescentibus: non tamen datur in testamento.*
5 *Minor quo casu possit esse in iudicio sine curatore.*

1 Summatur sic: † Iudices dantes tutores, debent etiam dare curator- puberibus vsq; ad xxv. annum completum, non tamen inuitis. Et d- tur curatores ad certam causam, sed non dantur in testamento: dan- men cõfirmantur. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notand- 2 primò, † quòd puberes possunt impetrare veniam ætatis, vt scilicet - ctione iuris habeantur ac si essent xxv. annorum: sed hoc non poss- masculi, nisi in xx. anno, & fœminæ in xviij. vt C. de his qui veniã æ- tis impetra. l. j. & ij. Et non possunt aliter minores esse in iudicio, vt (de procurato. l. non eò minus. nec possunt tutores vel curatores cu- minore in iudicio procuratorem constituere vel substituere, nisi p- tutor vel curator efficiatur dominus litis, quod fit litem contestat- 3 vt C. de procura. l. neque. ¶ Notandum † secundò, quòd qui sint - ces habentes potestatem dandi tutores, dictum est suprà de Atil- to. §. nos autem. & illi ijdem dare possunt curatores, vt hîc dicit- 4 ¶ Notandum † finaliter, quòd curator non datur inuitis adolesc- bus, nisi in litem, sicut tutor, qui datur inuitis, vt ff. de tutor. & cura- ab his. l. necnon. & notat glo. in verb. muneris. in l. tutoris. C. de neg- gest. Et ideò curator non datur in testamento, quia vltima volunt- non potest dependere ab alieno arbitrio, vt ff. de hære. instituen. l. i- 5 institutio. ¶ Opponitur primò sic, † & videtur, quòd minor sine cura- tore potest esse in iudicio, per l. exigendi. C. de procurato. Solutio. I- illa lege minor est in iudicio pro patre suo, & in hoc casu potest sine curatore. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd curator debet da- inuitis, per l. j. ff. de mino. vbi dicit, quòd minorib⁹ nõ cõmittuntur res suæ, ergo debẽt habere curatorẽ, velint nolint. Solutio. Intẽtio illius legis

legis est, quòd illa quæ fiunt per minores, non sunt rata, quia possunt restitui in integrũ, & ita non habent plenè cõmissioné rerũ suarum.

§. Furiosi.

1 *Furiosis, prodigis, & mente captis, qui, & à quibus dentur curatores. & nume. 2.*
3 *Furiosus, in aliena potestate, non debet habere curatorem.*
4 *Prodigus, quis.*

1 Summatur sic: † Agnati debent esse curatores furiosorum & prodigorũ, ex lege xij. tabularũ, quanuis maiores sint xxv. annis. Sed potest etiam iudex eis dare curatores ex inquisitione, vt l. de creationibus. C. de epis. audien. Et idem iudiciũ est de mente captis, surdis & mutis, vel perpetuo morbo laborantibus. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum † quòd iste §. in principio loquit̃ de curatore legitimo, id est, qui datur ex lege: sed ibi in versi. sed solet, loquitur de curatore datiuo, qui non venit nisi deficiente legitimo, vt C. de cura. furio. prodig. dan. l. fin. Et debet curator legitimus furiosi vel prodigi administrare suo periculo, sicut tutores, vt C. qui tuto. da. poss. l. si sororis. Et furiosorũ liberi, qualiter debeant dotari de bonis parentum. l. tam dementis. C. de episc. audi. Et filij furiosorũ negligentes eorũ curam, excluduntur à successione eorũ, Authen. liberi. C. de epis. aud. ¶ Opponitur sic contra prædicta, & videtur, quòd furioso non est dandus curator, per l. fina. C. de curato. furio. Solutio. Illa † lex loquitur de furioso, qui est in aliena potestate, & talis non debet habere curatorem, vt ff. de excusa. tuto. l. non solum. si etiam furiosus vel prodigus sit minor xxv. annis, non recipit curatorem, ex isto textu, puta ratione dementiæ, vel furoris, sed ratione ætatis, id est, non propter defectum morbi vel prodigalitatis, sed propter defectum ætatis, vt ff. de tutel. l. qui habet. §. quòd autem. faciunt notata circa glos. textus hîc in addit.

4 † Prodigus est, qui sermone videtur sapiens, in factis verò insipiens. l. his qui. §. diuus Pius. ff. de tute. & cura. da. ab his, &c.

§. Interdum autem.

1 *Curator, quo casu detur pupillo.*
2 *Tutor, quis dicatur inidoneus.*
3 *Tutore legitima causa impedito, & pupillo absente, uel infante, iudex dabit actorem, periculo tutoris.*
4 *Curator datur etiam, pupillo non habenti tutorem.*
5 *Negotia aliena gerentes, uariè dicuntur, per discursum.*
6 *Syndicus, quis.*
7 *Tutorem habenti, quo casu detur tutor alius.*

8 *Tutor, & curator, quò differant.*

1 Summatur ſic: † Tutore exiſtente inidoneo, non tamen fraudule-
ter adminiſtrante, vel tutore ad tempus excuſato, datur pupillo cura-
tor: ſed tutore aduerſa valetudine, id eſt, infirmitate legitimè impedi-
to, & pupillo abſente vel infante, dabit iudex actorem periculo tuto-
2 ris impediti. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † pri-
mò, quòd tutor poteſt dici inidoneus, ex quo eſt pauper vel non
multum induſtrioſus. Sed in propoſito non dicitur inidoneus propter
fraudem, quia in hoc caſu non datur pupillo curator, ſed alius tutor.
quia iſte fraudulentus ex toto remouetur, vt infrà de ſuſpec. tut. §. pe-
3 nul. & fi. l. pietatis. C. de ſuſpec. tuto. ¶ Notandum † ſecundò, quòd ſi
tutor legitima cauſa impediatur, & pupillus eſt abſens, vel infans, dabi-
tur à Iudice actor periculo tutoris, vt hîc dicitur. Et ratio eſt, quia ipſe-
met tutor potuit actorem conſtituere: modò quandocũq; aliquis po-
teſt aliquid per alium facere, & non facit, periculũ ſpectat ad ipſum: vt
ff. de adminiſtra. tuto. l. habita. & licet aliqui dicant, quòd in iſto ca-
requiratur cauſa neceſſaria, allegantes l. curator. C. qui tuto. dare po-
ſunt ſufficit tamen cauſa iuſta, vt ff. de adminiſtra. tuto. l. decreto. Et
dicitur hîc notanter, ſi pupillus eſt abſens vel infans, quia ſi ſit præſens
& habet intellectum, hoc eſt, eſt maior infante, non eſt opus actore.
quia poteſt pupillus cum tutore ſuo procuratorem cõſtituere, vt C. de
4 procurato. l. neq;. ¶ Notandum † tertiò, quòd non ſolùm pupillo ha-
benti tutorem datur curator, vt hîc in textu dicitur, ſed etiã non habẽ-
ti tutorẽ, vt ff. de tuto. & curat. da. ab his. l. curator. Et eſt argu. à con-
trario ſenſu, quod eſt validum, vt ff. de offic. eius, cui mandata eſt iu-
5 riſdictio. l. j. §. huius rei. ¶ Notãdum finaliter, † quòd diuerſa ſunt no-
mina illorum, qui aliena negotia gerunt. Nam quidam dicitur actor,
vt hîc in fi. tex. qui aliâs adiutor dicitur, l. ſolet. ff. de tut. & aliâs cura-
tor. ff. de tuto. & cura. da. l. in omnem aliâs procurator, l. neque. C. de
procura. quidam dicitur tutor. vt ſuprà de tute. §. tutores. & §. eſſi-
tem. quidam dicitur curator, vt hîc per totũ titulum, quidã dicitur pro-
curator, qui ſcilicet habet mandatũ, ff. de procurator. l. j. quidam dici-
tur negotiorum geſtor, qui ſcilicet non habet mandatum, ff. de nego.
geſtis. per totum. & infrà de obli. ex quaſi cõtra. §. j. quidã dicitur etiã
œconomus, vt qui de conſenſu epiſcopi & confratrum capituli, nego-
tia eccleſiæ gerit, vt C. de ſacroſanc. eccleſijs. l. iubemus. & C. de epiſ.
& cle. l. omnes. §. hunc enim proculdubio. & §. nihilominus. quidam
dicitur hypocriſarius, vt in Authen. quomodo oportet epiſ. §. non ali-
6 ter. colla j. & §. neque autem. & §. ſi verò vt præſertim. & quidã † di-
citur ſyndicus. i. ſingulorũ negotia dicens. & eſt vniuerſitatis. vt ff. de
muneri. & hono. l. munerũ. Syndicus tamen ſæpe ponitur pro actore,
vel

vel authore,vt ff.quod cuiusq; vniuersitatatis nomine.l.j.Iure tamen canonico,omnia ista cōprehendūtur sub nomine procuratoris,vt extrà de procura.c.petitio.& vnū sæpe ponitur pro alio,vt j.q.iij.c.saluator.in glo.versi.œconomum.Ang. Hodie talis differentia in nominibus sublata est de iure canonico. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur,quòd tutorem habenti,potest dari tutor, cuius contrariū hîc dicitur.probatur per l.penul.ff.de tutel.Solutio. Ista regula patitur ex-
7 ceptiones.✝Primò,si tutor ad tempus fiat surdus vel mutus,potest dari tutor,vt in l.alleg.in oppos.hoc verū in habente dilucida interualla.l.non solùm.§.fi.& l.post scriptum.ff.de excus.tut.secus in perpetuò furioso,qui omnino remouetur,secundū Ang hic.Secundò,si bona pupilli sint in diuersis prouincijs, & tutor excusat se de bonis quæ non sunt in prouincia sua,quia tunc datur alius tutor pro illis bonis,vt ff.de excu.tut.l.propter litem.& sic habenti tutorem datur tutor aliarum rerum,non autē earundē, quāuis tutor intelligitur datus ad vniuersum patrimoniū.l.propter litē.ff.de sus.tut.§.fi.Tertiò,si mater tutrix velit cōuolare ad secundū matrimoniū,debet petere alium tutorem,qui dabitur pupillo,vt in Authē. de nup.§.si verò.colla.iiij. quia tunc videtur mater pupillum relinquere, & procedere ad alterius potestatē,vt C.cōmunia de leg.l.fi.Quartò,si tutor ad tempus sit relegatus,vel remotus,vt C.qui.cau.tutorē habēti tutor dari potest.l.pen. Quintò,si tutor sit delegatus,vel transfuga non verus, quia si fuerit verus transfuga,tunc capite minuitur & amittit tutelam,arg.§.minor. suprà de capi.di.vel intellige de eo,qui iuit ad videndū statum hostiū sine licētia principis,vel populi Romani,vt ff.de tutelis.l.si quis tutor. Sextò,si tutor causa reipub. absit,potest dari tutor vel etiā curator,secundū quod placet iudici.ff.de tute.l.quęsitū.Dicit tamē Petrus quod in istis casibus tutor accipitur pro curatore,sed melius dicitur, quòd non,quia sine causa nō est recedendū à verbis legis, vt ff. de lég.iij.l.
8 nō aliter. ¶ Sed replicatur✝cōtra hoc sic:Curatorē habenti bene datur curator,etiā regulariter,per l.si actor. C.de appel.Solutio.Nō est simile de tutore & curatore,quia tutor habet plenam administrationem & potestatē,& datur personæ principaliter. & ideò non cōpatitur secum aliū.vt infrà de excusa.tutorum.§.datus. Sed curator non habet plenam potestatē,& principaliter datur rebus,vt C.de nupt.l.in copulandis.tutor authorizatur sola aditione hæreditatis,sed non curator,vt ff.de appella.l.cùm in vna. ¶ Sed adhuc replicatur,quòd tutorē habēti datur tutor,per l.ij.C.de admi.tut.Solutio.In illa l.dātur plures tutores simul,& hoc fieri pōt,vt etiā dictū est suprà de capitis dimi.§. fi.sed nō pōt dari tutor tutorē habēti separatim,sicut duo rei bene possunt simul stipulari.sed nō separatim,vt infrà de duo.reis stipulā.§.j.

DE SATISDATIONE TVTORVM VEL CVRATORVM,

TITVL. XXIIII.

Visum est suprà de tutelis & curis, quibus reguntur bona norum, & aliorum, qui se regere non possunt: conuenie autē est, vt huiusmodi bona maneant salua, ad quod va satisdatio. & ideò videndū est hîc de satisda. tuto. & cura rum. Et diuiditur præsens titulus, in tres partes. In prima declarat qui satisdare tenentur, & qui non. In secunda ibi, sed & si ex testame to, consulitur pupillo & minori, quando plures sunt tutores vel cura res. in tertia ibi, sciendum autem, consulitur pupillo, quando tuto vel curatores non sunt soluendo.

§. Ne tamen.

1 *Tutores qui nam teneantur satisdare.*
2 *Satisdare, quid.*
3 *Curator testamentarius, an tenetur satisdare. & nu. 8. 9.*
4 *Tutor, uel curator, datus a iudice, præsumitur idoneus.*
5 *Tutor, & curator, quid præstare teneantur præter satisdationem.*
6 *Tutores legitimi, tenentur satisdare. limit. nu. 10.*
7 *Perpetuum, uerb. uariè accipitur in iure. Et quid de uerb. æternum, & s piternum.*

1 Tutores † testamentarij, vel ex inquisitione dati, non tenentur sa tisdare: alij autem, qui non sunt tutores vel curatores in testaméto v
2 ex inquisitione dati, satisdare tenentur. Hoc dicit. ¶ Notandum † pri mò, quòd satisdare est promittere & cautionem præstare, rem pupi saluam fore, vt notatum est suprà de tute. §. fi. & fit ista satisdatio terdum per fideiussores, vt ff. rem pupil. sal. fore. l. non quasi. in pri
3 l. prætoriæ. ff. de præto. sti. l. j. ff. qui sat. coguntur. ¶ Notandum se cundò, quòd sicut tutor testamentarius non tenetur satisdare, fi curator testamentarius. ff. de confirmand. tuto. l. si filio. Et non re an datio tutoris vel curatoris data sit in testamento vel in codici
4 vt ff. de testamen. tute. l. iij. facit §. ij. Insti. de codicil. ¶ Notandū ter tiò, quando tutor vel curator datur à iudice, tunc est præsumptio in de idoneitate, ex quo præsumitur, iudicem non velle inidoneum dare. vt C. arbi. tute. l. fi. & non admittitur probatio in contrarium, nisi pe confessionē, vt C. de donatio. ante nup. Authen. sed iam necesse. Ne istud intelligitur solū in datione tutoris vel curatoris, sed etiā in alio actu iudicis, qui depēdet à voluntate partium, secus enim esset in alijs, vt notat Anto. de But. in c. is, qui. extrà de sponsali. & Innoc. in c. quia pleriq;. extrà de immunit. eccle. & in c. vidua. extrà de reg. iur. ¶ No

tandum

5 tandum † quartò, quòd tutor vel curator non debet solùm satisdare, sed habet ista quinq; facere. Primò iurabit, quòd pro pupillo inutilia non faciet, & vtilia non prætermittet, vt in Auth. vt hi qui obli. perhi. se habere res mino. § fi. colla. vj. Secundò, faciet inuentariū de rebus pupilli, vt ff. de adminiſt. tut. l. tutor qui repertoriū. Tertiò, recipiet bona decreto iudicis, & à iudice, C. arbi. tute. l. fi. Quartò, debet satisdare vt hîc dicitur. Quintò promittet quòd pupillum non dimittet indefen
6 sum, vt ff. de adminiſt. tuto. l. fi. ¶ Notandum † finaliter, quòd ex quo dicitur hîc, quòd testamentarij tutores & dati cum inquisitione, non tenentur satisdare, posset quæri: qui sunt ergo qui tenētur satisdare? & dicitur quòd sunt legitimi, vt ff. de legiti. tute. l. legitimos. & datiui sine inquisitione, vt C. de autho. præstā. l. fi. & nō debēt administrare, nisi prius satisdederint, vt C. de tuto. & cu. qui satis nō dede. l. j. ¶ Opponi.
7 † primò, cōtra prædicta. & videtur, quòd tex. incōueniēter dicat, non est in perpetuū, quia locutio nō videtur ad propositum. Solutio. Perpetuū, in iure capitur multis modis Primò, pro duratione vitæ concedentis aliquid vt ff. pro socio l. j. in glos. & notatur, ibi per doc. Secundò, prout valet tantū, sicut generaliter, vt C. de edē. l. edita. Tertiò, pro eo, quod simpliciter & indistinctè procedit, & sic capitur hîc. Quartò, pro duratiōe xxx. vel xl. ann. & sic actiōes dicūtur perpetuæ, vt infrà de perpet. & tempor. actio. § j. Quintò, pro continuo: & sic quis dicitur perpetuò furiosus, qui nō habet dilucida interualla, vt C. de impu. & alijs substi. l humanitatis. Sextò, pro eo, quod est sine præfinitione temporis, & hoc modo exceptiones dicuntur perpetuæ. ff. de excep. l. iij. Sed æternum, dicitur, quod non habet principium neque finem, vt Deus. Sempiternum, autē habet principium, sed non habet finē vt Angelus & anima, vt in glos. in l. cum debere. ff. de seruitu. vrba. prædio.
8 ¶ Opponitur secundò, † & videtur, quòd non bene dicatur hîc, quòd curator in testamento nō tenetur satisdare. quia non datur in testamēto, vt suprà titulo proxi. § . j. Solutio. Licet curator non detur in testamento, datus tamen cōfirmatur decreto iudicis, vt eo. § . dictum est. &
9 in isto casu non tenetur satisdare. vt hîc dicitur. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd tutor testamētarius tenetur satisdare, per l. j. ff. de cōfirman. tuto. Solutio. Illa lex loquitur de testamentario dato à matre, & ille tenetur satisdare, quia consiliū matris non est ita firmum sicut patris, vt notatur infrà, qui. alien. non licet. § . fi. Ange. hîc. ¶ Notandū quartò, & videtur, quòd curator cū inquisitione datus etiā tenetur satisdare, per l. fi C. de curat. furio. Solutio. In illa l. substantia curatoris non fuit satis idonea, & ergo debebat satisdare, & ita similiter fieri de
10 bet de tutore & curatore in simili casu. ¶ Opponitur † finaliter, & videtur, quòd legitimus tutor nō tenetur satisdare, per l. legitimos. ff. de

legit.tute.Solutio.In illa lege fit mentio de patrono,qui est legiti tutor liberti sui,& non tenetur satisdare : & sic regula de satisdat legitimi tutoris fallit in patrono liberti.

§. Sed si ex testamento.

1 *Tutoribus testamentarijs pluribus existentibus, uel cum inquisitio tis,potest unus alteri offerre.ut satisdet de indemnitate pupilli, uel sa cipiat:illeq; solus debet administrare.*

2 *Oblatio satisdationis,non solùm à tutore,sed etiam à pupillo fit.*

3 *Parti maiori standum est. Et quomodo partes dissidentes concordentur.*

4 *Plurium esse,quot modis,quid dicatur.*

1 Pluribus existentibus † tutoribus testamentarijs,vel cum inquisi ne datis,vel etiã curatoribus,potest vnus alteri offerre, vt satisdet indemnitate pupilli,vel satisaccipiat, & debet satis offerens solus a ministrare:& si nemo satis offerat, ille administrare debet, cui ho testatore vel iudice ascriptum est:& si nihil ascriptũ est à iudice vel stator,debet ille administrare qui eligitur à maiori parte:& si in e ctione dissentiant,debet Iudex partes suas interponere. Hoc dictu

2 patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò,quòd ista oblatio satis tionis non solùm fit à tutore,sed etiam à curatore,vt ff.de admi.tut. l.iij. §. quod in tutorib. Nec solũ fit in tutore testamentario, vel ex inquisitione dato,sed etiam in alijs,vt ff.de administ.tut.l. si plures,

3 apparet. ¶ Notandum † secundò, quòd standum est maiori parti, hîc,& ff.ad municipa.l. quod maior. Et si partes non concordauerint vsq; ad maiorẽ partem,debet iudex eos cõcordare & vices suas in ponere,& si sit modus scriptus in iure,quo cõcordari possunt, ille obseruandus,vt C.de dona.l.si quis argent. §. sin autem. & si mo non sit scriptus,possunt concordari per sortem,si partes petant, communia de leg.l.fi.si non sit in præiudicium alicuius tertij,vt leg.j.l.huiusmodi.& infrà de leg. §. optionis.si tamen negotium sistat in facto,& vnus affirmat,& alius negat,non debet iudex c dare,sed probationes recipere,& sic iudicare,vt ff.de probatio.l.ij. factum esset determinandum,certificandum,vel modificandum,vt de iureiuran.l.iusiurandum. §. si de qualita. & si non possunt isto mo do concordari,impediunt frequenter se inuicem per concursum,vt de vsufr.l.quotiens. §. si verò duo. ¶ Opponitur sic & videtur, quò non est standum maiori parti,per l.fundum.ff. de seruitu. rusticorum

4 prædiorum. Solutio. Aliquid † dicitur esse plurium, dupliciter. Vno modo,vt vniuersitatis,sicut forum vel domus consulatus, & ciuitatis & quo ad istud standum est maiori parti. Aliud est multorum,vt singulorum.

gulorum,& iure proprio,ſicut ſi tres vel quatuor ſimul emant agrum vel domum , tunc ſi minor pars velit aliquid facere, vt puta ſeruitutẽ imponere,non eſt ſtandum maiori patri,ſed requiritur conſenſus ſingulorum,vt in l.fina.ff.commu. prædiorum.& notat Dynus in regu. quod omnes.de reg.iuris.lib.vj.

§. *Sciendum autem.*

1 *Actio ſubſidiaria competit adoleſcenti, contra illum, qui malum dedit curatorem.*

2 *Actio ſubſidiaria ultimô data,non eſt actu,ſed aptitudine.*

3 *Tutor an,& quando teneatur pro contutoris ſui parte.*

4 *Conuentis ex adminiſtratione mala, quæ beneficia competant.*

5 *Collega non conuenitur ex adminiſtratione reipub. prius,quàm gerens, & nominator gerentis.*

6 *Iudices quotuplices ſint in tutela,& cura.*

Non ſolùm tutores & curatores tenentur pupillis ac alijs in cura vel tutela exiſtentibusde mala adminiſtratione,ſed etiam datur ſubſidiaria actio,contra eos qui tutores vel cutatores dederũt, cum inſufficienti ſatiſdatione,exceptis maioribus iudicibus.Hoc dicit. ¶ Notan-
1 dum †primò,quòd ſicut pupillus habet vtilem actionem ,contra eum qui malum dedit tutorem,quæ dicitur vtilis actio tutelæ vel ſubſidiaria:ſic etiam adoleſcẽs minor habet vtilem actionẽ negotiorũ geſtorum,quæ poteſt etiam dici ſubſidiaria cõtra illum qui malũ dedit curatorem,quia ſicut actio directa eſt contra adminiſtratores, ſic actio vtilis eſt contra eos qui adminiſtratores dederũt : & veniunt vſuræ in
2 vtili ſicut in directa,ff.de magiſt.conue.l.fi. ¶ Notandũ † ſecundò, quòd ſicut actio legis Aquil.eſt pœnalis,non ſemper actu ſed aptitudine,vt infrà ad l. Aqui. §.his aũt verbis.ſic etiam actio ſubſidiaria dicitur vltimò data, non ſemper actu,ſed aptitudine,quia interdum datur contra dantes tutores vel curatores antè,quàm agitur cõtra ipſos tutores vel curatores.& interdũ pòſt.Pro cuius notitia habẽda, diſtinguendũ eſt,vt dicit glo.& habetur in glo.in l.j. §.tractemus.ff.de tute.& ratio. diſtrah. quia vel fuit vnus tutor,vel curator,vel plures. Si vnus,tunc conuenitur primus tutor vel curator, & poſteà magiſtratus,vt hîc.Si verò ſunt plures,tunc vel omnes geſſerũt curam vel tutelã.aut nullus aut alter tantũ.Primo caſu cõueniũtur ante magiſtratũ, vt ff.de admi.tut.l. Lucius. §.pe.& de magi.con.l.duo.In ſecundo caſu idem eſt,vt ff.de admin.tuto. ſi plures.In tertio caſu diſtinguendũ eſt,quia vel diuiſa fuit adminiſtratio tutelæ per iudicẽ vel teſtatorẽ, aut non.In primo caſu pro ſua geſtione quilibet tenetur, & non pro alterius, & poſteà magiſtratus in ſubſidium, vt ff.de adminiſtra. tu-

tor.l.

3 tor.l. Lucius.§.pen.& C.de diui.tut.l.ij. Fallit †,tamen istud,scili
quòd vnus pro alterius contutoris sui parte nō tenetur,in quatuor
sib.hîc in glo. notatis, super verbo, subsidiaria,quibus additur q
tus,qui habetur in gl.in verb.prouiderūt. C.de diui.tutel.l.ij.al
ta.Primus casus est, si tutor contutorem vt suspectū remouen
non remouit.Secundus,si tardè remouit. Tertius, si remouendo
pupilli prodidit.Quartus,si satisdationem non accepit, rem pupill
uam fore,cùm videret eum non soluendo,vt in d.l.ij.C. de diu.tu
ff.de administ.tut.l.Lucius.§.pen. Quintus,si contutorem ignor
bona pupilli non instruxit.In secundo casu.i.cum non fuit diuisa a
nistratio tutelæ per iudicem vel testatorem, & vnus gessit & aliu
tunc conuenitur primò gerens,secundò magistratus, tertiò non
rens:nisi in casibus suprà expressis, in quibus conuenitur primò c
tutor,qui non gessit ante magistratū,vt C.de diui.tut.l.ij.& ff.de
mini.tuto.l.etiam.& l. Aemilius.in fine.& l.tres tutores.§.item e
licet pupillis,& similibus. Et tenetur conuentus, id est, in ius voca
in solidum,quādo nō est facta diuisio.l.j §.nunc tractemus,supra
4 gato. Habet † tamen quilibet quatuor beneficia. Primùm,est bene
cium ordinis,quando scilicet aliqui gesserunt, & aliqui non, vt
magistratib.conueniendis.l.j.§.vsq; adeò.Habet secundò alia be
cia,puta diuisionis,cessionis,& vtilis actionis sine cessione:& hoc
do gessit sine dolo,quia si dolo gessit, solùm habet vnum benefi
scilicet diuisionis,vt notatur per Bar.in l.j.C.de transac. Et datur
actio in hæredes, de dolo & lata culpa : de quibus ipsi etiam tene
quāuis defunctus etiam teneatur de leui culpa.ff.de magistr.conue
l.non similiter. Conueniuntur etiam existimatores,quorum culp
idoneè satisdatio facta est,vt ff.de magistra.conuien.l.j.§.diuus
existimatio debet fieri debitè & in debita qualitate,vt ff.de in
5 cando.l.j. Ex † administratione reipublicæ conuenitur prius
& nominator gerentis,quàm collega.l.quoniam.ff. de conuen
debito.lib.x.& de isto vide glo.magnā in l.imperator.ff. ad m
6 pales,in verbo nominauerit. ¶ Opponitur † sic contra prædicta
deturquòd textus cōtinet implicationem,quia primò dicit,quòd
tes tutores vel curatores conueniuntur actione subsidiaria, & po
dicit,quòd præfectus,prætor,& quibus ius dandi tutores est,ista a
ne non tenētur.Solutio. Triplices sunt iudices in proposito.Nam
dam dant tutores & curatores,& non accipiunt satisdationem.Et
dam dant tutores & accipiūt satisdationē,de quibus loquitur l.Aem
lius.ff.de admin.tuto. Et quidam non dant tutores, sed accipiunt sa
tisdationē,vt tabelliones & milites iustitiæ.Quādo ergo dicitur,quò
non tenētur,intelligitur de primis iudicib.i.maioribus,not.glo.in ver
bo,certi.

bo cessauerat.d.l.Aemilius.ff.de admi.tuto.alij autẽ tenentur in subsidium,vt C.de magi.con.l.fi.Instit.de Attiliano tuto.§.penul.

DE EXCVSATIONIBVS TVTORVM, VEL CVRATORVM.

TITVLVS XXV.

Dictum est suprà, quibus modis tutela finitur, & in §.fi. illius tit. qualiter tutores desinunt esse per excusationẽ & remotionem. Sequitur ergo videre, ex quibus causis possunt tutores vel curatores se excusare: & posteà, ex quibus causis sunt remouendi propter suspicionem, & de isto dicetur tit.proxi. Et diuidit̃ hic titulus in duas partes principales. In prima ponuntur causæ, propter quas excusatur quis à tutela vel cura. In secunda ibi, quæ autem, ponuntur aliqua generalia docucumenta ad istum titu. & ad aliquos præcedentes. Prima pars subdiuiditur in xiiij. particulas, quia totidem sunt causæ, quibus à tutela vel cura quis excusatur, & patebunt partes in processu.

§. *Excusantur autem.*

1 *A tutela, & cura, quæ excusent.*
2 *Roma. Et eius priuilegium: & quàm latè pateat.*
3 *Italia, est domina Prouinciarum.*
4 *Tutela, & cura, sunt munus publicum. Limit.nu.9.*
5 *Nepotes non prosunt, patre uiuo.*
6 *Posthumi non prosunt. Item, nec naturales: nec bastardi.*
7 *Mortui fictione iuris, aliquando dicuntur uiui: & econtrà.nu.10.*
8 *Liberi, an excusent quem à munere publico.*

1 Filij † vel filiæ, & liberi ex filio, loco patris, naturalis & legitimi, in potestate vel emancipati, viui vel mortui in bello, tres Romæ, quatuor in Italia, & quinq; in prouincijs, excusant quem à tutela & cura,
2 quæ sunt munus publicum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd Roma priuilegiatur super alias ciuitates, quia ibi est caput mũdi, vt suprà de satisdat.tu.§.fi.& extenditur istud priuilegium ad centum mil
3 liaria, vt ff.de offi.præfe.vr.l.j.§.cum vrbem. & Italia † est domina Prouinciarum, vt C.sine censu & reli.fun.compar.nõ posse.l.omnes. Et ideò in istis minor numerus excusat. Et licet aliquæ aliæ Prouinciæ habeant idem ius ciuile, quod est in Italia, sicut Agrippinenses.i. Colonienses, non tamen habent istud priuilegium, propter tributa
4 quæ dantur in Italia, vt ff.de censib.l.j.& fina ¶ Notandum † secundò, quòd tutela & cura, sunt munus publicum, vt ff. de verb.signifi.l.
5 pupillus.§.munus. ¶ Notandum † tertiò, quòd nepotes non prosunt

nisi

nisi patre mortuo,vt C.de his,qui nu.libero.l.ij.lib.x.facit l.ij.§.a-liantur.ff.de excusat.tut.& §.quotcunq;. Et licet sint plures nep- computãtur tamen loco vnius,scilicet patris sui, vt ff.de excus.t. & per nepotes etiam intelliguntur nepotes ex filio, quia æquè sunt potestate. Et etiam istud locum habet in successionibus, vt isti suc- dant loco patris,vt infrà de hęredib.quę ab intesta.deferun.§.cum lius. Et licet nepotes ex filia non prosunt auo materno, alteri tā prosunt,vt C.de his, qui num. libero.l.v.libro.x. ¶ Notan-

6 † quartò,quòd nondum nati,sed existentes in vtero, vt posthumi prosunt,vt in l.ij.§.qui autem in ven.ff.de excusa.tuto.naturales & bastardi non prosunt,vt notatur in l.ij.§.oportet autem.&.§.le-timos.ff.de excu.tuto.& not.in glo.in verb.legitimos. ¶ Nota-

7 † finaliter,quòd qui pro republica moriuntur,intelliguntur viuere perpetuũ,quia rempub.custodientibus,adiuuantibus, augentibus. tus est locus gloriæ in cœlis,vbi beati sempiterno æuo fruũtur,vt cit Tull. Ex quo patet,quòd mortui fictione iuris, interdum dic viui, vt hîc, & ff.ad l.Aquil.l. qua actione.§.si quis in colluctatio sicut viui, quandoq; dicuntur mortui,vt deportati ff.de con.tabu. §.j.& §.penultimo.in fine. & serui, vt ff.de regulis iuris.l.quod at- net. si tamen filij mortui sunt ex causa belli, vt obsides facti ibi m- riuntur,vel ibi vulnerati posteà moriuntur, non prosunt,vt ff de ex- cusa.tuto.l. bello. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd ema- pati non prosunt,per l.amicissim.ff.de excu.tut. Solutio. Illa lex lo- tur vbi pater petebatur curator filij sui emancipati.& ideò non ha- excusationem, quia beneficio quod habeo propter te, non debeo contta te,vt ff.de mino.l.si iudex circunuento.& ideò licet vxor -litis vel Doctoris,habeat priuilegiũ à marito suo,vt vocetur do- illo tamen priuilegio vel simili,non potest vti contra maritũ,vel redes eius,vt notat Bart.in l.si post morté.ff.de contra tabu. ¶ Oppo-

8 nitur † secundò,& videtur,quòd liberi non excusant aliquem a re publico,per l.sextum.§.munus.ff.de vocati.nume. Solutio. Illa loquitur de munere patrimonij,vel de munere cui annectitur ho-

9 sed hîc loquitur de munere onerum ciuilium. ¶ Opponitur † ter- per modum replicæ,& videtur,quòd tutela non est munus publicũ per l.athletæ.& per l.spadonem.ff.de excusati.tutorum. Solutio. l. athletæ.loquitur de munere publico authoritate & vtilitate: tutela a- tem est munus publicũ authoritate,sed non vtilitate,saltem princip- ter,licet bene ex consequenti : expedit enim reipu.vt quis sua re ben- vtatur,& ideò sunt tutores:vt suprà de his,qui sui vel alieni iuris sunt. §.fin.l.aũt,spadoné.loquitur de illo, qui habuit generalé remission- munerum,sub qua non debuit cõprehendi tutela, fauore pupillorum

ſicut etaim in generali intelliguntur ſpecialia excepta in pluribus legibus, vt ff. de legat. iij. l. vxorem. §. felicisſimo. ¶ Opponitur quartò, & videtur, quòd mortui proſunt: quia monachus dicitur mortuus, vt in l. Deo nobis auxilium. C. de epiſcopis & cleri. & tamen monachus
10 prodeſt. Solutio. † Licet monachus ſit mortuus mũdo, viuit tamẽ potius, quàm ille, qui moritur in bello, qui tamen dicitur viuere regi temporali: nam monachus mortuus eſt in bello principis æterni. Spiritualia verò ſunt multò potiora tẽporalib. vt notatur in c. per venerabilem. extrà qui fil. ſint legiti. arg. l. miles. & ibi glo, ff. de re iudic. ¶ Opponitur finaliter, & videť, quòd vulnerati filij in bello, & poſteà mortui, proſunt, quia dicit Bal. & etiam Cyn. in l. j. §. ex incendijs. ff. de incen ruina, & naufra. quòd ſi aliqua ciuitas promittit ſtipendiarijs ſuis, quòd ſolueret equos mortuos in bello, tunc tenetur talis ciuitas etiam de equis vulneratis. Solutio. Non eſt ſimile, quia ſtrictius loquendum eſt in excuſatione tutorum fauore pupillorum.

§. Item diuus.

1 *Adminiſtrans res fiſcales, excuſatur à tutela, & cura. Et quid de abſente cauſa Reipubl.*
2 *Semeſtria, quæ.*
3 *Abſentes, ac etiam ſe præparantes ad iter, cauſa reipubl. excuſantur à tutela & cura.*
4 *Reipubl. qui ſeruierũt, priuilegijs gaudent, pro tẽporis impenſi modo.*
5 *Reipubl. cauſa uolentes abeſſe, & habentes tutelam, debent petere curatorem uel actorem.*

1 Summatur ſic: † Adminiſtrãs res fiſcales, excuſatur à tutela & cura: abſens etiam cauſa reipublicæ, excuſatur à tutela noua vel cura ſuſcipienda, per annum poſt reditum ſuũ, nõ autem à tutela vel cura prius habita, ſed datur curator loco eius, tempore abſentiæ ſuæ, & eo reuerſo, ſtatim recipit adminiſtrationẽ. Hoc dicit, & patet intellectus tex-
2 tus. ¶ Notãdum † primò, quòd imperatores cõſueuerũt ſex menſibus vacare ſtudio & cõponere libros, & alijs ſex menſibus vacabant bellis: & ſcripta in illis libris dicũtur ſcripta in ſemeſtrib. vt ff. de origi. iu
3 ris. l. ij. §. ex his. ¶ Notandum † ſecũdò, quòd non ſolùm excuſantur abſentes, ſed etiam præparãtes ſe ad iter cauſa Reipublicę, vt ff. de procuratoribus. l. filius. ibi dicitur de his, qui affuturi ſunt. Et ideò ambaſiatores & legati preparantes ſe, excuſantur, quia idem iudiciũ eſt de eo: quod eſt, & quod in fieri exiſtens, ipſi eſſe propinquũ eſt, vt ff. ex quib. cauſis maio. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Et ideò etiã licentiati prepãrates ſe ad inſignia doctoralia, debent gaudere priuilegio ſicut Doctores, vt eſt notabilis glo. l. penul. ff. de teſta. milit. Exiſtentes

ſtentes etiam in iſtorum comitiua, id eſt, comites ſiue ambaſiatores dum ſint inter numerum, etiam excuſantur, vt l. adminiſtrantes. §.

4 ff. de excuſa. tuto. ¶ Notandum † tertiò, quòd illi, qui ſeruierunt r. publicæ, vt milites, & alij qui honeſtè miſsi ſunt, per viginti annos ex cuſantur in perpetuum: & qui per xvj. annos, excuſantur quadriennio: & qui per duodecim, triennio: & qui vltra quinque annos ſeruierunt vno anno, ſed qui octo, duobus annis. Sub quinque autem annis non excuſantur niſi iure communi, vt ff. de excuſa. tuto. l. ſed & ſi milites.

5 ¶ Notandum † finaliter, quòd illi, qui cauſa reipubl. volunt abeſſe & habent tutelam, debent petere curatorem vel actorem, qui in abſentia eorum adminiſtret, aliâs eorum periculo geritur adminiſtratio, C. ſi tutor cauſa reipublicæ abſit. l. j.

§. Et qui poteſtatem.

1 *A tutela & cura, quæ cauſæ excuſent, per diſcurſum, uſque ad nume.*
2 *Poteſtatem habentes, excuſantur à tutela & cura.*
3 *Alienatio bonorum, in fraudem creditorum præſumitur non minus maiori parte, quàm de omnibus.*
4 *Tutelæ tres oneroſæ, uel curæ, nõ affectatæ, an excuſent quem à tutela & cura, & nu. 5. 6.*
7 *Fratres habentes unum patrimonium, & ſimul habitantes, an teneantur ſolùm ad unam exactionem, impoſitam per ciuitatem.*
8 *Paupertas, bona eſt: & excuſat à muneribus publicis.*
9 *Paupertas, quomodo hîc accipiatur.*
10 *Infirmitas, uel morbus, an excuſet à tutela.*
12 *Literatus, comparatur nobili: & præfertur illiterato.*
13 *Inimicitia an excuſet à tutela. diſting. nu. 15.*
14 *Inimicitiæ ſunt duplices.*
16 *Inimicitia capitalis, quæ.*
17 *Quæſtio ſtatus, excuſat à tutela.*
18 *Inimicitia, an repellat teſtem.*
19 *Annor. lxx. quis dicatur.*
20 *Clericus, poteſt eſſe tutor, uel curator. Quid de Epiſcopo & monachis.*
21 *Grammatici, Rhetorici, & medici, docentes in triuio, an excuſentur à tutela & cura. Quid de docẽtibus in quadriuio. Quid de Doctoribus.*
22 *Studia adulterina.*
23 *Scholaris ut gaudeat ſtudij priuilegijs, debet inſcribi matriculæ. Et quid de magiſtro.*
24 *Excuſari, quomodo hîc accipiatur.*
25 *Miles, an poſsit eſſe tutor.*

Summa

1 Summatur sic: † Duodecim sunt causæ, propter quas quis excusatur à tutela vel cura. Prima est, propter potestatem, quia habens illam, excusatur à noua tutela vel cura, sed non à suscepta, quia susceptam deserere non potest. Secunda, propter litem quam habet tutor vel curator cum pupillo vel adulto minore, si sit lis de omnibus bonis, vel de hæreditate, aliâs non. Tertiò, excusatur quis, propter tria onera tutelæ vel curæ non affectatæ diuersorum patrimoniorum, & non pupillorum. Quartò, propter paupertatem, vt si quis se imparem oneri posset docere. Quintò, propter infirmitatem. Sextò, propter literarum imperitiam. Septimò, propter inimicitias, id est, si pater aliquem dederit in testamento tutorem vel curatorem propter inimicitiam, talis habet excusationem, sicut non excusatur è regione, si se administraturum patri pupillorum promiserat: etiam non excusatur, qui hoc solo vtitur subterfugio, quòd patrem pupilli non cognouerit: propter inimicitias verò capitales, quas cum patre pupillorum non adultorum exercuit, si reconciliatio non interuenerit, à tutela & cura excusatur. Octauò, qui quæstionem status à patre pupillorum passus est. Nonò, maior lxx. annis, à tutela & cura excusatur. Decimò, minor xxv. annis, ad tutelam prohibetur aspirare. Vndecimò, propter militiã. Duodecimò, grammatici, rhetores, & medici exercentes Romæ, vel in patria sua, & si sunt intra numerum, excusantur à tutela, & cura. Hoc di-
2 cit vsque ad §. qui autem. ¶ Notandum primò, † quòd habentes potestatem sunt, sicut præfectus vigilum, annonæ, & similes, vt C. de modo mulctan. l. eos. & excusantur à tutela & cura, vt hîc dicitur, & ff. de
3 excus. tutorum. l. administrantes. ¶ Notandum † secundò, quòd idem est, esse litem de omnibus bonis, & maiori parte bonorũ, vt ff. de excusatio. tutorum. l. propter litem. Et ita præsumitur alienatio in fraudem creditorum, si fiat de maiori parte, ac si fieret de omnibus bonis. l. omnes. §. Lucius. ff. de his qui in fraud. credi. facit infrà de actio. §. item
4 si quis in fraud. notabili ij. ¶ Notandum tertiò, † quòd tres onerosæ tutelæ vel curæ non affectatæ, excusant quem à tutela vel cura, quandiu aliquis administrat illas tres tutelas: secus si non administrat illas omnes, quia tunc non excusaretur à quarta. l. si is qui tres. §. fina. ff. eo. Debent etiam istæ tutelæ esse diuersorum patrimoniorum, quia plurium pupillorum vnum patrimonium habentium, dicitur vna tutela. Non enim numerus pupillorum, plures tutelas facit, sed separatio pa-
5 trimoniorum, vt hîc in glossa. ¶ Notandum † quartò, quòd sufficit ista onera esse in vna domo, vt si pater habeat duas tutelas, & filius vnam, excusantur, vt ff. de excusa. tutor. l. diximus. Et dicitur onera; quia si sunt leues tutelæ, non excusant in isto numero; sicut è regione; si sit vna tam grauis tutela, vt æquiualeat tribus, præstat excusationẽ,

l vt ff. de

vt ff.de excusa.tutor.l.si is,qui tres. & in simili dicit Bald.in Auth. sed nouo iure. C.de seruis & fugi.quòd licet fur de iure non poss... niri morte,nisi tertiò furatus sit,quia tunc dicitur famosus latro,... pitalium. §.famosus. ff.de pœnis. si tamen vnum furtum fecerit,...
6 tribus æquiualuit,puniendus est morte. ¶ Notandum † quintò,... tutela affectata non excusat.l.tria onera. ff.eodem. & ponit in... rationem,quia hoc portat quis leuiter,quod portat libenter, vt l... idem est de absentia causa Reipublicæ, vt ff.ex quibus causis ma... & qui data. Et ideò ambasiatores practicantes legationem suam... ce,vel munere,ex quo per hoc declarantur eam affectare,si in... lientur,non possunt petere restitutionem, vt notant Docto. in l... causas. §.non omnia.ff.mandati.& Barto.in l.si seruus.§.quod... ff.de furt. Et istud facit contra simoniacos,qui emunt officia,quia talia non excusantur ab his,à quibus ipsum officium eos excusare...
7 qui data opera. ff.ex quibus causis maio. ¶ Notandum † sextò... glos.ibi,si quis tutor. quòd ista glos.coniuncta text.facit argum... si ponatur aliqua tallia vel præstantia in ciuitate, quòd fratres ha... tes vnum patrimonium, debent soluere tantùm vnam talliam vel... stantiam : secus si habent diuersa patrimonia,quanquam etiam in... dem domo morentur,de quo per Barto.in d.l. diximus. §.si pater...
8 ¶ Notandum † septimò,circa §. & propter paupertatem, quòd... pertas excusat quem à muneribus publicis,&c. Nota, quòd paupe... prodest,à quo prodesse liberet nos omnipotens Deus,de quo per... l.id quod pauperibus. C.de episco.& cleri.& suprà dictum fuit,ex...
9 bus causis manumittere non licet. ¶ Notandum † octauò,quòd... pertas non accipitur,hîc sicut in l.nonnulli. ff.de accusa.vbi paupe... citur, qui non habet quinquaginta aureos. Nec accipitur pau... eo cuius facultates minores sunt, quàm bona pupilli, de qua in... pertas.ff.de excusatio.tut. sed accipitur hîc pauper,& impar o... eo qui laboribus est implicitus, & tota die victũ proprio sude... rit,quod facit in argumentum,si testator legauit centum pro pa... bus puellis maritandis(sicut in hac insigni ciuitate,per quendam... dispositum est) possent ex illis maritari puellæ, quæ faciunt a... opus manuale,& quæ victum & amictum quærunt per labores... dum Barto.in l.paupertas. ff.eodem. Quanquam aliàs bene habe... ratio officij & ministerij in eo,qui præstare tantum debet,quant... test,vt notat glos.si quis argentum. §.sed & si quis. C. de donat... militer habetur etiam talis ratio in filio, qui petit alimenta à patre... §.si quis à liber. ff.de liber.agnoscen. Et qualiter probetur paupe... & quis eam probare habet,dicit Bart. in l.si constante. solu.matri...
10 ¶ Notandum † nonò,quòd infirmitas vel morbus, excusat à tute... sit p...

ſit perpetua, vt hîc, & C.qui mor.l.j.lib.x. Sed ſi infirmitas ſit temporalis, datur interim curator, vt ff.de excuſa.tuto.l.non ſolum. Et quia infirmitas excuſat à tutela, ſequitur etiam quòd excuſat ad non comparendum in iudicio, quia ſi iudex contra infirmum abſentem ferat ſententiam ſcienter, eſt ipſo iure nulla: ſed ſi ignoranter, ſententia eſt per reſtitutionem reſcindenda, vt notat Bartol.in l.quæſitum. ff.de re iudi.& ideò cautela eſt, vt ægrotans ſemper inſinuet iudici ſuam ægri
11 tudinem, ſecundum Barto.in d.l.quæſitum. ¶ Notandum † nonò adhuc, quòd literatus admittitur ad aliquid, ad quod non admittitur illiteratus, vt hîc, & in Authenti.de iudic. § .j.collatio.vj. Et literati comparantur nobilibus. ff.pro ſocio. l.v. Et ideò in præbendis & canonicatibus, priuilegiantur literati ſicut nobiles, facit c.de multa. extrà de
12 præben.& c.ad decorem.extrà de inſtitu. ¶ Notandũ decimò, † quòd ſi pater dat aliquem tutorem filio ſuo vt vexetur, videtur hoc facere propter inimicitiam, & ergo talis excuſatur: ſed ſi aliqua ſit inimicitia inter patrem pupilli, & tutorem, ſequens teſtamentũ non præſtat excuſationem, quia pater videtur illam remiſiſſe, dando talem filio ſuo tutorem, vt ff.de excuſa.tuto.l. Athletæ. § .dat remiſsionem. ¶ Notan-
13 dum vndecimò, † quòd ſi aliquis promiſit ſe acceptaturum tutelam, non excuſatur, quanuis aliâs excuſaretur, vt hîc, & ff.de teſtament.tutel.l.ex ſententia. Si tamen ſe ſcripſit in teſtamento, adhuc excuſatur, niſi ſit valde idoneus, vel pater eum approbauit, vt notat Barto.in d.l. ex ſententia. Et idem videtur de executore teſtamenti, quòd ſi promittat ſe executurum, cogitur facere, vt in c.religioſi.de teſtamen.lib. vj. Et ratio eſt, quia faciens actum contrarium priuilegio ſuo, videtur priuilegio renuntiare, vt notat Cynus in l.voluntaria. C.de excuſat. tuto.& Innocen.in c.accedentibus.extrà de priuilegijs. ¶ Notandum
14 † duodecimò, quòd inimicitiæ ſunt duplices, capitales & leues. Si ſunt
15 capitales ſiue graues, tunc aut tutela eſt teſtamentaria, aut alia. † Si primum, tũc ſi interueniant poſt teſtamentũ, excuſant, vt § .ſi autem ante teſtamentũ, & poſteà datur tutor in teſtamento, nõ excuſant, quia videtur reconciliare: & hoc, niſi faciat teſtator teſtamentũ, quod grauet tutorem, & pluribus negotijs eum implicet.l. Athletæ. § .dat remiſsionem.ff.eod. Et hoc intelligendũ eſt etiam, ſi inimicitiæ tales ortæ ſint ex culpa tutoris, quia tũc non intelligeretur reconciliare: quia offenſi eſt remittere, & nõ offendentis, vt d. § .remiſsionem. ſi verò loquatur de alia tutela, tũc excuſant, quia non eſt locus coniecturationi remiſſionis. Si verò inimicitiæ ſunt leues, nõ excuſant aliquẽ, quia leuis iniu
16 ria nõ reuocat legatũ. ff.de adimen.leg.l.iij.in fin. † Dicitẽ autẽ inimicitia capitalis, quãdo tantũ incandet aliquis contra eũ, quòd velit eum mortẽ obire, nõ tamen eſt facile determinabile, quæ inimicitia dicatur

capitalis, eò quòd multis modis dicitur talis inimicitia. ¶ Nota
17 † tertiodecimò, quòd quæstio status est, si pater pupilli dixit, inter 23
tutorem, esse seruum suum, vel libertum, vt notatur infrà de act.
præiudiciales. & ratio est, quia aliâs assimilatur ista quæstio ac
tioni mortis, vt ff. quòd metus cau. l. isti. §. j. & sic est inimicitia
talis, & excusat ista quæstio quem à tutela, si non moueatur frau
ter, quia tunc non excusaret. Et est simile de inimicitia. l. Athlet
18 amplius. ff. eod. l. ij. §. fina. ff. si quis cautio. quod facit † ad teste
testes propter inimicitiam repelluntur à testimonio. Si autem h
modi inimicitia cautelosè introducit, sicut exẽpli gratia, Volo pro
cere testem contra te, & tu procuras, quòd ille dat tibi alapam a
nem, vt excipias contra eum de inimicitia, quia talis fraudulenta
citia non prodest, vt notat Bar. l. j. §. cùm quis latrones. ff. de quæ
19 nibus. ¶ Notandum † quartodecimò, quòd ille dicitur lxx. anno
qui annum septuagesimum compleuit. ff. de iure immunita. l. iij.
enim non esset maior lxx. annis, vt ff. de minori. l. iiij. §. minores
patet hîc aliquid fieri propter senium, quod aliâs non fieret, vt ff.
20 re immuni. l. semper. ¶ Notandum † quintodecimò, quòd miles C
sti, id est, clericus, potest esse tutor vel curator, & habet delibera
nem quatuor mensium, sed non compellitur, vt notatur in Auth.
presbyteros. C. de episc. & cler. Episcopi tamen & monachi, non
sunt esse tutores iure ciuili, vt in d. Auth. presbyteros. iure tamen ca
nico possunt, vt in glo. in c. peruenit. lxxxviij. distin. Sed milites s
lares non possunt esse tutores, vt ff. qui tuto. dari pos. l. armatæ, §
21 litiæ. ¶ Notandũ † finaliter, quòd grammatici, rhetorici, medici 24
centes in triuio excusantur, vt hîc dicitur, & ff. de excusa. tuto. l. ñ.
Exercentes autem in quadriuio, id est, in arithmetica, musica, ge
tria, & astronomia, non excusantur, vt ff. de excusa. tuto. l. ge
Doctores autem iuris non excusantur, vt notatur in l. sed re
ff. de excus. tuto. nisi in Roma, quia Roma est communis pat
municipa. l. Roma. vel nisi sint in consilio principis. C. de excu
l. iurisperitos. Prædicti tamen, scilicet grammatici, etiam non ex
tur, nisi sint intra numerum descripti, qui non potest esse vltra
de excusa. tuto. l. si duas. non etiam excusantur nisi Romæ, & in p
sua, & in studijs priuilegiatis, vt est studium Bononieñ. quod in
sub Theodosio, anno domini cccc. xxj. vt in glos. in verbo hoc
in prooemio Digestorum. & studium Parisieñ. quod incepit sub
rolo magno, qui incepit regnare anno octingentesimosecundo se
dum chronographos. Si enim exerceant in ciuitatibus, in quibus
22 est studium priuilegiatum, nõ excusantur, quia † illa vocantur st
adulterina, vt in glo. & per Bal. in l. sed reprobare. ff. de excus. tuto.
de

debent isti exercere per se, & non per alium: non excusantur, vt ff. de
23 excusa.tut.l.fin. † Ex quo patet, quòd scholaris volens gaudere priuilegijs studij, debet inscribi in matricula, vt in glo. in l.j. C. de offi. mili. & si non studeat vel studium dimittat per quinque annos, non gaudet amodo priuilegijs studij, vt in l.ij. C. de primicerijs. lib. xij. vel etiã si transferat se ad aliud officium, vt in l. legatum. §. ex officio. ff. de lega. iij. vel etiam si scholaris sit multum deuius & dischoulus, vt in l. si duas. §. decet. ff. de excusatio. tuto. Et gaudet magister eisdem priuilegijs, sicut scholaris, vt in glos. l.j. C. de excusatio. artificum. lib. x. In qua glossa etiam habentur isti versus:

Discere si quæris, doceas, sic ipse docêris:
Nam studio tali tibi proficis atque sodali.

¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd habens potestatem, etiam excusetur ab incepta tutela, per l. iurisperitos. C. de excus. tut. Solutio. Illa lex loquitur de illis, qui sunt apud latus vel in consilio principis, & tales excusantur etiam ab incepta tutela. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd habentes litem cum pupillis, non possunt esse tutores, licet non sit de omnibus bonis, vel maiori parte, vel hæreditate, per §. primum. in Authen. vt hi, qui obliga. perhi. se habere res minorum. colla. vj. Solutio. Illud est nouum ius, & corrigit istud, quia hodie etiam debitores non possunt esse tutores, saltem legitimi vel datiui. De quo etiam suprà dictum est de authori. tuto. in §. fin. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd existens in aduersa valetudine perpetuò, saltem non est excusandus, quia non potest esse tutor, per l.j. ff. de tutelis. Solutio.
24 † Excusari, capitur hîc impropriè, vt extendit se ad non posse esse tutorem vel curatoré, sicut etiam dicitur hîc in §. minores. quòd excusabantur. ¶ Opponitur quartò, & videtur, quòd ille §. similiter eum, qui literas, contradicat sibijpsi: quia primò dicitur, quòd illiteratus excusatur: & posteà dicitur, quòd sufficit ad administrationem. Solutio. Primò loquitur de illiteratis, simplicibus & rudibus, sed posteà loquitur de industriosis & expertis. Illi enim non excusantur, vt notatur in l. athletæ. §. de rusticis. ff. de excusa. tutor. Et possunt illi esse iudices & scabini, vt notatur in l.j. ff. quod quisq; iuris statuit, quia experti in causis possunt dare iudicium, vt C. de iudi. l. penul. sicut etiam possunt esse decuriones, vt C. de decuri. l. expertos. lib. x. Sed non possunt esse aduocati, quia illi debent quinq; annis studuisse, vt C. de aduoca. diuers. iudicio. l. nemini. ¶ Opponitur quintò, & videtur, quòd non oportet maiorem cõpleuisse lxx. annũ, per l. ad rẽpublicam. ff. de muner. & hono. Solutio. Non loquitur ibi de munere tutelæ vel curæ, sed de alijs muneribus. Sed replicatur per l. fin. C. de his, qui ętate. lib. x. vbi dicitur

de quinquagintaquinq; annis.& per l.inuiti.ff. de testibus. vbi de de lx.annis.Solutio. Lex ista finalis loquitur de custodia muror. dicit Bar.quòd scholares excusantur à custodia murorũ,vt in l. de his qui ætate.lib.x.& lex inuiti,loquitur de reuerentia,quæ est

25 hibẽda illis,qui sunt prouectæ ætatis. ¶ Opponitur † sextò.& vide quòd miles potest esse tutor,per l.propter magistratum.ff.de ex tuto & per l.adigere.§.quãuis ff. de iure pat. Solutio. lex propter gistratũ.loquitur respectu cõmilitonis,&sic potest esse tutor.Et adigere,loquitur de militibus nostri tẽporis,de illis precipuè,qui cupãt se in rebus militaribus,sed potius in negociatiõib. Illi tamẽ lites sunt honorãdi,nec possunt torqueri,vt in l.militia.C.de qua

§ Qui autem uult se ex.

1 *Excusationibus pluribus propositis, una non probata, nihilominus probari possunt, infra tempus constitutũ. Quid de exceptionibus, nu.*

3 *Exceptiones debent specificè proponi.*

4 *Excusatio, quid differat ab appellatione.*

5 *Excusationis cognitio infra quot dies terminanda.*

6 *Milliare, quot passibus constet.*

7 *Distanti ultra centum milliaria, quantum tempus dabitur.*

8 *Procurator datus simplicter, intelligitur datus ad omnes causas.*

9 *Tutor an teneatur ignorantiam suam probare.*

1 Summatur sic: † Propositis pluribus excusationibus,vna nõ pro ta,nihilominus aliæ probari possunt,infra tempus constitutũ,& se excusare,non debet appellare, sed intra quinquaginta dies, cognouit se tutorem vel curatorem datum,debet excusationem proponere,si sit infra centesimũ lapidem à loco,vbi datus est si vltrà,habebit pro quibuslibet xx. milliaribus vnum diem, hoc xxx.dies,& tutor datus simpliciter,intelligitur datus ad o

2 na. ¶ Notandũ † primò,quòd illud,quod dicitur hîc de plur sationibus,potest etiam intelligi de exceptionibus,& sicut nõ in principio omnes excusationes proponere, quia intra tẽpus nouæ proponi & probari : sic etiã in exceptionibus vna non pro possunt aliæ probari,etiam quæ nõ sunt propositæ in initio cau hoc est,quod aduocati habent in practica, dicentes hæc infra Dico,propono & excipio,& ad probandum ea admitti peto,in tum faciunt pro victoria causæ partis meæ,& non aliâs,ad super probationes minimè me adstringẽs,de quo protestor. Et facit ad

3 §.l.propter litẽ.ff.de excusati.tut. Exceptiones † tamẽ specificè proponi,nec sufficit eas proponi in generali,vt no.Bal.in.l.scire tet §.scire.ff.de excusatio.tutorum. Et ideò aduocati frustra dicere

4 dicendo in genere,alijs exceptionibus mihi saluis. ¶ Notandũ † secũdò,quòd excusatio differt ab appellatione, quia appellatio deuoluit causam ad aliũ iudicẽ,vt C.de appella.l.cos. Sed cognitio excusationis manet apud iudicẽ,corã quo est proposita. Appellatio etiã fieri debet infra x.dies, vt in Authẽ.hodie. C.de appel. Sed excusatio fieri potest intra quinquaginta dies,vt hîc, & à datione tutelæ nõ appellatur. vt hîc,& C.de appel.l.hi,qui. Ratio autẽ quare in alijs muneribus appellatur infra x.dies, & in datione tutelæ excusatio potest fieri infra quinquaginta dies,est,quia in alijs muneribus cõsistit vtilitas reipublicæ,& ideò celerius in illis proceditur,ne respublica per dilationẽ periclitetur,vt vult Cy.in d.l. hi , qui. Et debet excusatio fieri in scriptis, vt l.scire.ff.de excusa.tuto.Si tamẽ fiat sine scriptis,nõ redditur processus nullus,vt hîc dicit Io. Fa.& habetur in glo.in c.prudentiã.extrà de
5 offi.deleg. ¶ Notandum † tertiò, quòd isti quinquaginta dies cõputari debent à tempore notitiæ dationis tutelæ, & cognitio causæ excusationis finiri debet infra quatuor menses,in quibus etiam continentur isti quinquaginta dies,vt in l. quinquaginta.ff.de excusa.tuto. Cognitio aũt causę in alijs muneribus finiri debet infra duos menses,vt C.de tẽpo.appella.l.ij. Et præsumitur tutor datus ignorare dationẽ tutelæ, quãdiu non cõstat eum scire,vt ff.de administra.tuto.l. hîc autẽ.quia in facto alieno tolerabilis est ignorantia,vt ff. de probatio.l. verius.
6 ¶ Notãdũ † quartò,quòd per lapidẽ intelligitur hîc milliare,quia milliaria solent distingui per positionẽ lapidis,ff.si quis cautio.l.j. Et faciunt mille passus milliare,& quinq; pedes passum,vt in gl.in l.iij.ff.de verb.signi. Et continet pes xv.digitos,vt in glos.in c.sicut antiquitas. xvj.q.iiij. Dicunt tamen canonistæ,& bene.quòd milliare debet accipi secundũ consuetudinem loci,in c.statutũ.de rescrip.lib.vj. & ibi glo. Dicit autẽ Bar.quòd ista computatio fieri debet secundũ viam magis vsitatam, & non per rectũ vel obliquum,nec debet fieri à portis ciuitatũ,sed à continentijs ædificiorum,in l.j.ff. si quis cautio. ¶ Notan-
7 dum † quintò,quòd æquale tempus datur pro excusatione distantis à loco dationis tutelæ,infra centũ milliaria,& supra:nisi distet vltra quadringẽta milliaria quod sic declaratur:Si enim distat infra cẽtũ,habet quinquaginta dies, & si distet vltra centũ , habet pro quibuslibet xx. milliaribus vnũ diẽ.& adhuc xxx.dies,vt ff.si quis cau.l.j. Ponatur ergo,quòd distet per centũ & xx.milliaria,pro cẽtũ habebit v.dies quia quinquies xx.faciũt.c.& pro alijs xx.qui sunt vltra centũ,habebit vnũ diẽ.& ita habebit sex dies,& ex cõi additione xxx.& ita in toto habebit solũ xxxvj.dies,qui debẽt cõpleri vsq; ad.l. Verũ hoc est ex mente legis,nõ aũt ex verbis,l.scire.§. aliud aũt.ff.e. Et si distet per trecẽta milliaria.habebit xv.dies pro quibuslibet xx.milliaribus.& xxx.ex cõ

muni additione,& ita habebit xlv.dies, pro quibus dantur quinqua-
ginta,& sic non habet plus distans per treceta milliaria,quã alius, &
distat per quadringẽta milliaria,habet xx.dies,& cum xxx additis p
cisè,habet quinquaginta , & si vltra distet per xx. milliaria , habet
quinquaginta & vnum dies,& sic consequenter. Ex quo clarè intel-
8 gitur glo.hîc super verbo computari. ¶ Notandum † finaliter, quòd
sicut tutor datus simpliciter,intelligitur datus ad omnia bona, sic et
procurator datus simpliciter,intelligitur datus vel constitutus ad o
causas,vt vult Bar.in l.j. §.si pupillus.ff. de tutelis. ¶ Opponitur pri-
mò contra prædicta,& videtur,quòd non probata vna excusatione
non debet quis admitti ad probandum alias,per l.contra maiores. C.
de inoffic.testamen.Solutio. In illa l. voluit ille contraria proponere
quod nõ potuit etiam ab initio,& ideò tanquã sibijpsi contrarius, n
fuit audiendus. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd ab excusatio-
ne dationis tutelæ potest quis appellare,per l.cùm in vna.ff. de appe.
Solutio. Ibi non appellabatur à datione tutelæ, sed à sententia contra
excusationem lata,à qua bene potest appellari, vt ff.quãdo appellan.
9 sit l.j. §.si quis tutor. ¶ Opponitur † tertiò,& videtur,quòd tutor de-
bet ignorantiam suam probare,per l.si tutor. C.de periculo tuto. So-
lutio. Illa lex loquitur in notorijs,in quo casu certè haberet ignoran-
tiam suam probare, vt ff.de iuris & fac.ignoran.l.regula. Ex quo pa-
tet,quòd studentes contra statuta vniuersitatis delinquentes, no pos-
sunt se per ignorantiam excusare,quia sunt notoria. ¶ Opponitur fi-
naliter,& videtur,quòd tutor datus,non intelligitur datus ad omnia
bona,per l.propter litem.ff.de excusatio.tuto. Solutio. In illa lege tu-
tor datus est particularibus rebus,quia res pupilli erant in diuersis pro-
uincijs.& ideò tutor primò datus excusabat se , vt non gereret extra
prouinciam suam ,& sic primò datus erat ad omnia bona.

§. *Qui tutelam alicuius.*

1 *Tutor finita tutela,non compellitur esse curator.*
2 *Maritus non potest esse curator uxoris suæ:procurator esse tamẽ pot-*
3 *Maritus licet se immiscuerit curæ uxoris,excusatur tamen.*

1 Summatur sic: † Tutor finita tuela , non compellitur esse curator
& maritus datus curator vxori suæ,potest se excusare,quanuis se im-
miscuerit. Hoc dicit. ¶ Notandũ primò,quòd ille,qui fuit tutor, sati
seruiuit,vt C.de neg.ge.l.tutori.& ideò nõ cogiĩ esse curator, vt hîc.
2 C.de excus.tut.l.curator. ¶ Notandũ † secũdò,quòd maritus nõ pot
esse curator vxoris suę,vt C.q tut.da.pos.l.maritus. Et ideò excusan.
capiĩ hîc impropriè, vt suprà eo. §.item propter aduersam. Et idẽ est
de sponso,sicut de marito,vt ff.de excus.tut.l.j. Potest tamen maritus
esse

esse procurator vxoris, vt C. de procurato. l. maritus. Et ratio differétiæ est, quia curator habet pleniorem potestatem, quàm procurator. Et potest procurator contraria voluntate reuocari re adhuc integra, vt infrà mandati. §. mandatum. qnod non est de curatore. Potest tamen maritus esse curator vxoris ad litem, vt vult Bar. in l. maritus. C. de procurato. & Spec. in titulo de procurato. §. quid autem. versi. sed nunquàm. licet Salicetus aliter dicat in d. l. maritus. primum tamen est
3 verius & communius. ¶ Notandum † finaliter, quòd maritus excusatur, licet se immiscuerit, quod nó est in alijs tutoribus & curatoribus, qui postquàm se immiscuerunt, non excusantur, C. si ex falsis allegatio. l. ij. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd tutor cogitur esse curator, per l. liberos. C. de excusa. tut. Solutio. Illa lex loquitur de liberto, qui certè cogitur finita tutela gerere curam filiorum patroni sui. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd frustra dicitur hîc de curatore marito. quia curator vel tutor non potest illam habere vxoré, cuius fuit curator vel tutor, C. de interdicto matrimonio inter tutorem & pupillam. per totum. Solutio. Textus loquitur hîc de curatore dato post matrimonium. Et si ignorãter datus est, debet statim, cùm sciuerit alium petere, vt C. de excusa. tutorum. l. amplissimi.

§. Si qui autem.

1 *Excusatio facta falsis allegationibus, non liberat à tutela.*
2 *Falsitas, est ueritatis immutatio.*
3 *Sententia lata pro excusatione, ex falsis allegationibus facta, an teneat.*
4 *Sententia, prece, pretio, uel gratia lata, an ualeat.*

1 Excusatio facta † falsis allegationibus, non liberat à tutela. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd falsitas est im-
2 mutatio veritatis, in Authen. de fide instru. in princ. colla. vj. Et habet istud locum, non solùm in falsa allegatione, sed etiam si sit iniusta, vt C. si ex falsis alleg. l. j. Etiam si sit allegatio facta ignoranter, vt C. si ex falsis alleg. l. fi. Et tenetur à tempore dationis tutelæ, vt C. si ex fal-
3 sis allegationibus. l. j. ¶ Notandum † secundò quòd sententia lata pro excusatione, ex falsis allegationibus facta, non tenet, siue lata sit contra præsentem, siue absentem, siue pretio vel gratia, vt C. si ex falsis alleg. l. fi. Alia autem sententia ex falsis allegationibus lata cótra præsentem, tenet, sed datur restitutio, vt ff. de re iudic. l. diuus. Lata autem contra absentem scienter, est nulla, vt ff. de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. sed si ignoranter, tenet: sed datur restitutio, vt C. si ex falsis allega.
4 l. fi. & dicta l. diuus. † Sentétia verò prece, vel pretio lata, est nulla ipso iure, vt C. quando prouocare non est necesse. l. venales. Si autem lata sit per gratiã, vel amicitiã, vel ambitionem, tenet, sed datur restitutio,

vt l.seruo inuito. §.cùm prætor.ff.ad Trebellianum. Et an senten
lata sit ex prece,pretio,vel gratia, cognoscitur ex qualitate person
vt notatur in l.fin.in verbo,ex personis.ff.de actioni. & obligation

DE SVSPECTIS TVTORIBVS VEL CVRATORIBVS.

TITVL. XXVI.

CONtinuatur, sicut dictum est suprà,in cõtinuatione ti tuli proximi. Et diuiditur iste titulus in quinq; partes. In prima declaratur,qui possunt de suspecto tutore co gnoscere. In secunda ibi, ostendimus, declaratur, qui possunt suspecti accusari. In tertia ibi,cõsequens, declaratur,qui possunt suspectũ accusare. In quarta ibi,suspectus. ponuntur causæ suspicionis. In quinta ibi,libertus. ponuntur pœnę suspectorum.

§. Sciendum.

1 *Tutor suspectus à quo remoueatur,crimine cognito.*

2 *Accusans aliquem criminaliter,debet se inscribere:& deficientis pœna.*

3 *Actio criminaliter intentata contra suspectum, coram quo Iudice agitanda.*

4 *Delegatus proconsulis,quæ habeat specialia.*

1 Summatur sic: † Crimen suspecti tutoris descendẽs à l.xij.tabularũ cognoscitur,& de eo suspectus remouetur Romæ à prætore, in pro-
2 uincijs à præside,& legato procõsulis. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò quòd accusans suspectum criminaliter,debet se inscribere,vt ff. de priua.delictis.l.fi. Et si deficiat in accusatione,pœna sua est infamia loco talionis,vt infrà eo. §.suspectus. vel est pœna, extraordinariè per iudicem infligenda,sicut etiam infligitur tutori,vt infrà eo. §. si quis præsens. Sed si accusat ciuiliter,non tenetur se inscribere,vt ff.de suspecto.l.j. Potest etiam iudex sine accusatione procedere ad remouendum tutorem suspectum, vt ff. de muneri.& honori.l. rescripto. §. si.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd si agatur criminaliter de suspecto, non potest agi coram delegato,sed coram ordinario iudice. Sed si agitur ciuiliter potest agi coram quocũq; delegato, quantũ ad cognitionem causæ,sed quo ad sententiã non potest, nisi corã delegato proconsu-
4 lis vel prætoris. Nam † delegatus procõsulis habet duo specialia. Vnum est,quòd potest cognoscere & pronunciare de suspecto tutore, vt ff. de offi.eius,cui mandata est iurisdic. l.cognitio. Aliud est,quòd in criminalibus potest cognoscere,licet nõ pronũciare,vt ff.de offi. procõsu.l.solent. Et est hæc actio de tutore suspecto mista,quia si agitur solùm ad remotionẽ,est actio ciuilis,& potest interuenire procurator, vt ff.

vt ff. de procu. l. non solùm. Sed si agitur ad pœnam, est criminalis & non interuenit procurator, vt in glo. in l. j. ff. de sepul. viola. Et est simile de actione adulterij, quia si agatur solùm ad separationẽ tori, est actio ciuilis, si aũt ad pœnam, est criminalis, & secundũ hoc potest interuenire procurator vel non, vt notatur in c. tuæ fraternitati. extrà de procura. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur primò, quòd accusans suspectum non tenetur se inscribere, per l. iij. §. prætereà. ff. de suspe. tuto. Solutio. In illa l. iudex procedit sine accusatione. & ideò non est inscriptio. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd legatus proconsulis nõ habeat deponere suspectum, per l. j. §. suspecti. ff. ad turpillia. Solutio. Illa lex loquitur de delegatis in communi, & non solùm de legato vel delegato proconsulis.

§. *Ostendimus.*

1 *Tutores qualitercunque dati, an possint accusari tanquã suspecti. & nu. 3. Quid in curatore. nu. 2.*

1 Tutores † qualitercunq; dati, possunt accusari tanquam suspecti, sed parcendum est famæ patroni, sic vt suspectus remoueatur. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notãdum, † quòd istud etiam habet locum in curatore, sicut in tutore, vt ff. de suspectis tuto. l. iij. §. non tantum. ¶ Opponitur primò contra ista. & videtur, quòd non bene dicitur in textu, quòd omnes tutores possunt tanquam suspecti accusari & remoueri, quia aliqui sunt boni tutores, qui sunt remouendi, quanuis etiam essent pauperes, vt infrà eod. §. fina. Solutio. Omnes, distribuit hîc pro generibus singulorum, & non pro singulis generum. sic scilicet, vt omnes tutores. i. testamentarij, legitimi & datiui, possunt accusari & remoueri, sed non sic, quòd iste vel iste bonus tutor sit accusandus, & simile habitum est suprà quib. mo. tutela finitur. §. sed & capitis
3 diminu. ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd suspectus tutor non debet remoueri, sed debet dari curator in locum eius, vt ff. de suspect. tuto. l. tutor. Solutio. Lex illa non loquitur præceptiuè, sed consultiuè, Simile est ff. de nuptijs. l. viduæ. ¶ Opponitur finaliter sic, & videtur, quòd non põt parci famæ patroni, si remoueatur à tutela, per §. suspectus. infrà eo. Solutio. In remotiõe patroni à tutela, nõ debet exprimi causa, & per hoc parcitur famę eius, vt ff. de suspec. tuto. l. hæ enim.

§. *Consequens.*

1 *Accusatio de publico, est quasi publica actio.*
2 *Actio quasi publica.*
3 *Mulieres, an & quæ possint accusare de suspecto.*
4 *Puberes an possint curatores suos accusare.*
5 *Consilium alterius, quando sequendum.*

Accusatio

1 Accuſatio † de ſuſpecto, eſt quaſi publica actio, & competit omnibus, etiam mulieribus pietate motis, ſed impuberes non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos accuſare, puberes autem poſſunt curatores ſuos de conſilio neceſſariorũ, id eſt, conſanguineorũ, ſuſpectos accuſare. Hoc
2 dicit. ¶ Notãdum † primò, quòd iſta actio dicitur eſſe quaſi publica, id eſt, populica, quia competit quaſi cuilibet de populo, vt infrà de publicis iudi. §. j. Et dicitur quaſi, quia non omnes poſſunt accuſare, vt
3 impuberes. ¶ Notandum † ſecundò, quòd mulieres de ſuſpecto poſſunt accuſare, ſed non de alijs, vt ff. de accuſatio. l. qui accuſare. Et poſſunt ſolùm de ſuſpecto accuſare, quæ mouentur pietate, & non egrediuntur verecũdiam ſexus, ſicut fecit Calphurnia, vt ff. de poſtulando l. j. §. ſexum. Nec poſſunt mulieres poſtulare in alijs cauſis, vt eadem
4 l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. ¶ Notandum † finaliter, quòd puberes non poſſunt curatores ſuos accuſare, niſi de conſilio conſanguineorũ ſuorum, & tenentur conſilium ſequi, vt hîc & ff. de in litem iurando. l. vi-
5 deamus. §. adoleſcens. quia non habent plenũ intellectum. † Et ideò prælatus accuſatus de dilapidatione bonorum eccleſiæ, cui datus eſt coadiutor, tenetur ſequi conſilium illius coadiutoris: vt in c. venerabili. extrà de offi. delega. Sed ſi quis habens plenum intellectum, tenetur aliquid facere cum conſilio alterius, ſi ille participat ſecum in officio, tunc tenetur cõſilium eius ſequi, vt in l. Titium aut Meuium. ff. de adminiſta. tutorum. Sed ſi non participat ſecum in officio, debet ab eo conſilium capere, ſed non tenetur ſequi, vt in c. cùm olim. extrà de arbitris. & in glo. in l. j. ff. mandati. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd mater non poſsit accuſare de ſuſpecto, quia non poteſt litem iurare, vt ff. de in litem iurando. l. videamus. §. ſed nec. Solutio. Non eſt ſimile de iuramẽto in litem, & de iſta accuſatione, quia poſtquàm iuratum eſt in litem, iudex neceſſariò habet pronũciare. Si ergo mater iuraret in litem, eſſet ſibi quaſi cõmiſſum iudicium pro filio, quod non debet admitti, propter affectionem, quam mater habet ad filium, & ſic fortè committeret periuriũ, vt in Authẽ. de iudicibus §. oportet. colla. vj. Sed poſt accuſationẽ põt iudex ſuſpectũ nõ remouere, quia hoc eſt in arbitrio ſuo. Et iſtud eſt, quod vult hîc glo. valde obſcurè loquens ſuper verbo, procedit.

§. *Suſpectus.*

1 *Adminiſtrans fraudulenter, uel infideliter, ut ſuſpectus debet remoueri quamuis ſit ſoluendo.*
2 *Tutor ſuſpectus poteſt remoueri tripliciter.*
3 *Dolus, lata culpa, & leuiſsima, & caſus fortuitus, quid differant.*
4 *Culpa lata, in quo æquiparetur dolo, & in quo diſcrepet.*

Fama

5 *Fama, quid. Quid infamia.*
6 *Infamiæ tres effectus.*
7 *Administratio interdicitur, pendente accusatione de suspecto tutore.*
8 *Tutor, quamuis diues, non tenetur alere pupillum pauperem de suis bonis: nec econtrà pupillus tutorem.*
9 *Mendacium omne scienter fit.*
10 *Tutela, est officium gratuitum.*

1 Qui fraudulenter † vel infideliter administrat, licet soluendo sit, tamen vt suspectus debet remoueri. Remotus aũt propter dolum est infamis, sed non remotus propter culpam. Et pendente accusatione interdicitur administratio, & si tutor vel curator interim moriatur, finitur cognitio suspecti. Et tutore se absentante, ne pupillo præstet alimenta, debet pupillus mitti in possessionẽ bonorũ eius, & quæ seruando seruari non possunt, cum curatore sunt distrahenda, & tutor propter hoc remouetur vt suspectus. Sed si tutor præsens propter inopiã, negat pupillo alimenta, & si hoc per mendaciũ dixerit, remittitur ad superiorem iudicem puniendus, sicut ille, qui tutelam per pecuniam, re
2 demit. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, † quòd suspectus tutor potest remoueri ante administrationem, vel in ipsa administratiõe, vel post administrationem. Si ante, non debet accusari, nisi propter dolum remoueatur, vt ff. de suspec. tutoribus. l. hæ enim. & C. eo. l. iij. In ipsa autem administratione remouendus potest accusari. Et ratio diuersitatis est, quia plus delinquit, qui malè administrat, quàm qui nullo modo administrat, vt l. Iulianus. & l. si sterilis. §. cùm per venditionem. ff. de actio. emp. Sed post administationem nõ agitur de suspecto, sed actione tutelæ, vel actione de ratiocinijs distrahendis. Quando igitur istæ actiones dantur & nascũtur, & quæ actio concurrit cum actione
3 tutelæ, dictum est suprà de Attilia. tuto. circa §. fin. ¶ Notandum † secũdò, quòd dolus, lata culpa, & leuissima culpa, & casus fortuitus, differunt sic: Quia dolus est fraudulenta machinatio ad decipiendũ homines introducta, vt ff. de dolo. l. j. §. dolum. Sed lata culpa est, ignorare, quod omnes scire debent, vt non dimittere librũ in platea, ff. de verb. signific. l. latæ culpæ. Sed leuis culpa est ignorare, quod diligens paterfamiliâs scire debet, vt dimittere cameram apertã. Leuissima autem culpa est ignorare, quod diligentissimus paterfamiliâs scire debet vt dimittere tassias argenteas extra clausuram in camera, tamen clausa, vel non claudere librum in cista. Sed casus fortuitus est, qui præui
4 deri non potest. † Et comparatur lata culpa dolo, vt ff. si men. fal. mo. dixerit. l. j. §. hec actio. exceptis tribus. Primò, in remotione suspecti tutoris, vt hîc. Secũdò, in criminalibus, ff. ad l. Corne. de sica. l. in lege.

Tertiò,

Tertiò,in delatione sacramenti in litem,vt ff. de in litem iurando.l. actionibus.& §.sed si iudex.in fine. His enim casibus lata culpa dolo non cōparaẽ. Et de hac materia loquiẽ Bar. in l.quod Nerua.ff.depositi.facit l.j. §.is quoq;.ff.de actio.& obli. ¶ Notandū † tertiò,quòd fama est illæsę dignitatis status,legibus & moribus cōprobatus.Infamia aūt est læsę dignitatis status,legibus & moribus reprobatus,ff.de varijs & extraordinarijs cognitio.l.cognitionẽ. §.ęstimatio. Et habet

6 † infamia tres effectus. Primò, repellit ab officio & dignitate, vt C.de dignita.l.ij.lib.xij.& in regula infamibus,de reg. iuris.in.vj.Secundò repellit à testimonio,ff.de testibus.iij.& l. Iulianus. Tertiò,infamia facit quem admitti ad querelãdum testamentū de inofficioso, qui alias non admitteretur,vt C. de inofficioso testamento.l. fratres. Infamia tamen facti non repellit à testimonio, sed datur illi minor fides,ff.de

7 senato.l. Cassius. ¶ Notandum † quartò,quòd pendente accusatione de suspecto tutore,interdicitur administratio. Ex quo infert glo.hic quòd pendente accusatione prælati non debet ipse administrare,sed hoc non est indistinctè verum:si enim accusetur de crimine cōmisso in ipsa administatione, verum dicit gl. quia interdicitur ei administratio,vt ff.de solutio.l.Pedius. §.item Frōtonio. Sed si accusetur de alio crimine,puta de homicidio vel adulterio, vel alio simili,datur coadiutor,vt in c.licet Heli.extrà de simo.& in c. venerabili.extrà de offic.

8 delega.& Bar.in l.quod si forte.ff.de solutio. ¶ Notandum † quintò quòd tutor etiam diues, non tenetur pupillum pauperem de suis bonis alere,nec econtrà pupillus diues pauperem tutorem,vt notat Bar. in l.j. §.si pupillus.ff.de administra.tuto l.iij. §.fi.ff.vbi pupil.edu.debet. Sed tamen nō debet tutor propter alimẽta dicere mendaciū,quia non est mentiendum,etiam pro vita hominis conseruanda, vt in glo.

9 in c.ne quis arbitretur.xxij.q.ij. Et † non est mendacium,nisi sciēter. Error enim vel ignorantia excusat à mendacio, vt C.si minor

10 maiorem dixerit.l.ij. ¶ Notandum † finaliter,quòd qui dat pecuniam ad habendum tutelam,tanquàm suspectus est remouendus,vt ff.de suspec.tuto. §.tutor. §.tutor. Sed qui recipit pecuniam ad gerendum tutelam,non est remouendus,sed pecunia est ab eo condicenda per turpem causam,vt in glo.in l.in eos.ff.de tute. quia tutela, est officiū gratuitum. Potest tamen iudex aliquod salarium ordinare pro tutore,l.à tutoribus.ff.de administratione tutorum. ¶ Opponitur sic,& videtur,quòd remotus à tutela propter culpam, etiam est infamis, per l.libertorum.ff.de his, qui notan. infamia. Solutio Illa lex loquitur de infamia,non per sententiā latā,sed de infamia facti. Et sic per culpam bene fit quis infamis,& loquitur etiam ibi de lata culpa:quia de ignorantia iuris,quod omnes scire debent,exceptis minoribus, mulieribus,

& militibus

& militibus, vt ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula.

§. Libertus.

1 *Libertus fraudulenter administrans in tutela liberorum patroni sui, puniendus.*
2 *Iudex, uel magistratus, qui libertum admisit, malè administrantem, tenetur.*
3 *Grassari.*
4 *Mores boni, ornant hominem.*
5 *Suspicio, ex quibus causis possit colligi. & nu. 6. 7. 8. 9. 10.*
11 *Pauper an repellatur à tutela.*

1 Summatur: † Libertus fraudulenter administrans in tutela liberorũ patroni sui, puniendus est. Et nouissimè omnes fraudulenter administrantes, tanquàm suspecti sunt remouendi, licet satisdationẽ offerant, quia satisdatio non mutat malum propositũ eorum. Et dicitur etiam suspectus tutor vel curator, propter defectum morum, sed nõ propter paupertatem, si aliâs fidelis & diligens sit. Hoc dicit, & patet intelle-
2 ctus textus. ¶ Notandum † primò, quòd si libertus malè administrat, tenetur magistratus vel iudex, qui eum admisit, vt C. de liber. & eorũ
3 liberis. l. liberti. ¶ Notandum † secundò, quòd grassari, est animum firmare in malo, vt ff. de pœnis. l. capitalium §. grassatores. Et ex isto textu elicitur, quòd si aliquis emerit rem, quam posteà reperit esse alienam, vel vitiosam, non tenetur soluere, licet venditor velit cautionẽ præstare, si timeat de euictione, vel in re sit vitium, vt ff. de compensatio. l. ij. quia non debet se quis fragilitati cautionis committere, quãdo ipsi rei potest incumbere, vt ff. ad Trebellia. l. cogi. §. idem quærit. & C. in quib. cau. in integ. resti. l. fi. & C. vt vnicuiq; liceat. aliâs, quando
4 lib. vnicui. l. j. ¶ Notandum tertiò, † quòd mores boni ornant hominem, & mali deornant, quia propter mores remouetur tutor tanquam suspectus. Hinc est etiam, quòd sicut defectus scientiæ repellit aliquem à gradu magisterij vel Doctoratus, sic etiam defectus morum. Et ergo etiam de moribus fit examen in promotionibus, sicut de scientia vt in l. medicos. C. de professo. & med. lib. x. ¶ Notandum finaliter,
5 † quòd possunt colligi causę suspiciõis. Nam prima est defectus in moribus, vt si multum laudat, vel supra modum expendat, vel cum vitiosis conuersatur, vel vitijs se immiscet, vt ff. de tutelis & ratioci. distra.
6 l. ij. §. cum reliquis. Secunda † causa est dolus, culpa, negligẽtia, vel im
7 peritia, vt suprà eo. §. suspectus. iuncta gl. † Tertia est. propter nõ pre-
8 stationẽ alimẽtorũ, vt suprà eo. si quis tutor. † Quarta est. propter nõ confectionẽ inuẽtarij, vel malam cõfectionẽ, ex illa enim causa iuratur in litem contra tutorẽ, vt ff. de admini. tuto. l. tutor qui repertorũ.

Quinta

9 Quinta † est, si tutor pecuniam pupilli non expendit in emptio-
prædiorum, propter quod etiam incarceratur. ff. de suspect. tuto. l.
10 §. tutores. Sexta, † quia non defendit pupillum. C. de administra. tu.
l. fin. Et vniuersaliter ex omnibus coniecturis de mala administra-
ne. ff. de suspec. tuto. l. iij. §. præterea. & sumitur informatio & pro-
tio etiam à familia, vt ff. de suspect. tuto. l. finali.

11 ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd pauper non potest esse tuto.
l. ij. C. de tuto. & curato. qui satis non dederunt. Solutio. Ibi
pauper non remouetur propter paupertatem, sed quia non
satis dedit. Potest tamen pauper se excusare, vt suprà
titulo proximo. §. sed & propter paupertatem.
Et datur cum paupere etiam curator, vt
suprà de curatoribus. §. interdum.
Hæc tantùm de Primo li-
bro Institutio-
num.

*

LIBRI PRIMI

FINIS.

LIBER SECVNDVS.

DE RERVM DIVISIONE.

TITVLVS I.

PRAEFATIO.

DICTVM est suprà, de iure naturali gentium & ciuili. §. omne autem ius. quòd aliquod ius pertinet ad personas, aliquod ad res, & aliquod ad actiones. Cùm ergo in Primo Libro tractatum est de iure personarum, cõsequenter dicendum est de iure rerum, vsque ad titulum de obligatio. Et diuiditur in duas partes. In prima tractatur, quatenus res acquiruntur iure singulari, vsque ad titulum de testamentis. Et ibi cum titulis sequentibus tractatur, qualiter res acquiruntur iure vniuersali. Prima iterum diuiditur in duas, quia in prima tractatur, qualiter res acquiruntur iure gentium, vsque ad titulum de vsucapionibus, & ibi cum titulis sequentibus, quomodo acquiruntur res iure ciuili, declaratur. Prima iterum in quinq;, secundum quod sunt quinq; tituli vsq; de vsucapio. Præsens ergo titulus dictus de rerum diuisione, diuiditur in duas partes. In prima ponuntur duæ diuisiones, & prosecutio quatuor membrorum secundæ diuisionis. In secunda, ibi, singulorum, ponitur prosecutio quinti membri secundæ diuisionis. Prima iterum in quinque. In prima ponuntur diuisiones. In secunda ibi, equidem. ponitur prosecutio primi membri secundæ diuisionis. In tertia ibi, flumina. ponitur prosecutio secundi membri. In quarta ibi, vniuersitatis. ponitur prosecutio tertij membri. In quinta ibi, nullius. ponitur prosecutio quarti membri secundæ diuisionis.

§. Superiore.

1 *Rerum summaria diuisio.*
2 *Res pro derelicto habitæ, conceduntur occupanti, & cuius sint iuris.*
3 *Res extra patrimonium nostrum, diuini iuris.*
4 *Publicum, quid: & quotupliciter accipiatur.*
5 *Seruitus, dupliciter accipitur.*

1 Non summatur, quia ponuntur hîc duæ diuisiones. Prima † est, quòd quædam res sunt in patrimonio nostro, & quædam extra nostrum patrimoniũ. Secunda diuisio est, quòd quædam res sunt cõmunes, quædam publicæ, quædam vniuersitatis, quædam nullius, & quædam singulorũ. Et illæ res, quæ sunt singulorũ, acquiruntur ex diuersis causis,
2 vt posteà patebit. Et sic patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd ista prima diuisio concordat cum ea, quæ habetur ff. de rerum

m diuisio.

diuiſio.l.j.videlicet,quòd quædam res ſunt diuini iuris,& quædam
mani iuris. Nam ea,quæ ſunt in patrimonio noſtro,ſunt hum
Et hoc verbum,ſunt,intelligitur poni aptitudine,quia licet res pro
relicto habitæ,non ſunt in patrimonio noſtro actu, tamen aptitud
3 ſunt in eo,& ideò concedũtur occupanti,vt ff.pro derelic.l.j.
ſacræ & religioſæ,quę ſunt diuini iuris,ſunt extra patrimoniũ no
vt infrà eo. § .nullius. Et iſtis etiam iunguntur res prophanæ,quæ
gioſis vel ſacris adhærent,vt ff.de rei vendi.l.quæ religioſis. Si
res ſacræ vel religioſæ fuerint occupatæ ab hoſtibus,fiunt in patri
nio noſtro,vt ff.de religio.& ſump.func.l.cum loca.& hoc iure ci
ſecus autem iure canonico,quia illo iure non fiunt de patrimonio
4 ſtro,ſed manẽt ſacræ.vij.q.j.c.paſtoralis. ¶ Notandũ † ſecũdò,
publicũ dicitur hîc,quaſi populicũ,id eſt,omnium populorũ, vt e
dictum eſt ſuprà,de ſuſpec.tuto. § .cõſequens. Simile etiam infrà eo.
flumina. Dicitur etiam aliquando publicũ,quod eſt huius vel
puli,vt C.de ſacroſan.eccl.l.fin. Et tale publicũ dicitur eſſe vni
tis. ¶ Opponitur,& videt,quòd prima diuiſio hîc poſita,non ſi
quia aliqua eſt res,quæ nec in patrimonio noſtro,nec extra patri
niũ continetur,vt eſt ſeruitus,per l.j. ff.de vſufruc.leg. Solutio.
5 uitus † poteſt accipi dupliciter. Vno modo † prout adhæret præd
minantibus vel ſeruientibus,& ſic eſt in patrimonio noſtro,ſicut
dia,quia nomine ipſius agimus & excipimus, vt ff.de acqui.re.dom.
rem in bonis. Alio modo , poteſt accipi ſeruitus,per ſe,vt eſt quæ
qualitas: & ſic non eſt in patrimonio noſtro,ſicut nec alia acciden
Et hoc eſt,quod dicit hîc glo.ſuper verbo,habentur,quod ſcilicet
diuiſio eſt de rebus,quæ per ſe cenſentur. Seruitus autem non eſt
res,ſecũdum ſe conſiderata,& eſt ſimile de tigno iniuncto, quod
percipitur,quandiu durat ædificium,vt ff.de vſucapio.l.cum qu

§. Et quidem naturali.

1 *Communia iure naturali,quæ.*
2 *Agere an poſsit quis in his,quæ ſunt communia,communi diuidun*
3 *Villa,quotupliciter accipiatur.*
4 *Littora an ſint communia,an populi Romani.*
5 *Ripæ,& littora,an cenſeantur eodem iure.*

1 Cõmunia † naturali iure ſunt,aër,aqua pluuialis,mare, & littora
ris. Et ideò quilibet poteſt ad littora maris accedere:à villis tamen
numentis & ædificijs ſe debet abſtinere, quia nõ ſunt communia
2 mare. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandum † primò,
quanuis iſta ſunt communia,non tamen poteſt quis agere in iſtis c
muni diuidundo,vt vult Placen. niſi ſint occupata,quia tunc fiunt
cup

3 cupantium, vt patet de piscibus in mari captis. ¶ Notandũ † secundò, quòd villa potest accipi dupliciter. Vno modo pro quadam congregatione hominum,& sic nõ accipitur hîc. Alio modo pro casa vel insula,& sic accipitur hîc,quæ fit in littore maris, vt ad eam homines & bestiæ tempore inundationis aquarum confugiant, vel vt in ea retia, vel etiam fructus reponantur,& non ad inhabitandũ,vt ff.de vsufruc. l.arboribus. Nam si inhabitaretur,esset prædium vrbanum,vt infrà de serui.rusti.præd. §.prædiorum. Et pertinet talis casa illi,qui eam fecit, vt ff.de rerum diuisi.l.in tantum. ¶ Opponitur contra prædicta,& videtur,quòd non solùm ista,sed etiam omnia alia iure naturali sint cõmunia,per l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure. Solutio. Ius naturale non accipitur hîc pro iure primæuo naturali,sed pro iure gẽtium, quod est de dictamine rationis,vt ff.de iusti.& iure. l.omnes. §.quod verò. Et quòd illo modo capitur hîc ius naturale,patet in fine istius §.vbi istud
4 ius vocatur ius gentiũ. ¶ Opponitur † secundò,& videtur,quòd littora maris non sunt communia,per l.littora. ff.ne quid in loco publ.vbi dicitur,quòd littora sunt populi Romani. Solutio. Verum est, quòd littora aliqua sunt populi Romani,quantũ ad iurisdictionem,sed non
5 quantum ad vsum. ¶ Sed contra † hoc replicatur,& videtur,quòd debet esse de littoribus,sicut de ripis: sed ripæ non sunt cõmunes,vt infrà eo. §.riparum. Solutio. Non est simile de ripis & littoribus,quia flumina non sæpe inundant,& sic in ripis est aliqua vtilitas, sed mare frequenter inundat. Et ideò in littore nulla vel modica potest esse vtilitas,& ideò littus maris non appropriatur,sicut ripa fluminis.argumen. eius quod est in l.fina. C.de bonis quæ libe. §.fina.

§. Flumina.

1 *Flumina & portus,sunt publica.*
2 *Fossata,non ueniunt fluminum appell.*
3 *Publica,an posint præscribi.*
4 *Contractus initus in mari,aut delictum admissum,ubi excutiatur.*
5 *Littus,an dicatur esse maris.*
6 *Via publica si mediet inter ripam & prædium,cuius sit ripa.*
7 *Littora,publica sunt,& communia:sed uarie.*

1 Summatur sic: † Flumina & portus sunt publica,& ideò quilibet in eis habet ius piscãdi. Et est littus maris,vbi hybernus fluctus maximus excurrit. Et riparum vsus est publicus, sed earum proprietas pertinet illis,quorum prædijs adhærent. Littorum autem vsus etiam est publicus,sed eorũ proprietas est illius iuris, cuius est mare,& quæ subiacent
2 mari. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandum † primò,quòd per ista flumina, debent intelligi flumina perpetua. Nam fossata,quæ

interdum currunt, & interdum non, sub istis non comprehendun- nec sunt publica, sed pertinent ad priuatas personas, vt ff. de flumi-
3 ne quid in flumin. publico. l. j. §. ij. ¶ Notandum secundò, † quòd ... piscandi in mari, & in fluminibus, competit omnibus. Et ideò licet ... quis etiam ad tempus triginta annorũ habuisset piscationem in ali- parte maris, non tamen diceretur præscriptio, sicut aliqui voluerũt ... l. si quisquam. ff. de diuer. & tempor. præscript. Si tamen quis in alio diuerticulo maris tanto tempore, cuius initium non esset in memo- hominum, exercuisset actum piscandi vel nauigandi, diceretur ibi ha- bere possessionem ad tales actus faciendum, vt C. de aquęduc. l. vlt. & l. diligenter. lib. xj. Et qui vellet illum impedire, teneretur de inte- dicto vti possidetis, vt ff. de iniurijs. l. quisquam. & sic Veneti appro-
4 priant sibi aliquam partem maris. ¶ Notandũ † tertiò, quòd si in ma- fiat contractus, vel committatur delictum, iudicabitur de illo, in pro- ma ciuitate, vt C. de classi. l. j. lib. xj. Et si duæ ciuitates sint æquè pro- pinquæ, pariter iudicabunt, vt ff. commu. diuid. l. arbor. Est tamen lo- cus præuentioni, vt vult Barto. in l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de
5 excusatio. tuto. ¶ Notandum † quartò, quòd littus dicitur esse mar- quatenus mare quocunque tempore fluit, siue in hyeme, siue in æsta- te: sed text. loquitur hîc de hyberno fluxu, id est, hyemali, quia in hy- me plus excurrit mare, quàm in æstate, vt l. littus. ff. de verb. significa.
6 ¶ Notandum † quintò, quòd licet inter ripam & prędium, medietas publica, tamen ripa pertinet illi, cuius est prædium. ff. de acquir. rerum domi. l. Martius. ¶ Notandum finaliter, quòd si dominus velit arbo- rem in ripa situatam abscindere, & nauta vult nauim ligare, præferen- dus est dominus arboris, vt colligi- ur suprà, de his, qui sunt sui vel ali- ni iuris. §. fin. versi. nec cuiquam. Sed si duo velint ligare, præferendus est primò occupans: & si ambo simul occupent, præferendus est qui intentus est reipublicæ, alteri intẽto rei priuatæ: & si ambo ... sint æquales, opus est ratificatione, vel negotium dirimetur so- etiam de duobus plaustris sibijnuicem in via stricta occurrentibus ... citur in l. j. §. interdictum. ff. ne quid in loco publico. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd iste text. contradicat §. equidem ... prà eo. quia ibi dictum est, quòd littora sunt communia, & hîc dicitur
7 quòd vsus littorum est pnblicus. Solutio. † Littora quantũ ad vsum sunt publica, vt hîc dicitur: sed quantum ad proprietatem sunt commu- nia, vt in §. equidem. Nam communia concedũtur occupanti, vt in ... eo. §. item lapilli. Et ideò casis in littore positis fractis, alius potest ... cum occupare, vt vult Barto. in l. fina. ff. de vsuca. Publica autem nu- conceduntur, vel si conceduntur occupanti, tamen non sunt in vsu o- mnium gentium per omnia, sicut res communes, quia interdicta po- nuntur

nuntur contra eos,qui aliquid fecerint in eis,in læsionem publicam,vt patet in multis titulis legum , videlicet in titu. ne quid in loco publico. & in fluminibus,in titu.ne quid in flumine.

§. Vniuersitatis autem.

1 *Vniuersitatis esse,quæ dicantur.*
2 *Ciuitas quædam habet ad delectationem & ornatum: quædam ad necessitatem.*
3 *Ciuitatis quædam sunt,dominio & usu:quædam,dominio & fructu.*

1 Summatur sic: † Ea quæ sunt ciuitatis,dicunť esse vniuersitatis. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandũ primò,quòd dictũ est suprà eo. §.flumina.de his,quæ sunt publica omnium,qualia etiam sunt illa, quæ deputanť vsui publico, sicut sunt viæ publicæ. Et talia nemo pôt sibi appropriare. Et ideò contra iustitiam faciũt,qui vias publicas claudunt,& ibi exactiones faciũt. Sed hîc in isto tex.fit mentio de publicis non omniũ,sed vnius populi,vtputa ciuitatis vel oppidi,& dicũtur illa esse vniuersitatis,vt etiam diciť C.de sacrosanc.eccl.l.fin. ¶ Notandũ
2 secundò,† quòd quædam sunt in ciuitate ad delectationẽ populi,& ad ornatũ,vt theatra & similia:& quædam sunt ad necessitatẽ,vt palatiũ,
3 curia cõmunis,nauigiũ & similia. ¶ Notandũ † finaliter,quòd quædã sunt ciuitatis,dominio & vsu,vt theatra & stadia.ff.ne quid in lo.pub. l.ij. §.ait prætor. Et quædã dominio & fructu,sed non vsu,vt fundi & animalia ciuitatũ & serui,quæ ita sunt ciuium, quòd nullius sunt. ff.de in ius vocan.l.sed si hac lege. §.qui manumittitur. & de verbo.signifi. inter publica.& ff.de contrahen.empt.l.sed Celsus. §.j.

§. Nullius autem.

1 *Res sacræ,sanctæ,& religiosæ, in nullius sunt bonis. Et quæ dicantur sacræ.*
2 *Rem sacram nemo potest sibi appropriare.*
3 *Imperatores,olim dicebantur sacerdotes.*
4 *Res sacræ immobiles,nullo modo alienantur:mobiles,sic.*
5 *Aedificio destructo,locus manet sacer.*
6 *Imperatores,an consecrent.*

Hîc ponitur quartum membrum secundæ diuisionis positæ suprà eod. §.j. Et subdiuiditur in duas partes. In prima declaratur,quæ sunt nullius,quia diuini iuris. In secunda ibi,religiosum.declaratur qualiter
1 res fiunt religiosæ. Prima pars summatur sic: † Res sacræ,sanctæ & religiosæ sunt diuini iuris,& ideò in nullius bonis. Et dicuntur res sacræ, quæ per pontifices sunt consecratæ,vt ædes sacræ, & donaria ad diuinum ministerium dedicata , vt crux , thuribulum, calices , & similia, quæ quidem donaria non possunt alienari nec obligari , nisi propter

redemptionem captiuorum. Et nemo poteſt authoritate propria ſacrum facere locum. Deſtructo etiam ædificio, manet locus ſacer, quo
2 quo ſacra ædes fuit. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd iſtæ dicuntur ſacræ, vt hîc. Dicuntur etiam ſanctæ, vt C. de ſacroſan. eccl. l. j. Dicuntur etiam religioſæ, vt in Authen. vt venerabi. domus in princip. colla. v. Et quia iſtæ res ſunt diuini iuris, & per conſequens nullius: ideò nullus poteſt ſibi locũ in cœmeterio vel in eccleſia appropriare, vt vult Hoſtien. in c. abolendæ. extrà de ſepultu. Dicit tamẽ ibi, quòd aliquis poteſt habere ſepulchrum in cœmeterio vel in eccleſia ſibi deputatum, quo ad vſum, ſed nullo modo quo ad proprietatem. vt xiij. quæſtio. ij. c. Ebron. ff. de religio. & ſumpti. funerum. l. familiaria. & poteſt prohibere, ne alius ibi ſepeliatur, niſi in neceſsitate, ſcilicet quando ille alius ſepeliri alibi non poſſet. Et eodem modo dicendum eſt de ſcannis & ſedibus quibus vtuntur laici in eccleſijs, de conſenſu epiſcopi vel paſtoralis iuxta c. contingit. extrà de arbit.
3 & cap. reliqui. extrà de cuſtod. euchar. ¶ Notandum † ſecundò, quòd imperatores olim dicebantur ſacerdotes, & dicebantur conſecrare permiſsiuè, vt no. in c. venerabilẽ. extrà de electio. Sed nõ conſe-
4 crant, vt in c. tua. extrà de decimis. ¶ Notandũ tertiò, quòd † res ſacræ immobiles, nullo modo alienantur, vt in Authẽ. de alienat. & emphyteoſi §. & quoniam cognouimus. colla. ix. ſicut ſunt ædes ſacræ, vt eccleſia: ſed res ſacræ mobiles, vt cruces, & calices, & ſimilia, poſſunt alienari, propter redemptionem captiuorum, vt hîc dicitur, quia animæ ſunt illis pretioſiores: vt C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. vel etiã propter debitum eccle. vt in Authen. de aliena. & emphyteoſi §. ſed hoc etiam. coll. ix. vel propter alimenta pauperum, vt xij. q. ij. c. aurum. & de iſta materia latè tractatur in Authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. quæ eſt canonizata. x. q. ij. c. hoc ius porrectum. ¶ No-
5 tandum † finaliter, quòd deſtructo ædificio, locus manet ſacer, vt hîc dicitur. Deſtructo tamen calice, partes non manent ſacræ, quia forma calicis non manet, & ſic nihil calicis manet, vt C. de ſacroſan. eccle. l. præterea. quod facit ad hoc, ſi aliquis iurauit ſeruare ſtatuta, quæ poſteà mutantur, licet tunc illa nõ ſeruauerit, non eſt periurus, quia ſtatuta, quæ iurauit ſeruare, non manent. ¶ Opponitur primò ſic. Videtur, quòd illa, quæ ſunt vniuerſitatis, etiam ſunt nullius, & ſic membrum ſuprà proxi. dicti §. non differt ab iſto. Solutio. Illa quæ ſunt vniuerſitatis, poſſunt eſſe & ſunt hominum, nullius ſingularis hominis ſint. Sed ea, de quibus hîc dicitur, nõ ſunt hominũ, nec poſſunt eſſe, ſed ſunt in bonis Dei, hominum cenſura ſiue diſpoſitione. ¶ Oppon-
6 tur ſecundò, † & videtur, quòd imperatores poſſunt conſecrare, per l. ſacra. ff. de rerum diuiſione. Solutio. Illa lex vult, quòd imperatores dicu-

dicuntur consecrare, quia permittunt loca ab episcopis consecrari, requisiti ab eis.

§. Religiosum.

1 *Locus fit religiosus, per mortui illationem. & nume. 4. Quid de iure cano. nume. 5.*
2 *Proprietarium non licet mortuum sepelire, sine consensu usufructuarij.*
3 *Muri & portæ Ciuitatis, sunt diuini iuris.*
6 *Sepeliri an quis possit in ciuitate. & nu. 9.*
7 *Sepeliens mortuum in loco alieno, qua actione conueniatur.*
8 *Dominus assentiens semel, mortuum sepeliri in suo loco, non potest consensum postea reuocare.*
10 *Delinquentes in muros aut portas ciuitatis, capitis pœna plectuntur.*
11 *Leges, continentes pœnam, uocantur sanctiones.*
12 *Seruus an possit inuito socio, mortuum in communi loco puro sepelire.*

1 Locus fit † religiosus per illationem mortui. Et ideò in cōmuni loco puro inuito socio, mortuus sepeliri non potest, sed in communi se-
2 pulchro bene potest mortuus sepeliri socio inuito. † Et nudo proprietario non licet mortuum sepelire, sine consensu vsufructuarij. In alieno autem loco consentiente domino, potest mortuus sepeliri, & licet ipse dominus post illationē mortui dissentiat, locus tamen fit religio-
3 sus. † Res etiam sanctæ, sicut muri & portæ ciuitatis sunt diuini iuris, & ideò nullius. Quæ quidem res ideò sunt sanctæ, quia in eas delinquentes puniuntur, sicut leges continentes pœnas, vocantur sanctio-
4 nes. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum primò, † quòd locus, in quo sepelitur mortuus, est religiosus, etiam si solùm caput sit ibi sepultum, quia est principalis pars hominis, & est id, quo homo cognoscitur, vt ff. de religio. & sumpti. funerum. l. cùm in diuersis. Et si caput diuidatur, tunc maior pars facit locum religiosum, ar. eius quod habetur infrà de vulga. substitutione. §. sed & si ex disparibus. Si verò partes sint æquales, dicit Io. neutrum locum religiosum fieri, sed per concursum se impedire, vt ff. de lega. ij. l. si quis seruum. §. si inter. Dicunt tamen aliqui vtrunq; locum esse religiosum, per l. si via. §. sed tamen
5 fundo. ff. de seruitu. rusticorum prædiorum. Et † ista dicuntur de iure ciuili, sed de iure canonico non fit locus religiosus, nisi per consecrationem pontificis, vt xiij. q. ij. c. in ecclesiastico. Vbi etiam dicit gloss. quòd omne sacrum est religiosum, sed non econtrà, vt in c. ad hæc. ex
6 trà de religio. domibus. † De iure etiam ciuili, nullus mortuus potest in ciuitate sepeliri, sub pœna quinquaginta aureorum, propter fœtores. qui ex hoc in ciuitatem perueniunt, vt ff. de sepulchro violato. lege tertia. §. diuus. Secus autem est de iure canonico, quia

illo iure quilibet Christianus mortuus non in excōmunicatione vel peccato mortali notorio, nō solùm in ciuitate, sed in cœmeterio & ecclesia potest sepeliri, vt xiij. quæst. ij. c. nullus. ¶ Notandum † secundò, quòd si aliquis sepeliat mortuum in loco alieno, conuenitur actione in factum de sepulchro violato, vt mortuū remoueat, aut pretium agri soluat. Et si dominus pretium receperit, fit locus religiosus, vt ff. de religiosis & sump. fune. l. is qui. Sed si quis dolosè mortuum sepeliat in alieno loco, punitur pœna centum aureorū, vel x. librarū auri, vel pœna deportationis, vel etiam pœna capitis, vt ff. de religiosis. §. prætor. & C. de sepul. viola. l. qui sepulchrum. & ff. de sepulc. viol. l. fi. ¶ Notandum † tertiò, quòd si dominus loci semel consentiat sepeliri mortuū in loco suo, licet posteà dissentiat etiam antè, quàm mortuus est sepultus, nihilominus potest mortuus ibi sepeliri, & locus fit religiosus, vt ff. de aqua pluuia. arcen. l. in diem. quia non potest videri iniuriam accipere qui semel voluerit. ¶ Notandum † quartò, quòd non solùm muri & portæ ciuitatis Romanæ, sed etiam aliarum ciuitatum & castrorum sunt sancti & diuini iuris, vt ff. de rerum diuision. l. sacra. §. muros. Et non potest priuata persona aliquid in eos facere, quamuis vniuersitas hoc posſit, vt C. de operibus publicis. l. intra. & omnes. ¶ Notandum † quintò, quòd delinquentes in muros vel portas ciuitatis, id est, transeuntes vel frangentes puniūtur, sicut fuit de Remo fratre Romuli, vt ff. de rerum diui l. fina. Vnde Lucanus:

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Et hoc pœna capitis, vt hîc & C. de legi. & cōstitutioni. l. non dubium. ¶ Notandum † finaliter, quòd leges continentes pœnam, vocātur sanctiones, largè tamen omnis lex imperialis vocatur sanctio, vt C. de nouo Codice conficiendo. ibi, colligentes. Et largiſsimè tota collectio iuris ciuilis dicitur sanctio, vt in procemio Digestorum, in prin. Opponitur † primò contra prædicta, & videtur, quòd socius inuito socio potest mortuum in cōmuni loco puro sepelire, per l. si plures. ff. de religio. & sump. funerum. Solutio. Illa lex dicit, quòd ipsemet socius mortuus, potest sepeliri in communi loco, inuito socio, in necessitate, id est, si alibi sepeliri non posſit. Extraneus tamen ibi nullo modo sepeliri potest, vt hîc dicitur, sed in cōmuni sepulchro bene potest mortuus sepeliri inuito socio, quia non est simile de loco puro & sepulchro: quia sepulchrū est religiosum. Et ita hoc fit fauore religionis. ¶ Oppo. secūdò, & videtur, quòd nudus proprietarius, sine cōsensu vsufructuarii potest mortuū sepelire, per l. ij. si vsusfructus. ff. de religiosis. Solutio. Illa lex dicit, quòd hæres potest sepelire testatorem, qui vsumfructum legauit, etiā inuito vsufructuario. Et ita casus est ibi specialis, ratione gratitudinis.

§. Singulo

§. Singulorum.

1 *Res quædam fiunt singulorum iure gentium, quædam iure ciuili.*
2 *Ius gentium, quàm latè pateat.*
3 *Ius naturale, sæpe uocatur ius gentium, & econtrà.*
4 *Res nullius fiunt, uariè.*
5 *Dominus, quando possit prohibere, ne quis causa uenandi aut aucupandi, fundum suum ingrediatur. Et quando non.*
6 *Animal si quis quod capiat in fundo prohibito, fit capientis. & nu.10. Sed domino competit actio.*
7 *In libertate naturali quando quid dicatur esse.*
8 *Bestia uulnerata, num sit uulnerantis.*
9 *Animalia an, & quæ liceat capere per laqueos & retia.*
11 *Respiciendum an, & quando ad ea, quæ accidere possunt.*

Hìc consequẽter fit prosecutio quinti membri secundæ diuisionis suprà positæ, §.j. Et diuiditur ista pars in xiij. particulas. In prima declaratur, qualiter res fiunt singulorũ occupatione. In secunda ibi, item ea, quæ ab hostibus. qualiter res acquiruntur captiuitate. In tertia ibi, præterea, qualiter acquiruntur alluuione. In quarta ibi, cùm ex aliena, qualiter acquiruntur cõmistione. In quinta ibi, cũ in suo, qualiter ædificatione. In sexta ibi, si Titius, qualiter acquiruntur plantatione. In septima ibi, literæ. qualiter literarum impositione. In octaua ibi, si quis autẽ in aliena. qualiter picturarũ formatione. In nona ibi, si quis autẽ. qualiter cultura. In decima ibi, thesauros, qualiter inuentione. In vndecima ibi, per traditionem. qualiter acquiruntur traditione. In duodecima ibi, venditæ, qualiter emptione. In tertiadecima ibi, hoc amplius. qualiter res acquiruntur iactu. Prima particula declarat primò, de occupatione animalium in generali. Secundò ibi, apum. de occupatione apum. Tertiò ibi, pauonũ. fit declaratio de pauonib. Quartò ibi, ceruos. tractatur de ceruis domitis. Quintò ibi, gallinarum. tractatur de
1 dominio gallinarum & anserum. † Prima particula summatur sic. Quædam res fiunt singulorum iure gentium, & quædam iure ciuili. Et quia ius gentium, quod cum genere humano incepit, vetustius est iure ciuili, quod tunc primò incepit, quando homines inceperunt ciuitates ædificare, iudices facere, & leges scribere, idcirco de iure gentiũ
2 prius est dicẽdum. † Et isto iure feræ, bestiæ, volucres, pisces, & omnia animalia, quæ in mari, & in aëre, & in terra nascuntur, fiunt occupantium, siue in suo, siue in alieno fundo capiantur. Potest tamẽ dominus fundi prohibere, ne quis venandi seu aucupandi causa, fundũ suum ingrediatur, si hoc præuiderit. Et animal captũ manet capientis, quãdiu est in eius custodia, quã si euaserit, & in naturalẽ libertatẽ se receperit

 desinit

desinit eius esse,& fit occupantis. Tunc autem dicitur naturaliter li-
tatem habere, quando oculos capientis effugit, hoc est, non vide-
ab eo, vel difficilis est eius persecutio. De bestia vulnerata dixer-
aliqui eam esse vulnerantis, quandiu eam persequitur: sed postq-
desinit persequi, efficitur occupantis. Alij dixerunt eam nõ esse vulne- 7
rantis, nisi quando capta est. Et istam sententiam vltimam confirm.
Iustinianus, quia licet vuulnerata sit, tamen possunt multa accide-
quòd non capiatur à vulnerante. Hoc dicit vsq; ad §.apum. Et pate
3 intellectus tex. ¶ Notãdum † primò, quòd ius naturale, sæpe vocat
ius gentium, vt hîc. & etiam econtrà. Et ad hoc iste. §. cõmuniter al-
gatur. Nam ius gentiũ est, vt hîc capitur, quod naturalis ratio dictat
vt suprà de iure naturali, gentiũ, & ciuili. §. quod verò. Sic etiam ca-
tur ius naturale, suprà eo. tit. §. equidem. Et est istud ius gentium ve-
stius iure ciuili, vt hîc in tex. Et ideò prius, quia senectus semper est v- 8
4 neranda, vt ff. de iure immunita. l. semper. ¶ Notandum † secund-
quòd res sunt nullius, multis modis. Primò, natura, vt hîc in §. feræ. Se-
cundò, facto, vt infrà eo. §. hoc amplius. Tertiò, tẽpore, vt ff. de acq-
ren. rerum domi. l. nunquã. §. thesauros. Et sunt istæ res occupanti-
nisi quòd dominus fundi recipit medietatẽ thesauri, vt infrà eo. §. the-
sauros. patebit. Quartò, censura, vt suprà eo. §. nullius. Quinto cas-
vt est hæreditas iacens non adita, quæ obtinet locum domini, vt infra
de stipula. seruo. in princi. Sextò, culpa, vt de seruo ægrotãte exposito. 9
vt C. de lati. liberta. tollen. l. vnica. §. sancimus. Septimò, naturali con-
stitutione, vt de libero homine, vt ff. de verbo. obliga. l. inter stipulan-
tem. §. sacram. Et istæ res non fiunt occupantium. ¶ Notandum ter-
5 tiò, † quòd dominus fundi potest prohibere, ne quis causa venãdi vel 1
aucupandi, fundum suum ingrediatur, vt hîc in §. planè. In quibusdam
tamen casibus non potest prohibere ingressum. Primò, si quæra-
seruus fugitiuus, vt C. de seruis fugiti. l. ij. vel etiam, si quæratur
vxor, vel monachus, vt dicit Cynus in d. l. ij. Secũdò, propter gl-
legendas, vt ff. de glan. legen. l. j. Tertiò, propter pecuniam ibi ab-
ditam, vt ff. ad exhibendũ. l. thesaurus. Quartò, si quis emit vindem-
quã venditor tollere prohibet, vt ff. de actio. emp. & vẽdi. l. qui pote-
te. Quintò, si quis habet ibi sepulchrũ, vt l. si quis sepulchrũ. ff. de reli-
giosis & sumpti. funerũ. Sextò, si via sit fracta, & non transibilis, vt ff.
quẽadmo. serui. amittatur. l. si locus. Et si aliquis habeat signa, quod
res sua sibi capta est in aliqua domo, potest authoritate iudicis, contra
voluntatẽ domini, domus intrare domũ, & quærere rẽ suã in came-
6 & in cistis. vt ff. de serui. rust. prędio l. diuus. ¶ Notãdũ † quartò quòd
licet dominus fundi põt prohibere ingressum, si tamen post prohibi-
tionẽ aliquis in illo fundo capiat aliquod animal, fit suũ, vt ff. de serui.
rusticorum

rusticorum prædio.l.diuus. Sed potest dominus agere de iniurijs,vt ff.de iniu.l.iniuriarũ.§.si quis. Et si aliquod animal sit in laqueo vel in reti alicuius,nõ est illius,cuius est laqueus vel rete,donec sit in cõspectu tuo taliter,quod euadere nõ posset,facit l.in laqueũ.ff.de acqui.re.
7 do. ¶ Notãdum quintò, † quòd aliqd dicit esse in sua naturali libertate,quando euasit custodiã occupãtis,ita vt difficilis vel impossibilis sit eius persecutio vel apprehensio, considerata natura animalis,quia scilicet volat,vel velociter currit: non aũt considerata possibilitate, quæ est apud Deum, cui nihil est difficile vel impossibile. Et ex isto patet,quòd si aliquis detentus vel captus,declaratus sit per sententiã relaxatus,non sufficit ad satisfaciendũ iudicato,eum dimittere,& statim iterum capere,sed debet esse in libertate, ita quòd effugere possit, vt vult Bar.in l.iij.ff. de acquiren.rerum domi.facit c.cùm locum. extrà
8 de sponsa. ¶ Notandum † sextò,quòd secũda opinio hìc posita, de bestia vulnerata,est verior,vt hìc & ff. de acqui.rerum domi.& l.v.eo. §.illud.l.si in laqueum.quia multa possunt accidere, vt non capiatur, vt hìc.& C. de probatio.l.neq; naturalẽ.Et respiciendũ est ad ea,quæ accidere possunt,vt ff.locati.l.si quis domum.§.idem quærit. Consuetudo tamen est de prima opinione,vt in glo.in l iij.de acquirẽ. re.do. Et consuetudo venatorũ in istis est attendenda,vt ff. de ædili. edic.l. qui si nolit.§. quia assidua. Est enim glo.in d.§.quæ est notabilis,& adiuncta suo textui,argumentũ est ad hoc,quòd cõtractus dubij reci
9 piunt modum & formã à consuetudine. ¶ Notãdum † finaliter,quòd non licet animalia capere per laqueos & per retia, nisi fuerint vrsi, vulpes vel lupi,& similia,vt in authen.de pace tenenda.§.nemo retia.
10 colla.x. ¶ Opponitur † primò contra predicta,& videtur,quòd ingrediens fundum alienũ contra prohibitionem domini fundi,nõ facit animal suum,quod ibi capit,per l.si fundũ.& per l.certum. C.de rei vendica. Solutio. Illæ leges loquuntur in his in qubus requiritur bona fides quæ tollitur per prohibitionẽ,sed sic non est hìc:quia ad capiendũ huiusmodi animalia,nõ requiritur bona fides,sed simpliciter fiunt oc
11 cupantium. ¶ Opponitur † secundò,& videtur,quòd est respiciendũ ad ea,quæ accidere possunt, per l.eo tempore.ff.de peculio. & per l.j. ff.de in li.iuran. Solutio. Respiciendũ est ad ea,quæ accidere possunt, si apta nata sunt accidere, vt hìc dicitur:non autẽ ad ea,quæ non sunt apta nata accidere,vt in legibus cõtrarijs. Nam in l.alle.euẽtus est impossibilis,cùm nihil sit in peculio. Et in alia lege nõ;debemus inspicere quod euenire põt,si ad id nõ est res naturaliter destinata,aliâs secus.

§. Apum.

1 *Apes licet sint in arbore tua,non sunt tuæ.*

Alueus.

2 *Alueus.*

3 *Examen apprehendens, quo casu posit iustè ipsum retinere.*

1 Summatur sic: † Ex quo natura apum est fera, ideò licet sint in arbore tua, non sunt tuæ, sicut nec volucres, quæ in arbore tua nidi- antè quàm includantur in alueo tuo. Et ideò fauus, quem faciun- occupantiũ. Potest tamen prohiberi à domino fundi, ne alius fun- ingrediatur ad colligendum apes. Et examen, quod ex alueo tuo lauit, est tuum, quãdiu manet in conspectu tuo, & non est difficilis apprehensio, aliâs fit occupantis. Hoc dicit, & patet intel. textus.

2 tandum † primò, quòd alueus, capitur hîc pro vasculo, in quo apes rantur. Aliquando tamen etiam capitur pro loco, vbi flumen curr- infrà eo. § insula. Sic examen aliquando capitur pro probatione iudicio, vt C. de aduoca. diuerso. iudicio. l. neminem. sed sic non ca-

3 tur hîc, sed pro vniuersitate vel collectiõe apum. ¶ Notandum † se- dò, quòd apprehendes examen, quod est extra conspectum domi- cuius difficilis esset persecutio, iustè potest ipsum retinere, nec fur- committit, vt ff. de fur. l. si apes.

§. Pauonum.

1 *Pauonum & columbarum natura fera est. Quid de ceruis. an fiant oc- cupantium.*

2 *Animalia sunt in triplici differentia.*

3 *Homo iudicat ex exterioribus.*

1 Natura † pauonum & columbarum est fera, nec obstat quod eu- re & reuolare solent: quia hoc etiam apes faciunt, quæ tamen sunt fe- ræ. Et quidã sunt etiam cerui, qui vadunt & redeũt, qui tamẽ sunt fe- Et de istis animalibus est talis regula, quòd quandiu habent con- tudinem redeundi, tandiu manent dominorum. Sed postquàm ta- consuetudinem deserũt, fiunt occupantiun. Hoc d. & pat. intel. te-

2 vsq; ad §. gallinarũ. ¶ Notandum † primò, quòd triplicia sunt ani- lia. Quædã sunt naturaliter mãsueta, de quibus est talis regula, - vbicunq; sunt, manent dominorum, vt infrà eo. §. proximo. Q- sunt naturaliter fera, de quibus est talis regula, quòd fiunt occu- tium, quando sunt in naturali libertate, vt suprà eo. §. feræ. & §. illu- & §. apum. & §. examen. Et quædam sunt naturaliter fera, & acci- taliter mansueta, de quibus est talis regula, quòd manent domino- rum, quandiu habent consuetudinem redeundi, vt hîc in textu. & ff. de

3 acqui. rerum domi. l. naturalem. ¶ Notandum † secundò, quòd iudi- cium de interioribus facit homo per exteriora, vt ff. de ædil. edic- tamen. quia solus Deus iudicat de interioribus per se. ff. de interroga- to. actio. l. ij. Et ideò testis solùm deponit de exterioribus, & quæ p- sentiu-

sensum exteriorem percepit, vt notatur in l.is qui.ff. de tuto. curatoribus da.ab his.

§. Gallinarum.

1 *Gallinarum & anserum fera non est natura: dominiorum manent, in quocunque sint loco.*
2 *Gallinæ & anseres, an possint detineri animo lucrandi.*
3 *Furtum, etiam in modico committitur. & nu. 4.*
5 *Actio extraordinaria, non datur de modico.*

1 Gallinarum † & anserum nõ est fera natura, licet aliquæ gallinæ & anseres sint feri, & ideò gallinæ & anseres manent dominorũ, in quocunq; loco fuerint. Et qui illa animalia detinet animo lucrãdi, cõmittit furtum Hoc d. & patet intel. tex. vsq; ad §. item ea quæ ab hostibus.
2 ¶ Not. quòd † ista animalia possunt detineri animo lucrãdi, id est, ad habendum oua, pennas vel plumas, & nõ cõmittitur furtũ in istis, nisi
3 adsit animus lucrãdi, vt hîc & ff. de furtis. l. j. §. fi. Cõmittitur † aũt furtum in modico, imò in vno ouo, vt ff. de pœnis. l. aut facta. Et datur etiam actio furti de modico, vt ibi. Sed dolus cõmittitur bene in re modica, sed actio de dolo nõ datur, nisi ad minus de duobus aureis, vt ff. de dolo. l. si oleum. §. fi. Et ratio est secundũ glo. hîc, quia furtũ frequenter cõmittitur, & non dolus. Sed ista ratio nõ est sufficiẽs, ex quo in omni furto est dolus, vt infrà de oblig. quę ex delic. nascũtur. §. furtum. Sed ratio vera est, quia actio de dolo datur ad rescindendũ ea, quæ ex cõsensu inita sunt, & tales actiones non dantur pro minimo, l. Seio. ff. de in inte. resti. Et ex isto patet, quòd lex hîc curat de modico
4 quia de vno ouo, vel de penna. Et ratio † est, quia actio furti est actio ordinaria, quæ datur de modico, ff. de dãno infecto. l. si proprietarius. Et ideò creditor põt vendere pignus, si modicum deficiat sibi de de-
5 bito, vt C. de distracti. pignorũ. l. quãdiu † Sed actio extraordinaria non datur sic de modico, vt ff. cõmodati. l. in rebus. §. possunt. vbi dicitur, quòd si aliquis seruo, quem habuit accõmodatũ, dedit alimenta, non debet illa modica repetere à cõmodante seu domino serui, vt ff. de damno infecto. l, ex damni in prin. Et iudicatur esse modicũ arbitrio iudicis, vt ff. de impensis in rebus dotalib. factis. l. omnino.

§. Item ea, quæ ab hostibus.

1 *Capta ab hostibus, fiunt capientium iure gentium. Limit. 4.*
2 *Hostes, qui.*
3 *Hostium manus qui euasit, animo & corpore est liber.*

1 Ea, † quæ capiuntur ab hostibus, iure gentium fiunt capientium, ita vt liberi homines efficiantur eorũ serui, qui tamen si manus capientiũ
2 euaserint, iterum liberi fiunt. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd illi vo.

illi vocantur hostes, quibus populus Romanus bellum indixit, vel populo Romano, vt ff. de capti. & postli. reuersis. l. hostes. ¶ Notandum † secundò, quòd postquam captus ab hostibus, euasit manus eorum, animo & corpore est liber, vt ff. de capti. l. nihil. & ff. de verb. significa. l. hostes. & l. quos nos hostes. Et recipit libertatem iure postliminij, vt suprà quibus modis ius patrię potestatis soluitur. §. sed si ab hostibus. Et intelligitur iste §. in iusto bello. de isto dictũ est suprà latius circa prædictũ §. sed si ab hostibus. ¶ Opponitur sic, & videtur quòd saltem homines non fiunt capientium, vt hîc dicitur per Bart. in l. diuus. ff. de iure fisci. Solutio. Bar. † loquitur ibi quando homines capiuntur cum vniuersitate, vt quãdo capitur vna ciuitas, tunc enim homines nõ fiũt capientiũ. Sed iste §. intelligitur, quãdo homines singulariter capiũtur, & nõ quãdo tota ciuitas in deditionẽ accipitur.

§. Item, lapilli.

1 *Lapilli, gemmæ, & inuenta in littore maris, sunt inuentoris.*
2 *Lapilli, quid. quid gemma, quid margaritæ.*
3 *Inuenta in littore maris, non acquiruntur per uisionem.*
4 *Item, particula, quomodo accipiatur.*

1 Lapilli † & gemmæ & cætera, quæ in littore maris inueniũtur, fiunt inuẽtoris. Hoc dicit, & patet intellectus textus, vsq; ad. §. item ea quæ.
2 ¶ Notandum † primò, quòd lapilli sunt lapides pretiosi, non renitentes siue splendentes. Sed gemmæ sunt lapides pretiosi renitentes, sicut smaragdus. Margaritę autem cõmuniter nascuntur in conchis, & nascuntur frequenter in mari rubro, vt ff. de au. & argen. lega. l. & si non sint. § perueniamus. & l. j. eo. ¶ Notandum secũdò, quòd ius naturale intelligitur hîc ius gentium, vt suprà eo. §. singulorum. ¶ Notandum tertiò, † quòd isti lapilli & gemmæ & cætera, quæ in littore inueniuntur, non acquiruntur per solam visionem, sed per occupationem vel apprehensionem, secundum Azonem, quod patet ex vicinitate materiæ, quæ est in hoc §. ad præcedentes materias, quia ista dictio † item, posita copulatiuè, seu in eadem oratione, vel ea. materia, refertur ad clausulas præcedentes, vt ff. de testamen. l. hæredes. §. sed si notã. sed quando ponitur in alia materia, tunc capitur continuatiuè, ff. de vi bo. rapto. l. prętor ait. §. erit. Et de ista dictione item, latius habetur per gl. & Bar. in l. in repetẽdis. ff. de lega. iij. Sed aliud est de thesauro, qui fit primò videntis & inueniẽtis, & nõ queritur occupanti, vt infrà eo. §. thesauros. dicitur, & facit l. cum, qui. ff. de iureiuran.

§. Item ea, quæ ex animalibus.

1 *Nata ex animalibus dominio tuo subiectis, fiunt tua.*
2 *Accessio, est duplex.*

Animalis

3 *Animalia rationalia, & irrationalia, accessione an & cui acquirūtur.*

Continuatur sic: Nam prius dictum est qualiter res singulorū acquiruntur per occupationem: Hic consequēter tractatur, qualiter res acquiruntur per accessionem. Et primò, per accessionem discretam, vt hîc. Secundò, per accessioné concretam, in §. proxi. infrà scilicet præ-
1 tereà. Summatur ergo præsens §. sic: † Ea quæ nascuntur ex animalibus, dominio tuo subiectis, fiunt tua. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, quòd hic §. continuatur præcedentibus, quia in præcedētibus dictum est, qualiter res acquiruntur per occupationé. In isto verò incipit osté-
2 dere, qualiter res fiunt alicuius per accessionem. Et quia †accessio est duplex, scilicet discreta & concreta, ideò in isto determinatur de accessione discreta, & in sequenti de concreta. Dicitur autem discreta quando sunt duæ res à seinuicem discretæ, sicut ouis & agnus, gallina & pullus. Concreta verò est, quando vna terra alij additur per alluuionem. ¶ Notandum secundò, quòd istud est verum tam in animalibus rationalibus vt in seruis, vt suprà de iure personarum. §. serui secundo. quàm in animalib. irrationabilib. vt ff. de rei vendica. l. si frumentum. §. idem scribit. Et intelligitur istud de accessione de animalibus fœminini generis, vt C. de rei vendica. l. partum. quia partus se-
3 quitur ventrem. ¶ Notandū † tertiò, quòd ista animalia saltem irrationalia, non solùm acquiruntur domino, sed etiam quasi domino, vt ff. de acqui. re. dom. l. bonę fidei. Sed animalia rationalia nata bene acquiruntur domino, sed non quasi domino, quia non sunt in fructu, vt infrà eo. §. in pecudū. & §. sed si vxori. infrà de lega not. vlt. ¶ Opponitur sic, & videť, quòd animal natū, non sequiť animal fœmininū, sed masculinū, vt C. de agr. & cēsi. l. ne diuti⁹. li. xj. Solutio. Speciale est in agrico. & cēsitis, vt partus sequať patrē, sed qđ hîc diciť, est regulare.

§. Prætereà.

1 *Alluuione adiectum agro tuo, iure gentiū tuum est. & nu. 3. Limit. nu. 8.*
2 *Alluuio, quid,*
4 *Perito cuilibet in arte sua, standum est.*
5 *Actio an, & quæ competat, si aliqua pars terra per uim fluminis alteri fuerit adiecta & unita. & nu. 6.*
7 *Flumina, uicem iudicum tenent.*

Hîc iam consequenter tractatur, qualiter res acquiruntur per accessionem concretam. Et summatur iste §. sic: † Illud, quod per alluuio-
2 nem agro tuo adijcitur, iure gentium tuum est. Et † est alluuio incrementū latens. Nam quod per alluuioné adijcitur, ita paulatim adijciť, quod nō percipiť, quantū quolibet tēporis momēto adijciať. Hoc primò. Sed si per vim fluminis pars tui prędij vicini tui prædio adijiatur,

manet

manet tua, nisi fuerit ex longo tempore illi prædio vnita, vel arbo-
cum illa parte terræ adiectæ egerint radices in fundum vicini tui. H-
dicit secundò, & patet intellectus tex. vsq; ad §. insula. ¶ Notand- 1
3 primò, quòd si aliqua pars terræ inarborata vel vineata, per vim flu- 2
nis alteri adijciatur, nō accedit illi terræ, cui adijcitur, nisi fuerit vn- 3
4 & arbores radicatæ, vt ff. de dam. infec. l. hoc amplius. Et † an terra 5
vnita vel non, vel arbores radices egerint, vel non, standū est iud- 6
rusticorum, qui de hoc habent notitiam, vt in Authen. de non alie-
aut permutan. §. quod autem dictum est. colla. ij. Sic etiam stand- 1
est cuilibet in sua arte, vt obstetricibus, an mulier sit corrupta vel n-
vt ff. de ventre inspicien. l. j. in princi. Sic etiam standum est chirurg-
cis, an vulnus sit mortale, vel an cicatrix sit permansura, vt in c. sign-
casti. extrà de homici. Et de mensura agrorum, standum est mensor-
bus, vt ff. si mensor falsum modum dixerit. l. j. Sic æstimatoribus re-
publicæ, standum est in æstimatione rerum, vt C. de secundis nupt.
l. hac edictali. §. is illud. & si isti fraudem fecerint, corrigũtur à iudi-
5 vt ff. qui satisda. coguntur. l. arbitrio. ¶ Notandum † secundò, qu-
quando aliqua pars terræ per vim fluminis alteri est adiecta & vn-
dixerunt aliqui, quòd dominus illius terræ posset agere de dam. inf-
cto. Sed hoc non placet glo. hîc, & dicit, quòd debet agere actione
factum ad æstimationem damni, vt ff. de rei vendic. l. in rem. Sed h-
opinio glo. etiam non placet docto. quia ad istam terram repetēda-
nulla actio datur, ex quo perditum est dominium, vt in l. ergo. §. al- 2
uio. ff. de acquiren. rerum dom. ¶ Opponitur primò contra præ-
cta. & videtur, quòd illud, quod adijcitur agro per alluuionem, non
eius. cuius est ager. per l. in agris. ff. de acqui. re. do. Solutio. Illa le-
quitur de agris militibus assignatis à principe, in quibus alluuio lo- 3
non habet, quia sunt limitati. Ex quo etiam patet, quòd diœcesis 4
parochiæ habētes certos limites, non augentur per accessionem
c. super eo. extrà de parochijs. Limites etiam diœcesium non p-
6 præscribi, vt c. quia iudicante. extrà de præscrip. ¶ Opponitur † se-
dò, & videt, quòd ille, de cuius agro pars adiecta est alteri agro-
ta, potest agere de dam. infecto. per l. si frumentū. §. de arbore. ff. de
rei vendica. Solutio. Illa lex loquitur de damno, quod euenit facto
hominis. Hîc autem loquimur de damno, quod euenit vi fluminis, vn-
de conqueratur de flumine, & sicut sibi abstulit hodie, ita sibi cr-
test reddere, & sic nullam actionem habebit prior dominus, ar. l. er-
7 §. alluuio. ff. de acquiren. rerum domin. † Flumina enim vicem iu-
cum tenent, quia dant & auferunt dominia. l. ergo. §. alluuio. ff. de ac-
qui. rerum domi. item censitorum, l. ergo. §. flumina. ff. eod. not. glo.
in verb. iuris. l. adeò. §. insula. cod. titu.

§. Insu-

§. Insula, quæ in mari.

1 *Insula nata in mari fit occupantis. Et quid in flumine. & num. 4.*
2 *Insula, quid.*
3 *Insula, an sit in medio fluminis, unde petendum iudicium.*
5 *Latitudo in dimetienda insula, debet accipi ad frontem agri.*
6 *Fluuius si dimisso nouo alueo, reuertatur ad priorem, nouus alueus quorum fiat.*

1 Summatur sic: † Insula nata in mari, quod rarò accidit, fit occupantis. Hoc primò. Sed insula nata in flumine, quod frequenter accidit, si sit in medio fluminis, pertinet illis, qui ab vtraque parte fluminis habent prædia, secundum proportionem latitudinis prædiorum. Hoc secundò. Sed si sit propinquior vni parti, tunc pertinet illis, qui ab illa parte habent prædia. Hoc tertiò. Et si flumen diuidatur superius, & inferius iterum vniatur, terra inclusa per modum insulæ, manet eius vel eorum, cuius vel quorum prius erat. Hoc quartò. Et si flumen consuetum suum alueum derelinquat, & ad aliam partem fluat, derelictus alueus fit illorum, qui prope ripam illius aluei habent prædia, & nouus alueus fit publicus. Hoc quintò. Sed si flumen ad priorem alueum redeat, tunc nouus alueus fit illorum, qui prope ripam habent prædia. Hoc sextò. Et si totus ager inundatus sit, nec species commutata, recedente aqua, manet ager eius, cuius fuerat. Hoc dicit septimò, vsque ad
2 §. cùm ex aliena. & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd insula dicitur, esse terra circundata aquis, vt ff. de acqui. rerum domi. l. insula. vel dicitur, esse domus posita in mari salso, secundum Isido. vel quælibet domus, vt ff. de eo, quod certo loco dari opor. l. iij. §. si quis
3 insulam. ¶ Notandum † secundò, quòd ad sciendum, an insula sit in medio fluminis, vt dicit Azo in summa, debet accipi corda, & assignari
4 ri punctus. Et † si insula punctualiter sit in medio, diuiditur æqualiter inter eos, qui habent prædia ab vtraque parte, salua tamen proportione latitudinis vniuscuiusque prædij, quando plures habent prædia ab vna parte. Sed si insula non sit punctualiter in medio, pro parte tamen est in medio, debet diuidi secundum proportionem ab vtraque parte. Sed si totaliter sit ab vna parte, tunc habentes prædia ab alia parte, nihil debent habere, vt ff. de acquir. rer. domi. l. inter eos. & l. sequen. Ex isto etiam patet, quòd quando nescitur de aliqua terra, ad quam ciuitatem pertineat, adiudicabitur propinquiori. Et si sint duæ æquè propinquæ, adiudicabitur ambabus, vt notant Doct. in l. adeò. ff. de acqu. rer. dom. Facit istud ad cognoscendum, quando ædificatur aliqua domus in loco, vbi prius non fuerat domus, ad quam parochiam debeat pertinere, vt ff. de lega. j. l. Titij textores. facit suprà nota. ij. §. flumina.

5 eod.tit. ¶ Notandum † tertiò, quòd ista latitudo debet accipi ad fro tem agri. Et sic quilibet debet habere partem in insula secundum p portionem latitudinis prædij sui prope ripam, vt ff. de acquir. rer. do

6 l.insula. & l.adeò. § .insula. eo. ¶ Notandum finaliter, † quòd quan fluuius dimittit nouum alueum, & reuertitur ad priorem, tunc no alueus fit illorũ, qui ibi prędia habent prope ripam, vt hîc dicitur: qu verum est de stricto iure, sed non de æquitate, vt ff. de acqui. re. do l.adeò. § .insula. in fin. vide glo. ibi, in verbo, sed vix. ¶ Opponitur mò sic, & videtur, quòd de insula, quæ est in mari, non deberet ius st tui, quia hoc accidit rarò, vt hîc dicitur. Sed iura dantur de his, quæ f quenter accidunt, vt ff. de legi. & senatusconsul. l. nam ad ea. Solut Dicitur ibi, quòd iura potius dantur de eis, quæ frequenter accidu quàm de alijs: per quod non negatur, quin etiam dantur de alijs qua doque. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd ager inundatus re manet domini, per l.j. § .si fossa. ff. de fluminibus. Solutio. Illa lex l quitur quantum ad vsum, vel loquitur, quando aqua diu manet, & fa cit alueum. Sed hîc loquimur, quando aqua cum impetu venit, & st tim recedit: secus autem, si alueum fecerit, & diu coopertum tenuit ¶ Sed replicatur de l. si ager. el j. ff. quib. mod. vsusfruc. amitta. Solu tio. In illa l. dicitur, quòd amittitur dominium, sed intelligitur impr priè amitti, scilicet quantum ad commodum fruendi. Vel etiam pot dici, quòd aqua fecit ibi alueum, vt eo. tit. l. quid tamen. § .ager. Veru tamen est, quòd in isto casu, quando scilicet ager inundatur, indubit ter perditur possessio, vt ff. de acquir. posses. l. iij. § .Labeo. & l. qui v uersas. § .ij. & l. Pompon. j. responso. eod. tit. & ideò interim non cu præscriptio, vt l. naturaliter. ff. de vsucap. Sed recedente aqua, recu tur possessio, vt ff. de itinere, actuq; priuato. l. j. § .sed & si quis.

§ . Cùm ex aliena.

1 *Factum aliquod ex aliena materia, utri domino pertineat. distinguit Sabini & Proculi sententia. num. 2.*
3 *Res cœpta, an dicatur facta.*
4 *Specificatum ut cedat specificanti, quæ requirantur.*
5 *Ferruminatio, quid.*
6 *Applumbatio, quid.*
7 *Materiatum, an & quando ueniat appellatione materiæ.*
8 *Species facta partim ex mea, partim ex aliena materia, an sit com mune.*
9 *Via media, quando eligenda.*
10 *Regula, quicquid fit ex meo, meum est, quando uera.*

Hîc declaratur, qualiter res acquirũtur specificatione. Et summatim iste j

1 iſte §.ſic: † Si factum aliquod ex aliena materia poſsit reduci ad priſtinam materiam,tunc pertinet domino materiæ: ſed ſi non poſsit reduci ad priſtinam materiam,tũc pertinet facienti:& ita eligitur hîc media ſententia,inter opinionem Sabini,& opinionem Proculi. Similiter factũ partim ex ſua materia,& partim ex aliena, pertinet facienti,quia non ſolùm operam, ſed etiam partem materiæ præſtitit. Hoc dicit,&
2 patet intellectus text.vſq; ad §.ſi tamen. ¶ Notandum primò,† quòd opinio Sabini fuit,quãdo aliqua ſpecies fit ex aliena materia, quòd dominus materiæ etiam manet dominus illius ſpeciei.Sed opinio Proculi fuit, quòd illa ſpecies ſemper pertinet facienti. Sed Iuſtinianus elegit viam mediam,vt ſatis patet in textu. Simile habetur ſuprà,quibus ma-
3 numitte.non licet. §.pen. ¶ Notandum ſecundò,† quòd res dicitur facta,etiam quando eſt incepta,ſic quòd habeat formam, quia quæ fiũt in hoc caſu,videtur eſſe,vel ſunt,vt ff.ſi cer.pet.l.lecta. ¶ Notandum
4 tertiò,† quòd ad hoc,quòd ſpecificatum cedat ſpecificanti, requiritur primò bona fides,vt ff.ad exhib.l.de eo.§.ſi quis ex meis vuis.Secundò requiritur,quòd faciat ſuo nomine,vt ff.de acqui.rer.dom.l.adeò. §.cùm quis.Tertiò requiritur,quòd factũ non ſit reducibile ad priſtinam materiam,vt hîc in textu. Sed ſi ſint duo ſpecificantes,vnus bona fide,& alius mala fide, tunc ſpecificatum erit cõmune ſpecificanti bona fide,& domino materiæ,de qua fuit mala fides,vt l.ſi duo.ff.qui ad libert.procla.non licet. Et ſi ſit vnus ſpecificans ex duabus materijs,in quarũ vna habet bonam fidem, & in alia malam,vel ex vna materia, de qua partim habet bonam fidem,& partim malam,tũc videndũ eſt, quæ materia ſit maior,vt ſcilicet minor cedat maiori: & ſi ſint æquales materiæ,vidẽdum eſt,quæ ſcilicet eſt nobilior,vt ſcilicet vilius cedat nobiliori,vt ff.de acqui.re.dom.l.quicquid.§.cùm partes. vbi di-
5 citur,quòd materia ferriminationis cedit ferriminato.† Et eſt ferriminatio duorum metallorũ eiuſdem generis coniunctio, vt aurũ cipho
6 ferriminatur,vel argẽtum taſsiæ argenteæ. Sed † applũbatio,eſt duorum metallorũ diuerſorum generum conſolidatio,vt quando aurum apponitur argento,vel æs ferro,ad conſolidandũ. ¶ Notandum quar
7 tò,† quòd appellatione materiæ non intelligitur materiatum, quando ſcilicet non poteſt reduci ad priſtinam materiam: & facit ad hoc ſi edictum factum ſit,vt nemo vendat frumentum extra ciuitatem,ſub pœna x.florenorum, & aliquis vendit farinam ex frumento,non cadit in pœnam,vt vult Odofre. in ſuis libellis, & Albericus de roſa.in ſecũda parte ſtatutorum. Licet Barto.in l.quæſitum.§.illud fortaſſe.ff.de lega.iij.videatur velle, quòd nomine frumenti in hoc caſu intelligitur etiam farina, donec ex ea factus eſt panis, & hoc videtur vni, quia conſideranda eſt intentio mandantis ex cauſa mandati. ¶ Notan-

8 dum † quintò, quòd si aliquis faciat speciem, partim ex sua, & part ex aliena materia, & factũ est reducibile ad pristinam materiam, tu istud factum vel specificatum erit cõmune, habito respectu mate vt ff. de acquiren. rerum domi. l. quicquid. Similiter si partim ex alie materia, & mala fide, vt ff. ad exhibé. l. de eo. ¶ Opponitur primò c tra prædicta, & videtur, quòd media via non est eligẽda, per l. Nese
9 nius. ff. de nego. gest. Solutio. Media † via est eligenda, quando ra dubia æqualiter se habet ad vtrunque extremum, vt est hîc, & sup quibus manumit. non licet. §. penul. in illa autem l. Nesennius. non sic. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd ista regula, scilicet, quan res non potest reduci ad pristinam materiam, pertinet facienti, non vera saltem de frumento, quia sic pertinet excussori, cùm non sit re cibile ad spicam. per l. adeò. §. cùm quis. ff. de acquir. rer. domi. Solu tio. Dicit hîc glos. quòd istud de frumẽto dicitur hîc propter pue & non habet veritatem, vt ff. de actio. & obliga. l. obligationum su stantia. Sed nõ est verisimile, quòd Dom. Iustinianus propter pue diceret falsum. Et ideò dicunt alij, quòd ille §. cùm quis. allegatu oppositum, corrigitur hîc. Ioan. Fab. dicit, quòd istud ponitur hîc emplificatiuè, vt scilicet sit exemplum, quando res nõ potest reduci pristinam materiam. Sed potest dici, quòd idem sit de frumento & vino. Et ille §. cùm quis. non loquitur assertiuè. Nam dicit, secund
10 quosdam. Et ista videtur esse opinio Azonis. ¶ Opponitur † tertiò videtur, quòd ista regula non sit vera, quia est contra illam regula quicquid fit ex meo, meum est, vt ff. ad exhibend. l. de eo. §. si quis meis. Solutio. Ad veritatem illius regulæ, quicquid fit ex meo, meu est, requiritur aliqua istarum conditionum, scilicet quòd ego met ciam, vel alius nomine meo seu mandato meo, vel sine mandato ratificante, vel ex materia mea mala fide, & suo nomine, vel bona de, & res potest reduci ad pristinam materiam: sed si nulla istarum ditionum sit, potest aliquid de meo fieri, quod non est meum, iste textus. ¶ Sed tunc replicatur: Ex hoc sequeretur, quòd a posset locupletari cum alterius iactura, quod est inconueniens. nam natura. ff. de condictio. indebi. & in regula locupletari. de reg. iur. lib. vj. Solutio. Iste non locupletatur, quia licet efficitur domi istius rei, tenetur tamen ad æstimationem materiæ, & potest domin materiæ illam petere, vt ff. de rei vend. l. in rem. §. item, si quicunque

§. Si tamen alienam.

1 *Res extinctæ, possunt à furibus, & alijs possessoribus condici.*
2 *Pretiosius accedit interdum minus pretioso.*
3 *Vestimentum, an accedat purpuræ.*

Aliena

Aliena † purpura vestimento intexta, licet sit pretiosior vestimento, tamen accedit vestimento, sed dominus purpuræ potest agere condictione furtiua, quia licet extinctæ res non posſint vendicari, possunt tamen à furibus vel alijs possessoribus condici. Hoc dicit, & patet intellectus textus vsque ad §. si duorum. ¶ Notandum primò, quòd suprà in §. item ea quæ ex animalibus. & §. prætereà. dictum est qualiter res acquiruntur per accesſionem facto naturæ: hîc autem dicitur, qualiter res acquirũtur per accesſionem facto hominis. Et debet istud intelligi, quòd purpura totaliter vel speciatim sit cõiuncta vestiméto, per sartionem vel texturam, & non per fila. Nam si purpura esset defilata, & fila essent intexta vestimento, tũc non esset casus istius §. sed illius sup. cum ex aliena la. l. si quando. ff. de lega. j. ¶ Notandum † secundò, quòd pretiosius interdum accedit minus pretioso, vt hîc & ff. de contrahen. emp. l. si in emptione. ¶ Notandum † finaliter, quò d si vestimentum seruiat purpuræ, scilicet ad tegendum purpuram, tunc accedit purpuræ, & si neutrum seruiat alteri, manet dominus vtriusque, ille, qui prius fuit, vt ff. de vsucap. l. rerum mistura. §. quid ergo.

¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd pretiosius non accedit minus pretioso, per §. fideiussores. infrà de fideiusso. Solutio. Ille §. non loquitur in ista materiâ, vult enim, quòd non est maior obligatio in fideiussore, quàm in principali, sed non negatur ibi, quin pretiosius potest esse accessorium ad minus pretiosum. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd ista purpura potest vendicari, per l. item si verberatum. in fine. ff. de rei vendic. ergo iste §. malè loquitur, videlicet, quòd dominus non potest eam vendicare. Solutio. Illa lex vult, quòd dominus purpuræ potest agere ad exhibendum, vt scilicet purpura separetur à vestimento, vt ff. ad exhibend. l. gemma. & tunc potest eam vendicare. Et ita vendicari potest mediatè, & quod hîc dicitur, intelligitur immediatè, vt l. in rem actio. ff. de rei vend. ¶ Replicatur, quia potest agere condictione furtiua, vt hîc dicitur, ad quam etiam requiritur dominium, vt ff. de condict. furt. l. j. Ergo videtur, quòd etiam potest vendicare immediatè, quia si non posset vendicare, hoc esset, quia cessat dominium. Solutio. Aliter requiritur dominium in rei vendicatio. & in condictio. furtiua, quia in rei vendicatio. requiritur, quòd dominium existat, sed in condictio. furtiua sufficit, quòd ab initio dominus fuit, & sine facto suo dominus esse desijt, vt ff. de condictio. furtiua. l. siue manifestus. §. tandiu. Potest etiam in condictio. furti. allegari dominium, licet non probetur, nec propter hoc aduersarius potest eum, qui dominium allegat & non probat, refricare, vt C. de præscription. triginta vel quadraginta annorum. l. si quis emptionis. §. sed contra hoc.

§. Si duorum.

1 *Materiæ, de uoluntate dominorum confusæ, quod edunt, commune est il. dominis. & nu. 2. 4.*

3 *Electrum, quid.*

1 Si materiæ † eiusdem vel diuersi generis, ex voluntate dominorum diuersorum, vel casu fuerint cōfusæ, vel ex eis propria species facta: quod resultat, commune est illis dominis. Hoc dicit. ¶ Notandum pri mò, quòd in isto §. declaratur, qualiter res acquiruntur confusione.

2 ¶ Notandum secundò, † quòd dicitur hîc notanter, quòd species e. communis, si fiat ex diuersis materijs, de voluntate diuersorū dominorum, quia si fieret voluntate vnius tantùm, nō esset cōmunis, sed esset illius solùm, de cuius voluntate fieret species. Nec esset casus istius sed suprà eo d. tit. cum ex aliena, vt ff. de rei vendi. l. si frumentum. §.

3 ¶ Notandum finaliter, † quòd electrum est quoddam genus metal. pretiosum, habens colorem inter rubeum & album, de quo ff. de au. & argenta. legatis. l. pediculis. §. Neratius. ¶ Opponitur sic, & videtur quòd quando materiæ casualiter confunduntur, resultans non sit cō mune, per l. si frumentū. §. sed si plumbum. ff. de rei vend. & l. lacus. vlti. ff. de acqui. re. domi. Solutio. † Illa lex loquitur, quando materiæ

4 possunt à se inuicem separari, vt si ex argento meo, & ex stanno tu. facta est vna massa, illa non est cōmunis, quia argentum meum pote. à stanno separari, & post separationem potest quilibet suum vendica re. Quod autem hîc dicitur, intelligitur quando materiæ non possunt separari à se inuicem.

§. Quòd si frumentum.

1 *Frumentum duorum si de communi consensu misceatur, erit utrique com mune: aliâs secus.*

2 *Mistio, generaliter sumpta, quid contineat.*

3 *Mistio, differt à confusione, tripliciter.*

4 *Frumento misto, de cōmuni dominorum consensu, quæ actio competat: quæ, si sine uoluntate dominorum.*

5 *Frumentum cuiusque si non potest discerni, quid debeat facere iudex.*

6 *Greges si misceantur, non transfertur dominium. secus in pecunia. nu. 8.*

7 *Voluntas an quid faciat ad substantiam rei.*

1 Summatur sic. † Si frumentum Titij frumento tuo de vtriusq; voluntate misceatur, erit cōmune tibi & Titio. Sed si sine voluntate tua vel Titij misceatur, non erit commue. Et si ab alterutro vestrum totum frumentum retineatur, competit alteri in rem actio pro modo frumenti sui, & iudex arbitrio potest æstimare, quale frumentum quilibet istorum debet habere. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum

2 dum†primò,quòd mistio generaliter sumpta, continet specificatio-
nem,de qua in §.suprà eod.cùm ex aliena.& accessionẽ, de qua in §.
si tamen.& confusionem,de qua in §.si duorum. suprà eo. & mistio-
3 nem specialiter captam,de qua hîc. Et differt misto à†confusione tri-
pliciter. Primò,quia species miscentur,sed materiæ confunduntur. Se-
cundò,quia in mistione manent res in eadem substantia,sed in confu-
sione non. Tertiò,quia mista sine voluntate dominorum non fiunt
communia,vt hîc dicitur. Sed confusa etiam sine voluntate,fiunt cõ-
munia,vt suprà eo.proxi.§.Mistio tamen sæpe accipitur pro confusio
ne,vt ff.de rei vendi.l.item Pompo.scribit. Et habet mistio vim con-
fusionis,quando miscibilia non possunt separari,vt pisciculi, auiculæ,
vel animalia vniformia,vt ff.de vsufruc.l.vsufructuarium.§. si in vi-
uarijs.vbi propter discretionem difficilem,est ius incertum,ideò suffi-
4 cit idem numerus,per singula queq; animalia. ¶ Notandum† secun-
dò,quòd quando frumentum miscetur de voluntate dominorũ, tunc
competit actio communi diuidundo,vt ff.de rei vendi.l.si frumẽtum.
5 ij.responso. Sed si sine voluntate misceatur,cõpetit in rem actio.† Et
si potest considerari cuiuscunq; frumentum,tunc iudex debet cuilibet
suum assignare,& tũc quale,hîc positum in textu exponitur,pro quid.
Sed si non potest separari,tunc iudex arbitrio suo æstimabit qualita-
tem & quantitatem vniuscuiusq; frumenti. Et sic æstimatio non erit
in corpore, sed in qualitate & quantitate. Et tunc quale, accipitur hîc
propriè. Et si vnus dicat suum frumentum melius esse,ipse tenetur hoc
probare. Sed si frumentum sit consumptum, non competit in rem
actio,sed in factum,vt ff.ad legem Aquili.l.qui occidit.§.si quis alie-
6 num. ¶ Notandum†finaliter, quòd quando greges miscentur, non
transfertur dominium, vt hîc dicitur, quod fit,vel propter errorem,
vel vt melius pascantur, vt infrà ad legem Aquiliam. in principio.§.
7 quod autem. ¶ Opponitur † primò sic,& videtur, quòd frumentum
erit æquè commune, siue misceatur voluntate dominorum, siue sine
voluntate, quia voluntas nihil facit ad substantiam frumenti,nec vi-
detur ratio valere,quam textus ponit, quòd singula grana manent in
sua substantia, si misceantur sine voluntate dominorum. Solutio.
Verum est, quòd voluntas nihil facit ad substantiam frumenti in se,
sed bene facit aliquid, vt substantia frumenti mutetur quantum ad do
minium.Si enim frumentum tuum frumento meo misceatur, ex no-
stra voluntate, tunc nullum granum est in frumento tuo, quod non
transit ad dominium meum,& nullum in meo,quod non sit in domi-
nio tuo. Et dicit gl. hîc,quòd est simile de tẽpore, quia est cõtinuũ,&
tamẽ per significationẽ nostrã distinguitur tẽpus in præsens,præteritũ
& futurũ,in horas,dies,annos. ¶ Opponitur secũdò,& videtur quòd

quando greges miſcentur, transfertur dominiũ, per ſimile in l. ſi alien
8 ff. de ſolu. Solutio. Illa † lex loquitur de pecunia numerata, quæ qua do miſcetur, transfertur eius dominium, infrà qui. mod. re contra. obl. §. j. no. iij. Et in pecunia eſt ſpeciale, nec eſt ſimile in gregibus.

§. Cùm in ſuo.

1 *Aedificans in ſuo ſolo, ex aliena materia, efficitur dominus ædificij. Et quid econtrà.*

2 *Domino, ex cuius natura ædificatum eſt in alieno ſolo, an & quæ actio competat. & nu. 6.*

3 *Aedificans ex ſua materia, in alieno fundo, ſcienter, perdit materiam. & nume. 12.*

4 *Solum quando dicatur ſuum.*

5 *Aedificium, an & quando cedat ſolo.*

7 *Tignum, quid. & quid ueniat eius nomine.*

8 *Aedificio rupto, dominus materiæ, habet rei uendicationem, contra bonæ fidei ædificatorem: non autem malæ fidei.*

9 *Aedificans in alieno ſolo, ſi primà eſt bonæ fidei, poſteà autem efficiatur malæ, quæ uia eligenda.*

11 *Aedificans in alieno ſolo, quam actionem habeat. diſting.*

Hîc conſequenter declaratur, qualiter res ſingulorũ iure gentium
1 acquirantur ædificatione. Et ſummatur ſic: † Aedificans in ſuo ſo lo, ex aliena materia, efficitur dominus ædificij. Sed ædificans ex ſua materia in alieno ſolo, ſi ſcienter, perdit materiam, & ædificium cedit ſolo: ſed ſi ignoranter, repetit impenſas. Hoc dicit. ¶ Sed intellectus textus eſt, quòd ædificans in ſuo ſolo ex aliena materia, fit dominus
2 ædificij, quia ædificium cedit ſolo. Dominus † tamen materiæ eius dominium non perdit, ſed non poteſt eam vendicare, neq; ad exhibendũ agere, propter l. xij. tabularum, qua prohibetur, ne tignum alienũ ædibus iniunctum eximatur, vt ædificia non reſcindantur, ſed per actionẽ de tigno iniuncto datur duplum æſtimationis. Et per tignum intelligitur omnis materia, ex qua fiunt ædificia. Rupto tamen ædificio, poteſt
3 dominus materiæ ad exhibendũ & rei vendicatione agere. Sed † ædificans ex ſua materia in alieno fundo, perdit materiã ſuam, ſi ſcit alienum fundum eſſe, quia ædificium cedit ſolo. Et ideò rupto ædificio, non poteſt materiam vendicare. Sed ſi bona fide ædificauit, & ædificium poſsideat, repellit dominum ſoli petentem ædificium, per exceptionem doli mali, niſi ſoluat pretium materiæ, & impẽſas fabrorum.
4 Hoc dicit vſq; ad §. ſi Titius. ¶ Notandum † primò, quòd ſolum dicitur ſuum, licet alius habeat vſumfruc. vt infrà de hæredibus inſtitu. §. j. vbi dicitur ſuus ſeruus, cuius alius habet vſumfruc. Dicitur etiã ſuũ,

quod

quod pertinet ſibi & alteri,vt ff.de verbo.ſigni.l. pupillus. ¶ Notan-
5 dum †ſecundò,quòd iſta regula intelligitur,quando ædificiũ eſt affi-
xum ſolo.Prius enim non cedit ſolo,vt ff.de acqui.re.domi.l. Titius.
6 ¶ Notandum † tertiò,quòd dominus materiæ poteſt agere contra
eum,qui ædificauit,licet non poſsideat,vel cõtra poſſeſſorẽ, licet non
ædificauerit,ſed altero ſoluente alius liberatur,vt ff.de his qui effu. vel
deie.l.ſi verò.§.poſitum.Sed nõ agit contra illos,qui conducti igno-
ranter in aliena materia operati ſunt,vt in glo.in l.rem.§.tignũ.ff.de
rei vendi.Et habet dominus materiæ cõtra eũ, qui eſt malæ fidei , &
ædificauit,actionẽ furti,& de cõdictione furtiua , & rei vendica.& ad
exhibendũ,& etiã actionẽ de tigno iniuncto , vt infrà de actio.§. ſic
itaq;. Sed contra eũ,qui eſt malę fidei poſſeſſor,ſed non ædificauit,nõ
habet actionẽ furti,ſed rei vendi.& ad exhibendum,vt ff.de rei vend.
l.in rem.§.tignũ.& conceditur duplũ æſtimationis,vt hîc dicitur.Sed
contra eũ,qui eſt bonæ fidei , habet actionẽ de tigno iniuncto ſolũ,
& non conſequitur niſi ſimplum,vt ff.de tigno iniuncto.l.fin. ¶ No-
7 tandum †quartò,quòd per tignum,intelligitur omnis materia,ex qua
fiunt ædificia,vt hîc dicitur,& ff.de verbo.ſigni.l.tigni. non ſolùm in
domibus,ſed etiam in campis,vt ff.de verb.ſigni.l.vrbana prædia. vel
8 etiam in vinea,vt ff.de tig.iniuncto.l.j. ¶ Notandum † quintò , quòd
dominus materiæ,rupto ædificio,habet rei vendic.omni tempore,ſed
non antè,quã eſt ruptum ædificium,contra illum , qui eſt bonæ fidei,
quia talis non præſcribit,vt C.de anna.excep.l.j. Sed contra eum,qui
eſt malæ fidei,rupto ædificio,non habet rei vendic.poſt xxx. annos,
quia talis præſcribit,vt l.ſicut. C.de præſcrip.xxx. vel xl.anno. Et ſic
malæ fidei poſſeſſor videtur melioris cõditionis , quia præſcribit,quã
bonæ fidei,quia ille non præſcribit.Sed non eſt mirũ hoc, quia cõtra
eum, qui eſt malæ fidei,non datur rei vẽdi.niſi poſt ruptum ædificiũ.
9 ¶ Notandum † ſextò,quòd ſi ædificans in alieno ſolo,primò eſt bo-
næ fidei,& poſteà fit malæ fidei,tunc eligitur media via, quia non re-
petit impenſas,ſicut ſi fuiſſet ſemper bonæ fidei, nec perdit materiam,
ſicut ſi fuiſſet ſemper malæ fidei,ſed poteſt tollere ædificiũ, ſine diſpẽ
dio domini ſoli,vt ff.de rei vendi.l. Iulianus ſcribit.§.ſi in aliena.& fa
10 cit ad hoc l.intra.§.vendẽtib.ff.de mino. ¶ Notandum † finaliter,pro
intellectu glo.magnæ ſuper verbo,ædificauit,circa finem,quòd ædi-
ficans in alieno ſolo,aut facit nomine illius,cuius eſt ſolum,aut nomi-
ne proprio. In primo caſu habet actionẽ negotio.geſto. vt ff.& C.de
negotijs geſtis per totum. In ſecundò caſu , aut facit fructuũ gratia,&
deducet impenſas de fructibus,quia non intelliguntur fructus eſſe,niſi
deductis impenſis,vt ff.ſol.matri.l.fructum.aut facit cauſa rei ſeruan-
dæ,& hoc dupliciter,quia vel de nouo faciẽdo aliquid , vel reficiendo

quod prius factum est. In primo casu, si facit bona fide, repetet omnes impensas, per exceptionem doli mali, vt hîc & ff. de condictio. indeb. l. si in area. Sed si facit mala fide, nõ repetet impensas agẽdo aut excipiendo, quia nullum sibi voluit obligari, vt ff. communi diuidundo. in hoc iudicium. Sed si in reficiendo aliquid fecit bona fide, repetet impensas necessarias & vtiles, per exceptionem doli mali. Sed voluntarias tradet, nisi dominus soli vellet sibi tantum dare, quantum voluerit, postquàm esset ablata, vt ff. de rei vendica. l. in fundo. Sed si fecit mala fide, & est in possessione, tunc necessarias impensas repetit per officium iudicis, vel per exceptionem doli & vtiles tradet. Sed voluntarias nullo modo repetit, vt C. de rei vendica. l. domum. Et istud verum est in rei vendicatione. Sed in petitione hæreditatis, possessor bonæ fidei repetit omnes impensas. Et malæ fidei, repetit necessarias, & vtiles tradit, & voluntarias nullo modo consequitur, ff. de petitio. hæredi. l. plane. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd ædificans nõ fit dominus ædificij, si ędificat ex aliena materia, per l. in tantũ. ff. de re. diui. Solutio. Quod hîc dicitur, intelligitur in suo solo. Ibi aũt ędificauit in littore maris, quod est cõmune, vt suprà eod. § . equidẽ. Et ideo ædificium non cedit solo, sed solum cedit ædificio. ¶ Opponitur secundò sic, & videtur, quòd dominus materiæ perdit dominiũ in casu istius § . cũ in suo. per l. rerũ mistura. § . Labeo. ff. de vsucap. Solutio. Dominus bene põt perdere dominiũ materiæ, vt ibi dicitur, sed nõ ex causa ædificationis, vt hîc dicitur. ¶ Opponitur tertiò, & videt̃, quòd dominus materiæ põt eã vẽdicare, & ad exhibendũ agere, antè, quã ruptũ sit ædificium, per l. quæ res. ff. de solutio. Solutio. Ibi nõ dicitur, quòd agit ad rem ipsam, sed ad æstimationẽ, & iuratur in litem, quia huiusmodi actiones sunt arbitrariæ, vt ff. de in litẽ iurando. l. in actio. & § . præterea. infrà de actionibus. ¶ Opponitur quartò postquàm dominus est consecutus duplum, adhuc agere possit, cuius contrarium hîc dicitur, per l. fi. ff. de tig. iniunc. Solutio. In illa l. petijt duplum, sed non fuit effectualiter consecutus. Et ideò non obstabat, quin potuit petere, vt ff. de his, qui deiecerunt vel effude. l. perceptione. ¶ Opponitur

12 † quintò, & videtur, quòd ædificans in alieno solo scienter, non perdit materiam, per leg. secundã. C. de rei vendicatio. Solutio. Ibi ædificauit in alieno solo ex aliena materia, & ideò dominus materiæ potuit eam petere, siue ædificans sciuerit, siue ignorauerit. ¶ Opponitur sextò, & videtur, quòd ædificans in alieno solo bona fide, non solùm habet exceptionem, sed etiam actionem, per leg. hæreditas. ff. de petitione hæredita. Solutio. Ibi impensæ fuerunt factæ in re hæreditaria, quod erat necesse, & ideò lex dabat actionem in illo casu. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd ædificans mala fide

in alieno

in alieno solo, habeat actionem per l.si pupilli. §. sed & si quis.ff. de nego.gestis. Solutio. Ibi ædificauit alieno nomine.

§. Si Titius.

1 *Plantata & sata, postquàm radices egerunt, cedunt solo.*
2 *Radices arboris uicini, in fundo, uel rami, pendentes super domum meam, me impediunt, quod mihi competat remedium.*
3 *Si quis seminet de semine meo, in alieno solo, contra utrunq; competit mihi actio. Et quæ cum illo semine transeant. nu. 4.*
5 *Arbor est communis, quæ æqualiter habet radices in utroque.*

1 Hìc † declaratur, qualiter res iure gentium acquiruntur plantatione seu seminatione. Et summatur iste §. sic: Plantata & sata, postquàm sunt radicata, cedunt solo. Hoc dicit. Sed intellectus textus est iste: Quòd si Titius alienam plantam in suo solo posuerit, ipsius erit talis planta, si radices fecerit. Nam prius, manet illius, cuius fuit. Eodem modo, si Titius suam plantam in Meuij solo posuerit, Meuij planta similiter erit. Et ideò, si arbor vicini in fundo Titij radices egerit, Titij arbor erit: sed si arbor prope confinium posita, in vtroque fundo radices egerit, communis erit. Et quod dictum est de plantatis & ædificatis, etiam intelligi debet de satis. Et ideò si quis bona fide in alieno solo seminauit, & dominus soli seminata petat, repellitur per exceptionem doli mali, nisi impensas soluat. Hoc dicit vsque ad §. literæ quoque, licet aureæ sint. l. qua ratione. §. j. ff. de
2 acquiren. rerum domi. ¶ Notandum † primò, quòd si, radices arboris vicini mei in fundo meo, vel rami pendentes supra domum meam, mihi impedimentum præstant, possum authoritate iudicis radices illas vel tales ramos abscindere, vt ff. arborum furtim cæsarum. l. si plures. §. finali. Et si denuntiaui vicino meo, vt radices & ramos tolleret, & idem hoc facere negligit vel recusat, possum sine authoritate iudicis non solùm ramos vel radices, sed & totam arborem tollere, & ligna mecum portare, sine alicuius contradictione, vt ff. de arborib. cæden. l. j. §. si arbor ædibus. Consilium autem est, vt denuntians fieri faciat publicum instrumentum de denuntiatione. Et quando duę arbores sunt in vno trunco, si supra terram appareat vna arbor, tunc illæ duæ numerantur pro vna. Sed si vnitas sit sub terra, & supra terram non apparent, nisi duæ arbores, tunc debent iudicari duæ, vt ff. arborum furtim cæsarum. l. si gemina. quod facit ad multas quæstiones, quas mouet Barto. circa illam legem.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd si quis de semine meo seminauit in alieno solo, possum agere contra illum, qui seminauit vel contra possessionem, licet non seminauerit, vt de tigno iniuncto dictum est circa

est circa §.cùm in suprà eo.per l.si verò.§.positum.ff.de his, qui de-ce.vel effude.quia hincinde est eadē ratio:& ergo etiam cōpetere de-
4 bet eadem actio, vt ff.de mandati.l.Lucius. ¶ Notandū † tertiò,quòd cum semine transeūt semina & plantæ,quæ ex illo semine natura procreante generantur,vt ff.de acquir.rerum domi.l.qua ratione. ¶ Notandum finaliter quòd Ioan.Fa.dicit hîc circa §. qua ratione,quòd si aliquis seminat porros in vna parochia,& posteà extrahit, & plātat in alia decimæ debentur secundæ parochiæ,quia ibi perfectè fecerunt radices.Sed Ioan.An.in mercurialib.in regula, qui prior.de reg.iuris.li.vj.dicit,quòd decimæ debentur vtriq; parochiæ. ¶ Opponitur primò contra prædicta,& videtur,quòd quādo Titius alienam plantā in suo solo posuit,& radices fecerit,Titius non fit dominus plantæ, quia ille, cuius fuit planta,habet vtilem actionem:quod non esset,nisi ipse esset dominus, vt ff.de rei vendica.l. si frumentū.§. de arbore.& l.in rem.§.item quæcunq;. Solutio. Datur illi,qui fuit dominus plantæ,vtilis actio,vt in illis legibus dicitur,non ad ipsam plantā,sed ad eius æstimationem:& ideò non sequitur,ipsum esse dominū. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd iste textus cōtradicat sibiipsi : dicitur enim ibi,vt si vicini arbor, quòd quando radices sunt in fundo Titij, tunc arbor est Titij,& posteà ibi, & ideò prope cōfinium,videtur dicere,quòd ar-
5 bor est cōmunis.Solutio. † Aut arbor equaliter habet radices in vtroque fundo,& tunc est cōmunis:aut plures radices habet in vno fundo & tunc sequitur illum fundum,ff.quod vi aut clàm.l.interest. & sic intelligitur etiam l.si plures.§.fin.ff.arbo.fur.cæsa. Nec oportet dicere, quòd ista constitutio corrigit illam, vt hîc in glo. quia correctio legum est vitanda,C. de inoffici. do.l. vnica. & vltima solutio posita hîc in glo.non valet,quia est contra tex.hîc.

§. Literæ quoque licet.

1 *Literæ,quamuis aureæ, cedunt chartis.*
2 *Scribens in aliena materia,si bona fide possederit,scripturam, non potest dominus materiæ,eam scripturam petere,nisi solutis expensis.*
3 *Materia, an cedat scripturæ.*
4 *Consuetudo mutata, an mutet ius.*

Hic declaratur qualiter res acquirūtur scriptura & pictura.& sum-
1 matur iste §.sic:Literæ † scripturæ cedunt chartis,licet dominus chartarum teneatur ad expensas scripturæ.Hoc dicit,sed intellectus textus est,quòd literæ,licet aureæ sint,cedunt chartis, sicut edificata & plantata cedunt solo. Et ideò si Titius in chartis tuis aliquid scripserit, nō Titius,sed tu illius scripturæ dominus efficeris:si tamen à Titio bona fide possidente illam scripturam petas, poterit Titius per exceptionem doli se

doli se defendere, nisi impensas solueris scripturæ. Hoc dicit vsque ad
2 §. si quis in aliena. ¶ Notandum † primò, quòd si scribens in aliena materia, bona fide possederit scripturam, non potest dominus materię illam scripturã petere, nisi soluat impensas, vt hîc. Simile est suprà eodem in §. certæ. Sed si mala fide hoc fecit, videtur laborem donasse, & ideò nõ reseruat impensas, vt suprà eo. §. & ex diuerso. & si iste scriptor bonæ fidei reddat domino materiæ, scripturam vel librum, tunc ipse scriptor habet actionem in factum contra illum, vt ff. de rei ven.
3 l. in rem actio. §. item quæcunq;. ¶ Notandum † finaliter, quòd quidam dicunt, vt Azo, quòd ex quo hodie scriptores facti sunt pictores, & ferè semper scriptura cõmuniter est pretiosior, quàm materia, videtur, quòd istud ius mutatũ sit, vt scilicet materia cedat scripturæ, propter mutationem & alteratiõe consuetudinis & cursus naturæ, vt scilicet minus pretiosum cedat pretiosiori, fa. l. mulieres. ff. de verb. signific. & glo. in l. qua ratione. §. literæ. ff. de acquiren. rerum dom. Et intelligitur istud de cõmuni præualentia, & non de singulari: si enim aliquis faceret scribi librum aureis literis, non attenderetur, quia hoc est
4 singulare, & non fit cõmuniter, vt in d. l. mulieres. † Alij dicunt, quòd propter consuetudinem mutatam, non mutatur ius, nisi interueniat declaratio eius, qui potest iura condere, vt in Authen. de nõ alienan. seu permut. §. finimus. collatione ij.

§. *Si quis in aliena.*

1 *Tabula depicta, cedit scripturæ.*

2 *Pictor habet directum dominium tabulæ alienæ: dominus autem utilem, contra pictorem possidentem, actionem. nu. 3.*

1 Tabula † depicta, cedit picturæ: & ideò si dominus tabulæ, eam possideat, habet pictor directam actionem contra eum, scilicet, dominũ tabulæ, sed repellitur per exceptionem doli, si pretium tabulæ non soluat: sed si pictor possideat, datur domino tabulæ vtilis actio, qui etiã repellitur per exceptionem doli, si pretium picturæ nõ soluat. Et si tabula furtim surrepta sit, habet dominus tabulæ furti actionem, siue pictor, siue alius surripuit. Hoc dicit, & patet intellectus textus vsq; ad §.
2 si quis à non domino. ¶ Notandum, † quòd pictor habet directũ dominum tabulæ alienæ, postquã est depicta, vt ff. de acquiren. rerum dom. l. qua ratione. §. sed non vt literæ. & ideò habet etiam directam actionem. Et si tabula posteà reddatur, adhuc pictor manet dominus tabulæ. ff. de rei vendica. l. in rem. §. & quod semel. Dominus tabulæ habet vtilem actionem contra pictorem possidenté, propter reliquias dominij, quod habuit in tabula ¶ Opponitur primò sic, & videtur quòd tabula non cedit picturę, per l. in rem. §. sed illud, quod in char-

ta. ff.

ta.ff.de rei vend. Solutio. Ibi tabula fuit pretiosior pictura, vel fuit im-mobilis, vt in marmore posito in ædificio. tunc enim pictura cedit ta-bulæ. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd dominus tabulæ non habeat vtilem actionem contra pictorem possidentem. quia sic seque-retur, quòd melior esset conditio petentis, quàm possidentis, contra §. commodum. infrà de interdic. quia videtur, quòd dominus tabulæ sol-uendo pretium picturæ, haberet tabulam, siue pictor velit siue nolit. Solutio. Pictor habet contra dominũ tabulæ possidentem directam actionem, & à fortiori etiam habet exceptionem contra eum, licet ve-
3 lit pretium picturæ soluere. † Et ideò hîc dicitur, dominum tabulæ ha-bere vtilem actionem, intelligi debet, quando pictor non vult pre-tium tabulæ soluere, vt ff. de superficie. l. j. §. quod ait prętor. versi. planè. & sic petens non est melioris conditionis, quàm possidens. In illo etiam §. commodum alle. in oppositum, non dicitur, quòd melior est con-ditio possidentis, sed quòd cõmodum est possidere, quia possidens fa-cilius probat dominium, quàm non possidens: & si iura obscura sint, fauetur possidenti. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd dominus tabulæ nullo modo potest habere furti actionem, quia per picturam perditum est dominium suum. Solutio. Dicendum est, quod ista tabu-la furtim sublata fuit, antè, quàm fuit depicta, & tunc fuit dominus ta-bulæ. Et licet per picturam perdatur dominiũ, potest tamen dominus habere furti actionem propter dominium, quod habuit ab initio, & de-sijt esse dominus sine facto suo, sicut dictum est suprà eo. §. si tamen aliena. sed si post picturam dominus tabulæ eam surripiat, habet pi-ctor contra eum furti actionem, infrà de obligationibus quæ ex deli-cto nascuntur. §. aliquando.

§. *Si quis à non domino.*

1 *Fundum alienum possidens bona fide, uendicato fundo à uero domino, tenetur de fructibus consumptis.*
2 *Fœtus, in gregibus, sunt in fructu.*
3 *Partus ancillæ, non est in fructu.*
4 *Fructus ut fiant possidentis, requiritur bona fides ab initio. Et de quibus fructibus id intelligatur. nu. 5.*
6 *Possessor malæ fidei, de quibus fructibus, & qua actione teneatur.*
7 *Fructus, sunt duplices.*
8 *Vsufructuarius, bonæ fidei possessor, & colonus, quid differant.*
9 *Colonus partiarius.*
10 *Homo, non est in fructu.*
11 *Oues decem, & porci quinque, faciunt gregem.*
12 *Possessor malæ fidei, quadrupliciter tenetur de percipiendis.*

Hic

1 Hîc declaratur, qualiter acquirũtur fructus, & summatur sic: † Possidens alienum fundum bona fide, vendicato fundo à vero domino, non tenetur de fructibus consumptis: sed possidens mala fide, tenetur cum fundo fructus etiam consumptos restituere, & vsufructuarius nõ facit fructus suos nisi perceptos. Et ideò, si maturis fructus & non perceptis decedat, illi fructus non pertinent ad eius hæredes, sed pertinent
2 domino proprietatis, & idem ferè est de colono. In † gregibus etiam fœtus in fructu sunt, & ideò sicut lac, pilus & lana, sic etiam agni, hœ-
3 duli, vituli, equuli, & succuli, pertinent vsufructuario. Partus † tamen ancillæ non est in fructu, & ideò pertinet proprietario. Et qui habet vsumfructum in gregibus, in locum demortuorum animalium capitum, debet ex fœtu submittere siue surrogare: & in locum demortuarum, vinearum vel arborum, debet alias submittere, quia vt bonus paterfamiliâs rectè colere debet & vti. Hoc dicit vsq; ad §. thesauros. &
4 satis patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd ad hoc, quòd possidẽs faciat fructus suos, requiritur bona fides ab initio, vt ff. de vsu. l. qui scit. §. finali. & si posteà superueniat mala fides, ex illo tempore tenetur fructus etiam consumptos restituere, vt infrà de offic. iudi. §. illorum. Et quod hîc dicitur, si habeat iusto titulo, idem est si non habeat titulum, & bona fide possidet, vt ff. finium regundo. l. iiij. §. sed
5 ante. ¶ Notandum † secundò, quòd istud ius intelligitur de fructibus industrialibus, vt ff de vsuris. l. fructus. & ff. de vsu. l. qui scit. §. præterea. aliud enim est de naturalibus, quia si illi consumpti sunt, non etiam tenetur de illis possessor bonæ fidei, nisi quatenus factus est locupletior, vt ff. si certum petatur. l. si me &. Titium. nec etiam tenetur ad pretium, vt infrà de offic. iudi. §. si verò. De naturalibus autem extantibus, tenetur rei vendicatione, quia sunt percipientis: sed tenetur cõdictione sine causa, per officium iudicis, C. de rei vendica. l.
6 certum. † Sed possessor malæ fidei de omnibus industrialibus & naturalibus consumptis, tenetur cõdictione sine causa per offic. iudicis, vt C. de cõdictione ex lege. l. penul. De extantibus autem tenetur rei vendica. vt C. de rei ven. l. si fundum. De percipiendis autem, si non habet titulum, tenetur per officium iudicis, vt ff. de rei vendic. l. si nauis. sed si habet titulum, non tenetur de percipiendis, vt C. de rei vẽdi.
7 l. si fundũ. & not. in glo. vlt. ¶ Notãdum tertiò, † quòd duplices sunt fructus: quidam sunt naturales, & quidã industriales. Fructus naturales sunt, qui sine industria & labore nouo hominum, sponte generantur, sicut fructus, qui sunt pira, poma, cerasa, quæ arbore semel plãtata, spõte nascuntur. Industriales sunt, triticum, siligo, hordeũ, quæ non nascũtur, nisi præuia agricultura & seminatione, propter quod industriã
8 hominum dicũtur requirere. ¶ Notandũ quartò, † quòd vsufructuarius,

rius,possessor bonæ fidei,& colonus,differũt,quia vsufructuarius no: facit fructus suos nisi perceptos, nec transmittit aliter ad hæredes: se: possessor bonæ fidei,facit fructus suos à solo discerptos, & transmit: ad hæredes,vt ff.quibus modis vsusfru.amit.l.si vsufructua.Differun: etiam,quia vsufructuarius recipit fructus industriales & naturales: se: possessor bonæ fidei,industriales tantùm,vt dictum est. Colonus au: tem,qui colit pro mercede, facit fructus suos statim à solo discerptos & transmittit ad hæredes,vt infrà locati. §.fina. Et ideò dicit hic text: quòd ferè idem est de colono & vsufructuario.Potest etiam istud in-
9 telligi de colono partiario,de quo ff.loca.l.cum in plures.qui † est æ: qualis domino,vt volunt Ange.& Bart.in l.si apes.ff.de furtis.Dicitur autem colonus partiarius,qui ratione societatis contractæ,efficitur do minus fructuum communiter cum domino fundi, & debet habere par
10 tem omnium emolumentorum fundi. ¶ Notandum † quintò,quòd homo non est in fructu, vt hîc, & ff.de vsuris & fru.l.in pecudum.& ideò si aliquis habeat gabellam de fructibus,nihil recipiet de seruis &
11 ancillis,vt vult Bal.in l.vetus.ff.de vsufruct. ¶ Notandum † finaliter quòd decem oues & quinq; porci,simul & gradatim consistentes, fa: ciunt gregem,vt ff.de abigeis.l.oues. & in locum demortuorũ deb: fieri submisio de fœtibus,vel de alijs.vt ff.de vsufr.l.quid ergo.§.sed quod dicitur. ¶ Opponitur primò sic,& videtur, quòd possessor bo: næ fidei,non solùm habet fructus industriales,sed etiam naturales,per l.bonæ fidei.ff.de acqui.rer.do.vbi dicĩ,quòd habet omnes.Solutio: Hoc intelligitur sic,quòd habet oẽs industriales, siue facto suo, siue alieno procreantur. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd possessor malæ fidei,licet habeat titulum,tenetur de percipiendis adhuc fructi:
12 per l ait prætor ff.de his quæ in frau.credit.alie. Solutio. † Dicendum est,quòd in quatuor casibus tenetur de percipiẽdis,vt hîc in gl.Primò: quando habet titulum, & emit ab illo, quem scit alienare in fraud: creditorum,vt d.l.ait prætor.Secundò,quando habet ab illo,qui me: tu coactus est alienare,vt ff.quod metus cau.l. sed & partus. Tertiò: habet ab illo,cui interdicta est alienatio, vel contra interdictum acce: perit,vt in authen.de nõ alienan.aut permutãd.§.si quis igitur.col: ij.Quartò,si fructus corrumpi permisit,vt C.de agrico.& censi.l.que: admodum.lib.xj. ¶ Opponitur tertiò, & videtur,quòd homo est in fructu.per l.vetus quæstio.ff.de vsufru.Solutio.Ibi vsusfructus fuit ex presè legatus in partu ancillæ. ¶ Opponitur finaliter,& videĩ,quòd non oportet vsufructuarium alia submittere in locum demortuorũ. per l.quid ergo.§.sed quod dicitur.ff.de vsufruct. Solutio. Ibi habe- bat vsumfructum in singulis capitibus, & non solùm in grege,& ideò non oportebat ibi submittere.

§.Thesaurus

§. Thesaurus inuentus.

1 *Thesaurus inuentus in loco suo, sacro uel religioso, totus cedit inuentori. & nume. 8. Et quid, si in loco alieno, non sacro. & nume. 4.*
2 *Thesaurus, quid.*
3 *Thesaurus, quando dicatur inuentus in loco suo.*
5 *Thesaurus inuentus in loco alieno, ut mediatim cedat inuentori, oportet, quòd non dederit operam.*
6 *Casus fortuitus, quid.*
7 *Thesaurus ut fiat inuentoris, requiritur apprehensio.*

Hîc consequenter declaratur, qualiter res acquiruntur inuentione,
1 & summatur sic: † Thesaurus inuentus in loco suo vel sacro suo religioso, totus est inuentoris, vel inuentus in loco alieno, non sacro, pro media pertinet inuentori, & pro alia medietate domino soli. Hoc dicit vsque ad §. per traditionem. & patet intellectus textus. ¶ Notandum
2 primò, † quòd thesaurus, dicitur esse pecunia ab ignotis dominis vetustiori tempore abscondita, vt C. de thesauris. l. vnica. lib. x. vel est pecunia deposita, cuius non est hominũ memoria, vt ff. de acquir. rerum dom. l. nunquàm. §. thesauros. In l. autem peregrè. in princ. ff. de acqu. possess. & ff. ad exhiben. l. thesaurus. accipitur impropriè. ¶ Notandum
3 secundò, † quòd thesaurus dicitur inuentus in loco suo, siue inuentor habeat directum dominium siue vtile, vt feudatarius vel emphyteotecarius: & hoc verum est, si inueniatur res mobilis, sed si inueniatur res immobilis, vt argenti fodina, non est illius, qui habet vtile dominium, sed domini proprietatis, vt dicunt Ioan. & Petr. & ita fortassis opinio glos. hîc, quæ dicit, sic habuerit dominium verum siue vtile, vt feudatarius vel emphyteotecarius, & opinio Placen. quæ dicit aliud esse in
4 illis, possent concordari. Si autem † mercenarius, dum laborat in alieno, vel creditor in pignore inuenit thesaurum, medietatem vnam habebit inuentor, & aliam dominus fundi. ff. de acquiren. rerum domi. l. si is qui. §. quòd si creditor. Si nihilominus mercenarius sit à domino cõductus, totus thesaurus pertinet domino, vt ff. de procura. l. qui proprio. Si verò mercenarius inuenerit pecuniam in domo nouiter empta, in sacculo repositam, quæ non fuit ibi lõgo tempore: illa pecunia, quãuis mercenarius ibi laboret nomine emptoris, & casu fortuito, remanet ipsius venditoris, vt est text. nota. in l. à tutore. ff. de rei vendic.
5 ¶ Notandum tertiò, † quòd ad hoc, quòd thesaurus inuentus in loco alieno, pertineat mediatim inuentori, requiritur quòd non dederit operam, quia si dedit operam etiam voluntate domini, totus pertinet domino, vt C. de thesauris. l. vnica. lib. x. sed oportet quòd inueniatur
6 fortuito casu. Est † autem casus fortuitus, inopinatus rei euentus, ex

o causis

cauſis proueniens ob aliud inceptis. Dominus tamen ſoli ſiue fun
poteſt adhibere operam, nõ tamen artem magicam ſiue prohibita
quia ſic pertineret fiſco, vt in dicta l. vnica. C. de theſau. lib. x. Ex c
patet, quòd acquiſita per artes prohibitas, non facit quis ſua, ſed per
nent fiſco. facit c. non ſanè. xiiij. qõ. v. Patet etiam, quòd poſsibile
theſaurum inueniri per artem magicam, quia lex non eſt de impo
bili, vt in c. erit. diſtin. iiij. Patet etiam, quòd hîc eſt caſus, & ad hoc
lum alleg. iſte text. vbi fortuna plus prodeſt, quàm diligentia: & qui
bet animum acquirendi, non acquirit, & qui non habet animum, acq
7 rit. ¶ Notandum † quartò & finaliter, quòd ad hoc, vt theſaurus ef
ciatur inuentoris, oportet quòd per inuentorem apprehendatur, ne
enim ſufficit aſpectus. l. iij. §. Neratius. ff. de acquir. poſſeſ. licet glo
dicta l. vnica. teneat contrarium, & malè. Et iſtud facit ad declaratio
nem ſtatuti, quod in nonnullis vniuerſitatibus eſt. verbi gratia: Vn
uerſitas aliqua cauit per ſtatutum, ſi ſcholaris iuuentus fuerit cum a
mis, punietur per rectorem in floreno: rector videt aliquem arma pu
blicè deferre, & nõ apprehendit eum, ſcholaris talis non cecidit in pœ
nam, de quo per Bart. in l. j. ff. de acquiren. poſſeſ. ¶ Opponitur prim
contra prædicta, & videtur, quòd iſte text. eſt ſuperfluus, contra §. de
quibus. in prima conſtitu. Codic. quia iſtud videtur dictum eſſe ſup
eod. §. item lapilli. Solutio. Ibi loquitur de acquiſitione per occupa
tionem eorum, quæ inueniuntur in littore maris, & non fuerunt in do
minio alicuius & ſupra terram: Hîc autẽ loquitur de acquiſitione pe
inuentionem in omni loco, & eorum, quæ fuerunt in dominio, & ſub
8 terra. ¶ Opponitur † ſecundò, & videtur, quòd theſaurus inuentus
loco ſacro, non ſit totus inuentoris, per l. iij. §. penulti. ff. de iure fi
Solutio. Dicit hîc glo. quòd corrigitur iſte text. hîc, ſed correctio
rium eſt vitanda: ideò melius dicitur, quòd loquitur hîc de iure ge
tium, ſed ibi loquitur de iure ciuili, quod præualet. Secundum illu
ergo medietas pertineret fiſco. Sed quia hodie loca ſacra non ſu
dominis temporalibus, vt in c. ſuper ſpecula. extrà de magiſtris. &
vnico. quæ ſunt regalia. de feud. collatio. x. & ideò hodie inuentum
loco ſacro, videtur applicandum eccleſiæ.

§. *Per traditionem.*

Rerum corporalium dominium, per traditionem acquiritur.
2 *Res incorporales, non poſſunt tradi.*
3 *Prædia ſtipendiaria, quæ dicantur. Quæ tributaria. Quæ Italica.*
4 *Dominium, an poſsit ſine poſſeſsione quæri.*
5 *Dominium ut transferatur, ſex requiruntur.*
6 *Hyperbole.*

Hîc con

Hîc consequenter declaratur, qualiter res acquiritur per traditio-
1 nem,& summatur sic:†Dominium rerum corporalium,per traditio-
nem acquiritur licet etiam sint prædia stipendiaria,tributaria,vel Ita-
lica: inter quæ, quantum ad translationem dominij,non est differen-
tia.Hoc dicit vsque ad §.venditæ.& patet intellectus text. ¶Notan-
2 dum†primò,quòd res incorporales non possunt tradi,vt ff.de acquir.
3 rerum domi.l.seruus.§.incorporales. ¶Notandum† secundò,quòd
prædia stipendiaria dicuntur illa, quæ assignantur militibus pro stipen
dio,vt ff.de rei vendica.l.item,si verberatum.Sed tributaria sunt,quæ
soluunt tributa. Sed Italica sunt,quæ non soluunt tributa: & cum illis
Italicis priuilegiantur Agrippini,id est, Colonień.in Alemania inferio
4 ri, vt ff.de censibus.l.fina. ¶Notandum†tertiò,quòd ad hoc,quòd
aliquid acquiratur per traditionem, requiritur secũdum aliquos,quòd
acquirens inducatur in vacuam possessionem, vt C.de probationib. l.
cùm res.secundum alios non requiritur hoc,vt ff.de fun.dota.l.si fun-
dum. Sed possunt concordari,quia si intelligatur de acquisitione pos-
sessionis,procedit prima opinio:sed si intelligatur de acquisitione do-
minij,procedit secunda opinio,& sic potest dominium quæri sine pos-
5 sessione,& econtrà. ¶Notandum † finaliter, quòd sex requiruntur
ad hoc, vt dominium transferatur. Primum est, quòd tradens sit do-
minus vel quasi dominus, vt tutor vel prælatus ecclesiæ, vel habeat
potestatem specialem à domino, vel generalem cum libera volunta-
te, vt procurator: aliâs generalis sine libera alienat solùm fructus. l.
procurator.ff.de procuratorib.Secundum,quòd sit persona habilis ad
tradendum,qualis non est pupillus sine authoritate tutoris, vel furio-
sus,vt in glos.in l.traditionibus. C.de pactis. Tertium,quòd sit ista tra
ditio,ex causa vera vel putatiua,vt venditionis,donationis,vel similis,
quia nuda traditio sine causa non transfert dominium, vt ff.de acqui-
ren.rerum domi.l.nunquàm nuda. Quartum,quòd res non sit prohi-
bita alienari,sicut res sacra, vt infrà quib.aliena.licet.in princip.ff.eod.
l.qua ratione. §.eadem. Quintum, quòd si fit per venditionem,tunc
requiritur, quòd pretium solutum sit, vel facta sit fides venditori, vt
infrà eodem.§.proximo. Sextum, quòd si contractus debeat fieri in
scriptis,non valet traditio,si contractus factus sit sine scriptura, vt C.
de suffrag.l. vnica.& C.de fide instrumentorum.l.contractus.
6 ¶Opponitur † sic,& videtur, quòd non bene dicitur in textu, quòd
nihil est conuenientius naturali æquitati, quàm quod hîc dicitur, quia
conuenientius est seruire Deo. Solutio. Locutio ista est hyperboli-
ca,id est,excessiua,quomodo dicitur in trito sermone, tota ciuitas cur
rit ad spectaculum, licet multi sint in ciuitate non currentes: & simile
habetur ff.de pactis.l.prima.

§. *Venditæ rei.*

1 *Dominium rei uenditæ & traditæ, non acquiritur, nisi pretio soluto, aut uenditore aliôqui contento.*
2 *Venditor potest rem tenere in pignus, quousque sit solutum pretium.*
3 *Venditor potest rem suam etiam emptori traditam, uendicare, si pretium non sit solutum.*
4 *Venditor sequens fidem emptoris, uidetur transferre dominium rei uenditæ & traditæ.*
5 *Procurator an possit dominium rei transferre. & nume. 8.*
6 *Dominium, an & quando acquiratur sine traditione.*
7 *Clauium traditio, mercium traditionem infert.*

1 Res † vendita & tradita non acquiritur emptori, nisi pretium sit so-
lutũ, vel venditore aliâs cõtentato. Nec refert, an res tradat per ipsum
dominũ, vel alium de voluntate domini. Et interdũ acquiritur domi-
nium rei sine traditione, vt si quis mihi rem aliquam cõmodauerit, vel
locauerit, vel apud me deposuerit, & posteà eãdem rẽ mihi vẽdidit vel
donauit. Et per traditionem clauiũ horrei in quo sunt merces, traditur
ꝓprietas illarũ merciũ. Hoc dicit vsq; ad § hoc amplius. ¶ Notandũ
2 primò, † quòd vẽditor potest rem in pignus tenere, quousq; solutũ sit
pretium, vt ff. de actio. emp. & vendi. l. Iulianus. §. offerri. licet talis res
impropriè dicitur pignus, vt ff. de reg. iur. l. neq; pignus. facit §. latinus
3 largus. l. ex sextante. ff. de except. rei iud. ¶ Notandũ † secundò, quòd
venditor potest rem suam etiam emptori traditam vendicare, si pre-
tium non sit solutum, quia adhuc est sua, vt ff. de tribu. actio. l. procu-
ratoris. §. sed si dedi mercem. Sed potest tunc emptor pretium dare &
vendicationem impedire, vt ff. manda. l. diligenter. §. j. Nec oportet
venditorem contentum esse cum pignore, si non velit aliud quàm pre-
tium habere, vt ff. si cer. pet. l. ij. §. j. & si emptor non sit contentus pre-
tium esse apud venditorem, vel vẽditor rem esse apud emptorem, de-
bet deponi apud aliquem tertium, vt l. si ædiles. cum l. sequ. ff. de ædi.
4 edict. ¶ Notandum † tertiò, quòd dominium rei venditæ & traditæ
transfertur per hoc, quòd venditor sequitur fidem emptoris, & videtur
sequi fidem eius, si dat sibi diem solutionis, vt C. de pac. inter empt. &
vend. conuentis. l. ea lege. & glo. penul. in l. inciuile. C. de rei vend. vbi
5 & Barto. ¶ Notandum † quartò, quòd procurator siue totorum siue
vniuersorũ bonorum, nõ potest dominium rei transferre, nisi habeat
liberam administrationẽ generalem, vel speciale mandatũ ad alienan-
dum, nisi fortè res essent tempore perituræ. l. procurator cum libera.
& l. procurator totorum. ff. de procuratoribus. & ibi per Bartol.
6 ¶ Notandum † quintò, quòd aliquando etiam sine traditione acqui-
ritur

ritur dominium, puta ex volũtate domini permittentis rem ſuam eſſe penes poſsidentem, ex cauſa habili ad translationem dominij, & pretio ſoluto, etiam ſi res non ſit in cõſpectu: ſufficit enim quòd res ſit penes accipientem, quia domini voluntate eam habet & detinet, vt hîc & in l. hæc ſi res. ff. de rei vendica. Secus, ſi non habet de voluntate domini, de quo per Bart. in l. certi condictio. §. fin. ff. ſi cer. peta. Et de alijs caſibus, in quibus infertur dominium ſine traditione: vide Barto. in l. tra-
7 ditionibus. C. de pact. ¶ Notandum † finaliter, quòd per traditionem clauium alicuius domus vel cameræ, in qua ſunt merces, intelliguntur tradi tales merces, vt hîc, & ff. de contrahen. emp. l. clauibus. & ideò ad tradendũ equum, ſufficit tradere cum freno vel capiſtro, vt hîc innuit gloſ. ſuper verbo, clauium. ¶ Opponitur primò ſic, & videtur, quòd venditor non ſequitur fidem emptoris, dando ſibi diem ſolutionis, per l. commiſſoriæ. C. de pac. inter emp. & vend. conuen. Solutio. Illa lex loquitur, quando factum eſt pactum legis commiſſoriæ. quod fit ſic, Vendo tibi talem rem, & ſi illo die non ſolueris pretium, ſit res inempta. Sed hîc loquitur, quando ſimpliciter datur dies ſolutionis ſine tali pacto. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd dominium non transferatur, licet venditor ſequatur fidem emptoris, per l. iij. ff. de pignora. acti. Solutio. Ibi dominium non transferebatur, quia emptor decepit venditorem: dixit enim ſe habere pecuniam præſentem. ¶ Sed replicatur de l. ſi procurator. ff. de iure fiſ. & de l. procuratoris. §. ſed ſi dedi. ff. de tribu. actio. & de l. à diuo. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi. Solutio. In illis legibus venditor non potuit ſequi fidem emptoris, quia
8 fuit † procurator fiſci, vel tutor, vel curator: & tales non transferunt dominium, ſequendo fidem emptoris.

§. Hoc amplius.

1 *Res, quando habeatur pro derelicta: ut cedat occupanti. & nume. 3.*
2 *Miſsilia, unde dicta.*
4 *Rem, quæ excidit manibus uiatoris, aut alterius cuſtodia, inueniens, quid facere debet, ne furtum committat.*
5 *Merces proijciens in mare, cauſa nauis alleuiandæ, non perdit earum dominium.*
6 *Dominium an poſsit transferri in perſonam incertam.*

Dominium poteſt etiam transferri in incertam perſonam, vt in proiectione miſsilium, & res à domino pro derelicta habita, acquiritur
1 occupanti. † Et habetur res pro derelicto, quando dominus non vult eam habere in bonis ſuis: & ideò merces, quæ proijciuntur in mari, tempore tempeſtatis, cauſa alleuiandæ nauis, non habentur pro derelictis, ſed manent dominorum, & apprehendens eas animo lucrandi,

committit furtum. Et simile est de rebus, quæ ignorantibus dominis
2 cadunt de curribus. Hoc dicit vsque ad finem. ¶ Notandum † primò,
quòd missilia sic dicta sunt, quia in vulgus mittuntur siue proijciūtur,
vt multitudine illuc currente, possint prætores & consules sine difficul
tate pertransire, sicut nonnunquã factum est in coronatione Papæ &
Imperatoris, vt ff. pro derelicto. l. si id quod. §. id quod. & in Authen.
de consu. collatio. iiij. §. hæc itaq; ibi, argentum verò. ¶ Notandum
3 † secūdò, quòd ad hoc vt res habeatur pro derelicto, requiritur quòd
dominus nō velit eam habere in bonis suis: quæ quidem voluntas de-
bet esse vera, vel à lege præsumpta, vt in Authenti. de nup. §. & multò
4 potius. colla iiij. ¶ Notandū † tertiò, quòd si aliquis inueniat rem, quæ
cecidit de custodia viatoris vel alterius debet ponere scripturam circa
locum, vbi talem rem inuenit, vel faciet fieri proclama in ecclesia, vt
si aliquis talem rem amiserit, veniat vt sibi restituatur, aliâs furtū com
mittit, vt ff. de furtis. l. falsus. §. si iactum. Potest tamen pro re inuenien
da, propter quam quærendam aliquis mittitur, præmium recipere, vt
in l. idem. §. si tibi iudicium. ff. de cōdic. ob turpem causam. de quo la-
tius per Bar. in d. §. alienum. Si quis autē inuenerit rem, & denuntiasset
eam per libellum in publico, & nullus comparet ad petendum, tunc po
test iste inuentor, si sit pauper, de licentia pastoris vel diœcesani, illam
rem retinere: sed si sit diues, debet eam pauperibus eadem authoritate
erogare, vt vult Hostien. in titulo de pœnit. §. qui pœna. versi. si quis
5 inuenerit. fa. c. si quid inuenisti. xiiij. q. v. ¶ Notandum † quartò, quòd
proijciens merces in mare, causa alleuiandæ nauis, nō perdit dominiū,
sed qui eas occupat animo lucrandi, furtū cōmittit, ff. ad l. Rhodiam
6 de iact. ¶ Opponitur † sic, & videtur, quòd dominium nō possit trans-
ferri in personam incertam. per §. tutor. infrà de lega. Solutio. Ibi lo-
quitur in materia legatorū, quæ regulariter non possunt fieri incertis
personis: sed hîc loquitur de translatione dominiorum, & ita non
simile.

DE REBVS CORPORALIBVS ET INCORPORALIBVS.

TITVL. II.

Continuatur sic: Dictum est suprà titulo proximo, quali-
ter acquirūtur iure gentium res corporales: modò dicen
dum est, qualiter eodem iure acquiruntur res incorpora
les. & ideò præmittitur titulus de rebus corporalib. & in
corporalibus. & dicit gl. hîc, quòd aliqui libri in rubrica
non habent de corporalibus, sed solùm de incorporalib. Melius tamē
est, vt

eſt,vt habeatur etiam de corporalibus,quia in nigro ponitur corporalium diffinitio,& de eis exemplificatio.

§. *Quædam prætereà.*

1 *Res,quædam ſunt corporales,quædam incorporales.*
2 *Corporalium & incorporalium differentia.*
3 *Incorporalia,quæ.*
4 *Obligationes omnes,ſunt incorporales.*
5 *Corporalia,quæ.*

1 Hîc dicitur, † quòd quædam res ſunt corporales, & quædam incorporales. Corporales ſunt,quæ ſui natura tangi poſſunt,vt fundus, homo &c. Incorporales ſunt,quæ tangi non poſſunt,vt quæ in iure conſiſtunt,ſicut hæreditas,vſusfructus,&c. Nec obſtat,quòd in hæreditate ſunt res corporales, quia ipſum ius hæreditatis eſt incorporale: & ideò ſeruitutes vrbano.& ruſtico prædiorum ſunt incorporales.l.j.ff.
2 de re.diui. ¶ Notandum † primò,quòd iuriſta debet ſcire differētiam rerum corporalium & incorporaliū, quia de incorporalibus eſt aliud ius quàm de corporalibus. Nam incorporalia non traduntur, vt ff. de acquirē.rerum domi.l.ſeruus. §.incorporales.ſed quaſi traduntur: & hoc fit per patientiam & ſcientiam eius qui fuit dominus,vt in d. §.incorporales. Non etiā vſucapiuntur,vt.ff.de vſucapio.l.vſucapionē.& hoc per ſe. Poſſunt tamen vſucapi cū alijs,vt l.ſi aliena. §. hoc iure.ff. de vſucap.nec poſſunt vendicari,ff.de rei vendi.l.vendicatio. nec trāſferuntur,vt ff.pro ſocio.l.ij & iij.& hoc de nominibus debitorū patet quia nō transferūtur,niſi de ipſis fiat mētio.Secus de ſeruitutibus,quæ cum alijs trāſferuntur,vt l ſi aliena. §.hoc iure.ff.de vſucap. Non etiā poſsidentur,ſed quaſi poſsidentur,vt ff.de acquirē.poſ.l.iij. Idem Bar.
3 Cū alle.& Iaſ.in d.l.iij. ¶ Notandū † ſecūdò, quòd incorporalia ſunt quæ in iure cōſiſtunt,id eſt,de quibus prædicatur ius,vt notatur in l.j. §.quædā.ff.de rerū diuiſione.& incorporale bene cōtinet corporale, vt dicitur hîc in tex.de hæreditate,ex quo patet,quòd cōtinens nō mu
4 tatur propter contentū. ¶ Notandū † tertiò, quòd oēs obligationes, ſiue ex cōtractu,ſiue ex quaſi cōtractu,ſiue ex maleficio,ſunt incorpo
5 rales,vt infrà de obli. §.fi. ¶ Notādū † finaliter,quòd aër,flatus animalis,& ſimilia,ſunt corporalia. Sed angelus & anima ſunt incorporales: ſed de illis incorporal.nō eſt hîc tractandū. ¶ Opponitur primò ſic & videt,quòd nō bene diffiniūtur hîc res corporales,quia quę ſunt in profundo maris,nō poſſunt tāgi,& tamē ſunt res corporales.Solutio. Licet nō poſſunt tāgi ꝓpter difficultatē,tamē ex ſua natura ſunt tangibiles. ¶ Opponi.ſecūdò,& videtur,quòd res incorporales poſſunt vēdicari,qa obligatio eſt res incorporalis,& tamē pōt vēdicari,vt videtur

quia res in obligationem deductæ poſſunt vendicari. Solutio. Quando dicitur, quòd res in obligationem deductæ, poſſunt vẽdicari, ergo & obligatio, non valet conſequentia, ſed eſt fallacia accidentis, vt gloſ. in l. vendicatio. ff. de rei vendicatione. ¶ Opponitur finaliter, videtur, quòd id quod acquiritur ex obligatione, non eſt ſemper corporale, quia ſeruitutes acquirũtur ex obligatione, vt infrà de actio. ij. & ceſsiones actionum, quæ ſunt incorporales, acquiruntur ex obligatione, vt ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. fin. & l. ſi hominem. al. Iulianus. §. vſq; adeò. ff. de rei vendica. Solutio. Argumẽtum concedit in iſtis, & ideò tex. dicit plerunque.

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM ET VRBANORVM PRAEDIORVM.

TITVLVS III.

Continuatur ſic: Dictum eſt ſuprà titulo proximo in fine, quòd ſeruitutes vrbanorum & ruſticorum prædiorũ ſunt incorporales: Hîc autem tractandum eſt de eis, & ideò rubricatur iſte titu. de ſeruit. ruſti. & vrba. prædi.

§. Ruſticorum prædiorum.

1 *Seruitutes ruſticorum prædiorum, quotuplices.*
2 *Iter, quid.*
3 *Actus, quid.*
4 *Via, quid.*
5 *Aquæ ductus, quid. & nu. 10.*
6 *Seruitus realis, eſt duplex.*
7 *Seruitus perſonalis, eſt duplex.*
8 *Viam habens, habet actum, & iter.*
9 *Via, quid differat ab actu, & itinere.*
11 *Ire, & ambulare, diſcrimen.*
12 *Iter habens, an & quomodo ire poſſit, cum iumento.*
13 *Actum habens, an & inquantum habeat iter.*

1 Seruitutes † ruſticorum prædio. ſunt, iter, actus, via, & aquæductus.
2 Iter, eſt † ius eundi & ambulandi pedes & eques ſolus, vel cũ alio, non
3 autem vehiculum ducendi vel iumentum. Sed † actus, eſt ius eundi pedes & eques, ſolus vel cum alio, iumentum & plauſtrum ducendi, non tamen trahendi ſaxum, vel trabem, vel haſtam rectè ferendi: & ideò
4 qui habet actum, habet iter, ſed non econtrà. † Sed via, eſt ius eundi pedes vel eques, ſolus vel cum alio, iumentum & plauſtrum ducendi, trabem trahendi, & haſtam rectè ferendi, dum tamẽ fructus alterius non lædat.

5 lædat. Sed † aquæ ductus, est ius ducendi aquã per fundum alienũ. Hoc dicit vsq; ad §. prædiorũ vrbanorum. & patet intellectus tex. ¶ No-
6 tandum † primò, quòd quædã est seruitus realis, quæ scilicet debetur rei à re, & est duplex scilicet rusticorũ prædiorũ, vt verbi gratia: Prædium tuũ est obligatũ prædio meo, quòd ego ratione prædij mei vel agri, possum transire per prædium vel agrũ tuum. Et seruitus, quæ est in agro meo, vocatur seruitus dominans, & quæ est in agro tuo, vocatur seruitus seruiẽs. Alia est vrbanorũ prædiorũ, quæ consistit in ædi-
7 ficijs, vt infrà eo. §. proxi. dicetur. ¶ Et quædã † est seruitus personalis, quæ etiã est duplex. nam quædã debetur à persona personæ, & de ista seruitute dictũ est suprà de iure personarũ. §. seruitus. alia est quę debetur à re personæ, vt vsusfructus, vsus & habitatio, de quibus dicetur infrà duob. tit. proximis. Et quidã addunt huic ministeriũ seruorum, vt in glo. in l. si quis binas. ff. de vsufruct. Quædam etiã est seruitus personalis, quæ à persona debetur rei, vt quando aliquis deputatur certo loco, vt in oppido vel ciuitate, vel in carcere, vt ff. de cõdi. & demon. l. Titio. §. Titio. Sed ista seruitus obolita est de iure ciuili. vt in l. aut dãnũ. §. solẽt. ff de pœnis. sed nõ de iure canonico, vt in c. quãuis. de pœnis. li. vj. & nõ sunt plures seruitutes de iure, vt dicit Ioan. Fa. possunt tamẽ esse aliæ de cõsuetudine, vt pensiones, & donaria, quæ præstantur ex fundo emphyteotico, vel feudali, quæ si debẽtur rebus, sunt
8 reales, sed si debeantur personis, sunt personales. ¶ Notandum † secũdò, quòd in diffinitione viæ ponitur agendi, non addendo iumentum vel vehiculum, quia habens viam, habet actum & iter. vt hîc in tex. & plus. Potest etiã trabem vel saxum trahere, & hastam rectã portare, sine tamen læsione fructuũ, vt in l. qui sella. ff. de seruitutib. rusti. prædiorũ. Ex quo patet quando armigeris cõceditur passagiũ per aliquẽ agrum vel campũ, non possunt fructus lædere, vt notat Bar. in d. l. qui
9 sella. † Via etiã differt ab actu & itinere: quia habet latitudinẽ octo pedum in recto: & in reflexo siue anfractu xvj. nisi aliud constituatur, vt in l. vię latitudo. ff. de serui. rust. præd. Et ratio est, quia in recto potest plaustrũ occurrens videri, vt sic fiat cessio, ne vnũ aliud impediat: sed in reflexo nõ potest sic videri, & ergo ibi requiritur latius spatiũ, vt no. doc. in l. viæ latitu. ff. de seruit. rusti. præd. Et si duo currus concurrant, & neuter velit alij cedere, tunc sorte diuidetur quis debet cedere, vt est gl. in l. ij. §. iij. ff. ne quid in loco publico. ¶ Notãdum fina-
10 liter, quòd aquæ ductus est ius ducendi aquã per fundũ alienũ, siue inuentam, siue inueniẽdam, vt ff. de serui. rustico. prædiorum. l. Labeo.

¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd iter non sit seruitus, per l. ij. §. ij. ff. si serui. ven. Solutio. Illa lex loquitur de itinere, quod fuit vsufructuario cõcessum ex alieno prædio: & ideò non fuit seruitus, quia

seruitus non debetur seruituti. vt ff.de vsufru.leg.l.j. ¶ Opponitur se cundò,& videtur,quòd in istis diffinitionibus superfluè ponitur eun
11 & ambulandi,quia idẽ significant. Solutio. † Quãdo dicitur ius eũdi intelligitur solus,& additur,ambulandi,vt scilicet posset ire cum alio
12 ¶ Opponitur † tertiò,& videtur,quòd habens iter,potest ire cũ iumento,quòd hîc negari videtur,per l.qui sella.ff.de seruit.rustico prædiorum.Solutio. Verum est,quòd habens iter, potest ire cum iumento,si ipse illi insideat,& hoc dicit l.qui sella.sed non potest ire cum iumẽto à se separato,vel cum armento vel grege,sicut hîc dicitur. ¶ Oppon
13 tur † finaliter,& videtur,quòd habens actum,nõ habet iter,per l loci ff.si serui.vendicetur.& ff de adimen.lega.l.j Solutio. Habens actum habet iter,quantum ad cõmodum,quia potest ire sine iumento,vt hic dicitur:sed non habet iter,quãtum ad speciem seruitutis, quia sunt distinctæ seruitutes. & hoc vult lex in oppositum allega.

§. Prædiorum urbanorum.

1 *Seruitutes urbanorum prædiorum,consistunt in ædificijs. Et quæ sint il-læ. Et cur dictæ prædiorum seruitutes.*
2 *Prædia urbana consistunt in materia.*
3 *Stillicidium,quid.*
4 *Flumen,quid.*
5 *Seruitutes urbanæ assignantur affirmatiuè & negatiuè:rusticæ uerò,nũquàm negatiuè.*
6 *Interdictum,ne quis altius tollat ædes suas,dupliciter accipitur.*
7 *Seruitus quid.*
8 *Dominus prædij,an possit constituere seruitutem. Et quid,si sint plures domini.*
9 *Seruitus,potest imponi inuentione.*
10 *Seruitutem habens in prædio,uel domo,an possit eam alteri concedere.*
11 *Obligatio,an dicatur seruitus.*

1 Seruitutes † vrbanorum prædiorum consistunt in ædificijs, quia omnia ædificia,etiam in villis ædificata,vocantur vrbana:& sunt istæ seruitutes, tignum mittere in parietem alterius ædificij , vel stillicidium seu flumen recipere, vel non recipere, vel ne altius ædificium tollatur. Seruitutes etiam rusticorum prædiorum dicuntur ,aquæ haustus,pecoris ad aquam apulsus,ius pascendi,vel ius coquendæ calcis,necessariæ scilicet ad domunculam meam in agro faciendam,propter fructus recipiendos, seu arenæ fodiendæ, propter eandem causam. Et vocantur istæ seruitutes idcirco prædiorum , quia sine prædijs non constituuntur, nec debentur. Hoc dicit vsque ad §. si quis
2 velit,& patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd vrbana prædia

na prædicta non consistunt in loco, sed in materia, vt ff. de verb. signi. l. vrbana prædicta. & C. de prædijs mino. l. sed prædium. ¶ Notandũ
3 † secundò, quòd stillicidium dicitur esse aqua, quę cadit de ædificijs, & interdum directè cadit, quandoq; verò obliquè, fortè propter ventũ,
4 † Flumen verò dicitur esse aqua, quæ directè descendit, & maximè per δόχλαμ, id est, canale, vt ff. de seruit. vrbano. prædio. l. seruitutes.
5 §. stillicidium. ¶ Notandum † tertiò, quòd non recipere stillicidium vel flumen, est ius non seruitutis, sed potius libertatis, respectu eius qui recipit: sed est seruitus respectu illius, qui propter hoc plus recipit. Et sic seruitutes vrbanæ nõ solùm assignantur affirmatiuè, sed etiã negatiuè. Seruitutes verò rusticæ nunquã assignãtur negatiuè. Nam nõ ire per fundũ alterius, est libertas, & nõ seruitus, vt ff. de seruitu. vrb. prædiorũ. l. v. Hinc est, quòd sicut in præscriptione seruitutis vrbanę affirmatiuè assignatæ, opus est aliquo facto, sic etiam in præscriptione libertatis contraria, quæ negatiuè assignatur, vt videlicet, qui vult prę-scribere, non recipere stillicidium vel flumen, debet foramina obstruere, per quæ aqua solet fluere: sed istud no est necessarium in rustica
6 seruitute. ¶ Notandũ † quartò, quando hîc dicitur tex. ne altius quis tollat ædes suas, hoc habet duplicem intellectum. Vno modo, vt ædificiũ altius non leuetur, ne noceat lumini alterius, vt ff. de seruit. vrba. prædio. l. si arborem. §. interdũ. Alio modo potest intelligi, ne ædificium alterius ędificatũ deponatur, & hoc propter tria. Primò, vt ędificium inferius propter reflexionem melius lumen recipiat. Secundò, vt à transeũtibus non videatur, & sic vitentur expensæ hospitũ. Tertiò, vt melius defendatur à ventis & pluuijs, vt est glo. in l. j. ff. de seruit. vrbanorum prædiorũ. & Bar. hoc notat in ead. l. ¶ Notandum
7 quintò, † quòd si ius pascendi, id est, vt pecora mea pascãtur in fundo tuo, sit vtile prædio, non est tunc seruitus, sed magis aliud ius, vt puta pactionis vel conuentionis, ff. de seruituti. l. vt pomum. quia seruitus diffinitur sic: Est ius prædio inhærens, & illi proficiens, & alieno prædio vtilitatem dirimens. Et ideò si aliquis habeat ius, quòd potest in horto meo vel in domo spatiari vel cœnare ad recreationem, non est seruitus, quia nihil deperit propter hoc prædio meo, vt in dicta l. vt
8 pomum. ¶ Notandum † sextò, quòd ille potest constituere seruitutem, qui est dominus predij, accipiendo dominũ largè. vt continet etiã bonæ fidei emptorem. aut emphyteotã, aut superficiariũ, ff. de pigno. l. si ab eo. ff. de superficie. l. j. & si sunt plures domini, omnes debent cõsentire, quia in re communi potior est conditio inhibentis, c. in re. de re. iuris. lib. vj. & si vnus faciat sine alijs, quanuis non valeat, tamen ille qui fecit, non potest prohibere illi, cui cõcessit ius, sed socij possunt, vt vult Azo in summa C. eod. §. constituit. si tamen alij & omnes socij

concessi-

concesserunt & consenserunt successiuè, posteà valet prim: cōce: ac si omnes eam fecissent. ff. de serui. rusti. prædio. l. per fundū. ff. c:
9 rustico. prædiorum. l. fina. ¶ Notandum † septimò, quòd inuen: ne potest imponi seruitus, ff. eo. l. si fundo, & Imperator, qui est d: nus mundi potest cōcedere, vt aqua ducatur per viam publicam, d: modò fiat sine magno incommodo, ff. eo. l. seruitutes. §. publico.
10 de prec. impera. offer. l. quoties. ¶ Notandum † octauò, quòd is c: habet seruitutem in prædio vel domo, non potest eam alteri conce: re, nisi hoc fuerit permissum. Si tamen habeo seruitutem aquæ duc: & aqua est ingressa fundum meum. possum eam alteri cōcedere, si: noceat fundo seruienti, ff. de serui. vrba. prædio. l. ex meo. ff. de ac: quo. l. j. §. illud Labeo dicit. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, qu: ius pascendi, vel pecoris ad aquam apulsus, nō sint seruitutes reales: quibus tamen hîc textus intendit loqui, per l. Mela. ff. de alim. & ci: lega. Solutio. Istæ seruitutes dicūtur in illa l. personales, non quia p: sonæ debentur, sed quia durant ibi cum persona. ¶ Opponitur sec: dò, & videtur, quòd non habens prædium, potest habere seruitut:
11 vt ff. de euictio. l. fundū. Solutio. † Potest bene habere aliquam ob: gationem, sed illa nō dicitur seruitus, quia seruitus est ius prædij, qu: attēdi debet in libellis & sententijs, quia formari debent cōtra præd: & non contra personā, vt no. Bar. in l. si aliena. §. fi. ff. de ne. ge.

§. Si quis.

1 *Seruitutes quænam possint constitui pactionibus & stipulationibus.*
2 *Ædificare usque ad cœlum cuique est integrum, modò non impedia: tur per seruitutem.*
3 *Fundi sui ingressum potest quis prohibere alicui, nisi habeat seruitutem.*
4 *Seruitus, sub quotuplici conditione possit constitui. Et aliôqui quota: citer. nu. 5. 6.*
7 *Seruitute constituta in prædio, an totum prædium sit obnoxium.*
8 *Seruitutes omnes, sunt indiuiduæ.*
9 *Seruitutes, uariè amittuntur. & nu. 11.*
10 *Seruitute uti, quis dicatur.*

1 Seruitutes † istæ possunt constitui pactionibus & stipulationib. in: ter viuos, & etiam in testamento, in quo potest moriens heredem co: damnare, ne altius ædes suas tollat, ne officiat luminibus ædium sui v: cini, vel vt patiatur eum in parietem tignum immittere, vel stillicidi: habere, vel per fundum suum ire, & aquam agere, vel ex eo ducere.
2 Hoc dicit vsq; in finem. ¶ Notandū † primò, quòd liberū est vnicuiq; ędificare ad cœlum, si nō impediatur per seruitutē, vt ff. quod vi au:
3 clàm l. fina. §. penul. & de seruitu. l. fina. §. j. ¶ Notandum † secundò, quòd

quòd quis poteſt alium prohibere, ne ingrediatur fundum ſuum, niſi habeat ſeruitutem, vt ſuprà de rerum diuiſi. in §. planè. primò & ſecũ-
4 dò. ¶ Notandum † tertiò, quòd ſeruitus conſtituitur ſub conditione extinctiua, licet lex voluerit cum quadam perpetuitate propter vtilitatem prædiorum ſeruitutes conſtitui, quanuis hoc ſecundũ Azo. non ſit neceſſe. Poteſt etiam conſtitui ſub conditione, vt incipiat extante conditione, ſicut in transferendo dominio, ff. de acquiren. poſſeſſ.
5 l. qui abſenti. §. ſi quis. Conſtituitur † etiam per conſuetudinem, quæ à tanto tẽpore inoleuit, cuius non extat memoria, nec conſtituitur ad certum tempus, niſi talis ſeruitus, quæ habet vel habere videtur continuam cauſam, vt eſt ſeruitus tigni immittendi vel altius non tollendi, & aquæductus, quando aqua ducitur ſine intermiſsione. Item in ſeruitute ſtillicidij, quia etſi aqua non ſemper ſtillat, tamen ex quo natura ad ſtillandum quandam aptitudinem ordinauit, ſemper ſtillare intelligitur, vt ff. de ſeruit. vrba. prædiorũ. l. ſi ſeruitus. & l. foramen. C. de ſeruitut. & aqua. l. ij. In iſtis acquiruntur ſeruitutes decem annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, computãdo à tẽpore quo aliquis ſeruitute vti cœpit. i. prædio iure ſeruitutis, non vi, non clàm, non
6 precariò, ff. quemad. ſeruitus amit. l. ſeruitute. ¶ Notandum † quartò, quòd ſeruitus conſtituitur per quaſi traditionem, quia incorporalia, ſicut ſeruitus & vſusfructus, verè tradi non poſſunt, ff. de acqui. rerum domi. l. ſeruitus. §. incorporales, ſed quaſi tradũtur, & etiam quaſi poſſidentur traditione & poſſeſsione eorum, in quibus ſunt, c. ij. de teſ. in vj. Et fit iſta quaſi traditio per patientiam domini, ipſo iure ducente in poſſeſsionem, ideò cauebit, quòd me vtentem non impediat, vt ff.
7 de ſeruit. ruſtico. prædiorum. l. j. §. fi. Et † quando conſtituitur ſeruitus in prædio, totum prædiũ eſt obnoxium ſeruituti, niſi aliqua certa pars exprimatur: & iſtud debet intelligi ciuiliter & curialiter, quia quędam in ſermone tacitè excipiuntur. verbi gratia: Eſt mihi ſeruitus in prædio tuo toto per ipſum eundi, quia nulla pars eſt ſpecificata, tamen non debeo ire per medium vineæ vel bladorum, quando aliunde mihi patet tranſitus: etiam ſi vnam viam elegi eundi non licet illam mutare, niſi expreſſa ſeruitus fuiſſet conceſſa, in qualibet parte prædij, C. de ſeruitu. l. ſicut. & ff. de ſeruitu. ruſticorum prędiorum. l. ſi via. & ff.
8 quemad. ſeruitus amit. l. nam ſatis.[7] ¶ Notandum † quintò, quòd non poteſt conſtitui, vt quis teneatur ad partem ſeruitus, quia omnes ſeruitutes indiuiduæ ſunt ſiue indiuiſæ, præter vſumfructum: & ideò quilibet hæredum tenetur vel agit inſolidum, ff. de ſeruitu. l. pro parte. §. pro parte. & l. viæ. l. hęredes. eo. tit. de ſeruitutibus. & ff. de verb. obli.
9 l. ij. §. & harum. ¶ Notandum finaliter, † quòd multis modis ſeruitutes amittuntur. Primò, per confuſionem, vt ſi prædium tuum ſeruiat mihi,

mihi,& eius dominium posteà acquiro, vel econtrà, tunc exting: seruitus,ff. quemadmodũ seruitus amittatur.l.si causam. Secundò e tinguitur seruitus,per non vsum in decem annis inter præsentes,& ginti inter absentes,si constituta sit seruitus, vt non habeat interu temporũ,vel habeat interualla dierum tãtùm, vel noctium tant: sed si habet interualla mensium, amittitur duplicato tempore,scil: viginti annis inter præsentes,& xl.inter absentes,ff. quemadmodũ uitus amittatur.l.si sic. C.de seruit. & aqua.l.fina.nec distinguitur, ille,cui debetur via,sciuerit vel ignorauerit,ff.quemdamodum ser tus amitta.l.si partem. § si fundum. Potest tamen tali ex causa hon sta subueniri per beneficium restitutionis,ff.de seruitutib.rusticor: prædiorum.l.& Attilianus:Et istud verum in rusticis seruitutibus, in vrbanis requiritur, quòd præstetur impedimẽtum vtendi seruitu:

10 secundum Azo. † Dicitur autem ille vti seruitute,qui vtitur ea,pro constituta est in re,quanuis non in toto,tamen in genere,ff. quema: seruitus amit.l. si stillicidij. §.finali.& l.si in parte. & l si commune: Etiam dicitur vti seruitute,si alius vtitur nomine eius,vt quia con: xit fundum,aut habet eius vsumfructũ, aut possessionem,ff. quema:

11 seruitus amit.& l.qui fundum.& l.vsu. Amittitur †etiam seruitus pe: misione,vt si ego permitto tibi altius ędificare: vel huiusmodi prec: ria:tamen concessio non facit amissionem,sed retentio,ff.de seruitut: tib.vrbano.prædiorum.l.si domus.& l.si ædes.& quemadmodũ ser uitus amit.l.si stillicidium. Seruitutes prædiales non amittũtur mor: vel capitis diminutione,ff.quemadmodum serui.amittatur.l iura pr: diorum. ¶ Opponitur sic,& videtur quòd superfluè dicatur hic,p: ctionibus & stipulationibus,quia idem videntur importare. Soluti: Stipulatio ponitur pro obligatione, quæ fit per verba : & pactio p: obligatione,quæ fit alio contractu, sicut venditione, & similibus. S mile habetur ff.de acquirẽ.possessio.l. si rem.in fine.

DE VSVFRVCTV.

TITVLVS IIII.

1 *Author num præpostero ordine hîc tractet de seruitute personali.*

Ontinuatur sic: Dictum est suprà titulo proxi.de ser uitute reali:hic consequenter tractatur de seruitute per

1 sonali:& primò de vsufructu. Sed opponitur † contra ordinem,quia in Digestis & Codice, prius tractatur de seruitute personali,quàm reali. Et ratio est,quia perso na est dignior, quàm res. Solutio. In Digestis & Codice seruatur ordo dignitatis,sed hîc seruatur ordo doctrinæ : cùm enim in fine ti tuli de rebus corporalibus & incorporalibus facta fuerit mentio de

serui

ſeruitute reali, conueniebat ordini doctrinæ, vt ſtatim de illa ſeruitute reali tractaretur.

§. Vſusfructus. j.

1 *Vſusfructus, quid.*
2 *Vſusfructus, eſt incorporalis.*
3 *Vſusfructuarius, quid differat à feudatario, emphyteota & feudatario.*
4 *Cautio, an ſit de ſubſtantia uſusfructus.*
5 *Vſusfructus, eſt duplex.*

1 Summatur ſic: † Vſusfructus, eſt ius vtendi & fruendi alienis rebus ſalua rerum ſubſtantia: & hoc eſt ius in corpore, quo deſtructo, deſinit
2 vſusfructus eſſe. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd vſusfructus eſt ius, & ideò eſt incorporalis, licet fructus ſint corporales, vt ſuprà de rebus corporalibus & incorporalib. verſi. incorporales. & debet exponi hîc ius, ſcilicet ſeruitutis, & per hoc differet vſusfructus à
3 feudo, & emphyteoſi. † Nam vſusfructuarius habet ſeruitutẽ, ſed feudatarius vel emphyteoticarius, ſeu ſuperficiarius, habet dominium nõ directum ſed vtile: & ideò tranſmittit ad hæredes, vt in §. fin. ex quib. cauſ feud. amittatur. collatione x. & in l. cędere. ff. arbo. fur. cæſa. §. is cuius. Et dicitur in diffinitione vſusfructuarius, quòd eſt ius vtendi, ad differentiam pignoris, quo creditor non poteſt vti, vt infrà de obligatio. quæ ex delicto naſcuntur. §. furtum. & dicitur fruendi, ad differentiam nudi vſus, de quo infrà titulo proximo. §. j. & dicitur alienis, quia in re ſua nullus habet ſeruitutem, vt ff. ſi vſusfruct. petatur. l. vti frui. & l. in re communi. ff. de ſerui. vrba. prædi. & dicitur rebus, ſcilicet in quibus vſus poteſt ſeparari à proprietate ſeu dominio, id eſt, rebus vſu non conſumptibilibus. Secus autem in rebus, quæ vſu conſumuntur, in quibus non poteſt eſſe vſusfructus infrà eod. §. conſti-
4 tuitur, & l. j in fine. ff. ſi cert. pet. ¶ Notandum ſecundò, † quòd dicitur hîc ſalua rerum ſubſtantia, quod communiter exponitur, quòd ſcilicet vſusfructus durat, quandiu durat ſubſtantia, in qua eſt, vt arg. ff. pro ſocio. l. verum. Quidam tamen exponunt, ſalua rerum ſubſtantia, id eſt, vſufructuarius debet præſtare cautionem, ſiue ſatiſdare de vtẽdo & fruendo arbitrio boni viri, ſed quia vſufructuarius in multis caſibus non habet præſtare cautionem, vt ff. vt legato & fideicommiſſo ſeruando cau. caueatur. l. j. §. ſi ad fiſcum. & C. de bonis quæ libe. l. fina. §. hoc proculdubio. ergo cautio non eſt de ſubſtantia vſusfructus. Et hoc eſt verum in rebus immobilibus, ſed in mobilibus nõ facit fructus ſuos vſufructuarius, niſi præſtet cautionem, vt in glo. in in l. iij. C. de vſufr. Dicit tamẽ Bar. in l. vxorẽ. ff. de vſufr. lega. quòd ſi proprietarius patiaẽ vſufructuariũ recipere fructus, nec petit cautionẽ, facit

facit eos suos:& debet ista cautio esse idonea, scilicet pignoratitia fideiussoria,si vsufructuarius possit: sed si non potest, & est per. suspecta,tũc debent res sequestrari,& fructus præstari ipsi vsufru rio,vt in l.postquàm.in §.Imperator.ff.vt legato.nomine cauea. si nõ sit suspecta persona,sufficit cautio iuratoria,vt ff.si cui plus: per l.falci.competit legatum vt.l.cum non facile.& Authen gen-
5 ter. C.de episcopis & clericis. ¶ Notandũ † finaliter,quòd duplex vsusfructus,scilicet formalis & causalis. Formalis,est quędam form proprietate separata,eo quòd apud vnũ potest esse proprietas,& a aliũ vsusfructus,& ista est seruitus,vt ff.de acquir. posses.l. permis. Sed causalis est,quem proprietarius ex causa proprietatis consequ ex proprietate,& iste non est seruitus,quia propria res nemini seru tem debet,ff.de seruit.vrb.prædi.l.iure cõmuni.& ff.si vsusfru.pet vti frui.in princi.& l.si cum testamento.§.pen.ff.de excep.rei iudi.

§. Vsusfructus. ij.

1 *Vsusfructus separatur à proprietate.& nume.5.*
2 *Vsufructu separato,non est seruitus in proprietate: sed bene obligatio.*
3 *Fundo uni legato simpliciter,& alteri usufructu eiusdem fundi, illi duo qualiter concurrunt in fructibus.*
4 *Proprietates non possunt esse omnino inutiles.*

1 Vsusfructus † separatur à proprietate,& ideò si quis alicui lega vsumfructum alicuius fundi,hæres solùm habebit proprietatem,& gatarius vsumfructum:& econtrà,si legauerit fundum deducto vsu ctu,legatarius solùm habet proprietatem, & hæres vsumfructum. constituitur vsusfructus non solùm in testamento, sed etiam pa nibus & stipulationibus. Et vsusfructus non potest esse perpetuus proprietates omnino sint inutiles. Hoc dicit vsque ad §.constitu
2 & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò,quòd separato fructu,non potest esse seruitus in proprietate, sed bene alia oblig vt ff.de euict.l.fundum.el.ij. Verbi gratia: Habeo vsumfructũ in qua domo,& proprietarius vult imponere seruitutẽ,in illa domo
3 potest,sed bene potest obligare. ¶ Notandum † secundò,quòd legetur fundus simpliciter,non dicendo deducto vsufructu,& alte getur vsusfructus eiusdem fundi, tunc debent æqualiter concurrere fructibus,vt ff.de vsufructu accrescendo.l.idem Neratius.§.non lùm. Quod est verum,secundum Ang.quando vtrunq; legatum speciale: secus,si legatum vsusfructus esset vniuersale,puta omnium bonorum,quod an obliget ad collectas & ad debita hæreditatis.vi
4 Ang.in §.sequenti,eod.titu.ibi. ¶ Notandum † finaliter,quòd pro prietates non possunt omnino esse inutiles,vt C.de vsufruc.l.antiqui tas.Et

tas. Ex quo aliqui dixerunt, quòd liber homo non poteſt in perpetuum locare operas ſuas, vt ff. de conditio. & demonſtrati. l. Titio. §. iij. Alij dicunt, quòd ſic, quia poteſt ſeruire per ſubſtitutum. C. de epiſcop. & clericis. l. quiſquis. quando non eſt actum quòd per ſe ſeruire debeat. C. de caduc. tollend. l. vnica. §. ne autem. vel poteſt præſtari intereſſe, vt l. ſi quis ab alio. ff. de re iudicata. & quia proprietates non poſſunt eſſe inutiles, vt hîc dicitur, ideò dicit hîc Ioan. Fab. quod vicinus meus non poteſt in domo ſua circa hortum meum facere feneſtras, quibus hortus meus eſſet mihi inutilis vel minus vtilis.

5 ¶ Opponitur † ſic, & videtur, quòd vſusfructus non ſeparatur à proprietate, quia quando vſusfructus eſt coniunctus proprietati, tunc non eſt vſusfructus, & quod non eſt, non poteſt ab alio ſeparari. Solutio. Pro tanto dicitur vſusfructus ſeparari à proprietate, quia poſt ſeparationem dicitur vſusfructus, & in proprietate conſiſtit: ante ſeparationem autem non eſt vſusfructus ius ſeruitutis, ſed dominij, in proprietate conſiſtens. l. vſusfructus. ff. eodem. ſuprà de rerum diuiſi. §. ſi quis à non domino. in quarto notabili.

§. Conſtituitur autem.

1 *Vſusfructus, etiam conſtituitur in ſeruis & iumentis, & rebus uſu non conſumptibilibus.*

2 *Vſusfructus poteſt conſtitui in fundo ſterili.*

3 *Res uſu conſumptibiles, an recipiant uſumfructum, uel quaſi. nume. 4.*

5 *Cautio in uſufructu præſtanda, qualis eſſe debeat.*

6 *Dictum teſtis obſcurum, contra eum eſt interpretandum, qui teſtem produxit.*

7 *Vſusfructus emolumentum quodnam maximum.*

8 *Vſufructuario, quæ liceant in ſylua & fundo, & prædio.*

9 *Vſufructuarius debet uti arbitrio boni uiri, in prædio ruſtico.*

10 *Vſufructuarius nullum ædificium debet imponere prædio ruſtico, minus neceſſarium ad recipiendum fructum.*

11 *Reditus ex ædificio, area, uel ei adiacentibus, an pertineant ad fructuarium. Et quid poſſit præterea inuito proprietario. nume. 12. & 14.*

13 *Vſufructuarius habebit onera rei, uſufructu legato.*

15 *Vſusfructus, & quaſi uſusfructus finiuntur morte & capitis diminutione.*

1 Vſusfructus † non ſolùm conſtituitur in fundis & ædibus, ſed etiam in ſeruis & iumentis, & alijs rebus vſu non conſumptibilibus, quia res vſu conſumptibiles, neque naturali ratione, neq; ciuili recipiunt vſumfructum, ſicuti ſunt, vinum, oleum, frumentum, & pecunia numerata.

Constituitur tamen in istis quasi vsusfructus, præstita cautione
extincto vsufructu restituetur æstimatio rerum, in quibus quasi
fructus constitutus est. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ N
2 dum primò, † quòd vsusfructus potest etiam constitui in fundo
3 li. ff. de vsufruc. l. statuæ. ¶ Notandum secundò, † quòd res quæ
consumuntur, non recipiunt vsumfructum naturali ratione, quia
manet salua substantia, quod tamen requiritur ad vsumfructum,
prà eod. § .j. nec etiam ratione ciuili, quia dominium transit cum
& ita istæ res fiunt eius vsu & dominio, qui eis vtitur: & ita non h
vsumfructum, quia in re sua nemo habet seruitutem, vt ff. si vsu
4 ctus petatur. l. vti frui. vt suprà. ¶ Notandum † tertiò, quòd in istis
bus, quæ vsu consumuntur, potest constitui quasi vsusfructus, per
tionem, quam etiam testator non potest remittere, vt ff. vt in pe
legato. & fideicommissorum seruando. cau. caueatur. l. si pecunia
cet cautio ab hærede præstanda, de soluendis legatis, à testatore
sit remitti, vt ff. vt legato. nomi. cauea. l. licet. Et ratio est, quia p
cautio præstatur fauore hæredis, vt C. vt lega. nomi. caueatur. l.
alia cautio præstatur fauore testatoris, & ideò ipse potest eam re
tere. Nam quilibet remittere potest, quod in fauorem suum intro
ctum est, sine alterius præiudicio, vt C. de pactis. l. si quis in con
bendo. & debent istæ res æstimari tempore, quo traduntur quasi
fructuario, vt ff. de vsu earum rerum, quæ vsu consumuntur. l. si
5 vini. ¶ Notandum † quartò, quòd ista cautio debet esse idonea, id
debet esse satisdatio, vt ff. de vsu earum rerum, quæ vsu consumun
l. tribus. Et dicitur in istis rebus esse vsusfructus impropriè, id est
vsusfructus: & ita etiam excusari posset, si aliquis in libello dice
habere possesionem rei incorporalis, quia hoc posset verificari
propriè capiendo possessionem, pro quasi possessione. Sic etiam
ctum alicuius testis, potest trahi ad impropriam significationem
6 ipse testis dicatur falsus, sed per tale dictum, † testis nihil probat
obscurum dictum testis interpretandum est contra illum, qui te
produxit, vt c. præsentium. extrà de testibus. Et quando in istis re
constituitur quasi vsusfructus, tunc cautio habetur loco proprietatis
7 ¶ Notandum † quintò, de emolumento vsusfructus, quòd maxi
emolumentum attenditur secundum qualitatem rei, quia si in præ
rustico constituitur vsusfructus, quicquid in fundo nascitur, & qui
quid potest percipi ex natura, vel industria hominis, totum acqui
vsufructuario, si est bonæ fidei possessor, & fruitur arbitrio boni vi
quia cogi potest, vt agrum rectè colat. & aucupari & venari potest
prædio, si fructus prædij sunt in venatione. ff. eodē. l. vsufructuari
8 § .j. ff. de vsuris. l. venationem. & l. item si fundi. ff. eo. Intereà si †

ſylua, grandes arbores cædere non poteſt, ſed pedamenta & ramos ad vtilitatem ſuam, dum tamen non faciat fundum deteriorem. ff. eod. l. item ſi fundi. & l. arbores. & l. ſed ſi grandes. ff. eodem. & l. ſi fundi. §. aucupiorum. ff. eodem. Et ſi arbores vento vel alia occaſione ceciderunt, debet eas applicare ad ædificia fundi, ſi eis indiguerit. ff. de verborum ſignifica. l. fundi. & hoc caſu non tenetur plantare alias, nec lignum eius eſt: ſed ſi arbor moritur, neceſſariò habet aliam in locum eius plantare, ff. eodem. l. arboribus. l. agri. & l. arbores. Fruitur etiam vſufructuarius eo, quod creſcit per alluuionem fundi, licet proprietario accedat. Ad eum etiam pertinet fructus ſeminarius, & ſi ager fuit ſeminatus, colliget fructus, & tempore debito debet eum ſeminare, & ſicut inuenit agrum, ſic domino relinquet cum ſemine, vel ſine ſemine. Alijs inſtrumentis fundi vti poteſt, ſed vendere non poteſt, ſicut ſunt, dolia, amphora, ſerui, aratra. ff. eod. l. item ſi fundi. §. ſeminarios.

9 ¶ Debet † vti arbitrio boni viri, quia in prædio ruſtico nõ debet arbores excidere, nec domum deſtruere, nec quicquam facere in perniтiem proprietatis, quia reditus fundi augere poteſt quærendo lapidifodinas, argentifodinas, ſalefodinas & aurifodinas, vt habeatur aurum, argentum, &c. dummodo non noceat agriculturæ aut proprietati.

10 ¶ Item † nullum ædificium debet imponere prædio ruſtico, quod non ad fructum recipiendum eſt neceſſarium: & illud appellatur villa vel horreum. ff. eodem. l. æquiſsimum. §. fructuarius. & §. ſed ne ædi-

11 ficium. ¶ Item, in † prædio vrbano omnes reditus & obuentiones, quæ ſunt ex ædificio vel area, vel cæteris ei adiacentibus, pertinent ad fructuarium. Si tamen domus locata fuit, antè, quàm acquiſiuit vſumfructum, penſio non pertinet ad eum, niſi hoc exprimatur: poteſt tamen conductorem compellere ad exemplum emptorum. ff. eodem. l. arbores. nec licet domino inuito vſufructuario altius tollere domũ, nec in area ædificium ponere, niſi quod ad fructus percipiendos pertinet, vel ad cuſtodiam rerum quæ ſunt in fundo. ff. eodem. l. vſufructuarius. & l. æquiſsimum. §. ſed ne ædificium. & l. penulti. ¶ Item,

12 ædes † reficere poteſt inuito proprietario, arare & colere poteſt, refectiones neceſſarias, voluptates, tentoria, pauimenta, & ſimilia facere poteſt, ſed poſteà neque tollere neq; infringere poteſt. ff. eodem. l. ſed ſi quid. & l. hactenus. non autem ampliare poteſt domus. ff. eodem. l. hactenus. nec inutilem deponere, nec inchoatam cõplere. ff. eodem l. fructuarius. & l. vſufructuarius. & l. nouam. Et ſi vſufructuarius non vult reficere, non compellitur, niſi domus modica refectione indigeat, tunc enim cogitur niſi paratus eſſet, vſumfructum relinquere: nec tunc excuſatur à damno quod facto ſuo vel ſuorum datum eſt. ff. eodem. l. cùm fructuarius. & l. hactenus. §. modica.

13 ¶ Item, vsufructu † legato, vsufructuarius habebit onera rei, quia stipendium tributum soluet, vel salarium, vel alimenta, ad quæ tenetur prædium, aut tegere domos: sed si domus rueret, non cogitur ipse, vel proprietarius reficere, sed si factum fuit, vsufructuarius habebit vsumfructum. ff. eodem. l. hactenus. & l. vsufructu legato. & l. si pendentes.

14 ¶ Item † colores, picturas, marmora, & singula alia, & quæ ad ornatum pertinent, facere potest: & (vt in summa dicatur) omnia facere potest, per quæ qualitas rei non mutatur, & ergo altius non tollet ædes, nec diuersoria faciet, nec balnea communia, sed si ista sunt in domo, potest ea locare, vel eis vti. Idem, de stabulo equorum. ff. eod. l. generaliter. & in rebus mobilibus seruabit modum, ne sua incuria vel iactantia eas corrumpat: ergo naturam animalium & complexionem seruorum considerare debet. ff. eod. l. sed & si quid. De istis habes per Azo.

15 C. eod. tit. ¶ Notandum † finaliter, quòd sicut vsusfructus finitur morte, & capitis diminutione, vt infrà eo. §. proximo. sic etiam quasi vsusfructus, vt ff. de vsu earum rerum, quæ vsu consumuntur. l. in stipulatione. & l. quoniam. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quia in vestimentis bene potest constitui vsusfructus, per l. sed & si quid. & si vestimentorum. ff. de vsufruct. Solutio. Illa lex loquitur de quibusdam vestimentis perpetuis, regulariter tamen in vestimentis non potest constitui vsusfructus.

§. Finitur autem usufructus.

1 *Vsusfructus, quando finiatur. Et quot modis. num. 2. 5. 7. & 9.*
3 *Peculium profectitium, quod dicatur: & quod aduentitium. nume. 4.*
6 *Tempus, non est modus tollendi obligationem, seu actionem.*
8 *Vsumfructum duo si habeant, uno deficiente, accrescit alteri, non proprietario.*
10 *Actioni ad usumfructum, non potest quis cedere.*
11 *Vsusfructus, an possit cedi extraneo.*

1 Summatur sic: † Vsusfructus finitur morte, & maxima & media capitis diminutione, & non vtendo per modum & tempus. Finitur etiam si proprietarius acquirit vsumfructum per cessionem vsufructuarij, sed si vsufructuarius cederet extraneo, nihil fieret, supple, quantum ad extraneum, vel econtrà, si vsufructuarius acquirat proprietatem: & vocatur consolidatio. Finitur etiam, si domus incendio vel ruina pereat, quia area non soluit vsumfructum: & finito vsufructu, totaliter dominus proprietatis habet plenam potestatem in re, in qua fuit vsusfructus.

2 ¶ Notandum primò, † quòd vsusfructus finitur multis modis. Primò, morte vsufructuarij vel fructuarij, quod idem est, & maxima & media capitis diminutione, minima autem non. C. eod. l. penult. siue fuerit

fuerit constitutus siue constituendus. ff. eod. l. qui vsumfructum. §. stipulatus. Secundò, si filio constituitur vsusfructus, in profectitio peculio, peribit morte patris: sed in aduentitio perit morte filij. ff. de donatio. causa mor. l. si filio.
3 tio. causa mor. l. si filio. † Dicitur autem peculium profectitium, quod de rebus paternis vel dominicis proficiscitur, & filio vel seruo datur, vt in eo negotietur, & illud est patris, quo ad proprietatem, vel domi-
4 niũ, sed filij vel serui, quo ad vsumfructũ. † Aduentitium verò peculium est, quod filio aduenit ab auo paterno, vel materno, vel ab altero, vt ex prospera fortuna, & ex testamento agnatorum vel cognatorum, & quod sic filio aduenit, ipsius est, quo ad proprietatem, patris verò, quo ad vsumfructum. l. quæcunque res. C. de bonis libe.
5 ¶ Notandum † secundò, quòd non vtendo per modum & tempus, id est, per moderatũ tempus, finitur vsusfructus, vt hîc dicitur: quod quidem tempus inter præsentes est decem annorum, & inter absentes viginti, vt C. de vsufruct. l. corruptionem. Si tamen ciuitati legatus sit, vsusfructus non finitur per non vsum, nisi tempore centum annorum, vt ff. de vsufructu. l. an vsusfructus. Verum tamen est, quòd tempore
6 non perit actio ad vsumfructum, † quia tempus non est modus tollendi obligationem seu actionem, sed ex tempore datur exceptio contra petentem vsumfructum: alijs tamen modis quàm tempore, bene tollitur actio ad vsumfructum, vt ff. de actio. & obliga. l. obligationum. el ij. §. placet. & C. de vsufruct. l. penulti. vbi dicitur, quòd actio pro vsufructu tollitur spatio longi temporis, hoc est, x. inter præsentes, & xx.
7 inter absentes. ¶ Notandum † tertiò, quòd destructa domo, in qua est vsusfructus, finitur vsusfructus ille, quia de area non soluitur vsusfructus, in qua talis domus fuit ædificata, & econtrà, si de terra soluatur vsusfructus, & ponatur in ea ædificium, ex quo mutata est forma rei, finitur vsusfructus, vt ff. quib. modis amit. vsu. l. repeti. Et intelligitur istud, si tota domus destruatur, nam propter destructionem partis, nõ finitur vsusfructus, vt ff. quibus modis vsusfruct. amittatur. l. excepta.
8 ¶ Notandum † quartò, quòd si duo habeant vsumfructum, deficiente vno, accrescit alteri, & non proprietario, vt ff. de vsufructu accrescen.
9 l. j. §. penult. ¶ Notandum † finaliter, quòd si aliquis habeat vsumfructum ad certum tempus, & ipse moriatur ante finem illius temporis, finitur vsusfructus. C. de vsufruc. l. antiquitas. Et si aliquis habeat vsumfructum pro se, & hærede suo, intelligitur solùm de vno hærede, ne proprietas sit omnino inutilis, vt C. de vsufruc. l. ambiguitatem. & ita fallit ibi regula, quæ habetur ff. de peti. hæredit. l. j. ij. & iij. C. de bonis, quæ libe. l. fina. scilicet, quòd qui est hæres hæredis mei, etiam est hæres meus. ¶ Opponitur primò contra prædicta. & videtur, quòd vsusfructus non finitur morte naturali, per l. si vsusfructus. ff. de nouatio-

nibus. Solutio. Illa lex loquitur, quando aliquis cedit actioni quam h[abet] ad vsumfructum, antè, quàm vsusfructus est constitutus, quia tu[nc] non incipit neq; finitur vsusfructus in persona cedente, sed in cessiona[rio]. Sed ista solutio non placet Bar. in l. corruptionem. C. de vsufru[ctu]
10 quia † sicut quis nō potest cedere vsuifructui, sic nec actioni ad vsum-fructum: & ideò aliter soluit, dicens, quòd illa l. si vsusfructus. allegata in oppositum, loquitur, quando fit cesio de consensu' vtriusq; partis, & maximè debitoris, qui scilicet habet vsumfructū soluere. ¶ Op-
11 ponitur † secundò, & videtur, quòd vsusfructus potest cedi extraneo. cuius contrarium dicitur hîc in tex. per §. j. in fine. infrà titulo proximo. & arg. de peri. & com. rei vendi. l. necessario. §. fina. Solutio. Ille §. loquitur de fructibus, qui ex iure vsusfructus percipiuntur: illi enim locari & vendi & donari possunt, etiam extraneo. sed tex. hîc loquitur de iure vsusfructus. ¶ Sed nunc replicatur, & videtur, quòd tex. non bene dicat, quòd cedendo extraneo nihil agitur, quia certè multū agitur, cum vsusfructus ad proprietarium reuertatur, vt l. si vsusfructus. ff. de iure dotiū. Solutio. Textus debet intelligi, quòd nihil agitur quantum ad illum extraneum, sed bene agitur aliquid quantum ad proprietarium, vt probat argu. Ex isto patet, quòd si aliquis habens vsumfructum, ingrediatur monasterium, non perdit ius vsusfructus, si monasterium habeat bona in cōmuni, sed perceptio fructuum non spectat ad eum, sed ad monasterium: sed si monasterium nō haberet bona in communi, tunc per ingressum monasterij finiretur vsusfructus. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd destructa domo non finitur vsusfructus, per l. domum. ff. de pignora. actio. Solutio. Illa lex loquitur in pignore, in quo est ius reale & plus radicatum, quàm est ius vsusfructus, & ideò destructa domo, manet area in pignore, licet non obligetur ad vsumfructum.

DE VSV ET HABITATIONE.

TITVLVS V.

CONtinuatur sic: Dictum est suprà de seruitute reali, & vna personali. Modò consequenter tractatur de duabus alijs seruitutibus personalibus, scilicet de vsu & habitatione. & diuiditur præsens titulus in tres partes. In prima tractatur de vsu. In secunda ibi, sed si cui, tractatur de habitatione. Et in tertia scilicet ibi, hæc de seruitutibus. ponitur epilogus.

§. *Iisdem illis modis.*

1 *Vsus minus iuris habet, quàm usus fructus.*

Vsus,

2 *Vsus, & usus fructus, eisdem modis constituuntur, & soluuntur.*
3 *Vsuarius, quibus modis differat ab usufructuario. & per discursum nume. 4.5.6.7.8.9. & 10.*
11 *Vsuarius potest uti uino, oleo, & similibus crescentibus in fundo.*
12 *Lac, lana, agni, & fœtus animalium irrationalium, sunt in fructu.*
13 *Vix, particula, quomodo accipiatur.*

Summatur sic: Vsus nudus constituitur & finitur eisdem modis, qui
1 bus vsusfructus Sed † minus iuris est in vsu, quàm in vsufructu, habens enim vsum nudum fundi, tantùm vtitur illis, quæ crescunt in fundo, vt oleribus, pomis, &c. ad vsum suum quotidianum. Potest etiam in illo fundo morari, sic tamen, vt non molestet dominum proprietatis, nec impediat operarios suos. Et qui nudum vsum domus habet, tantùm cum familia sua inhabitare potest, & vix licet sibi hospitem recipere: & qui serui vel iumenti nudum vsum habet, vtitur tantùm opera vel ministerio illius: & qui pecorum vel ouium nudum vsum habet, non vtitur lacte, nec fœtibus, nec lana, quia illa in fructu sunt, sed solùm vtitur eis ad stercorandum agrum suum, & non potest vsus alteri locari aut vēdi aut donari, nec aliquo modo ad alium transferri, quæ omnia fieri possunt de vsufructu. Hoc dicit vsq; ad §. sed si cui. & patet intel
2 lectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd vsus & vsusfructus cōueniūt, quia eisdem modis constituuntur & finiuntur, vt hîc in princi. l. iij. §. fina. ff. de vsufructu. Conueniunt etiam interdum in re, in qua constituuntur, vt in pecunia, vt ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur l. hoc senatus. §. fina. & l. quoniam. §. j. Conueniunt etiam in fœno, floribus, & alijs, quæ de fundo sumuntur, vt ff. eodem. l. fundi. Conueniunt etiam in sylua remota, ex qua vsuarius & vsufructuarius ligna sumere possunt, quia vterq; vendere potest in illo casu, ne vsus
3 omnino inutilis sit, ff. eod. l. diuus. Sed † differunt multis modis. Primò, quia vsuarius solùm recipit fructus ad quotidianū vsum suum, vt hîc, & ff. eodem. leg. plenum. §. præter. sed vsufructuarius fruitur omni-
4 bus fructibus ad placitum suum, vt ff. de vsufruct. l. hactenus. † Secundò, quia vsuarius non potest morari in fundo, si molestus sit domino, vel operarios suos impediat: nam tunc dominus potest ei prohibere moram, vt hîc, & ff. eodem. l. si habitatio. sed vsufructuarius potest liberè morari, quia ipsemet colit, vt ff. de vsufructu. l. hactenus. Ter-
5 tiò, † quia vsuarius non potest locare neque vendere, nec ad alium transferre, quæ potest vsufructuarius etiam inuito domino, vt hîc dicitur, & l. sed neque. ff. eodem. & l. cum antiquitas. C. eodem. Quar-
6 tò, † quia vsuarius non potest habitare in domo, cuius habet vsum, nisi

cum familia sua,& vix potest hospitem recipere,vt hîc,& l.ij.§.j.ff.
dem.& quod dicitur de masculo,debet eodem modo intelligi de m
liere,vt scilicet posit habitare cũ marito præsente & futuro, vt ff.
l.cæterum.§.mulieri.& cum familia sua, vt ff.eod.l.non solùm.
vsufructuarius potest inhabitare domũ cum quibuscũq;, & quos
7 recipere,vt ff.de vsufruct.l.arboribus.§.vsusfructus.† Quintò, q
vsuarius tantùm habet in seruo vel iumento,vt vtatur opera vel m
nisterio eius,sed nullo modo potest alteri tradere pro pretio diur
vt hîc,& ff.eo.l plenum.§.sed si boum.& §.equitij. Potest tamẽ p
prietarius ab vsuario operam serui vel iumenti conducere,& vsuar
potest ei illam locare,sed nõ extraneo:& ita posset vsuarius suas op
ras vti,si conducat aliquid faciendum,vt vult hîc gl.super verbo,
tantùm,in §.item is,ad quem.sed vsufructuarius hæc omnia facere p
8 test.† Sextò, quia vsuarius in pecoribus vel ouibus,non potest vti
cte,nisi modico:& alijs quæ sunt in fructu,vt agnis,vel lana,nullo m
do vti potest,secundũ Placent,licet Ioan.contrà,qui dicit,quòd om
bus his ad suũ vsum & suorum posit vti, sed solùm vtitur pecorib
& ouibus ad impinguandum agrum suum,vt ff.eo.l. plenum.§.sed
pecoris.Vsufructuarius antem omnibus his vtitur plenè, vt ff.de vs
fructu.l.vsufructu legato. Et istæ sex differentiæ colliguntur hîc e
9 tex.Sunt duæ aliæ extra tex.istum.Prima,† quia vsusfructus cõstitui
tur per partem,vt ff.de vsufruc.l.vsusfructus qui ab initio.& ratio est
quia vsusfructus est seruitus diuidua,sed aliæ seruitutes sunt indiuidu
vt ff.ad.l.Falci.l.j.§.si vsusfructus. & ideò vsus non potest constitu
10 per partem,vt ff.eo.l.vsus pars.Secunda est, † quia vsuarius nõ tene
tur reficere neq; colere agrum solus,vt ff.eod.l.si domus.sed ad hæ
11 tenetur vsufructuarius,vt ff.de vsufruct.l.hactenus.¶ Notandum se
cundò,quòd aliqui putant,quòd vsuarius fundi nõ posset vti vino,
oleo,vel similibus,quæ crescũt in fundo:sed melius dicitur, quòd
etiam vti potest ad quotidianum suum vsum,sicut dictum est de a
12 vt ff.eo.l.plenum.§.præter.¶ Notandum † finaliter,quòd lac & la
agni,& alij fœtus animalium irrationalium,sunt in fructu, vt suprà
rerum diuisione.§.in pecudum.& l.plenum.§.sed si pecoris.ff.de vs
& habitatio.¶ Opponitur primò cõtra prædicta,& videtur, quòd ha
bens vsum fundi,plus habet,quàm quòd ipse solũ vtatur illis quæ cre
scunt in fundo ad quotidianũ vsum,quia potest cõtingere quòd mihi
hodie legetur vsus,qui sufficit mihi,ab vno,& cras legetur mihi alius
ab alio,& ita habebo plus,quàm mihi sufficiat ad quotidianum vsum.
Solutio.In hoc casu necessariò habeo eligere, quẽ vsum de istis duo
bus velim retinere seu vsum ratificare,vt infrà de legatis.§.si gene
raliter.¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd vsus potest locari, per
l.locare.

l.locare.ff.locati. Solutio. Illa lex loquitur de seruitutibus prædialibus,sed hîc loquitur de vsu,qui est seruitus personalis. Et ita vsus potest locari proprietario,non autem extraneo , iuxta textum hîc in §. item is qui. ¶ Opponitur tertiò,& videtur , quòd non bene dicitur in textu,quòd scilicet,habens vsum ædium,vix potest hospitem recipere,per l.ij. §.j.ff.eodem.vbi dicitur , quòd imò potest hospitem recipere. Solutio. Illa lex dicit , quòd potest recipere hospitem , amicum
13 & notum. Et hoc etiam non negatur hîc , quia ista dictio † vix , non debet exponi hîc negatiuè,sed affirmatiuè : quod enim vix fit , etiam fit,vt in capitu.per catechismum,de cognat.spirituali.xv.q.j. c. merito. Et quomodo debet exponi vix,notatur per Genselinum in extrauagan.execrabilis.Ioan. xxij. quia in absolutè prohibitis & impossibilibus,exponitur negatiuè,sed in difficilibus , possibilibus tamen,exponitur affirmatiuè. Et ideò quando dicitur in scriptura sacra : Vix iustus saluabitur,exponi debet affirmatiuè.

¶ Opponitur finaliter,& videtur,quòd vsus potest constitui per partem,per l.Labeo.ff.de riuis.Solutio.[Quòd ibi constituitur illa seruitus per partem, non est ex ratione,sed ex occasione , propter concursum duorum.

§. Sed si cui habitatio.

1 *Habitatio,in quo conueniat cum usufructu:& in quo differat.*

2 *Habitatio,in quo conueniat & discrepet cum usu & usufructu.*

Ius habitationis,quod constituitur in vltima volũtate,vel alijs modis,differt ab vsufructu & vsu:& qui habet habitationem alicuius domus, non solùm potest eam inhabitare , sed etiam alijs locare. Hoc
1 dicit. ¶ Notandum, † quòd ius habitationis conuenit cum vsufructu, quia potest ille, qui habet habitationem,eam alteri locare , sicut vsufructuarius,vt C.de vsufructu.l.cùm antiquitas. sed differt ab vsufructu,quia habitatio solùm finitur morte,vt ff.eodem.l.si habitatio.Et ratio est,quia sine alimentis & habitatione viuere non possumus , & ideò ibi non respicitur fictio iuris,sed solùm factum,vt l. legatum.ff. de capitis diminutione. Et conuenit habitatio cum vsu , quia legatum vtriusque eundem habet effectum,vt ff.eodem.l.si habitatio.sed dif-
2 fert ab vsu,quia locari potest,vt hîc dicitur. Et conuenit † cum vtroque,quia constituitur in vltima voluntate pactionibus & stipulationibus,sicut vsusfructus & vsus. Conuenit etiam cum eis, quia nõ trãsmittitur ad hæredes,vt ff.eodem.l.si habitatio. §.ad hæredem.& differt ab vtroque simul,quia constituitur solùm in domibus : sed vsusfructus & vsus,etiam constituuntur in alijs rebus,vt C.de vsufructu.l. cùm antiquitas.

§. Hæc de seruitutibus.

Quæ dicta sunt de seruitutibus, vsufructu & vsu & habitatione, sufficiunt, & de hæreditatibus & obligationibus suis locis dicetur. Cùm igitur modò visum est, qualiter res acquiruntur iure gentium, consequenter videndum est, qualiter acquiruntur iure ciuili. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, quòd dominus Iustinianus excusat se, quare nõ determinauit hîc de hæreditatibus & obligationibus, cùm videatur, quòd ipse hoc fecisset, ex quo de eis fuit facta mẽtio suprà de rebus corporalibus & incorporalibus, in §. corporales. Sed de hæreditatibus tractabitur infrà de hæredibus instituendis, vsq; ad titulum de obligationibus, & exinde de obligationi. vsq; de actionibus. ¶ Notandum secundò, quòd à §. singulorum. suprà de rerũ diuisione, vsq; hîc, dictum est, qualiter res acquiruntur iure gentium: sed modò dicetur cõsequenter, qualiter acquiruntur iure ciuili.

DE VSVCAPIONIBVS.

TITVLVS VI.

1 *Vsucapio ut locum habeat, quinque requiruntur. quorũ tria sufficit probare.*
2 *Vsucapio, quid.*

1 Continuatio istius tituli patet ex §. finali, suprà titulo proximo. sed circa rubricam notandum † est primò, quòd quinque requiruntur ad vsucapionem, quæ continentur in his metris:

Non usucapies, nisi sint tibi talia quinque,
Bona fides, iustus titulus, res non uitiosa,
Quòd res tradatur, & tempore continuetur.

Vt infrà de actio. §. aliæ. Sufficit tamen tria probare, scilicet bonam fidem, iustum titulum, & traditionem. In alijs nõ requiritur probatio,
2 sed statur assertioni vsucapientis, vt in dicto §. aliæ. ¶ Notandũ secundò, quòd vsucapio est adiectio dominij, propter continuationem possessionis, tempore à lege diffinito, vt ff. de vsucapio. l. iij.

§. Iure ciuili.

1 *Res quanto tempore usucapiantur. uariè disting.*
2 *Ius ciuile, idem quod Romanum.*
3 *Bonam fidem, quis dicatur habere: & quando præsumatur. nu. 4.*
5 *Possidens longo tempore, sine controuersia, & bona fide, an teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum.*
6 *Mala fides, potest probari tripliciter.*
7 *Bona fides, requiritur duobus temporibus, in emptione, secus in alijs contractibus.*

8 *Vsucapio, quorsum inuenta. Et quid requirat. Et eius forma.*
9 *Per, dictio, temporis perfectionem significat.*
10 *Vsucapiens uel præscribens, & ille, contra quem usucapitur uel præscribitur, dicuntur præsentes in eadem prouincia. Et quãdo aliqui præsentes dicantur.*
11 *Prouinciæ, quomodo accipiantur.*
12 *Vsucapione directum dominum acquiritur. Et quomodo utile.*
13 *Diem ultimum attingere, sufficit in usucapione: secus in præscriptione.*
14 *Vsucapio, an sit ius speciale.*

1 Summatur sic: † Res acquisita ab eo qui non erat dominus, credebatur tamen esse dominus, si fuerit mobilis, vno anno in omni loco, si verò immobilis, biennio in Italia tantùm, olim vsucapiebatur. Sed nunc res mobilis triennio, & res immobilis inter præsentes decennio, & inter absentes vigennio, vsucapitur in omni loco, qui subest imperio, si ex iusta causa possideatur Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, 2 quòd ius ciuile dicitur omne ius, quod est in lege duodecim tabularũ, vel ius Romanorum, vt suprà de iue naturali gentium & ciuili. §. sed 3 ius. ¶ Notandum † secũdò, quòd ille dicitur habere bonam fidem, qui recipit rem ab eo quem credit esse dominum, vt hîc, & ff. de contrahen. emptio. l. qui à quolibet, vel qui recipit rem ab eo, quem putat habere potestatem alienandi, licet non sit dominus, vt ff. de verbo- 4 rum signification. l. bonæ fidei emptor. † Et præsumitur bona fides, quando non constat de mala fide, vt ff. de probation. l. verius. nemo enim tenetur scire rem esse alienam, & non esse ipsius alienantis, vt notatur in l. super. C. de longi temporis præscriptio. Et istud est verum, probato vero titulo vel putatiuo. Nam bona fides non sufficeret sine illo, vt in l. cùm quærebatur. C. vnde vi. Si tamen titulus putatiuus sit erroneus errore iuris, non sufficit, quanuis sit bona fides, ad vsucapionem: sed sufficit bene ad non restituendum fructus perceptos, vt in glo. & ibi Barto. in l. si fur. §. j. in verbo, percipiantur, ff. de vsufructu. Et idem dicit Innocen. in c. cùm venissent. extrà de in inte. restitutio. & Ange. in l. præscriptione. C. qui, non ob. longi tempor. præscript. vbi dicit, quòd licet aliquis non habeat titulum verum vel 5 putatiuum, possedit † tamen longo tempore sine controuersia, & bona fide, non tenetur ad restitutionem fructuũ perceptorum Sed aliud 6 est de eo, qui possedit mala fide. Et potest † mala fides probari tripliciter. Primò, si denuntiatum est ei rem esse alienam, vt C. de rei vendica. l. si fundum. Secundò, si ipse dixit coram alijs, illam rem esse alienam, vt arg. ff de supellect. l. Tertiò, si inter vicinos suos sit fama de possessione malæ fidei, vt est glo. in l. si tutor. C. de peric. tut. ¶ Notãdum

7 dum † tertiò, quòd in emptione requiritur bona fides duobus tempo-
ribus, videlicet, tempore contractus, & tempore traditionis, quia ...
contractus frequenter fit, vt ff. pro empto. l. ij. In alijs autem contra...
bus sufficit bona fides tempore traditionis, vt ff. pro solu. l. pen. In ...
autem contractibus, in quibus non requiritur traditio, vt in §. interd...
suprà de rerum diuisi. requiritur bona fides tempore contractus fac...
§. extraneis. infrà de hæredum quali. & diff. Mala autem fides superue-
niens post vsucapionem inceptam, nō nocet, vt C. de vsucapio. trans-
forman. l. vnica. §. sed si tantùm. nisi superuenerit scientia rei alien...
vel furtiuæ, vt l. si ancillam. ff. pro suo. & hoc de iure ciuili: sed de iure
canonico, cui plus statur in isto casu, quia agitur de peccato, mala fi-
des semper nocet vsq; ad perfectam vsucapionem vel præscription...
vt notatur in c. fi. extrà de præscriptio. & in regula, malæ fidei, de reg.
iuris. lib. vj. & ibi per Dyn. Si autem sit dubium de bona fide, non no-
cet, vt notatur in d. c. fi. Sed post perfectam vsucapionem vel præscri-
ptionem, potest vsucapiens vel præscribens rem retinere, vt in c. vigi-
lanti. extrà de præscri. & ibi glo. & Inno. in c. cura pastoralis. extra de
8 iure patrona. ¶ Notandum † quartò, quòd vsucapio ideò est inuē...
ne dominia rerum maneant incerta, & vt sit finis litium, vt ff. pro suo
l. fin. & sufficit probare initium & finem temporis, quo res est vsuca-
pta. quia tunc de medio tempore præsumitur, vt l. siue possidetis. C. de
probatio. quod facit ad formandum articulos seu libellum de vsuca-
pione vel præscriptione. Non enim debet poni, iste possedit à tribus
annis citrà, quia hoc potest verificari in vno die vel in vna nocte, ...
ff. de aqua quotidia. & æstiua. l. j. §. quod autem. Sed potest dici sic.
Iste possedit à tribus annis, & citrà. quia propter illam copulatiuā si-
gnificatur, quòd possessio incepta fuit à tribus annis, & vsq; nunc h...
bita, vt notatur in c. licet causam. extrà de probatio. Nec valet eti...
dicere, à tribus proximis, quia hoc etiam potest verificari vno die
in d. §. quod autem. Potest etiā sic dici, per tres annos proximos, q...
9 dictio † per, significat perfectionem temporis, vt ff. de verbo. signi...
l. vrbana. §. pernoctare. & debet addi, per spatium trium annorum in-
choatorum tali die & mense, & finitorum tali die & mense. nam si di-
ceretur in articulis vel in testimonio per spatium trium annorum, si...
aliqua additione, iudex intelligeret hoc à tempore, quo hoc esset di-
ctum: & sic includeretur tempus post litis contestationem, per quam
interrumpitur vsucapio vel prescriptio, vt notat Bar. in l. Celsus. ff. eo.
10 ¶ Notandum † quintò, quòd vsucapiens vel præscibens, & ille contra
quem vsucapitur vel præscribitur, dicuntur esse præsentes in ead. pro-
uincia, quod hodie intelligitur, quādo sunt in eodem territorio vnius
principis, & qui habet dominium ab vno, & sic intelligūtur, præsentes,
illi

illi qui sunt in eodem ducatu, seu si princeps haberet dominium à diuersis vel si territoriũ esset sub regimine pluriũ, quia tunc intelligunt præsentes in eadem ciuitate existentes, vt est glo. fin in verbo, inter absentes. l. fina. C. de præscriptio. longi temporis. Petrus tamen dicit,
11 † quòd prouinciæ distinguũtur inter laicos & clericos, per episcopatus, vt in Authen. de hæredi. & falci. §. finali. collatione j. & notatur in c. coram dilecto. extrà de electio. Sed Hosti. dicit, quòd prouinciæ debẽt accipi secundũ communẽ consuetudinem, vt est Alemania, Francia, Anglia, Italia, & fa. c. nonnulli. extrà de rescrip. fa. etiam l. aniculis, ff. de verbo. signific. ita etiam tenet Cyn. in dicta l. finali. ¶ No-
12 tandum † sextò, quòd secundum Docto. communiter per vsucapionem acquiritur directum dominium, vt C. de pactis. l. traditionibus. l. vsucapio. ff. de vsucapionib. sed per longi temporis præscriptionem acquiritur dominium vtile, vt scilicet possidentes habeant exceptionem, & non possidentes habeant actionem vtilem, vt ff. de acquiren. rerum domi. l. rem in bonis. Sed per longissimi temporis præscriptionem efficitur quis dominus, si bona fide possedit: si autem mala fide, habet exceptionem. & de istis latius per Bart. in Authen. nisi annali. C. de bonis maternis. Dicit tamen Ioan. Fab. quòd per longi temporis præscriptionem acquiritur dominium, sicut per vsucapionem, quia in ea requiritur bona fides, sicut in vsucapione. Et fortior est possessio immobilium, quàm mobilium: & ideò fortiorem effectum producit, vt in l. si rem. ff. de acquiren. possessio. & hoc dicit velle glossatorem, xvj. q. j. in summa. Hoc etiam tenet Archidiac. in c. j. de præscrip. lib.
13 vj. ¶ Notandum † finaliter, quòd in vsucapione sufficit attingere vltimum diem, vt ff. de vsucapi. l. nũquàm. §. ij. sed in præscriptione, præcipuè longissimi temporis, fit computatio de momento ad momẽtum, vt C. de anna. except. l. fin. l. in vsucapionib. ff. eod. l. in omnibus, ff. de actio. & obligatio. Cuius ratio est, quia vsucapio est fauorabilis, sed præscriptio est odiosa: fauorabilia autem sunt extendenda, vt in l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & l. cùm quidem. ff. de libe. & posthu.
14 ¶ Opponitur † primò sic, & videtur, quòd vsucapio non debet esse de iure, quia repugnat æquitati, quia per eam locupletatur quis cum aliena iactura, quod est contra l. nam hoc natura. ff. de cõdic. indebi. Solutio. Vsucapio est ius speciale, & derogat iuri generali, quod esse potest. fa. l. placet. C. de iudi. & l. j. C. de legi. & constitutio. prin. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd bona fides non præsumitur, sed oportet eam probare, per l. j. §. ij. ff. de itin. actu. priua. Solutio. Illa lex loquitur de incorporalibus, in quibus oportet bonã fidem probare, maximè in seruitutibus, quia quælibet res præsumitur libera, vt C. de seruitutib. & aqua. l. altius.

§. Sed

§. Sed aliquando.

1 *Homo liber, non usucapitur, neque præscribitur.*
2 *Res sacra, uel religiosa, an usucapiatur, uel præscribatur.*
3 *Seruus fugitiuus, an posit usucapi, aut præscribi.*
4 *Adscriptitij, an & quomodo posint præscribi.*

Liber homo, res sacra seu religiosa, & seruus fugitiuus, non poss
vsucapi vel præscribi. Hoc dicit vsq; ad §. furtiuæ quoq;. ¶ Nota
1 dum † primò, quòd liber homo etiam spatio centum annorũ non v
capitur neque præscribitur, vt C. de longi temporis præscriptio.
2 pro liberta. obijcitur. l. finali. ¶ Notandum † secundò, quòd res sa
vel religiosa non vsucapitur nec præscribitur, quandiu manet sac.
secus si fieret prophana; vt quãdo capitur ab hostibus, ff. de relig.
cùm loca. & intelligitur istud de rebus sacris immediatè ordinatis
cultum diuinum. Nam aliæ res, vt sunt terræ, prædia, decimæ, quæ o
dinantur ad victum Deo seruientium, bene possunt præscribi, max
mè ab ecclesiasticis personis, vt Authen. quas actiones. C. de sacros.
3 eccle. ¶ Notandum † finaliter, quòd seruus fugitiuus non potest v
capi, quia facit furtum suiipsius, vt C. de seruis fugit. l. j. & res furt.
non potest vsucapi, vt infrà eod. §. proxi. nec potest præscribi, vt ff.
acqui. possess. l. j. §. per seruum qui in fuga. quia primus dominus re
net ciuilem possessionem, quæ manet quandiu non deponit animu
ab eo, quod fit per obliuionem, vt in glo. magna in l. j. C. de seruis fu.
Sed si incipiat possideri ab alio, vel si diu stetit paratus defendere
contra dominum, bene procedit præscriptio contra dominum, vt
de acqui. poss. l. iij. §. si seruus. & l. per eum. §. per seruum. ¶ Oppo
tur primò sic, & videtur, quòd liber homo põt præscribi, per l. scim.
§. cũ mautẽ. C. de agric. & censi. lib. xj. Solutio. Illa lex loquit de
4 scriptitijs, † qui possunt præscribi, non per se, vt hîc dicitur, sed per
gleba, vt ibi. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd non bene di
in vltimo notabili, quòd seruus fugitiuus aliquo modo potest præ
bi, quia hoc est contra istum tex. vbi dicitur, quòd vsucapio non p
cedit vllo tempore. Solutio. Iste textus loquitur secundum ius ff.
gestorum, secundum quod talis præscriptio non fieret, sed nota
loquitur secundum ius Codicis, quod est in l. malæ. C. de præscri
ptio. xxx. vel. xl. annorum.

§. Furtiuæ quoque res.

1 *Furtum & uiolenta possessio, impediunt usucapionem.*
2 *Res aliena, quibus modis usucapiatur. & nu. 7.*
3 *Mala fides, an impediat usucapionem: Et an præscriptionem xxx. & xl. annorum.*

Ratio

4 *Ratio ſpecialis ceſſat, ubi adeſt generalis.*
5 *Rem alienam tractans, inuito domino, committit furtum.*
6 *Furtum non committitur ſine affectione.*
8 *Vitium, eſt duplex. Et utrum illorum ſequatur authorem: aut impediat ſucceſſorem.*

1 Furtum † & violenta poſſeſsio impediunt vſucapionem. hoc dicit. Sed intellectus textus eſt, quòd res furtiuæ & vi poſſeſſæ prædicto longo tempore, etiam bona fide, non vſucapiuntur: & hoc nō ſolùm à fure vel per vim poſsidente, ſed etiam nec ab eo, qui tales res à fure vel per vim poſsidente, bona fide accepit. Et ideò in rebus mobilibus non faciliter procedit vſucapio: qui enim rem alienam ſcienter vēdi-
2 derit, vel ex alia cauſa alteri tradiderit, furtū cōmittit. † Poteſt tamen res aliena pluribus modis vſucapi, quorū duo ponuntur hîc in tex. Primus ibi, nam ſi hæres, qui modus eſt: Si hæres rem defuncto cōmodatam vel locatā, vel apud eum depoſitā, alteri bona fide accipienti vendiderit, donauerit, vel dotis noīe dederit, pōt talis res vſucapi. Secūdus eſt ibi, item ſi is, qui eſt ſi vſufructuarius ancillę partū credens eſſe ſuū, eum alienauerit, poteſt vſucapi, quia iſti furtum non cōmittunt. nam furtū ſine affectu furandi nō cōmittitur. Hoc dicit, & patet intellectus
3 textus. ¶ Notandū † primò, quòd mala fides impedit, quòd res mobilis triennio non vſucapitur: nec res immobilis decennio inter præſentes, aut vigennio inter abſentes præſcribitur, tamen mala fides non extinguit pręſcriptionem xxx. vel xl. annorum. vt C. de præſcri. xxx. vel xl. ann. l. omnes. & l. ſicut. & hoc de iure ciuili, ſed ſecus de iure canonico, vt in c. fin. extrà de præſcriptio. & in regula, malæ fidei poſſeſſor, de regu. iuris. libro. vj. Dicit tamen Barto. quòd hoc verùm eſt in corporabilibus, ſed aliud eſt in incorporabilibus, etiā de iure canonico. Nam ſi ſtatutum eſſet, vt quis non petat debitum triennio, cadat ab illo. poteſt debitor tale debitum non ſoluere, ſi creditor infra triennium non petijt, etiam de iure canonico, vt probat ipſe Barto. in l. ſequitur. §. viam. ff. de vſucapio. hoc tamen non placet quibuſdam Doctoribus canoniſtis, vt notatur in dicto c. fina. extrà de præſcriptio.
4 ¶ Notandum † ſecundò ibi, quod autem dictum eſt, quòd quando eſt ratio generalis, tunc ceſſat ſpecialis. Sic etiam ſuprà de nu-
5 ptijs §. affinitatis. & §. ſocrum. ¶ Notandum † tertiò, quòd tractans rem alienam, inuito domino, cōmittit furtum, vt infrà de oblig. quæ ex delicto naſcuntur. §. j. & ideò donatio ſeu eleemoſyna. quæ fit de re aliena, non habet meritū, vt j. q. j. non eſt putanda. imò habet ſpeciē furti, vt ff. de furtis. l. ſi pignore. §. j. Ex qua lege aliqui dicunt, quòd mulier dans eleemoſynam ſine conſenſu viri, cōmittit furtū, ſed hoc

non

non eſt verum: contrarium enim habetur in l.j.ff.rerum amotar. & in l.ſi ſponſus. §.proinde.ff.de dona.inter virum & vxo. ¶ Notan-
6 dum † quartò, quòd furtum nõ committitur ſine affectione: quod debet intelligi, quòd affectio furandi eſt ad rem, quæ furatur principa- liter, vel ſecundariò. Nam ſi aliquis ſuretur pecuniam cũ ſacculo, com- mittit etiam furtum quo ad ſacculum, quia licet fur non habeat affe- ctionem ad ſacculum principaliter, tamen ſecundariò, vt ff.de furtis.
7 qui ſaccum. ¶ Notandum † finaliter, quòd extra textum ſunt adhuc duo alij modi, quibus res aliena vſucapi poteſt. Primus eſt, ſi aliquis credat ſe eſſe hæredem, & in veritate non eſt, recipiens rem ab illo bo- na fide, poteſt eam vſucapere, vt ff.de vſucapio.l.poteſt. Secundus eſt, ſi aliquis credat rem ſibi eſſe legatam, quæ tamen in veritate eſt ade- pta, vſucapere poteſt, vt infrà de actio. §.ſi quis agens. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd non ceſſat ratio ſpecialis, quando eſt genera- lis, per l.quædam.ff.de edend. Solutio. In illa lege, non eſt ratio gene- ralis, ſed in vtraq; actione eſt ratio ſpecialis, in vna ſicut in alia. ¶ Op- ponitur ſecundò, & videtur, quòd res poſſeſſa poteſt vſucapi, per l.ſi vi vel metu. C.quod metus cau. Solutio. Illa lex loquitur de vi com- pulſiua: quæ habet voluntatem, licet coactam, vt ff.de eo quod vi me- tusve cauſa.l.ſi mulier. Sed hîc loquimur de vi impulſiua vel expulſi- ua, & non ſufficit expuliſſe, niſi poſsideat expellens, vt ff.de vſucapio.
1 ſequitur. §.ſi tu vi &c. ¶ Opponitur † tertiò, & videtur, quòd res fur- tiua poteſt vſucapi, ſaltem ab illo qui eam bona fide à fure accepit: quia culpa ſequitur authorem, per l.an vitium.ff.de diuerſis & tempo-
2 ra.præſcriptio. Solutio. † Duplex eſt vitium, ſcilicet reale & perſona- le. Vitium reale, non ſequitur authorem, ſed ipſam rem, vt hîc dicitur: & ideò tale vitium impedit vſucapionem, non autem quo ad fructus: vt ff.de acquiren. rerum dominio.l.bona fides. §.penulti.infrà §.no- uiſsimè. eo. Sed vitium perſonale ſequitur perſonam, vt dolus, ma-
1 fides, ſcientia rei alienæ, &c. Impedit tamen etiam vniuerſalem ſuc- ceſſorem, vt C.de acqui.poſ.l. vitia, ſed non impedit ſingularem ſuc- ceſſorem, vt ff.de exceptio.doli.l.apud. §.de authoris. & C.de peri- lo rei vend.l.dolum. Non habet tamet talis ſucceſſor in rem ſingula- rem acceſsionem temporis ſui anteceſſoris, vt ff.de acquiren. poſſeſ- ſio.l.Pomponius. §.finali. Hodie tamen tale vitium etiam impedit ſin- gularem ſucceſſorem, vt Authen. malæ fidei. C.de præſcriptio. lon. tempo. vide glo. & c.in §.de authoris.l.apud.ff.de excep.doli.

¶ Opponitur quartò, & videtur, quòd recipiens rem alienam à hærede, non poteſt eam vſucapere, ſicut dicitur hîc in textu. quia hæres met nõ poteſt vſucapere, per l.cùm hæres.ff. de diuerſis & tem- pora.præſcripti. Solutio. Dicendum, quòd aliqui dixerunt, quòd hæ- res in

res in isto casu posset vsucapere, si in sua persona continuaret possessionem: hoc tamen non est verum, si sit suus hæres, vt ff. pro hærede. l. ij. §. filiũ. & C. pro hære. l. nihil. Sed si sit extraneus hæres, potest procedere vsucapio, titulo pro hærede, si defunctus possederat illam rem bona fide, quãuis sine titulo. Et ideò in suo hærede non procedit vsucapio, titulo pro hærede, sicut in extraneo. Patet ergo qualiter recipiẽs rem potest vsucapere, licet hæres nõ vsucapiat. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd furtũ potest cõmitti sine affectu furandi, quia interdictum vnde vi, est simile furto, & potest cõmitti sine affectione, per l. cùm quærebatur. C. vnde vi. Solutio. In illa lege in veritate est affectio, licet non ad certam personam, quia sciuit rem non esse suam.

§. *Quod autem ad eas res.*

1 *Rem accipiens ab eo, qui sine ui eam immobilem & uacantem possidebat, an possit præscribere. & nume. 5.*
2 *Locus, uariè accipitur.*
3 *Loci uacantia, tripliciter accipitur.*
4 *Rem apprehendens altero, de tribus modis, est possessor malæ fidei.*
6 *Res immobilis non potest furari.*
7 *Res ui possessa, uel reuersa in potestatem domini, an possit usucapi. & nume. 10. Et quando utrunque contingat.*
8 *Locus an fiat uacuus uel uacans, propter absentiam domini.*
9 *Obliuio quanto tempore præsumatur inducta.*

1 Summatur sic: † Licet qui sine vi possidet rem immobilem vacantem, propter absentiam vel negligentiam domini, vel propter mortem eius sine successore, non possit præscribere: tamen ille, qui talem rem ab eo bona fide recipit vel accipit, præscribere potest, quia non est res furtiua, neque vi possessa. Nam furtum in re immobili non committitur, & res furtiua vel vi possessa, potest vsucapi, si in potestatem domini reuertatur. Hoc dicit vsque ad §. res fisci. & patet intellectus textus.
2 ¶ Notandum † primò, quòd locus aliquando dicitur plenus, vt quando ab aliquo possidetur: interdum dicitur semiplenus, vt quando possidetur causa legatorum, vel causa rei seruandæ, vt ff. de acquir. possess. l. iij. §. fin. & interdum dicitur, vacuus vel vacans, videlicet quando
3 à nemine possidetur, vt C. vnde vi. l. fin. in glo. magna. † Et ista vacantia accidit tripliciter, vt hîc in text. Vno modo per absentiam domini, secundo per eius negligentiam. l. furtum. §. fin. ff. de vsucap. & tertio, si moriatur sine successore, vt ff. de acquir. posses. l. si id, quod. vel si moriatur cum successore eius, à quo res non est apprehensa, vt ff. de acqu.
4 possess. l. cùm hæredes. ¶ Notandum † secundò, quòd apprehendens rem sic vacantẽ, est possessor malæ fidei, quia scit rem non esse suam

5 & per consequens alterius, vt C. vnde vi.l.fina. Et licet † hîc dicat quòd recipiens talem rem bona fide ab isto possessore, potest ei præscribere, dicit tamen hîc glos.super verbo longa, quòd hoc hodie non procedit, propter duas rationes. Prima est, quia ista possessio violenta, vt C.vnde vi.l.cùm quærebatur. & res violenta non potest vsucapi, vel præscribi, vt suprà eodé. §.furtiuæ. Alia ratio est, quia hoc, quòd res præscribatur breuiori tempore, quàm spatio xxx vel annorum, requiritur bona fides, ex vtraque parte, scilicet in tradente & accipiente, quod non est hîc in tradente, vt in Authenti. vt sponsal. larg. §.rursus.colla.ix.quæ habetur C.de præscrip.long.tempo.x. xx.annorum.& est Authen.malæ fidei. Prima istarum rationum debilis est, quia vt dicit glos.in l.fin. §.prædonem. C.vnde vi. ista possessio non vitiat rem, quia non est vitium violentiæ, sed potius vitium violentiæ, & potest dici clandestinitas, quod non est vitium reale, sed personale, vt notat Barto.in l.Pomponius. §.cum quis. ff. acquiren.possess. Et ideò talis possessor tenetur ad restitutionem cum fructibus, vt in l.fin. C.vnde vi. Posset tamen etiam hodie ista præscribi, si scilicet tertius reciperet istam rem à secundo bona fide,
6 quia tunc nihil obstaret. ¶ Notandum † tertiò, quòd res immobilis non potest furari, vt hîc in text. & in l.quæritur. ff. de furtis.& in Insti. de
7 oblig.ex maleficio. §.j.notabi.j. ¶ Notandum † finaliter, quòd res furtiua vel vi possessa reuertatur in potestatem domini, tunc potest vsucapi: & dicitur reuerti in potestatem eius, quando non potest facile ter ab eo auelli, vt ff.de vsucapion.l.sequitur. §.tunc. Et dicitur etiam reuerti in potestatem eius, si ipse recipiat pretiũ rei, nec oportet quòd reuertatur in potestatem domini, sed sufficit quasi domini, vt si res ablata pupillo, reuertatur in potestatem tutoris, vel res debitoris reuertatur in potestatem creditoris, vt ff.de vsucapio.l.sequitur. §.si
8 ¶ Opponitur † primò sic, & videtur, quòd locus non sit vacuus vacans, propter absentiam domini, per l.clam. §.qui ad nundinas. ff. de acquiren.posses. Solutio. Absentia capitur hîc pro effectu absentiæ, videlicet pro obliuione & depositione animi ipsius domini, ab ipsa quæ causatur ex tempore, vt ff.de dam.infec.l.si finita. §.non autem. Et quantitas temporis, arbitrabitur per iudicem, vt ff.de iure delib.
9 l.j. Dummodo tamen † iudex arbitretur temporis tantum, quòd præsumitur obliuio inducta, & quòd dominus deposuit animum, vt ff.de vsucapio.l.furtum.arg. Instit.de obliga.quæ ex quasi delicto nascun. §.j. Nam minus tempus requiritur in vinea, quàm in nemore, quia ad vineam requiritur maior cura, quàm ad nemus, vt in l.non omnes. §.à barbaris.ff.de re milita.& aliud tempus requiritur, quando dominus est diligens homo, quàm si sit negligens. Hinc est, quòd præscribens

scribens debet ponere in libello suo non solùm tempus,sed etiam obliuionem & depositionem animi ipsius domini. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd furtum potest committi in re immobili, per l.si quis vxori. §.si sulphurarie. ff.de furtis. Solutio. Quòd in illa lege dicitur, quòd terra eximebatur, & ita furabatur quæ non fuit res immobilis, sed res mobilis. ¶ Opponitur tertiò, & videtur,quòd hîc in textu sit superfluitas, idem enim videtur significare locus & fundus. Solutio. Fundus capitur hîc pro toto,& locus pro parte, vt ff.de verborum significatio.l.locus. ¶ Opponitur † finaliter,& videtur,quòd res furtiua nullo modo potest vsucapi,etiam si reuertatur in potestatem domini,quia non ab ipso domino,vt manifestum est, nec ab alio eam recipit à domino, quia tunc transfertur dominium, & ideò recipiens non potest plus dominus fieri,vt ff.de vsucapio.l.sequitur. §.lana. Solutio. Verum est, quòd res furtiua in potestatem domini reuersa,non potest vsucapi ab ipso domino, nec etiam ab eo qui eam à domino recipit,vt prætendit oppositio:sed ab eo,qui eam recipit à nõ domino,postquam scilicet est reuersa in potestatem domini. Et ideò quod hîc dicitur,quòd res furtiua sic potest vsucapi,debet intelligi hoc modo,quòd scilicet talis res tunc fit vsucapibilis.

§. Res fisci nostri.

1 *Res fisci,an possint usucapi.disting.nume.2.*
3 *Præscriptio an habeat locum in rebus Principis: & quanto tempore.*
4 *Præscriptio an admittatur in rebus ciuitatis Romanæ.*
5 *Præscriptio an perficiatur, & quanto tempore, in rebus ecclesiæ.*
6 *Præscriptio non currit contra deputata ad usum publicum.*
7 *Præscriptio an habeat locum in rebus pupilli.*
8 *Res filij existentis in patris potestate, an possint usucapi aut præscribi.*
9 *Præscriptio non currit contra res datas Præsidi, contra l.repetundarũ.*
10 *Præscriptio an currat in rebus dotalibus, uel usucapio.*

1 Summatur † sic: Res fisci non possunt vsucapi: si tamen aliquis bona fide recipiat rem ex bonis vacantibus, nondum fisco denuntiatis, ille potest talem rem vsucapere. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò, quòd res fiscales aut sunt incorporatæ patrimonio fisci,aut non. In primo casu, res mobiles fisci non vsucapiuntur triennio, nec res immobiles præscribuntur decennio vel vigennio: possunt tamen præscribi spacio triginta vel quadraginta annorum, vt in l.omnes. C.de præscriptio.triginta vel quadraginta annorum. Fallit hoc tamen, in hæreditate,legato, vendito, vel donato,vt C.de sacrosanctis eccles.l.fina. fallit etiam in fundo patrimoniali, vel templorum,ex quo soluitur vectigal,vt C.de fun.patrimon.l.penulti.

& per Bart.in l.fin.C.de sacrosan.eccl.Si verò non sunt incorporatæ
sed sunt delatæ fisco,tunc vel sunt delatæ,quia vectigal non est solu.
tum,vel ex alia causa. In primo casu præscribuntur quinquénio,vt C.
de vectiga.& commis.l.ij.si ex alia causa,tunc vel sunt denuntiatæ fi.
sco,vel non. In primo casu præscribuntur quadriennio, vt l.intra qua.
tuor.ff.de diuer.& tempo.præscri.aut non sunt denuntiatæ, tunc cum
titulo præscribuntur x.vel xx.annis,vt ff.de vsucapio.l.quamuis.& si.
ne titulo xxx.vel xl.annis,vt l.in omnibus. ff.de diuer.& tempo.præ.
scriptio. Circa quam Barto.virtualiter not.istam distinctionem.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd res principis non præscri untur, nisi
quadraginta annis,vt C.de præscrip.xxx.vel xl.annorum.l.omnes.&
hoc etiam tenent Iaco.Butriga.& Angel.in l.j. C.ne rei dominicæ vel
templorum.Si tamen Imperator seu princeps aliquid sibi reseruaret in
signum vniuersalis dominij,contra illud non curreret præscriptio ali.
quo tempore,vt contra publicas sanctiones,per l.comperit. C.de præ.
scrip.xxx.vel xl. annorum. sicut etiam non currit præscriptio contra
reseruationes curiæ apostolicæ, vt est glos.super verb.non obstante,
in c.vnico.de cleri.ægrotan. lib.vj. Et contra alias res principis etiam
non currit præscriptio,nisi sicut contra res ecclesiæ,vt in l.fina.C.de
sacrosan.eccle.quia quantum ad hoc,gaudet imperium eodem priui.
legio,sicut ecclesia,vt in Authen.de non alienan.rebus eccle.§.vt au.
tem.in glo.& Angelus in l.sicut. C.de præscrip.xxx.vel xl. annorum.
4 ¶ Notandum † tertiò,quòd in rebus ciuitatis Romanæ, nó perficitur
præscriptio,nisi centum annis currat,& idem dicũt aliqui in rebus alte.
rius ciuitatis vel municipij,vbi est respublica,quia respublica,& eccle.
sia æquiparantur,vt C.de sacrosan.eccle.l.fina.& ff. ex quibus causis
maiores.l.respublica.licet glo.in l.si finita.§. si de vectigalibus.ff.de
damn.infec.videatur dicere,quòd res alterius municipij vel villæ pos.
5 sunt præscribi x.vel xx.annis. ¶ Notandum † quartò,quòd res ec.
siæ possunt præscribi xl.annis,nisi essent ecclesiæ Romanæ, quia ta.
lis requiruntur centum anni,vt in c.cùm nobis.extrà de præscriptio. &
in Authen.cõstitutio,quæ ecclesiæ Romanæ præscrip. centum anno.
rum dabat,in principio.colla.viij.& hoc est verum in rebus immo.
libus,sed in re mobili,non sacra,cõpletur vsucapio triennio, vt in Au.
then.de ecclesiasti.tit.§.pro temporalibus.colla.ix. Et de ista materia
latius tractatur per doc.& per glo. in Authen.quas actiones C. de sa.
6 crosanc.ecclesijs. ¶ Notandum † quintò,quòd contra ea, quæ sunt
deputata ad vsum publicum,non currit præscriptio, vt est via ad san.
ctum Iacobum,vel alia publica via. Et est ratio,quia est quædam fa.
cultas inducta gratia publicæ vtilitatis, contra quã non præscribitur,
etiam in centum annis, vt in l.viam. & ibi gloss.ff.de via publica.

Notandum

7 ¶ Notandum ſextò, † quòd res pupilli non poſſunt præſcribi, quãdiu durat pupillaris ætas, vt ff. de acquiré. rerum domi. l. bonæ fidei. §. nec intereſt. Poteſt tamen pupillus alteri præſtare cauſam vſucapiendi, vel præſcribendi: videlicet, ſi rem alteri vendat, vel iuſto titulo tradat, vt
8 in l. ij. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore. ¶ Notandum † ſeptimò, quòd res filij exiſtentis in poteſtate patris, in quibus pater habet vſumfructum, & eſt legitimus adminiſtrator, non poſſunt vſucapi vel præſcribi, vt C. de anna. exceptio. §. fin. l. j. quandiu filius eſt in poteſtate patris, ſed poſtquàm eſt ſui iuris, incipit currere vſucapio vel præſcriptio, vt C. de bonis mater. l. j. Sed illæ res filij, in quibus pater non habet vſumfructum, vt ſunt bona caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia, bene poſſunt vſucapi vel præſcribi, vt in l. licet. ff. ex quib. cauſis maio. Et licet in illis rebus, in quibus pater habet vſumfructũ, non currat præſcriptio vel vſucapio contra filium, ſi tamen pater illas res alienauerit, bene currit pręſcriptio vel vſucapio, contra cõmoditatem vel vtilitatem patris, vt in l. malè agitur. C. de præſcripti. xxx. vel xl. annorum, vbi dicitur, quòd colonus poteſt præſcribere penſionem, licet non præſcribat rem con-
9 ductam. ¶ Notandum † octauò, quòd in illis rebus, quæ dantur præſidi contra l. repetũdarum, non currit præſcriptio, vt ff. ad legem Iuliam
10 repetundarum. l. quod contra. ¶ Notandum † finaliter, quòd in rebus dotalibus non currit præſcriptio vel vſucapio, niſi eſſet inchoata antè, quàm res fuerunt dotales, vt ff. de fun. dota. l. ſi fundũ. Et ratio eſt, quia tales res non poſſunt alienari in præiudiciũ vxoris, vt infrà qui. aliena. non licet. §. j. & ideò etiam non poſſunt vſucapi vel præſcribi, vt ff. de verb. ſigni. l. alienationis verbo. Et per iſta notabilia clarè intelligitur glo. quæ eſt hîc ſatis cõfuſa ſuper verbo non poteſt. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd res pupilli etiam durante pupillari ætate poſſunt præſcribi, per l. Aemilius Largianus, & ibi per Bar. ff. de mino. Solutio. Illa lex loquitur de re pupilli, in qua præſcriptio fuit inchoata contra maiorem, quo caſu res pupilli præſcribi poteſt etiam durante pupillari ætate, vt in dicta l. in oppoſitum allegata probatur. ¶ Sed tunc replicatur de l. ſicut. C. de præſcrip. xxx. vel xl. annorũ. Solutio. Illud quod dictũ eſt, debet intelligi de vſucapione vel de præſcriptione longi tẽporis, quòd ſcilicet illa currit tẽpore pupillaris ætatis, quando inchoata fuit contra maioré: ſed hoc non eſt verũ in præſcriptione longiſſimi temporis, quia licet illa fuerit inchoata contra maioré, dormit tamen toto tempore pupillaris ætatis. Et hoc vult illa l. ſicut.

§. Nouiſſimè.

1 *Error falſæ cauſæ, impedit uſucapionem, ac præſcriptionem. & limita. nume. 3.*

2 *Vitia realia usucapionem, & præscriptionem impediunt. Et quæ nam illa*
4 *Error iustissimus, quis.*
5 *Titulus per suo, non sufficit ad usucapionem, uel præscriptionem.*
6 *Rem uitiosam, quid efficiat.*

1 Sicut vitium † rei impedit vsucapionem vel præscriptioné, sic eti error falsæ causæ, vt si quis posside at illam rem, quam putat se emisse & non emit, vel sibi donatam esse quę sibi donata non est. Hoc dic
2 ¶ Notãdũ † primò, quòd vitia realia sunt, violẽta ablatio, vel posse sio, impulsio vel expulsio. Et ista semper impediũt vsucapioné & præ scriptioné, vt suprà eo. § .furtiuæ. & res fiscales vel pupillares, vel data præsidi contra l. repetundarum, sunt vitiosæ, quasi vitio reali. Et ideò etiam in eis impeditur vsucapio vel præscriptio, prout notatum est su prà eo. § .proximo. Sed vitia personalia non impediunt vsucapionem in successore singulari regulariter. Quod dicitur ideò, quia dolus dãs causam contractui. l. j. C. de præscrip. long. temp. & mala fides & scien tia de re aliena, sunt vitia personalia, & tamen etiam impediunt vsuca pionem in successore singulari, vt notatur in Authen. malæ fidei. C. de
3 præscriptio. longi temporis, x. vel xx. annorum. ¶ Notandum † secun dò, quòd error falsæ causæ, id est, titulus putatiuus. & non verus, impe dit vsucapionem, vt hîc dicitur: secus tamen est, si sit error iustus in alie nationibus omnibus, præter quàm in emptione & venditione: vbi re quiritur error iustissimus, vt notat Bar. in l. Celsus. ff. de vsucapion. Et non est error iustus, quando est error iuris, sed error facti, vel nisi
4 potest esse iustus, vt in regula ignorantia, de regu. iuris. lib. vj. Est † au tem error iustissimus, vt si seruus vel procurator domini vẽdat equũ, & dicat, quòd dominus donauit sibi illum equum, quem tamen in ve ritate nõ donauit dominus: hic error ementis est iustissimus, quia et
5 diligens indagator posset in isto errare. ¶ Notãdum † finaliter, quòd ad vsucapioné vel præscriptionem non sufficit titulus pro suo, nisi adhæreat alius titulus specialis, vt pro hærede. pro emptore. pro lega to, pro donato, vel similis. Et ideò ad probandum præscriptioné alicu ius fundi alieni inter præsentes, non sufficit probare quòd possidens ta lem fundum tanquã suum & pro suo decem annis possedit, & fructus collegit, nisi etiam probetur cum isto titulo generali, pro suo, aliquis titulus specialis, cui adhæreat iste titulus generalis, vel ecõtrà. Qui qui dem titulus specialis debet esse verus, vel putatiuus, saltẽ iusto errore. Et hoc est quod innuit hîc gl. valde obscurè, in verbo error. ¶ Oppo nitur, & videtur quòd res vitiosa potest præscribi, vt est precaria vel litigiosa, per l. Pomponius. § .cùm quis. & no. in glo. ff. de acquirenda
6 possessio. Solutio. Res † precaria non est vitiosa, vt ff. communi di uidun.

uidun.l.communi.nec etiam res litigiosa,vt C.de longi temporis præscrip.l.j. Similiter nec possessio clandestina facit rem vitiosam, quia res non dicitur clandestina,sed possessio,vt in glo.l.vitia.C.de acqui. possessione.

§. Diutina quoq; possessio.

1 *Possessio diutina,quæ dicatur.Et inter quos fiat.*
2 *Tempus usucapionis uel præscriptionis,quomodo continuetur inter emptorem & uenditorem.*
3 *Mala fides serui,nocet domino:monachi,monasterio.*

Tempus vsucapionis vel præscriptionis inchoatum à defuncto,continuatur ab hærede vel bonorum possessore,licet ipse hæres vel possessor habeat malam fidem.Similiter tempus vsucapionis vel præscriptionis inchoatum à venditore,continuatur ab emptore.Hoc dicit.

1 ¶ Notandum † primò, quòd illa possessio dicitur esse diutina, quæ est tempore illo,quo cōpletur præscriptio,vt in l.sed cum fidei.§. Aristo.ff.qui & à quib.manumit.non licet. Et continuatur istud tempus inter defunctum & hæredem,qui succedit de iure ciuili, vel bonorum possessorem,qui succedit de iure prætorio,vt infrà de bono.possessio. §.quos autem,licet hæres,vel bonorum possessor habeat malā fidem vt hîc dicitur:& hoc de iure ciuili.Sed istud non est verū de iure canonico,quia illo iure hæres & bonorū possessor,etiā debent habere bonam fidem,sicut defunctus,si tempus vsucapionis vel præscriptionis debet compleri,vt in c.quoniā omne.extrà de præscriptio. Et in ista materia ius canonicum est præferendū iuri ciuili, quia agitur de periculo animarum,vt pulchrè notat Anto.de Butrig.in c.sanctorum.extrà de præscriptio.Si verò defunctus habuisset malam fidem,& hæres vel bonorum possessor bonam,nō continuatur tempus,vt hîc patet in tex.

2 ¶ Notandum † secundò,quòd inter venditorem & emptorem etiam continuatur tempus,sed non omnino eodem modo sicut in casu prædicto,quia requiritur bona fides in vtroq;,scilicet venditore & emptore. Nam in successore singulari non solùm nocet mala fides authoris,sed etiam mala fides propria,vt ff. pro emptore.l.ij.§. si eam rem.

3 Et ita † mala fides serui nocet domino , & mala fides monachi nocet monasterio,vt ff.pro empto.l.ij.§.si seruus. Secus in successore vniuersali,quia ibi solùm nocet mala fides authoris. Et ratio est, quia hæreditas complet tempus ante aditionem, vt ff. de vsucapio.lege nunquàm.§. vacuum. Et hæres computatur vna persona cum defuncto, vt in Authenti.de iureiuran. à moriente præstan.§.j.collatio. v.& ff. pro empto. lege secunda.§. emptori. & §. si defunctus. ¶ Opponitur, & videtur, quòd tempus vsucapionis vel præscriptionis non

 continuetur

continuetur inter defunctum & hæredem,per l.eius.aliâs hæres.ff.l vsucapio.Solutio. Illa lex loquitur,quando res primò traditur hæredi habenti malam fidem,& non fuit tradita defuncto. ¶ Sed tunc replicatur de l.quæsitum.ij.respon.ff.de acquir.rerum domi.vbi res fuit tradita defuncto,& tamen tempus non continuatur in hæredē. Solutio.Hoc fuit ideò,quia hæres sciebat rem esse eius, qui causam habebat à defuncto,vt legatarij vel donatarij. Sed tex.hîc loquitur quādo hæres habet malam fidem, quia scit rem esse alterius, qui non habet causam à defuncto.

§. Edicto.

1 *Zenonis constitutio,circa eum,qui accepit rem à fisco,ut statim fiat securus.Limit.nu.3.5.*

2 *Fiscus habet duo priuilegia.*

4 *Vxor Imperatoris, uel Principis, an gaudeat iisdem priuilegiis, quibus maritus.*

1 Summatur † sic: Quanuis is,qui accepit rem à fisco,olim non statim fiebat securus,quia dominus rei potuit eam infra quinquennium repetere,modò tamen per constitutionem Zenonis statim fit securus.Sed potest dominus rei agere ad eius æstimationem vsq; ad quadriēnium contra fiscum.Et constitutio Zenonis etiam obseruatur in rebus quæ accipiuntur à domo Imperatoris,vel venerabilis Augustæ,id est, vxoris eius.Hoc dicit,& patet intellectus tex.vsq; ad finē tituli. ¶ Notan-
2 dum † primò,quòd fiscus habet duo priuilegia. Vnum est, quòd licet priuatus vendens rem alienam,non auferat domino rei actionē vendicationis vel actionem personalem,vt in l.rem alienam.ff.de contrahen.emptio.hoc tamen facit fiscus. Aliud est,quòd priuatus non præscribit actionem,nisi longo,vel longissimo tempore. Sed fiscus præscribit actionem,quam dominus habet ad pretium quadriēnio, vt hîc
3 dicitur in versi.aduersus. ¶ Notandum † secundò,quòd quando aliquid emitur à fisco, tunc fiscus intelligitur hoc vendere tanquā suum, vel tanquam alienum. Si tanquam suum,tunc emēs statim est securus, nisi res esset minoris vel alterius habentis restitutionē,vt C.si aduersus fiscum.l.fin.Si tanquam alienum,videlicet quia non est solutū tributum,tunc emens statim est securus,siue res sit minoris siue maioris, dum tamen tria concurrant. Primò,quòd hoc tributum sit debitum. Secundò,quòd sit cessatum biennio à solutione. Et tertiò,quòd sit facta subhastatio,id est, quòd sint obseruatæ solennitates requisitæ,videlicet quòd sit factum proclama,& res sit vēdita plus offerenti, vt in glo.in l.si quos. C.de rescindē.venditio.Si tamen res sit minoris vltra decretum iudicis,requiritur authoritas tutoris vel curatoris, vt in l.fi. C.si pro

C.si propter publicam pensitationem,& in glo. in l.si tempora. C. de fide instrumento.& iure hastæ fiscalis lib.x. Et per Bart. in l.licitatio.
4 ff.de publica. ¶ Notandum finaliter, † quòd vxor Imperatoris vel principis, gaudet priuilegijs, sicut Imperator, vt ff.de legi.l. princeps. non tamen in omnibus, quia non potest leges condere, vt ff. de leg.ij. l.quod principi. ¶ Opponitur sic,& videtur quòd emens à fisco nõ sit statim securus, per l.nec vllam.ff.de petitione hæredita. Solutio. Istud ius corrigit illud, quia loquitur illud ius, scilicet secundum constitutio-
5 nem diui Marci. † Et ista est melior solutio, quàm alia, quæ est in gl. Dicit tamen Ioan.Pa. quòd ista constitutio Zenonis est iniqua, & de iure canonico non obseruatur: & ideò illò iure obseruatur hodie con stitutio diui Marci, vt satis probatur in c.quicunq;, in tex.& in glo.xij. q.ij.in ver.consensu.& xvj.q.iij.placuit.in fi.quasi.

DE DONATIONIBVS.

TITVLVS VII.

1 *Donatio, quid.*
2 *Donatio simplex, quinque requirit.*
3 *Diuisio huius tituli in quatuor partes.*

Continuatur sic: Dictum est suprà qualiter res acquiruntur iure ciuili per vsucapionem & longi temporis præscriptionẽ: Hîc cõsequẽter tractatur, qualiter res acquiruntur eodem iure, per donationem. Et notandum est
1 circa rubricam, quòd secundum Goffre. donatio † est quædam liberalitas in accipientem collata, quæ stipulatione, traditione vel pollicitatione virtutem recipit & effectum, facit l.donari.ff. de
2 regu.iuris. Et ad donationem simplicem quinque requiruntur. † Primò, quòd fiat liberaliter sine aliqua necessitate, vt ff de donatio.l.j.& l.hoc iure. Et ideò quando donatur sic, do vt des, non est propriè donatio, sed contractus innominatus. Secundò, requiritur, quòd nõ fiat ob causam, vt C.de dona.l.fi.fac. §. Labeo.l.hoc iure.ff.eod. Tertiò, quòd fiat liberè, vt donans nullo vinculo sit ad hoc adstrictus.l. donari.ff.eo. Et debet hoc intelligi, de vinculo inducente actionem, vel impediente repetitionem, & non de vinculo naturali ad antidora, vt in l.hoc iure.ff. de donatio. Quartò, requiritur, quòd fiat absolutè, sine repetitione, vt ff.de donatio.mortis causa.l.senatus. §.j. Quintò,
3 quòd fiat inter viuos, vt infrà eod. §.aliæ. † Et diuiditur præsens titulus in quatuor partes. In prima ponitur diuisio donationis,& prosecutio vnius membri, scilicet donationis causa mortis. In secunda ibi, aliæ tractatur de donatione inter viuos. In tertia ibi, est & aliud. de dona-

tione propter nuptias. In quarta ibi, erat, soluitur incidens quæstio donat. facta seruo.

§. Est & aliud genus.

1 *Donatio, est duplex. Et possunt dici duo genera. nu. 4.*
2 *Donatio causa mortis, tripliciter reuocatur.*
3 *Donatio, quo iure inuenta.*
5 *Donatio causa mortis, potest fieri dupliciter.*
6 *Lex Falcidia, quæ: & quotuplex. nu. 7.*
8 *Donans causa mortis, tripliciter potest donatum reuocare.*
9 *Donatio causa mortis, in quo conueniat cum legato. Et in quo dissideat. nu. 10. 11. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19.*
12 *Donatum, qualiter petatur.*
20 *Poëtarum aut Medicorum dicta in iure allegata, an & quando probationem faciant.*
21 *Donatio nudo pacto facta, an possit reuocari. disting.*

1 Summatur sic: † Duplex est donatio, scilicet causa mortis, & non causa mortis. Causa mortis donatio est, quæ fit propter suspicionem
2 mortis, & reuocantur tripliciter. † primò si donator superuiuat, secundò si eum donasse pœniteat, & tertiò, si donatarius ante donatorem decedat. Et cõparatur donatio causa mortis ferè legato, & in summa donatio causa mortis est, quando donator potius vult se habere rem quàm donatarium, id est, illum cui res donata est, & potius donatarium quàm hæredem suũ. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum
3 † primò, quòd donatio inuenta est iure gentiũ: quia olim fiebat per traditionem, quia est de illo iure, vt suprà de rerum diuisi. §. per traditioné. sed approbata est per ius ciuile, quo iure donatio fiebat per stipulationé. Sed postmodùm dominus Iustinianus constituit, quòd donatio posset fieri nudo pacto, vt C. de donatio. l. si quis argentũ. §. autẽ. & infrà de actio. §. de constituta pecunia. & est glo. quæ hoc
4 dicat in l. legiti. ff. de pactis. &c. ¶ Notandũ † secundò, quòd donatio causa mortis & donatio non causa mortis, possunt dici duo genera donationis, vt contineant sub se alias species, vt l. ij. ff. de dona. causa mortis, vbi tres species donationis causa mortis enumerantur: vel etiam possunt dici duæ species donationis, & quòd eis adiunguntur aliæ, scilicet donatio propter nuptias, de qua infrà eo. §. est & aliud. & donatio de
5 qua infrà eo. §. fina. ¶ Notandum tertiò, † quòd donatio causa mortis, potest fieri dupliciter. Vno modo, quando donans est in periculo mortis, & tunc si superuiuat, ipso iure reuocatur, vt ff. de donatio. causa mortis. in glo. in versi. accipientis. l. secunda. Alio modo, quando donans non est in periculo mortis. Donat tamen causa mortis futuræ

turæ,quia dies mortis eſt incertus,& mors ſemper eſt timenda,vt ff.de dona.l.ſenatus. §.mortis. Et iſta donatio non reuocatur,not.in l.ij.ff. de do causa mortis. Et debet fieri mentio de morte in hac donatione, vt ff.de donat.causa mortis.l.Seia.alias diceretur donatio inter viuos, & ſic non poſſet donator pœnitere,vt hîc dicitur,& l.cùm maritus. §. j. C.de pactis.nec etiam abſtraheretur falcidia.vt C.ad l. Falci.l.fi.& ſi excederet ſummam quingentorũ ſolidorum,requireretur inſinuatio,vt C.de donatio.l. ſancimus. Sufficit tamen vt ſit donatio cauſa mortis,quòd appareant aliqua ſigna, quòd donator non voluit donare,niſi cauſa mortis,vt in glo.in dicta l.Seia.in verbo,initium. ¶ No-
6 tandum † quartò,quòd lex Falcidia eſt,quæ prohibet ne quis in teſtamento plus extraneis legare poſſit, quàm vt quarta pars ſit hæredibus ſalua. Dicitur autem falcidia à Falcidio tribuno, authore, vel ſecundum Azo.dicta eſt à falce fabro,id eſt,à diminutione, quia iam in primo ſingularibus relictis reſecat legata,ſicut falce reſecantur ſegetes: vnde olim licuit cuilibet totam hæreditatem ſuam alteri relinquere, ſed Falcidius nũc ſtatuit,quòd quarta pars relinqueretur hęredibus le-
7 gitimis. Et † eſt triplex,vna debita iure naturæ,alia iure inſtitutionis, tertia dicitur quarta Trebellianica,quæ competit hęredi inſtituto,qui
8 rogatus eſt hæreditatem alij reſtituere. ¶ Notandum † quintò,quòd donans cauſa mortis,tripliciter poteſt donatum reuocare. Primò ſi ſuperuiuat,quia tunc ſi donatio ſit facta in periculo mortis, ipſo iure reuocatur,vt dictum eſt ſuprà in notabili tertio. Secundò, ſi pœniteat eum donaſſe,vt hîc & ff.de dona.cauſa mortis.l.ſenatus.primo reſpõ. in fine.quia voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortem,vt ff.de adimẽ. lega.l.iij.in fine.& l.ſequenti. Tertiò, ſi donatarius præmoriatur, vt hîc,& ff.ſi certum petatur.l.nõ omnis.& not.in verb. deceſſiſſet. quia donatio tunc ſit caduca,vt C.de cadu.tollen.l. vnica. ¶ Notandum
9 † ſextò,quòd donatio cauſa mortis,conuenit cum legato, quia confirmatur morte,ſicut legatum, vt ff.de dona.l. Marcellus. §. Paulus. Et abſtrahitur falcidia,vt C.ad legem Falcidiam.l.fin. Et conuenit cum ſimplici donatione inter viuos,quia vtraq; fit liberaliter, vt ſuprà circa rubricã dictum eſt,de ſimplici donatione. Sed differt à legato mul-
10 tipliciter. Primò,quia donatio facta in ſingulos annos eſt vna,& non plures,vt ff.de dona.cauſa mortis.l.ſenatus. §.fina.ſed legata in ſingulos annos ſunt plura.& ideò in donatione & ſtipulatione ſolùm inſpicitur tempus,quo fit donatio,vt l.ſi filiuſfamiliás.ff.de verbo.obligationib. Sed in tali legato,ſcilicet per ſingulos annos,inſpicitur idoneitas legatarij ſingulis anni. Et ideò licet tale legatum primo anno ſit abſolutum.ſequentibus tamẽ annis eſt conditionale.vt ff.de ann.leg.
11 l.ſi in ſingulos. † Secundò, quia legatum traditur ſemper ab hærade,vt

de,vt infrà de lega.in princi. in diffinitione legati. sed donatum
12 traditur ab alio. Sed † qualiter donatum petitur, notat Barto.in l.j.
de donatio. quia aut donatio facta est ex stipulatione, & tunc ag
certi cōdictione ex stipulatu,& habet effectum irreuocabilé, vt
donatio. l.senatus. vel fit nudo pacto,quod fieri potest,vt in l.cu
ter. §. Meuio.ff.de lega.ij. Et tunc agitur ex l.si quis argentum.
C.de donatio. Vel fit in codicillis,& non in testamento,& agitur
13 actione ex testamento,vt in l.fin. C.de codicillis. † Et requiritur
sentia partium in hac donatione,aliôquin non valeret, nisi iure fi
commissi.vt notatur in l.fideicommissa.in verbo, quoties. §.j.ff.d
ga.iij. Et licet donatio causa mortis,habeat quasi omnes effect9 te
menti,vt in l.fin C.de donatio.non tamen est testamētum, neq; co
cillus,sed vltima voluntas,quę cōfirmatur morte donatoris,vt in
in l.tam his.ff.de donat.causa mortis. Tertiò,quia donans obliga
14 sed non legans. Quartò, † quia accusans testamentū tanquàm fals
perdit legatum,sed non donationem,vt ff. de his,quibus vt indign
15 post legatum. §.qui mortis causa. † Quintò,quia in legato potest
ri substitutio directa vel indirecta, sed in donatione non potest
substitutio saltem directa, licet fortaſsis bene fidecommissaria, vt
16 de donatio.causa mortis.l. si cui mortis causa. Sextò, † quia filius e
stens in potestate patris,potest donare,vt ff. de donatio.l.tā his.sed
potest legare,vt infrà qui non est permis.facere testamen. §.j. Sec
17 mò, † quia in legato inspiciuntur tria tempora, vt infrà de hæred
qualita.& differentia. §.in extraneis. sed in donatione solùm insp
18 tur vnum tēpus,vt ff.de donatio.causa mortis l.in mortis. † Octa
quia pro legato datur interdictū quorum legatorū.sed nō pro do
to,vt C.quorū legato.l.j.in sum.& in l.Marcellus. §.Paulus.ff.de do
19 natio.causa mortis. † Potest addi alia differētia,quia si in donat
causa mortis conuentū sit,quòd nō reuocabitur,tunc nō pôt reu
20 ri:sed legatū pôt reuocari,etiam si iuratū sit. ¶ Notandū † fina
quòd in iure allegantur interdum dicta Poëtarum, vt hîc fin. §.
dum etiam allegantur dicta Medicorum,vt ff.de statu homin
ptimo mense. Verum tamen est,quòd ex istis non habetur firma p
batio,nisi innitantur dicta eorū validiſsimæ rationi,vt ff. de rerum
21 uisio.l in tantum §.fin. ¶ Opponitur † cōtra prædicta sic,& videtur,
quòd donatio non potest fieri nudo pacto,per l.j. C.de iure fis
Solutio. Verum est, si donans sit obligatus fisco, tunc donatio
nudo pacto,potest à fiscō reuocari,si nō præceſsit traditio,sed in al
non potest. Limitat tamen istud Bar.in l.iure gentiū. §.sed cum nu
ff. de pactis. quia si donetur res vel pecunia , tunc potest fieri nud
pacto donatio,sed si donetur factum,obseruatur antiquum ius,& re
quiritur

quiritur stipulatio.

§. Aliæ autem.

1 *Donatio, inter uiuos, an possit reuocari.*
2 *Donatio inter uiuos, quomodo fiat.*
3 *Vendens an teneatur tradere rem uenditam: an solùm æstimationem.*
4 *Insinuatio donationis, quomodo debeat fieri.*
5 *Insinuatio, cur introducta.*
6 *Insinuatio an sit necessaria in emptione, & uenditione.*
7 *Insinuatio quibus casibus non requiratur.*
8 *Donatio inter uiuos, quinq; modis ingratitudinis, reuocatur.*
9 *Dominus potest reuocare feudum à uasallo suo, quinque modis ingratitudinis.*

1 Summatur † sic: Donatio inter viuos est, quæ fit sine aliqua cogitatione mortis, & si sit perfecta, non potest reuocari. Perficitur autẽ per manifestationem voluntatis donatoris, scripto vel sine scripto, & sicut venditor compellitur tradere rem venditam, sic iste donator rem donatam. Et si donum excedat quingentos solidos, non valet ista donatio, nisi facta cum insinuatione, actis interuenientibus regulariter. Aliquæ tamen donationes sine insinuatione valent. Et potest ista donatio reuocari propter ingratitudinem. Hoc dicit, & patet intellectus tex
2 tus. ¶ Notandum †, primò, quòd ista donatio potest fieri per verba de futuro, ad instar stipulationis, vt ff. de verbo. obliga. l. v. §. stipulatio. & per verba de præsenti, & tunc potest fieri nudo pacto, vt C. de
3 donatio. l. si quis argentum. §. fin. ¶ Notandum † secundò, quòd secũdum Martinum vendens tenetur tradere rem venditam. ff. de verbo. obligatio l. vbi non apparet. & secundum Ioan. sufficit tradere æstimationem, vt ff. de actio. empti. & vendi. l. j. Et possunt concordari, quia si vẽdens habeat rẽ in sua potestate, procedit opi. Mar. Si aũt nõ habet in sua potestate, procedit opi. Io. Et ita notant Doct. in l. j. ff. de actio. empti & vend. Est ergo aliqua similitudo inter istam donationem & venditionem, quia sicut venditor tenetur tradere aliquid, scilicet rem vel ęstimationem, sic donator tenetur tradere rem donatam. Et si donatio incepit à traditione, non tenetur donator de euictione rei, vt ff. de donatio. l. Aristo. Sed si incepit à pacto, tunc tenetur, vt C. de iure dotium. l. j. nisi esset nuda promissio, vt C. de euict. l. ij. ¶ No-
4 tandum † tertiò, quòd insinuatio debet fieri in scriptis corã ordinario iudice, secundũ Bar. in l. Modestinus. ff. eo. de dona. & corã publicis personis. & nõ oportet adhibere testes, vt C. de dona. l. data, & l. in donationibus. nec oportet interponi decretũ iudicis, vt in l. fin. C. de prędijs curialium. lib. x. Et potest insinuatio fieri post donationem, vt C. de dona-

5 de donatio.ante nup.l.j. † Et fit iſta inſinuatio propter duas cauſ. Prima,ne donationes extorqueantur per metum, quia metus ceſſa iudicio,vt C.de his,qui propter metum iudicis non appella l.j. Secun da,ne fiant fraudes in donationibus,quia donare eſt perdere,vt in l. lius.ff.de donatio. Et nemo præſumitur rem ſuam velle iactare,vt cùm de indebito. §.qui enim ſoluit.ff.de probatio. Et non ſolùm re quiritur iſta inſinuatio in donatione,ſed etiam in liberatione,ſi exce dat quingentos ſolidos,vt ff.ad l. Falci.l.Neſennius. §.fin. ¶ Sed in ſo
6 lutione † indebiti Bar.diſtinguit in l.j.ff.de do.quia vel eſt indebitum omni iure,& vterq;,ſ.ſoluens & recipiẽs ſcit hoc eſſe indebitũ.& tunc requiritur inſinuatio,ſi ſit vltra ſummã prędictã,vt in l.ſi donatarius C.de contrah.emp.Sed ſi ſoluẽs ſciat,& recipiẽs ignoret.& putat ſibi eſſe debitum, tũc nõ requiritur inſinuatio,vt in l.abſenti.C.de dona. In acceſsiõe aũt debitorũ non requiritur inſinuatio,licet excedãt prę dictam ſummam,nec requiritur vocatio ipſorum debitorum,vt pro bat Bal.in Authen.eo diſcurſu.C.de dona. per l.iij.§.duæ cauſę.ff.de carbo.edict.& per gl.in l.iij.§.ſi cauſa cognita.ff.de bo. poſſeſ.Si ta men ſumma in donatione excedat quingentos ſolidos,id eſt,quingen tos aureos,ſed abſtractis gabellis & expenſis,ac alijs oneribus,non ex cedit,tunc nõ requiritur inſinuatio,vt in l.quoties.ff.ad l. Falci.& ibi
7 tenet hoc Bar. ¶ Notandum † quartò, quòd aliquæ ſunt donationes in quibus non requiritur inſinuatio,licet excedant prędictam ſummã. vt in donatione, quæ fit pro redemptione captiuorũ, & in illa quæ fit militibus à magiſtro militum,vel quæ fit in refectionẽ domus Dei,vt C.de donatio.l.pen.Similiter non requiritur in donatione quæ fit Im peratori,vel quam ipſe facit,vt in Authen.de non alienan.§.ſimiliter. collat.ij.& in Authen.vt non fiant pignorationes.§.fin.colla.v.Nec etiam requiritur inſinuatio.in donatione propter nuptias,vt in Authen. vt ſponſali.largi.in prin.colla.ix. Non etiam requiritur in remiſſione vſurarum,vt ff.de donatio.l.Modeſtinus.Et quia tex.dicit quòd do minus Iuſtinianus inuenit alia ad vberiorem exitum donationis,ideo co ſciendum eſt,quod vnum illorum eſt,quòd donationes ſeparatim factæ,non debent aggregari,vt ſic neceſſaria ſit inſinuatio,niſi fiat in fraudem,vt C.de donatio.l.ſancimus.§.ſi quis autem. Aliud eſt,quòd quando donatio fit pro redemptione captiuorum,præſtatur iuramen tum,quod debet expẽdi id quod donatur,ad redimẽdum captiuos,vt
8 C.de dona.l.penul. ¶ Notandum † finaliter,quòd quinq; ſunt modi ingratitudinis,propter quam reuocatur donatio inter viuos.Primus,ſi donatarius intulit donatori atroces iniurias.Secundus,ſi iniecit in eum manus impias vel violentas. Tertius eſt,ſi intulit in bonis ſuis graue damnum. Quartus eſt,ſi intulit ei periculum vitæ. Quintus eſt,ſi le gi do-

gi donationis non paruit. Vnde versus:

Quinque modis perdo mihi quæ donata fuêre,
Infero si damnum grauiter donantis in ære,
Si per me sit huic atrox iniuria facta,
Vel sit persona manuali uulnere tacta,
Quando suæ uitæ crudeliter insidiabor,
Ingratus dono confestim iure priuabor,
Ingratum factum dic me, dum fregero pactum.

9 Et habentur isti modi C. de reuocan. donatio. l. fi. Potest † etiam ex istis modis ingratitudinis, dominus reuocare feudū à vasallo suo, vt in Authen. vt liberti decætero. § illud verò. collatio. vj. Sed donatio facta liberto à patrono suo reuocatur, si non præstet obsequium, non tamen sic reuocatur libertas, vt C. de reuocand. dona. l. j. Reuocatur etiam ista donatio, si sit facta per non habentem liberos, posteà superuenientibus liberis, vt C. de reuocan. dona. l. si vnquam.

§. *Est & aliud genus.*

1 *Donatio propter nuptias, augetur etiam post matrimonium. & nu. 2.*
3 *Donatio propter nuptias, quid.*
4 *Donatio propter nuptias, & dos, pari passu ambulant. Et in quo conueniant. nu. 5.*
6 *Sponsalitia largitas, quid. Et an possit repeti.*
7 *Nomina debent conuenire rebus. & nu. 8.*

1 Summatur sic: † Donatio olim antè nuptias, modò propter nuptias vocata, non solùm antè, sed etiam post matrimonium augetur, & de nouo constituitur sicut dos. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum primò † quòd l. ista constitutio Iustini, habetur C. de donatio. ante nuptias. l penul. sed constitutio Iustiniani habetur ibidem

3 l. fina. ¶ Notandum † secūdò, quòd donatio propter nuptias, est illud quod donatur à marito vxori, sed dos est illud, quod datur ab vxore marito, vt hîc in glo. super verbo, exequētur. & in c. donatio. extrà de dona inter virum & vxorem. Et ideò licet vir & vxor nō possint sibi inuicem donare simpliciter, vt patet per totum titulum extrà de dona. inter virum & vxorem. possunt tamen facere donationē propter nu-

4 ptias vel dotem, vt hîc dicitur. † Et ambulant ista donatio, & dos pari passu. vt in Authen. sed iam necesse. C. de donatio. ante nuptias. Et debet esse inter eas æqualitas post matrimoniū, vt si de nouo constituaẗ dos, vel vetus augeatur. Idem debet fieri de don. propter nuptias, vt C. de do. ante nupt. l. fi. § si igitur dote. Sed ante matrimoniū iure C. pōt esse inęqualitas, vt Cod. de pac. conuē. l. j. sed modò est ęqualitas antè & pòst, nisi vna in aliquo recōpensetur. Iure aūt Authē. corrigiẗ quod

hîc

hîc dicitur,quia neque dos neque donatio propter nuptias constitu tur post matrimonium,vt in Authenticis de æqualitate dotis.in princ
5 pio,collatio.vij. ¶ Notandum † tertiò,quòd donatio propter nuptias & dos conueniunt,primò quia sicut dos non potest alienari à marito etiam consentiente vxore,vt infrà titulo proximo. §.j. licet possit renunciari alteri hypothecæ,vt C.ad Velleianum.l.etiam & l.iubemus & Authen.siue à me.sic donatio propter nuptias non potest alienari. Secundò,quia sicut dos redit ad mulierem soluto matrimonio, sic donatio propter nuptias ad virum, & consulitur mulieri ex donatione, si res dotales non existant,vt in Authen.de æqualita. dot. §.j. colla.vij. Tertiò,quia sicut maritus efficitur dominus dotis,sic vxor efficitur domina donationis propter nuptias: sed differunt, quia maritus habet vsumfructum dotis,nòn autẽ vxor donationis,quia necesse est dotem seruire matrimonij oneribus, & æquitas suggerit, vt ibi sint dotis & donationis emolumenta, vbi sunt matrimonij onera, vt ff.de iure do
6 tium.l.dotis fructus.& l.plerunq;. §. si serui. ¶ Notandum † quartò, quòd illud quod datur à sponso sponsę,vel econtrà,vocatur spõsalitia largitas,& habet etiam conditionem annexam, sicut donatio & dos, si scilicet sequatur matrimonium:& ideò si nõ sequatur matrimoniũ, vel hoc est à casu,vel à proposito.Si à casu,tunc illud quod spõsus dedit sponsæ,potest à sponso mediatim repeti, quia vna medietas debet apud sponsam remanere,sed quod sponsa dedit sponso, totaliter repetitur.si verò non sequatur matrimonium à proposito,& si stat impedimentum per donantem,tunc illud quod sponsus dedit sponsæ,& interuenerit osculum,non repetitur:sed quod sponsa dedit sponso,bene repetitur.Ita distinguit Bal.in l.cùm veterũ. C.de donatio. ante nup.
7 ¶ Notandum † finaliter,quòd nomina debent esse conuenientia rebus,vt hîc dicitur , simile C.de episcopis & clericis.l. decernimus. ¶ Opponitur sic,& videtur, quòd nomina non debẽt esse conuenientia rebus,vt C.de constitu.pecu.l.ij. & ff.de adimen.lega.l.iij. §.cons
8 ctio. Solutio. † Nomina debent esse conuenientia rebus,quando non insurgit absonus intellectus,qui si insurgat, recedendum est à proprio significato nominis , extendendo ipsum ad significatum bonum. nam quando cognoscitur res,tunc modicum curandum est de nomine. vt in l.non aliter.ff.de lega.iij.Nec valet argumentum ab interpretatione nominis,nec facit probationem, vt non sequitur,iste vocatur Valentinus , ergo est valens. Vel,vocatur Victor,ergo semper vincit, vt ff.ad municipa.l.fina. §.penulti.

§. Erat olim & alius.

1 *Seruus habens rẽ cõmunem cum alio,si ei dabat libertatem solus,tunc pars accrescebat*

accreſcebat illi alio: hodie ſecus.

2 *Pretium debet accipi ſecundum communem fori æſtimationem. Et quid ſi ille nolit accipere. nume. 3.*

4 *Statuta multa ſpecialia inducta ſunt fauore libertatis.*

5 *Rem ſuam uendere, an & quando quis cogatur. Limit. nume. 6. 7.*

8 *Rem emere, quando quis cogatur.*

1 Summatur ſic: † Olim habens ſeruum communem cum Titio, ſi dabat ei libertatem ſolus, tunc pars ſua accreſcebat Titio: & quia hoc ius erat plenum inuidia, & contra libertatem, cuius fauore multa ſtatuta ſunt etiam contra communes regulas, ideò hodie eſt ſublatum, & cogitur Titius hoc caſu recipere pretium pro parte, quam habebat in ſeruo, & ita ſeruus fit liber. Hoc dicit. ¶ Notandũ primò, quòd iſta conſtitutio habetur C. de communi ſeruo manumiſ. l. j. § . ne autem. & §.
2 ſin autem ſocius. ¶ Notandum † ſecundò, quòd pretium debet accipi ſecundum communem æſtimationem publici fori, vt notatur in l. ſeptem. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. & in l. hi qui. C. de prædijs & rebus nauicular. lib. xj. Sed pretium ſerui exprimitur in l. j. C. de cõmuni ſeruo manumiſ. quia vel ſeruus eſt ſine arte, vel cum arte. Si ſit ſine arte, tunc æſtimatur ad xxx. ſolidos, niſi eſſet minor x. annis, nam tunc ſolùm æſtimatur ad x. ſolidos, ſi verò ſit cum arte, tunc æſtimatur ad xxx. ſolidos, niſi fuerit notarius, quia tunc æſtimatur ad quinquaginta, vel medicus, quia tunc æſtimabitur ad ſexaginta ſolidos. Et iſtud verum eſt, niſi fuerit ſeruus eunuchus, quia tunc ſine arte æſtimatur ad quinquaginta ſolidos: & cum arte, ad ſeptuaginta, & minor x. annis
3 eunuchus æſtimatur ad xxx. ſolidos. ¶ Notandum † tertiò, quòd ſi Titius non velit recipere iſtud pretium pro parte ſua, tunc debet deponi ſub manu iudicis, & nihilominus aſſequetur libertatem, vt C. de cõ-
4 muni ſeruo manumiſ. l. j. § . ſin autem ſocius. ¶ Notandum † quartò, quòd fauore libertatis multa ſpecialia ſtatuta ſunt. Nam à libertatibus non abſtrahitur falcidia, ſicut ab alijs rebus, vt ff. de fideicommi. liber. l. generaliter. § . ſi quis ſeruum. Et licet teſtamentum ſit inofficioſum, libertates tamen tenent, vt ff. de inoffic. teſtam. l. Papinianus. § . ſed & an libertates. Et ex iſto patet, quòd ſi teſtator velit locum cõmunem, quem habet cum alio, facere religioſum, & alius non vult, tunc ſoluto ſibi pretio, iuxta communem æſtimationem, locus erit religioſus, ſiue velit, ſiue nolit, & hoc fauore religionis, vt ſatis notatur in l. locum. ff. de vſufruc. Patet etiam, quòd ſi duo ſint, quibus vnus eſt obnoxius, ita quòd poſſent ſibi infligere mortem, vel abſciſionem membri, tunc ſi vnus vult ſibi remittere, alter non poterit procedere ad mortem eius,
5 vel abſciſionem membri. arg. iſtius text. ¶ Notandũ finaliter, † quòd

 ex iſto

ex isto text. colligitur, quòd interdum cogitur quis rem suam vendere,
6 re, contra communem regulam, quæ duplex est. † Prima, quòd nullus compellitur rem suam vendere, vt in l. inuitum. C. de contrahen. emp. Secunda, quòd nemo cõpellitur rem emere, vt in l. nec emere. C. de re delib. ¶ Opponitur cõtra prædicta, & primò contra istam primam
7 regulam, per istum tex. vt dictũ est in fin. notab. Solutio. Ista † regula primò fallit hîc. Secundò, fallit, quando pater vendidit filium necessitate famis, quia potest pater posteà pro illo filio pretium dare vel seruum æquiualentem, & compellitur ille alius filium patri vendere, vt C. de patrib. qui fil. distraxe. l. ij. in fin. Tertiò, fallit in odium dominorum, qui seruos suos crudeliter tractant, vt suprà de his qui sunt sui vel alieni iur. sunt. §. fin. Quartò, fallit in odium mentientium, quia scilicet dicunt agrũ esse plurium iugerum, vel virgarum, quàm sit, vt in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. emp. & vend. licet ista non sit propriè violentia. Quintò, fallit in comestibilibus, quia potest quis cõpelli ad vendendum comestibilia iusto pretio, vt in l. munerum. §. item. ff. de muneribus. & hono. ¶ Opponitur secundò, contra secundam regulam, per l. Iulianus. §. itẽ Celsus. ff. de act. emp. & vend. & per l. cõmunia diuidundo.
8 §. si debitor. ff. cõia diui. Solutio. † Illa regula etiã fallit, primò quando quis emit partẽ fundi, qui habetur pro indiuiso, & alia pars adiudicatur venditori, tunc iste cõpellitur illam partẽ etiam emere. Fallit secundò, quando maritus recepit pro dote fundum indiuisum, quia tunc oportebit eum aliam partem emere, vt ff. de iure dotium. l. cùm in fundos. §. si fundus. Fallit tertiò, fauore vltimæ voluntatis, vt quando hæres grauatus est aliquam rem emere, & dominus illius rei, paratus est vendere, tunc hæres compellitur emere, vt in l. & si æquo. ff. de lega. j. Quartò fallit, fauore ecclesiæ, quia si ecclesia habeat creditorem, cui nõ potest soluere, & neminem inuenit, qui rem suam vult emere, tunc creditor compellitur talem rem ab ecclesia emere, etiam adiecta decima parte æstimationis, vt si res valeat x. tenetur emere pro xj. vt in Authen. hoc ius porrectũ. C. de sacrosan. eccle. Fallit quintò, fauore fisci, sit si fiscus locauerit alicui fundum, ex quo conductor habuit maximos fructus, & conductor posteà non velit retinere fundum illum pro tali pretio, & fiscus non potest reperire aliquem, qui vult illum fundum conducere pro illo pretio, tunc compellitur iste fundum adhuc retinere, vt in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & vectigalibus.

QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON. TIT. VIII.

1 *Alienatio prohibetur, uarijs de causis.*
2 *Diuisio huius tituli, in tres partes.*

Dictum

DIctum est suprà, qualiter dominia rerum acquiruntur iure gentium & ciuili. Et quia effectus domini est rem posse alienare, vt ff. de re iud. l. fructus rei. & non domini, non posse alienare, idcirco tractatur hîc de quadam specialitate circa dominia, qua scilicet dominus non potest alienare, & non dominus potest alienare. Et ideò rubricatur iste
1 titu. quib. alienare licet vel non. Et notandum circa rubricam, † quòd alienatio interdum prohibetur ex parte personæ alienantis, & hoc interdum propter delictum, vt in l. Manichæos. C. de hæretic. & Manichæis. & interdũ propter defectum consilij, vt sunt pupilli & minores, de quibus infrà eo. §. fin. Interdũ prohibetur alienatio propter rem, vt sunt res sacræ, suprà de rer. diui. §. sacræ. vel homo liber, quia non potest æstimari: vel res, quæ nõ potest ab alia separari, vt seruus adscriptitius sine gleba. Interdum prohibetur alienatio propter eũ, in quem fit alienatio, & sic arma nõ possunt vendi infidelibus, vt in c. ita quorundam. extrà de Iudęis. Et interdũ prohibetur alienatio, propter defectũ
2 superioris, vt in c. hoc cõsultissimo. de re. eccl. non alie. lib. vj. Et † diuiditur iste titu. in tres partes. In prima tractať, qualiter dominus rei non potest eam alienare ex parte rei. In secũda ibi, è contrario. determinať qualiter nõ dominus potest rem alienare. In tertia ibi, nũc admonẽdi. doceť qualiter dominus non põt alienare ex parte personæ alienãtis.

§. Accidit.

1 *Maritus, dominus fundi, an possit eum alienare uel obligare, etiam consentiente muliere. & nume. 6. 7.*
2 *Lex Iulia, de non alienando uel obligando fundo, cum consensu uxoris, correcta est. & nume. 5. 8.*
3 *Fundus quasi dotalis, quis dicatur.*
4 *Dominus potest fundum dotalem à se alienatum, uendicare. & nume. 7.*
6 *Mulier an sit domina fundi dotalis.*

1 Quanuis † maritus sit dominus fundi dotalis, tamen non potest eum alienare, nec etiam obligare, etiam muliere consentiente. Hoc dicit. Sed intellectus textus est iste, quòd aliquando dominus rei non potest rem alienare, & aliquando non dominus, potest rem alienare. Exemplum primi, vt, maritus est dominus fundi dotalis, tamen per l. Iuliam.
2 prohibetur talem fundum alienare, quę quidem l. Iulia † corrigitur hîc in duobus. Primò, quia solùm prohibebat istam alienationẽ in Italia, quæ tamen prohibita est in omni prouincia. Secũdò, quia prohibebat solùm hanc alienationẽ muliere inuita, & hypothecationem etiam ea volente, sed neutra earũ, scilicet nec alienatio, nec hypothecatio fieri potest, etiã consentiente muliere, ne propter fragilitatẽ sexus substãtia

mulierum conuertatur in perniciem earum. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandum primò, quòd istud non solum intelligitur
3 fundo dotali, sed etiam quasi dotali. Et † est fundus quasi dotalis, fundus,qui datus est seruo dotali, vt ff.de fun.dota.l.iij. Etiam intelligitur istud de rebus mobilibus dotalibus quæ seruando seruari possunt, maximè si non consistant pondere,numero & mensura, vt ...Bart.in l.j.ff.solu.matrim.& in l.si fine. C.ad Velleianum. Secus in re-
4 bus mobilibus,quæ seruando seruari non possunt. ¶ Notandum secundò, quòd si maritus de facto alienauerit fundum dotalem, potest ipse nihilominus eum vendicare, veniendo contra factum proprium, vt C.de rei vend.l.doce. Sed tenetur de euictione,si alienauerit ignoranti:secus si scienti,nisi hoc esset promissum,vt C.de euictio.l.si fundum. Et soluto matrimonio ipsamet mulier vendicabit, vt C.de iur. dotium.l.in rebus. Sic etiam prælatus, qui rem ecclesiæ alienauit,poterit eam vendicare. c.si quis presbyterorum. extrà de rebus ecclesiæ non alienand. Et intelligitur istud, non solùm de alienatione dominij,sed etiam si constitutum sit aliquod ius in re,vt emphyteoticum vel vsufructus,vel vsus, vt C.de rebus alie.non alienan.l.fina. ¶ Notandum finaliter,quòd constitutio corrigens l.Iuliam. etiam habetur C.de rei
5 vxo.actio.l.vnica. §.& cùm lex. † Et est duplex ratio constitutionis. Prima est,ne propter fragilitatem sexus substantia mulierum in perniciem earum conuertatur,vt hîc in fin.istius §. Secunda ratio est, quia expedit reipub.mulieres non esse indotatas,vt ff.solu.matrimo.l.j. Et non potest mulier huic fauori renuntiare, etiam si interuenerit iuramentum, & hoc de iure ciuili: sed de iure canonico ipsa seruabit iuramentum,quod semper seruandum est,dummodo non vergat in interitum æternæ salutis,vt in c.cùm contingat.extrà de iureiuran. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd mulier sit domina fundi dotalis,per
6 l.in rebus. C.de iure dotium.ergo non maritus. Solutio. † Quod in illa lege dicitur,intelligendum est, quòd mulier est domina fundi dotalis iure naturali, quo dicitur, quicquid calcauerit pes tuus,tuum erit. Sed non est domina illius fundi dotalis iure gentium, vel ciuili, nisi spe,quia nutritur ex rebus dotalibus, sicut filij dicuntur esse domini in bonis patris, infrà de hæredum qua. & differentia. §.sui. vel quia ipsa est domina,considerato exitu rei, quando scilicet soluitur matrimonium,sicut etiam filij sunt domini in bonis patris, cõsiderato exitu rei, scilicet post mortem patris,vt ff.de lib.& posthu. l.in suis. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd maritus potest fundum dotalem aliena-
7 re,per l.quotiens. C.de iure dotiũ. Solutio. † Illa lex loquitur,quando fundus dotalis est æstimatus,tunc enim maritus potest eum alienare,& mulieri æstimationem dare, vt in l.si æstimatus. ff.solu.matrim. & ibi

&ibi per Bart. Poteſt tamen aliquando mulier eligere rem, vel æſtimationem,vt C.de iure dot.l.in rebus. Sed iſte text.loquitur,quando fundus non eſt æſtimatus,vel quando eſt æſtimatus, vt ſciatur quantum valeat,vt C.de rei vxo.actio. l.vnica.§.& cùm lex. ¶ Sed replicatur de l.cùm lex.ff.de fideiuſſ.& manda. Solutio. Ibi alienatio fundi dotalis,tenet in præiudicium viri alienantis, & ſine præiudicio mulieris. ¶ Sed iterum replicatur de l.fina. C.de fun.dota.quia ibi alienatio procedit,non in præiudicium viri. Solutio,quòd adhuc ſunt aliqui
8 caſus,in quibus fundus dotalis poteſt alienari à marito. † Primò,ſi maritus vocetur ad diuiſionem fundi dota. quia non fuit diuiſus,& in illo caſu loquitur dicta l.fin.in oppo.alleg. Secundò,propter neceſsitatem, vt ff.de libera.cau.l.j. Tertiò,cum vniuerſitate rerum,vt ff.de fun.dota.l.j. Quartò,in vtilitatem mulieris,vt ff.de iure dotium. l.finali.

¶ Opponitur tertiò,& videtur,quòd res dotales mobiles poſſunt alienari à marito,per l.j. C.de ſeruo pigno.da.manumiſ. Solutio. Illa lex loquitur de rebus mobilibus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

¶ Sed replicatur de l.in rebus. C.de iure dot. quia ibi alienatur ſeruus dotalis, qui poteſt ſeruando ſeruari. Solutio. Caſus eſt ibi ſpecialis, vt ſcilicet ſeruus dotalis manumittatur à marito fauore libertatis,propter quam multa fiunt contra communes regulas, vt ſuprà de donatio.§.fina.

§. Econtrà autem.

1 *Creditor poteſt pignus alienare,quanuis non dominus. Limit.nume.4. 6.& 7.*

2 *Rem alienare quibus caſibus poſsit non dominus.*

3 *Pignus,eſt triplex.*

5 *Creditor qualiter denuntiationem de luendo pignore,facere debeat debitori.*

1 Hîc declaratur,qualiter non dominus poteſt alienare. Et † ſummatur ſic: Creditor poteſt pignus alienare ſecundum modum in iure determinatum,quanuis ipſe non ſit dominus pignoris. Hoc dicit,& patet
2 intellectus textus. ¶ Notandum † primò,quòd præter iſtum modum, qui hîc ponitur in textu,ſunt adhuc alij modi,quibus non dominus poteſt rem alienare. Primus eſt, per iudicem,qui non eſt dominus rei,& tamen per ſententiam ſuam dominium rei transfert ad alium, vt ff.ſi ex noxa.cau.aga.l.ij.& infrà de offi.iudi.§.fi. Secundus modus eſt,per alluuionem,vt ff.de acquir.rer.dom.l.ergo.§.alluuio. Tertius modus eſt,per Imperatorem,vt ſuprà de vſucap.in princ. Quartus modus eſt, per prælatum eccleſiæ,vt in Authent.hoc ius porrectum. C.de ſacroſanc.eccl. Quintus,per tutorem,vt ff.de furtis.l.interdum.§.qui tutelam. Sextus,per procuratorem habentem liberam adminiſtrationem,

vt ſuprà de rer.diui. §.nihil. Septimus,per ſeruũ habẽtẽ peculij admi
ſtrationẽ vt ff.de pig.act.l.ſi cũ venerit.l.fi. ¶ Notandũ ſecũdò,quo
modus alienationis pignoris habetur in l.fi.C de iure do.impetr.& ib
3 per Docto. † Nam triplex eſt pignus,ſcilicet conuentionale,iudiciale
& prætoriũ vel contumaciale. De pignore cõuentionali,& quod ſci-
licet capitur ex cõuentione creditoris & debitoris, ſic diſtinguendum
eſt,quia vel actũ eſt inter eos,qualiter iſtud pignus debet alienari,vel
4 non eſt actum. Si † primum,in alienatione ſeruanda eſt forma cõuen
tionis:ſi ſecundũ,tunc creditor debet debitori denunciare , per ſe vel
per ſentẽtiam interlocutoriam iudicis,vt pignus luat,id eſt,liberet ſiue
redimat,quod ſi non fecerit,debet creditor expectare per biennium à
tempore denunciationis vel proteſtationis,ſi debitum ſit liquidũ,vel
à tempore ſententiæ debitum liquidantis,quando debitum non eſt li-
quidum,& tunc poteſt pignus alienare , videlicet vendere , ſi reperiat
emptorem. Quòd ſi non reperiat emptorem,tunc vel debitor eſt præ
ſens,vel non eſt præſens. Si ſit præſens,debet ſibi denunciare,vt prius,
& ſi tunc pignus non luat,poterit ipſum vendere. Sed ſi non eſt præ-
ſens,datur à iudice triplex tempus. Primum,ad inquirendũ debitorem,
& ſibi nunciandum,vt pignus ſuum redimat. Secundũ tempus,quo de-
bitor poteſt venire,& pignus ſuum luere,ſi fuerit inuentus , ſed ſi non
fuerit inuentus,datur tertium tempus,infra quod ſi non venerit,poteſt
pignus adiudicari ipſi creditori. Debet tamen pignus æſtimari : & ſi
plus valeat quàm debitum,hoc reſtituetur debitori vel alteri credito-
ri eius,cum fideiuſsione. Et ſi minus valeat,manet creditori ſalua actio
contra debitorẽ de reſiduo,habet tamen debitor poſt iſtam adiudica-
tionem adhuc bienniũ,quo poteſt pignus luere , ſoluendo damnũ &
intereſſe.& hoc habet ex vrbanitate. Dicit tamen Ang.quòd iſtud in-
telligitur de creditore fœneratore,in l.debitorib.ff.de re iudic. Sed ſi
creditor non ſit fœnerator,& non ſit actum inter creditorẽ & debito
rem,tunc ſtatim quando debitor eſt in mora,poteſt creditor poſt de
nunciationẽ etiam extraiudicialem pignus vendere,vt ff.de pignorat.
5 actio.l.ſi conuenerit. Et † ſi actum ſit inter eos,quòd pignus nõ debet
alienari,nihilominus tamẽ poſt trinam denũciationẽ poterit creditor
pignus alienare,ſed nõ debent iſtæ denunciationes ſub vno prætextu
fieri,vt dicendo tribus vicibus,ſolue mihi,ſed inter vnã & aliã ad mi-
nus debent mediare tres dies,vt in dicta l.ſi cõuenerit. Et poſt hoc cre
ditor expectabit biennio de iure. Sed per ſtatuta & cõſuetudines loco
rum aliter fit,vt in glo.in d.l.fi. C.de iure domi.impetran. Sed pignus
6 iudiciale eſt,quod capitur in cauſam iudicati. Et † iſtud poteſt alienari
iuxta tẽpus datum iudicatis,quod cõmuniter eſt quadrimeſtre, id eſt,
quatuor menſium,vt in c.quod ad conſultationem,extrà de ſenten.&
re iudic.

re iudic. Sed pignus prætorium est, quod capitur in contumaciã partis non comparentis, & ideò vocatur etiam pignus contumaciale, & istud alienatur arbitrio iudicis, vt in l. cùm proponas. C. de bonis authoritate iudicis possiden. Et ita tenet Dy. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. ¶ Opponitur contra prædicta sic, & videtur, quòd creditor nullo modo potest alienare pignus, quia nemo potest plus iuris in alium transferre, quàm ipse habeat, vt in regula, nemo. de reg. iuris. lib. vj. & per l. traditio. de acquiren. rerum domi. Solutio.
7 † Creditor nõ potest pignus alienare absolutè, vt probant iura in oppositũ allegata, sed bene potest cum voluntate ipsius domini saltem præsumpta, & ita procedit iste textus.

§. Nunc admonendi.

1 *Pupillus, an possit rem suam alienare, sine authoritate tutoris. & nu. 3.*
2 *Pupillo potest quid donari, sine tutoris authoritate.*
4 *Condicere, quid. & unde tractum.*
5 *Adultus minor, an possit alienare. disting.*
6 *Res, quæ seruando seruari non possunt, quæ dicantur.*
7 *Licitatio, quid.*
8 *Dare, captum impropriè.*
9 *Pecuniam qui credit maiorem, dicitur bona fide à pupillo accipere.*
10 *Pecunia quando dicatur consumpta.*
11 *Debitor soluens pupillo, potest habere securitatem aut plenam, aut pleniorem, aut plenissimam.*
12 *Pupillus quando dicatur factus locupletior.*
13 *Solutio facta à pupillo, creditori suo, an teneat. disting.*
14 *Solutio & alienatio, an differant.*

1 Summatur sic: † Quanuis pupillus sit dominus rei suæ, eam tamen sine tutoris authoritate nõ potest alienare nec transferre dominium, sibi tamen potest aliquid dari. Hoc dicit. Vel aliter pro clariori intellectu textus, in quo cõtinentur tria responsa. Ex quo pupillus rem suã alienare non potest, si mutuam pecuniã dederit, non facit eã accipientis, sed potest ipsa pecunia vendicari, si extat, sed si consumpta sit, tunc ab eo, qui bona fide eam recepit, potest condici, sed contra eũ, qui mala fide eam recepit, agitur ad exhibendum. Hoc primò. Tunc ibi, at ex
2 contrario. † Pupillo potest aliquid dari sine tutoris authoritate. Ideò si debitor pupillo soluat sine authoritate tutoris, non liberatur. Si tamen pupillus saluam habeat pecuniam, aut ex eo locupletior factus sit, & adhuc semel petat, poterit debitor eum repellere, per exceptionem doli mali. Sed si pupillus malè consumpsit pecuniam, vel

 furto

furto amiserit,& adhuc petit eam à debitore,oportebit debitorem iterum soluere,nec proderit ei doli mali exceptio. Sed si debitor soluit cum decreto iudicis, tunc plenissimè est securus. Hoc secundò. Tunc ibi,sed ex diuerso.Pupilli non possunt sine tutoris authoritate creditoribus suis soluere,quia id quod soluunt, non fit accipientis. Hoc dicit
3 tertiò. ¶ Notandum † primò,quòd pupillus sine authoritate tutoris non potest rem alienare nec transferre, neq; quo ad proprietatẽ, quia dominium non transfert,neque quo ad possessionem,quæ animo retinetur. Corporalem tamen possessionem naturalem potest pupillus perdere,& alius potest eam occupare,vt ff.de acquir.re.do.l.pupillus. Et ratio istorũ est,quia non potest cõditionem suã deteriorare, vt su-
4 prà de autho.tuto.in prin. ¶ Notandũ † secundò pro intellectu verbi tex.condici,quòd condicere,est rem suã in iudicio petere, personam pulsando vel inquietando ipsam sibi obligatam esse ad dandũ aliquid vel faciẽdum,vnde dicitur indebiti condictio. Et tractum est à veteri obseruatione,quia olim erant in vsu solennia verba, quæ oportebat actorem,cùm litigabat corã iudice,condicere,id est,simul dicere,quando litigaret,vt si caderet à syllaba,caderet à tota causa. Et quia in personali.actionibus hoc obseruabatur, ideò personales actiones dicebantur condictiones. Deinde priuata solennitas in dissuetudinem abijt, & tamen nomen mansit,vt personales actiones adhuc dicantur condictiones,quãuis non sit necesse hanc solennitatẽ obseruare,& hæc ver-
5 ba condicere. ¶ Notandum † tertiò,quòd de adulto minore, qualiter scilicet ille potest alienare,sic distinguendum est,quia vel iste adultus habet curatorẽ,vel non. Si habeat, tunc assimilatur prodigo,vt C. de in integ.restitu.mino.l.si curatorem. & tunc aut loquimur de alienatione rerum immobilium,& mobilium, quæ inter immobilia computantur,vt sunt pensiones.& reditus, & sic iste adultus & pupillus olim & hodie pari passu ambulant,id est,neuter eorum potest alienare sine authoritate tutoris vel curatoris,vt in l.magis puto. §. non passim. ff. de rebus eo. Aut loquimur de rebus mobilibus,quæ seruando seruari non possunt,& tunc olim fuit differentia inter istum adultum & pupillum,quia pupillus tales res alienare non potest sine tutoris authoritate,vt l.alienationis verbo. ff.de verb.signi.sed adultus olim potuit,ff.
6 pro emp.l.ij. §.si à pupil. ¶ Et dicuntur res,† quæ seruando seruari nõ possunt,illæ res,quæ non possunt durare tribus annis,vt in gl.l. vnica. C.si aduersus vsucapio.Sed hodie potestas pupilli,& istius adulti, habentis curatorem,est exæquata,vt scilicet iste adultus tales res sine curatore alienare non posit,vt in l.lex quę tutores. C. de administratio. tuto.Sed si iste adultus non habet curatorem,tunc potest contrahere, & se obligare,sed deceptus restituitur,vt ff.de mino. per totũ. Si tamẽ iurasset

iurasset se non petiturũ restitutionem, habetur pro maiore, Authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Istud tamen fallit in iudicijs, vbi adultus carens curatore cõpellitur recipere, §. itẽ inuito. suprà de curato. Sed non potest iste adultus res immobiles vel mobiles, quæ seruando seruari possunt, alienare sine decreto iudicis, vt C. de prædi. mino. l. non solùm. & sine legitima causa, scilicet quia imminet æs alienum soluendum, quod aliâs solui nõ potest, vt in l. magis puto. §. non passim. ff. de rebus eorum. Et tunc debet ista alienatio fieri cum licitatione, vt tradatur plus offerenti, vt in l. & si sine. §. quæsitum. ff. de minori. Et licet pecunia seruando seruari possit, illam tamẽ sine decreto iudicis, potest iste adultus alienare, vt in Authen. nouissimè. C. de ad-
7 ministra. tuto. ¶ Notandum † quartò, quòd licitatio, est venditio proposita, sicut cũ aliqua res publicè venalis exponitur, & vnus offert decem, & alter quindecim, quando proclamatũ est, quòd qui plus offert, eam habebit, ille qui plus offert, dicitur alterum vincere licitatione, vnde cùm alterum sic intendit superare plus offerendo, in quacũq; negociatione, licitatio est, vt qui licitatione vincet, rem feret. C. de sacrosanctis eccle. Authen. qui res. & hoc modo intelligi debet, quod dictũ est in notabili præcedenti, quòd alienatio debet fieri cum licitatione, vt
8 scilicet tradatur plus offerenti. ¶ Notandum † quintò, quòd quando dicitur hîc in tex. si pupillus pecuniam mutuam dederit, ibi dare, capitur impropriè, quia dare est accipientis facere, vt infrà de actio. §. sic itaque. Nec cõtrahit iste pupillus obligationem, vt hîc & infrà quibus modis re contrahitur obliga. in prin. Nec est mutuum, quia mutuũ di-
9 citur, quãdo de meo fit tuum, vt ff. si cer. peta. l. ij. ¶ Notandũ † sextò, quòd ille dicitur pecuniam à pupillo bona fide recipere, qui credit eum
10 esse maiorem, vt ff. pro empto. l. ij. §. si à pupillo. Et † dicitur pecunia consumpta, quando est exposita, vt suprà de vsufructu. §. cõstituitur. vel quando est cum alia mista, vt ff. de solu. l. si alieni. Et ista pecunia consumpta potest condici ab eo, qui bona fide accepit, cõdictione ex mutuo recõciliato per consumptionem, vt ff. si cer. peta. l. si à furioso. Et reconciliatur mutuum stipulatione, vt C. si certum peta. l. quamuis. vel vsucapione, vt ff. de iure dotium. l. Proculus. Sed si consumpta sit ab eo, qui mala fide eam recepit, agitur ad exhibendum, quia ille, qui dolo fecit, quo minus pecunia extet, tenetur ad exhibendum, vt C. ad exhibendum. l. ad exhibendum. & iuratur in litem, quia interest pupilli citius pecuniam redditam fuisse: vt ff. de in litem iurã. l. in actionib.
11 ¶ Notandum † septimò, circa secundum responsum, quòd debitor soluens pupillo, potest habere aut plenam, aut pleniorem, aut plenissimã securitatẽ. Nam quando soluit pupillo sine authoritate tutoris, habet plenam, nam ipso iure nõ liberatur, sed habet exceptionem doli mali,

4 *Peculium, est quadruplex.*
5 *Profectitium est, quod datur filio, occasione patris.*
6 *Pater, quot & quibus casibus non habet usumfructum in aduentitijs.*
7 *Peculium, in dubio præsumitur profectitium.*
8 *Pater an habeat medietatem usus fructus, pro tertia parte, in emancipatione filij. disting.*
9 *Res an debeant decrescere, propter honoris accessionem.*

1 Non solùm acquiritur nobis per nosmetipsos, sed etiam per liberos & seruos nostros, & per seruos, in quibus habemus vsumfruct. & per
2 seruos alienos & liberos homines, quos bona fide possidemus. † Et licet olim, quicquid liberi existentes in potestate acquirebant, hoc totum ad parentem pertinebat, excepto castrensi peculio, ita vt parens posset hoc ad alium transferre, hodie tamen quicquid liberi acquirũt ex re ipsius parentis, hoc pertinet sibi, sed quod aliunde acquirunt, in illo parens habet vsumfruc. sed proprietas manet apud liberos: & olim parens pro emancipatione habebat tertiam partem in bonis, quæ sibi non acquirebantur, sed modò habet dimidiam, quantũ ad vsumfruct. sed proprietas manet totaliter apud emancipatum. Hoc dicit. ¶ Nota-
2 dum † primò, quòd per seruum vsuarium non acquirimus, nisi ex re nostra, & non ex opera sua, vt ff. de vsu & habita l. per seruum, & infrà per quas perso. nob. obligatio acquiritur. §. per eum quoq;. Sed ad hoc, vt per seruum alienũ vel per liberum hominem, tanquam seruũ possessum acquiramus, requiritur bona fides, vt infrà eo. §. item placet. quæ quidẽ bona fides debet esse in possidẽte, & non in possesso, vt ff. de acquiren. possessio. l. cùm hæredes. §. fin. Ex quo patet, quòd si sit monachus vnius monasterij in alio monasterio, & illud monasterium habet eum, tanquam suũ bona fide, licet monachus habeat malã fidẽ, sciens se pertinere ad aliud monasteriũ, tamẽ quicquid ipse acquirit, pertinet secundo monasterio, & non primo. Sed ista bona fides aliter requirit in libero homine, quã in seruo alieno, quia in libero hoĩe continuè debet esse bona fides, nec potest vsucapi, vt suprà de vsucap. §. sed aliquando. & ff. de acqui. re. domi. l. qui bona fide. §. j. Sed in seruo alieno sufficit bona fides in princ. vt per eum nobis acquiratur, &
3 potest vsucapi, vt ff. de vsucapio. l. qui sit. ¶ Notandũ † secũdò, quòd vtile est scire antiquitates, vt infrà titulo proxi. in princ. quia id quod tollitur, & corrigitur debet cognosci, vt C. de cadu. tollen. l. vnica.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd quadruplex est peculium, vt suprà in parte tactum fuit, scilicet castrense, quasi castrense, profectitium, & aduentitium. Castrense est, quod filiusfami. acquirit in castris ratione militiæ, vt ff. de castren. pecu. l. si fortè. Quasi castrense est, quod magistri

artium, medici, clerici, aduocati, acquirunt, vt in l. fi. C. de inoffi. testamen. Tale etiam est, quod acquirunt notarij, præcipuè curiarũ & officialium, vt in glo. in l. fi. super verbo, memorialibus. C. de inoffi. testamen. Et quod acquirit de publico, est quasi castrẽse, vt in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. Etiam quod acquirunt aduocati à suis cliẽticulis, quia accedit loco salarij publici, vt in glo. in l. fori. C. de aduoc. diuerso. iudicio. & facit l. velut. C. de assessoribus. licet Specu. in titulo de actionibus, versi. quasi castrense. contrarium dicat. Sed profectitium est, quod filiusfamiliâs acquirit ex re, vel propter rem patris, seu occasione patris, vt ff. de incen. rui. naufrag. l. j. §. ij. & l. Pedius. §. ij. Nisi filius fuisset talem rem acquisiturus. vt ff. de iure doti. l. j. §. si pater. Bart. tamen in l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis. dicit, quòd si filius ex centum denarijs patris lucretur alios centum, tunc istud lucrũ mediatim est profectitium, & mediatim aduentitium. Ex quo patet, quòd si aliquis tradidit negociatori quingentos florenos, vt emeret vina, & negociator emit vina, quæ vendidit octingentis floren. non debet iste qui tradidit quingentos florenos, istud lucrum habere solus,
5 sed negociator habebit medietatem. † Si igitur filio detur aliquid occasione patris, dicitur profectitium, sed si sibi detur propter merita sua licet donator cognoscat patrem, est aduentitium, ita distinguit textus in simili, in l. socium. ff. pro socio. & ibi per Bart. Ex quo patet, quòd si ambasitorib. principis vel ciuitatis dentur aliqua clenodia, illa pertinent ambasiatoribus, quia præsumũtur data propter merita sua. Sed aduentitium est, quod filius acquirit per industriam, vel labores suos, vel à fortuna, vel ex rebus matris, vel ab extraneo. Dicẽdum est ergo quòd castrẽsia & quasi castrẽsia pertinẽt filio, sed profectitiũ pertinet patri, & aduentitium pertinet patri, quo ad vsumfructum, & filio quã
6 tum ad proprietatem. ¶ Sunt † tamen aliqui casus, in quibus pater nõ habet vsumfructum in aduentitijs. Primò, si pater vsumfructum remisit, vt in l. cùm oportet. §. sinautem res. C. de bonis, quæ liberis. Secundò, si filio aliquid donatum sit, eo pacto, vt pater vsumfructum non habeat, in Authen. vt liceat matri & auiæ. in princ. collatione. viij. & hæc constitutio habetur etiam. C. de bonis, quæ libe. l. cùm oportet. Authen. excipitur. Tertiò, si filius cum patre succedat in hæreditate fratris vel sororis, vt in Authen. de hæredi. ab intesta. venientibus. §. si verò. collatione ix. Quartò, si seruus datus sit filio, vt per eum statim manumittatur, vt C. de bonis, quæ libe. l. fina. Quintò, in hæreditate, quam pater prohibuit filio adire, vt C. de bonis, quæ libe. l. fina. §. j. & ij. Sextò, si pater diuertat se illegitimè, ita vt bona adiudicentur filio, vt in Authenti. vt nulli iudi. §. quia verò. collatio. ix. Septimò, si pater contraxit incestas nuptias, vt in Authen. de incestuosis nuptijs, in principio.

6 cipio. collatione iij. † Si tamen sit dubium, an peculium sit aduentitiũ vel profectitium, tunc dicũt aliqui, quòd presumitur esse profectitium sicut quando est dubiũ, an vxor acquisiuit ex rebus suis, an ex rebus mariti, tunc præsumitur, quòd ex rebus mariti, vt C. de donatio. inter virum & vxorem. l. etiam Sed melius videtur dicendum, quòd inspicietur, an filius sit diues & diligens, & pater non, vel econtrà, & præsumitur istud acquisitũ esse ex re diuitis & diligentis, & ita dicetur aduentitium vel profectitium, vt C. arbitrium tute. l. si defunctus. ¶ Notandum finaliter, quòd olim pater pro emancipatione filij habebat tertiam partẽ in bonis filij pleno iure. Sed modò habet medietatem quantum ad vsumfruc. vt hîc & in l. cùm oportet §. cùm autem. C. de bo. quæ libe. Ex quo patet, quòd medietas vsusfruc. nõ valet minus, quàm tertia pars in pleno iure, quod facit cõtra illos, qui volunt habere duos denarios in pensionibus vitalibus, pro vno in hæreditarijs. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur primò, quòd iure antiquo non acquirebatur patri totum, quod acquirebat filius, excepto castrensi peculio, per l. j. §. nec castrense. ff. de colla. bonorum. Solutio. Quòd illa regula antiqui iuris, quæ habetur hîc, & in l. placet. ff. de acquiren. hæredita. non solùm fallebat in castrensi peculio, sed etiã fallebat, & hodie fallit regula noui iuris in quasi castrensi peculio, vt in l. allega. in oppositum. Fallit etiam in illicitè acquisitis. vt ff. de acquiren. possession. l. quod seruus. Fallit etiam in dote aduentitia, cuius actio non acquiritur patri, sed filio, vt in l. ij. §. quod si in patris potestate. ff. soluto matrimonio. Fallit etiam, quando filius est institutus hæres, quia pater est furiosus, vt ff. de acquiren. posses. l. cùm hæres. Fallit etiam, quãdo pater rogatus est filio restituere hæreditatem, vt in l. Imperator. & in l. cogi. §. si pater. ff. ad Trebellianum. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd non sit idem, ex re, & propter rem patris acquiri, vt peculium sit profectitium, per l. Iulian. §. si quid seruo. ff. de actio. emp. & vendi. & per l. eo tempore. ff. de peculio. Solutio. In illo §. si quid seruo. non distinguitur, an datum sit contemplatione emptoris vel serui: sed bene distinguitur, an contemplatione venditoris vel serui. Et ita illa lex non facit ad propositum, quia non est simile de venditore & seruo, sicut de patre & filio. Nec ob. illa l. eo tempore. quia ibi nihil datum erat contemplatione bonæ fidei possessoris, sed propter rem, quam putauit donans se posse donare, & non potuit. ¶ Opponitur
8 † tertiò, & videtur, quòd pater nõ potuit olim habere tertiam partem in bonis filij pro emancipatione, quia hoc non potuit esse in bonis castrensib. vel quasi castrensibus, quia illa semper filius habuit salua, vt ff. de castren. pecu. l. si fortè. nec potuit esse in bonis profectitijs, quia illa pater habuit, & habet omnia: nec potuit esse in aduentitijs, quia istud

istud ius in aduentitijs, quo pater habet vsumfructum; & filius dominium, est posteà cõstitutum. Solutio. Considerandum est hîc quadruplex ius: scilicet antiquissimũ, quo pater habuit omnia, quę acquirebantur per filium, exceptis castrensib. & quasi castrensib. vt hîc in princ. Secundò, ius antiquum, quo omnia pertinebãt ad patrem, exceptis illis quæ filio proueniebant à matre, vel ex linea materna. Tertiò, consideratur ius, quo pater habebat tertiam partem pleno iure pro emancipatione filij. Et quartò, consideratur ius, quo pater habet vsumfructum in aduentitijs, & filius dominium, quo etiam pater pro tertia parte habet medietatem vsusfruc. in emãcipatione. ¶ Sed tunc fortius replicatur, & videtur, quòd pater pro emancipatione non potest habere medietatem vsusfruc. quia vel hoc esset in bonis per filium acquisitis, post emãcipationem, vel antè. Non pòst, quia illa bona pleno iure, & omnia pertinent filio. Non etiam antè, quia tunc pater habet totum vsumfruc. etiam in aduentitijs. Pro solutione istius debetis diligenter cogitare, quia fateor me eam ad plenum nescire. Videtur tamen mihi posse dici, quòd istud posset intelligi in bonis castren. vel quasi castrẽsib. vel in illis, in quibus pater casualiter non habet vsumfruc. de quibus suprà eo. § .in tertio notabili. Istud tamẽ dico sine præiudicio melius sentientiũ, quia reperio magnos Docto. dicentes istud esse intelligendũ solùm in aduẽtitijs. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd nõ esset inconueniens, quòd filius acquireret honorem emancipationis, per dominutionem rerum suarum, per §. vnicum. suprà de legit. pa-
9 tronorum tute. Solutio. Ibi † dicitur, quòd vbicunq; est emolumentum, ibi debet esse onus, sed non dicitur, quòd pro honore deberent res decrescere. Ex quo patet, quòd vani sunt illi, qui faciunt magnas expensas, & dant multa, vt promoueantur ad honores, vt scilicet sint in consulatu ciuitatum. Patet etiam quòd vani sunt, qui in actibus Doctoralibus ad habendum honores super alios, faciunt expensas magnas contra ordinationem clemen. cùm sit. de magistris, quia per hoc non acquirunt honorem, sed potius vanitatem. Nisi essent potentes & multum diuites, vt in l. nemini. C. de consulibus. lib. xij.

§. Item uobis.

1 *Seruus si quid stipuletur, obligatio acquiritur domino suo. Item, quouis modo acquirat. Fallit. nu. 5.*

2 *Aditio hæreditatis per seruum, quæ requirat. Quid fideicommissaria restitutio. nu. 3. Quid possessio. nu. 4.*

6 *Monachus quod acquirit, an acquirat monasterio. Et quid de beneficiato.*

7 *Seruo aut monacho, an possit quid legari: & an sibi acquirant.*

Quicquid acquiritur per seruũ nostrũ, pertinet nobis, sed si seruus hæres

hæres inſtituatur, non poteſt adire hæreditatem ſine iuſſu noſtro,& tunc nobis acquiritur hæreditas,ſed legatũ ſeruo relictum acquiritur nobis ſine iuſſu. Et non ſolùm acquiritur nobis proprietas per eos,qui in poteſtate noſtra ſunt,ſed etiam poſſeſsio & vſucapio,& etiã præſcri

1 ptio. Hoc dicit. ¶ Notandum primò † quòd ſi ſeruus aliquid ſibi ſtipuletur,obligatio non acquiritur ſibi,ſed domino ſuo, vt infrà per quas perſonas nobis obligatio acquiritur,in princ. Si etiam ſeruus acquirat aliquid per occupationem,ſpecificationem vel inuentionẽ,acquiritur domino,de quib.ſuprà de re.diuiſio. §.feræ.& §.ſi quis ex alie. mate. & §.theſauros. Et iſta acquiruntur domino etiam ignoranti & inuito vt hîc,& ff.de acqui.re.do.l.etiam inuitis.quia ſeruus nihil acquirit ad vtilitatẽ ſuam,vt ff.ad l.Iuliã de adulte.l.ſic eueniet.ſed omnia acquirit ad vtilitatem domini,vt infrà de ſtipula.ſeruo.per totum. ¶ Notã

2 dum † ſecundò,quòd in adeunda hæreditate per ſeruũ tria requiruntur.Primò,iuſſus domini,vt hîc.Secundò,quòd iuſſus ille præcedat,vt ff.de acquir.hære.l.ſi quis mihi. §.iuſſum. Tertiò,requiritur voluntas

3 ſerui. C.de hæred.inſtitu.l.cum proponas. † Sed in fideicommiſſaria reſtitutione ſeruo facienda,nõ oportet,quòd iuſſus domini præcedat, ſed ſufficit ſuus conſenſus antè vel pòſt,vt ff.ad Trebellia.l.ſeruo inuito. Et ratio diuerſitatis eſt,quia in aditione hæreditatis actiones directæ tranſeunt ad hæredem,& non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, ſed in reſtitutione fideicõmiſſaria,ſolùm tranſeunt actiones vtiles ad fideicommiſſarium,quæ poſſunt eſſe in ſuſpenſo. In legatis autẽ ſeruo relictis, non requiritur iuſſus,ſed immediatè tranſeunt ad dominum,quia non continent aliquod onus,ſed ſolùm emolumentum, vt ff.mand.l.ſi hæreditatem.& licet dicatur hîc in tex. quòd quando hæreditas eſt adita per ſeruum, perinde eſt ac ſi dominus fuiſſet inſtitutus hæres, non tamen eſt omnino perinde,quia ſi dominus ſubſtituat filio ſuo eos,quos fecit ſibi hæredes,tunc non vocantur ad ſubſtitutionem illi, qui facti ſunt hæredes per ſeruũ,ſed tantũ illi qui facti ſunt hęredes per ſeipſos, vt ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitutio.l.qui liberis. §.hęc verba. ¶ No-

4 tandum tertiò, † quòd in poſſeſsione acquirenda per ſeruum, non requiruntur illa tria,quæ dicta ſunt, ſed ſufficit domini volũtas vel ſerui vt ff.de donatio.cau.mortis.l.fin.& ſtatim quando ſeruus incipit poſſidere,dominus incipit vſucapere,ſiue ſciat,ſiue ignoret: & hoc eſt verum in rebus peculiaribus, vt ff.pro ſolu.l.ij. Secus in dominicis,quia requiritur ſcientia domini,vt ibi dicitur, & non ſolùm vſucapit dominus per ſeruum, ſed etiam acquirit longi temporis poſſeſsionem, vt hîc,cuius effectus eſt præſcriptio, vt ff. de vſucapion.l.iij. ¶ Notan-

5 dum † quartò, quòd licet quicquid ſeruus acquirit,pertineat domino, hoc tamen non eſt verum,ſi acquirat aliquid illicitè,vt ff.de acquiren. poſſeſ.

6 possess.l.quod seruus. ¶ Notandum † finaliter, quòd ex isto textu potest colligi, quòd quicquid monachus acquirit, hoc acquirit monasterio, vt extrà de statu monach.c.cùm ad monasterium. & quod beneficiatus acquirit, hoc acquirit suo beneficio, vt in Authen.licẽtiam. C.de episc.& cler.facit c.j.extrà de pecul.cleri.& c.requisisti. extrà de testamentis. & ideò si monachus præficiatur perpetuò alicui ecclesiæ, tunc non acquirit monasterio suo, sed illi ecclesiæ, de quo est bona glos.in c.statutum.xviij.q.j. Et licet dictum sit, quòd beneficiatus acquirit beneficio suo, si tamen acquirat aliquid ex suo patrimonio, vel ex laboribus, & ex industria sua, hoc est suũ, & potest de illo disponere ad placitum suum, vt pulchrè notatur in c.sicut manifestæ.xij.q.ij. Etiam illa, quæ acquirit ex beneficio per labores suos, vt sunt quotidianæ distributiones, acquirit sibi, vt in c.præsente. de offi.ordi.lib.vj. Secus de illis, quæ acquirit ex corpore beneficij, quia illorum est dispensator tantùm. ¶ Opponitur primò cõtra prædicta, & videtur, quòd seruus non acquirit domino inuito, per l.hoc iure. §.non potest. ff.de donation. Solutio. In illa lege dicitur, quòd dominus non cogitur ad retinẽdum ea, quæ acquiruntur per seruum. Sed non dicitur ibi, quin seruus potest acquirere domino inuito, commutabiliter tamen. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd seruus bene potest aliquid acquirere ad vtilitatem
7 suam, per l.quædam. §.illo. C.de neces.seruis. Solutio. Verum † est, quòd seruo bene potest aliquid legari, vt in illa lege, & hoc per modũ alimenti, vel causa alimentorum. Et ita etiam potest legari religioso, vt vult Bart.& est tex. in l.seruos.ff.de alimen.& ciba.leg. Et quando dicitur, quòd seruus nihil acquirit ad vtilitatem suam, hoc debet intelligi, quòd ipse non potest actionem instituere, ad petẽdum illud, quod relinquitur sibi: potest tamen ad hoc implorare officium iudicis. Ex quo patet, quòd licet monachus non potest habere proprium, si tamen abbas cum eo fecit conuentionem de certo modo viuendi, vel de certa quantitate panis vel vini, quolibet die sibi ministranda, potest illud petere per officium iudicis, vt pulchrè notat Ioan.Andr.in mercurialibus, in regula, non est obligatorium.de regu.iur.lib.vj.

§. *De his autem seruis.*

1 *Seruus usufructuarius si quid quærat ex re usufructuarij domini, pertinet fructuario. Non idem in seruo usuario. nume. 2.*

3 *Hæreditatem ut adeat seruus usufructuarius, quid requiratur.*

Summatur sic: Quicquid acquiritur per seruum fructuarium, ex re vsufructuarij, vel ex operibus ipsius serui, pertinet vsufructuario, sed quod aliunde per eum seruum acquiritur, pertinet proprietario. Hoc
1 dicit vsque ad §.idem placet. ¶ Notandum † primò, quòd quicquid

seruus vsufructuarius acquirit ex re domini vsufructuarij,pertinet ipsi vsufructuario,vt hîc,& ff.de donat.cau.mor.l.fi.Similiter quod acquiritur ex operibus ipsius serui,pertinet vsufructuario, vt hîc,& ff.de ad
2 mini.leg.l.seruum. † Sed aliud est de seruo vsuario,quia quicquid i
acquirit ex re domini habẽtis vsum eius,hoc pertinet ipsi domino.Sed quod acquirit ex operibus talis serui,non pertinet illi domino,sed pro
3 prietario,vt ff.de vsu & habit.l.per seruum. ¶ Notandum† secundo, quòd in adeunda hæreditate per seruum vsufructuarium , non sufficit iussus vsufructuarij,sed requiritur iussus proprietarij domini,& ita hæreditas acquiritur proprietario.Si tamen contemplatione vsufructuarij institutus sit, tenebitur proprietarius restituere hæreditatem vsufructuario,per condictionem sine causa,vt ff.de acqui.hæred.l.aditio.§ præterea. Et ratio,quòd non sufficit iussus vsufructuarij,est,quia aditio non est ex re vsufructuarij , nec est inter operas serui, vt in dicta l. aditio. Sed si legatum relictum sit huiusmodi seruo , contemplatione vsufructuarij,non requiritur aliquis iussus, nec consideratur opera serui,sed acquiritur statim vsufructuario,tanquam ex re sua,quia propter ipsum est relictum,vt ff.de acqui.hæred.l. si quis mihi bona. ¶ Opponitur sic,& videtur,quòd per seruum vsufructuarium aliquid acquiritur vsufructuario,non ex re vsufructuarij, nec ex operibus serui,per l. sed & si quid. ff.de vsufruc.lega. Solutio. Illa lex loquitur , quando aliquod legatum relictum est seruo ,contemplatione vsufructuarij quod etiam in dubio præsumitur,vt ff.de acquiren.hæred.l.aditio. Et hoc intelligitur acquisitum,tanquam ex re vsufructuarij,quia propter eum relictum est,vt in secundo notabili dictum est.

§. Idem placet.

1 *Liber homo quicquid acquirit,uel alienus seruus bona fide possessus,quibus causis acquirat possessori:& quibus sibiipsi.nume.3.*
2 *Vsufructuarius non potest usucapere.*
4 *Liber homo à me bona fide possessus , ut adeat hæreditatem , sex requiruntur.*
5 *Vterque,uerb.an ad duas,an ad tres personas referatur.*
6 *Monachus,si sit in alio quàm suo monasterio,& quicquam acquirat,cui acquirat.*
7 *Possessio,est duplex.*

1 Summatur sic: † Quicquid acquiritur per liberum hominem,vel per alienum seruũ bona fide possessum,acquiritur possessori,si acquiratur ex re possessoris , vel ex operibus istius liberi hominis, vel alieni serui.Et quod aliunde acquiritur per istum liberum hominem,tempore acquiritur sibiipsi , nec potest vsucapi. Sed quod acquiritur per istum seruum

seruum alienum extra istas causas, pertinet domino suo, donec fuerit
2 vsucaptus, quia tunc quicquid acquirit, pertinet possessori. †Et vsufru ctuarius non potest vsucapere. Primò, quia nõ possidet. Secundò, quia scit seruum alienum esse. Et per istos non solùm acquiritur proprietas, sed etiam possessio, & vsucapio, & longi temporis præscriptio. Hoc
3 dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum †primò, quòd liber homo acquirit sibijpsi, quicquid acquirit extra istas duas causas præter possessionem. Nam cùm ipse possideatur, nõ potest possessionem acquirere, vt ff. ad leg. Iuliam de adult. l. sic eueniet. Nec potest sibi vsucapere, vt ff. de acqui. rer. domi. l. homo liber. §. quicquid. & l. liber homo. eo. tit. Ex quo patet, quòd aliquis potest acquirere dominium, qui non potest sibi acquirere possessionem, facit l. si fundũ. ff. de fun. dota.
4 ¶ Notandum †secundò, quòd in hæreditate adeunda per liberùm hominem, à me bona fide possessum, vt mihi illa hæreditas acquirat, sex requiruntur. Primò, quòd institutus sit mei contemplatione. Secundò, quòd sciat conditionẽ suam. Tertiò, quòd iussus meus pręcedat. Quartò, quòd volens adeat. Quintò, quòd velit mihi acquirere. Sextò, quòd possideam eum bona fide. Et dicitur notanter, quòd debet scire conditionem suam, quia ignarus suæ conditionis, nemini acquirit: non sibi, vt ff. de acquir. hæredit. l. qui putat. §. qui bona fide. quia non intendit se obligare hæreditati, vt C. si quis sibi vel alteri. l. multum interest. Non etiam mihi, si iussus non præcedat, vt ff. de acquir. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. Nec etiam si iussus interueniat, vt ff. de acquir. hæredi. l. sexta. §. Celsus. quia seruili necessitate præsumitur adijsse, vt ff. de nego gest. l. at qui. §. si libero. Si autem sciat conditionem suam, tũc vel volens adit vel nolens. Si volens, non acquirit mihi, sed sibi, restituit tamen mihi per condictionem sine causa, si mei contemplatione institutus sit. Sed si nolens adeat iussu meo, acquirit mihi, si mei contemplatione sit institutus: sin autem, nihil acquirit, vt ff. de acqui. re. dom. l. homo liber. in princ. Dicunt tamen aliqui, quòd ignarus suæ conditionis acquirit sibi, vt ff. de acqui. hæred. l. qui putat. §. adeò. si non mei contemplatione sit institutus, vt ff. de acquiren. possess. l. qui in aliena.
5 ¶ Notandum †tertiò, quòd licet glo. hîc dicat, quòd vtriusq;, refertur ad tres personas, melius tamẽ dicitur, quòd vtriusq; refertur hîc solùm ad duas personas, scilicet ad vsufructuariũ, & bonæ fidei possessorem.
6 ¶ Notandũ †finaliter, quòd ex isto tex. potest colligi, quòd si quis religiosus vnius monasterij sit in alio monasterio, tũc quicquid acquirit ex re secũdi monasterij, vel ex operibꝰ suis, hoc pertinet secũdo monasterio, vt vult Dyn. in l. homo liber. §. quicquid. ff. de acqui. re. domi. Dicit tamẽ Spe. in tit. de statu monach. quòd acquisita per istũ ex quibuscũq; causis pertinent secũdo monasterio, ab illo tẽpore, quo fuit in

 illo, &

illo,& in acquisitis, quando fuit in primo monasterio, habebit secundum monasterium vsumfructum, ne ipse illi sit onerosus, sed proprietas illorum primò acquisitorũ, manebit in primo monasterio, vt xvj. q.vj.c.de lapsis. ¶ Opponitur contra prædicta,& videtur quòd vsufructuarius possidet & vsucapit, quia sibi datur vtile interdictum, vnde vi, vt ff.de vi & vi arma. l.iij. § .vnde vi. Sed hoc interdictum non datur,
7 nisi illi, qui habuit possessionem. Solutio. Duplex † est possessio, scilicet ciuilis & naturalis. Modò vsufructuarius non possidet ciuiliter, vt hîc dicitur, sed bene potest habere naturalem possessionem, vt ff.de acquir.posses.l.naturaliter. Et illa possessio naturalis sufficit ad interdictum, vnde vi. Dicitur autem possessio naturalis, cùm aliquis sic possidet, quòd est in re, vel eius parte, vel saltem cùm res est in conspectu eius, vt eam videat, vel partem eius. Sed possidere ciuiliter dicitur quis, cùm nec est in re, nec res in cõspectu eius, sed possessioné solo animo habet,& rem de iure retinet, id est, quòd sit talis persona, in quã cadere possit possessio huiusmodi:& sic laici quandoq; possident decimas, & spiritualia de facto, sed nõ de iure, vt not. Bart. Brix. xiiij.q.j.in glo. magna.in verbo, possideri.& sic nõ possident ciuiliter, sicut Ioã.And. habet in regula, sine possessione.lib.vj. & allegat iura.

§. Ex his itaque.

1 *Liber homo, uel seruus alienus, à me non possessus bona fide, in quo non habeo usumfructum, an mihi acquirat.*

2 *Argumentum à contrario sensu, ualidum est in iure.*

3 *Possessio nobis potest acquiri per procuratores; sed actio personalis, uel obligatio, non. Et quid ita? nume. 4.*

1 Summatur † sic: Per liberos homines, bona fide à nobis non possessos, vel per seruos alienos, in quibus non habemus vsumfructum, vel quos non possidemus bona fide, nihil nobis acquiritur, nisi per procuratorem, per quem acquiritur nobis scientibus vel ignorantibus possessio,& per possessionem dominiũ, si ipse recipiat rem à domino, vel vsucapio, vel longi temporis præscriptio, si ipse recipiat rem à non do-
2 mino. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd iste text. arguit à contrario sensu,& hoc est validum argumentum in iure, vt in l.j.ff.de offic. eius, cui mand.est iurisdi. Et concordat cum isto dicto l.j. C.per quas
3 perso.no.acqui. ¶ Notandum † secundò, quòd per procuratores bene acquirĩ nobis possessio,& per illam vsucapio vel præscriptio, sed non personalis actio vel obligatio, vt ff.de pigno.actio.l.solutum. §.per liberam personam.& C.per quas perso.nob.acquir.l.j. Et ratio est du-
4 plex. † Primò, quia possessio acquiritur per naturalem actum, qui potest fieri per procuratorem, sed iura personalia non acquiruntur, nisi per

per actum ciuilem, qui non potest fieri, nisi à nobismetipsis, vel ab illis, qui iuri nostro sunt subiecti, vt l. ea quæ ciuiliter. ff. de acqui. rer. dom. Secundò, quia iura personalia magis inhærent ossibus nostris, quàm realia, vt l. quis ergo casus. ff. de peculio. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd per liberum hominem nobis non subiectum, nec bona fide possessum, potest nobis aliquid acquiri, per §. si quis alij. & per §. alteri. infrà de inutili stipulatio. Solutio. Illi §. loquuntur de tutore & curatore, & in illis fallit ista regula.

§. *Hactenus tantisper.*

Summatur sic: Satis iam dictum est, qualiter singulæ res nobis acquiruntur, id est, titulo singulari. De iure tamen legatorum & fideicommissorum, quo etiam singulæ res nobis acquirũtur, opportunius infrà dicetur. Iam ergo dicendũ est, qualiter res nobis acquiruntur per vniuersitatem, id est, titulo vniuersali, scilicet per hæreditatem, per bonorum possessionem, per arrogationem, per causam libertatum conseruandarum. Et quia hæreditates acquiruntur nobis, vel ex testamento, vel ab intestato, idcirco primò dicetur de testamentis. Hoc dicit.
¶ Notandum circa text. quòd de legatis, dicetur infrà de legatis. & de fideicommissis, infrà de fideicommissa. hæredi. Et licet per illa aliquid acquiritur titulo singulari, quia tamen dependent ex testamentis, ideò tractatur de eis, postquàm tractatum est de testamentis, & hoc vult hîc textus. De hæreditatibus autem dicetur infrà de hæredi. instituen. De bonorum possessionibus, infrà tit. eodem. De arrogatione autem, infrà de acquisitionibus per arrogationem. De eo, cui liberta. conseruanda. cau. bona adijciuntur. infrà titu. de eo, cui libertatum conseruandarum causa bona adijciuntur.

DE TESTAMENTIS ORDINANDIS. TITVL. X.

1 *Infortiatum, testamentorum materiam excutit.*
2 *Diuisio huius tituli in quatuor partes.*

Continuatio istius tituli, patet ex §. fina. suprà titulo proxi. Et est ista materia de testamẽtis, fortis & difficilis, quapropter
1 liber ille, † in quo ista materia latè habetur, vocatur Infortiatum, quia continet fortem & difficilem materiam.
2 † Diuiditur autẽ præsens titu. in quatuor partes principales. In quarum prima tractatur de forma testamenti in scriptis faciendi. In secũda ibi, testes, tractaẽ de testibus adhibendis in testamẽto, quales videlicet debeãt esse. Et hæc pars subdiuidiẽ, vt in processu patebit. In tertia ibi. nihil. tractaẽ in qua materia põt scribi testamentũ. In quarta ibi. sed hæc quidẽ. tractatur de testamẽto nũcupatiuo, qđ scilicet fit sine scriptura.

§. Testamentum.

1 Relicta † forma antiqua faciendi testamẽtum, hodie testamentũ fieri debet in præsentia septẽ testiũ vnico contextu adhibitorum, & hoc ex iure ciuili, cum subscriptione eorundẽ testium & testatoris, & hoc ex constitutionibus. Et debent isti testes signa sua testamento apponere, & hoc ex iure prætorio, & debet exprimi nomen hæredis, & hoc ex consuetudine Iustiniani. Et possunt omnes testes vno anulo testamẽtum signare, suo vel alieno. Hoc dicit. Sed intellectus tex. est, quòd
2 olim fuerunt duo genera testamentorũ. † Vnum tẽpore pacis, & aliud quando homines exibant ad bellum, & superaddebatur tertium, quod dicebatur per æs & libram. Fiebat enim per emãcipationẽ, id est, per imaginariam venditionem, cũ quinq; testibus, & libripende, & emptore familiæ. Sed ista testamẽta recesserunt ab vsu, & modò testamentũ
3 fit, sicut dictũ est in summario. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd testamentũ interpretatur quasi testatio mentis, sicut lapis, quasi lædens
4 pedem: mutuum, quando de meo fit tuum. Et † valet argu. à nominis interpretatione vel etymologia negatiuè, sed non valet affirmatiuè, nisi interpretatio vel etymologia esset cõuertibilis cũ nomine, quod interpretatur, vt notatur per Bar. in l. ij. §. appellata. ff. si cer. pe. Et hoc modo testamẽtum capitur generaliter, vt comprehendat etiam codi-
5 cillum, & tamen nõ est testamentũ l. fi. C. de codicil. Et † potest testamentũ sic diffiniri, quòd est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo, quod quis post mortem suã fieri disponit, vt ff. de testa. l. j. Et debet addi, cum institutione hæredis, vt infrà de leg. §. ante hæred. quia sine hæredis institu. nullum dicitur testamen. vt ff. de iu. codicil. l. fi. & in-
6 frà de fideicõ. hære. in prin. ¶ Notandum † secundò, quòd vtile est scire iura antiqua, quamuis sint correcta, quia ex eis possunt etiam trahi argumenta, vt in gl. l. j. ff. de coniungen. cum emancipato liberis. Ideò licitum est scire & allegare ius correctum, ad declarationẽ iuris noui,

non

non autem ad decisionem,l.j.in princ. de lati.lib.tollē. ¶ Notandum
7 † tertiò,quòd forma testamenti faciendi est ista. Nam primò testator debet scribere,per se,vel per aliũ, voluntatẽ suã. Deinde debet illam scripturã producere coram septẽ testibus,vel octo,si testator sit ignarus literarũ. Nec oportet,quòd testes sciant,quid in scriptura continetur. Potest enim testamen. fieri secretè,sed testes vnà cũ testatore debent se subscribere vnico cõtextu,id est,nullo actu interueniente,l. si
8 nõ speciali. C. de testamen. Et † subscriptio testatoris erit ista vel consimilis: Ego talis N. volo hanc schedulam inclusam esse meũ testamẽ. & testatus sum omnia,quę in ea cõtinentur Subscriptio autẽ testis debet esse talis: Ego N. interfui cũ illis alijs testibus,vbi talis dixit,& voluit scripturã hîc inclusam esse suum testa. Et deinde testes debẽt istud testamen. seu illud,in quo est inclusum,sigillare,vno vel pluribus sigillis,suo vel alieno,vt colligitur ex isto tex. & latius in l. iubemus. cum glo. C. de testa. Posteà istud testamẽ. sic clausum,debet custodiri,vsq; post mortẽ testatoris. Qualiter autẽ debeat tũc publicari,no. per Bar. in l. ij. ff. quẽadmo. testa. aperiantur. & per alios doc. in l. publicari. C.
9 de testa. Et † melius est testamentum fieri secretè, quàm apertè, propter duo. Primum ad vitandũ odia,quæ possent nasci contra testatorem,si aliqui scirent,quòd essent tam modicũ recepturi ex tali testamento. Secundò,ne illi,qui multũ sunt recepturi,machinentur in mortem testatoris. Et quando notarius interest factioni testamenti, tunc debet ista obseruare,aliòquin punitur de falso,& multò magis,si dicat aliquã solennitatem interuenisse,quæ non interuenit,vt in glo. in d.l.
10 iubemus. ¶ Notandum † quartò,quòd hodie expressio nominis hæredis,non est sic necessaria,sicut fuit iure isto,vt in Authen. vt sponsal. lar. §. quia verò. colla. ix. quæ habetur Authen. vt non obseruato. C. de testamen. Et quando notarius vocatur ad faciendũ testamen. tunc non debet ipse interrogare à testatore,vis istum esse hæredem: vel vis illi tantũ legare? sed debet audire voluntatem testatoris,& illam conscribere. Nam si testator esset multum infirmus, & notarius esset adhibitus per illum,qui reciperet multa cõmoda ex testamento, & notarius quæreret ab infirmo,vis istum esse hæredem: vel ei tantũ legare? non valeret testamentum,vt vult Bald. in dicta l. iubemus. C. de testa. Et hoc propter fraudem, quæ posset contingere, quia multum infirmi sæpe respondent ad interrogata, quæ ex seipsis non dicerent. Secus tamen esset,si iste notarius esset adhibitus ab ipso infirmo, ad hoc
11 vt suggereret ei. ¶ Notandum † finaliter, quòd quis potest sigillare alieno sigillo, vt hîc colligitur. Dicit tamen Specula. in titul. de procurato. §. videndum. versiculo sed nota, quòd tunc debet exprimi istud sigillum esse alienum. vt sic dicendo, in huius rei testimonium

figillum illius N.præſentibus appoſui,quia proprium ſigillum non habui.faciunt notata per Bar. in l.ad teſtamentum. §.ſi ab ipſo.ff. de teſtamen. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd ex antiquis iuribus non poſſunt ſumi argumẽta,per glo.in leg.j.in prin.C.de lati.
2 liberta.tollen.Solutio.Duplicia † ſunt iura antiqua correcta.Nã quædam ſunt clauſa in corpore iuris,& de illis loquimur hîc. Et quædam ſunt extra corpus iuris,& de illis loquitur glo.allegata in oppoſi.nam allegans illa iura punitur pœna falſi.vt in d.gl.dicitur.l.vnica.§.hunc igitur.C.de Iuſtiniano Co.confir. Ex ratione tamen illorum iurium poteſt ſumi argumẽtum,vt notatur in c.fraternitatis.extrà de hæreti. ¶ Opponitur ſecundò,& videtur,quòd in teſtamento iſta ſolennitas, quæ dicta eſt,nõ neceſſariò obſeruatur,per l.ſi non ſpeciali. & per §. ex imperfecto.in l.hac conſultiſsima.& per l.ſi. C.de teſta.& per c.cũ eſſes.extrà de teſtamen.Solutio.Iſta ſolennitas regulariter eſt obſeruanda in teſtamento, ſed ex priuilegio iuris vel hominis iſta ſolẽnitas non neceſſariò obſeruatur,vt in legibus in oppoſitũ allegatis, & hoc de iure ciuili. De iure autem canonico poteſt teſtamentum fieri cum duobus teſtibus coram presbytero, vt in c.cùm eſſes allegato in oppoſitum. ¶ Opponitur tertiò,& videtur, quòd nõ oportet etiam de iure ciuili,& regulariter,quòd teſtes adhibeantur & conſcribant vnico cõtextu,nullo actu interueniente,per l.hæredes palàm.§.vno contextu. ff.de teſtamentis.Solutio. In illa lege dicitur,quòd bene poteſt interuenire aliquis actus naturæ,vel actus pertinens ad factionem teſtamẽti,vt calefactio cæræ, vel proiectio cinerum ſuper ſcripturam. Sed quod hîc dicitur, debet intelligi nullo actu extraneo interueniente,& non neceſſario.

§. Teſtes.

1 *Diuiſio huius §.*
2 *Teſtes in teſtamento qui eſſe poſsint.& qui non.nu.8.*
3 *Teſtamenti factio,actiuè & paſsiuè capitur.*
4 *Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.Et quid ita.*
5 *Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.Et quid in monachò.*
6 *Impubes non poteſt eſſe teſtis in teſtamento: Et in quibus poſsit.*
7 *Damnatus à lege,uel à Iudice crimine læſæ maieſtatis, uel legis Iuliæ uel hæreſis,non poteſt eſſe teſtis in teſtamento nec etiã poteſt teſtari.*
9 *Mulier an poſsit eſſe teſtis in criminalibus.diſting.*
10 *Hermaphroditus,an & in quibus poſsit eſſe teſtis.*

1 Hîc eſt ſecunda pars principalis iſtius tituli,& ſubdiuiditur † in ſex particulas. In prima declaratur, quales debent eſſe teſtes in teſtamento.In ſecunda ibi,ſed cùm aliquis.ſoluitur vnum dubium.In tertia ibi, pater.

pater.declaratur qualiter patria poteſtas non impedit teſtimonium in teſtamento extranei. In quarta ibi,in teſtibus. declaratur quomodo filius & pater ſimul poſſunt eſſe teſtes. In quinta ibi,neque.declaratur quomodo exiſtens in poteſtate teſtatoris,vel econtrà non poteſt eſſe teſtis. In ſexta ibi ,legatarijs. quomodo legatarij poſſunt eſſe teſtes.
2 Prima pars ſummatur ſic: †illi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento , cum quibus eſt teſtamenti factio. Sed mulier,impubes,ſeruus,furioſus,mutus,ſurdus,& cui interdictum eſt bonis,& quem leges faciunt inteſtabilem,non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. Hoc dicit. ¶ Notãdum
3 †primò,quòd teſtamenti factio capitur hîc paſſiuè , licet interdũ etiã capiatur actiuè,vt infrà de hæred.qualita.& differentia. §.teſtamenti.
4 ¶ Notandum †ſecundò,quòd mulier nõ poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto,vt hîc & ff.de teſta.l.qui teſtamenta. §.mulier. Et ratio eſt, quia in teſtamentis ſunt multæ ſubtilitates,quarũ intellectus mulieris , qui eſt vagus & inſtabilis,non eſt capax,vt C.de fideicõmiſ.l.fi. Poteſt ergo mulier in alijs bene eſſe teſtis,etiam in codicillis,vt in gl.in dicta l.qui teſtamento.in §.mulier. Imò poteſt mulier eſſe teſtis in criminalibus cauſis,vt in l.ex eo.ff. de teſtibus.Sed non poteſt mulier eſſe teſtis in cauſis feudalibus,vt in c.j.qui teſtes ſunt neceſſarij ad probandũ inue-
5 ſtituram.collatio.x.de feudis. ¶ Notandum †tertiò,quòd ſeruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento,vt hîc dicitur. Monachus tamen bene poteſt eſſe teſtis in iudicialibus,vt in Authen.ſi dicatur teſtis. C.de teſtis.Sed tunc requiritur licentia ſuperioris ſui,aliâs teſtimoniũ ſuũ eſt inefficax,vt notat Specula.in titulo de teſti.in §.j.verſi. itẽ excipitur. & habetur in c.per tuas.& in c.nuper.extrà de teſti. ¶ Poteſt etiã monachus eſſe teſtis in teſtamento,ſi habeat licentiam ſuperioris,quia poteſt eſſe executor teſtamenti.vt in c.ſi de teſtamen.li.vj. & in clemẽ. vnica.eod.titu. Ex quo patet,quòd ſi eſſet aliquod inſtrumentum factum,vbi monachus eſſet teſtis,ſine licentia ſuperioris ſui,tale inſtrumentum non valeret,niſi eſſent ſufficientes alij teſtes inſerti cum illo. & ex iſto poſſent improbari valde multa teſtamenta. ¶ Notandum
6 †quartò,quòd impubes non poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto,vt hîc. nec iuuenes poſſunt iurare,niſi in xiiij.anno,vt in c.paruuli.xxij.q.v. ergo etiam non poſſunt eſſe teſtes.Sed hîc impubes factus pubes bene poteſt teſtimonium ferre de his,quæ vidit in pupillari ætate, maximè de his quæ vidit quando fuit proximus pubertati,ſiue doli capax,vt ff.de verbo.ſigni.l.notionem. §.inſtrumentorũ.& no.in gl.& C.de hære. & Manichæ.l.quoniam licet aliqui dicant,quòd non poteſt de his ferre teſtimonium,quia indiſcretè concepit,vt in l.minor.ff.de ſeruis exportan.Nec eſt ſimile de ſeruo,prout allegatur hîc in glo.quia ſeruus ita diſcretè cõcipit,ſicut liber.Sed hoc debet intelligi de his , quæ pu-

pillus vidit, quando fuit proximus infantiæ, & ita seruanda est prima
7 opinio, s. si proximus est pubertati. ¶ Notãdũ † finaliter, quòd ille, qui est dãnatus à lege, vel à iudice, de crimine læsę maiestatis, vel legis Iuliæ, vel etiam de hæresi, non potest esse testis in testamẽto. Nec valet etiã suũ testamentũ, imò irritatur] prius factũ, vt ff. ad l. Iul. maie. l. fi. & C. ad leg. Iul. maie, l. fi. & in Auth. credentes. C. de hær. & Manich.
8 † Nec etiã ille, qui propter crimen prohibeť testamẽtũ facere, vel qui passus est muliebria, potest esse testis in testamento, vt in l. is cui. ff. de testa. Infantes tamen de alijs criminibus bene possunt esse testes in testamento, vt notatur per Bar. in l. is cui. §. j. ff. de testamẽ. & probatur
9 per l. j. C. de secundis nuptijs. ¶ † Opponitur cõtra prædicta, & videtur, quòd mulier non potest esse testis in criminalibus per l. qui accusare. ff. de accusa. Solutio. ¶ Duplicia sunt crimina, quędam enim sunt publica, pro quibus infligitur mors vel abscisio membri, & in illis criminibus mulier non potest esse testis, vt in l. alleg. in opposi. sed in alijs bene potest, vt in secundo notabili dictum est. ¶ Sed replicatur, & videtur, quòd etiam in alijs nõ potest esse testis, per c. forus. extrà de verbo. signifi. Solutio. Illud c. forus. loquitur de iure canonico, secundum quod mulier non potest esse testis, nisi in inquisitionibus & denũtia-
10 tionibus. † Et quod dictũ est de muliere, etiam debet intelligi de Hermaphrodito, id est, de illo, qui habet vtrũq; sexum, si plus sequatur naturam mulieris, quàm viri, secus si plus sequeretur naturã viri, vt ff. de statu homi. l. quæritur.

§. Sed cùm aliquis.

1 *Testis putatiua idoneitas, in testamento, non nocet testamento, quamuis posteà comperiatur minus idoneus. Et quid ita. Et de quo testamento id intelligatur. nu. 2.*
3 *Opinio communis, an præferatur ueritati.*
4 *Testis idoneitas quando attendatur. disting.*

Hìc soluitur vnum dubium, & summatur sic: Testamẽtum in quo seruus, qui putatur esse liber, tempore factionis testamẽti est testis, valet, licet posteà appareat eum fuisse seruum. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 primò, † quòd putatiua idoneitas testis in testamẽto non nocet testamento quamuis posteà ille testis reperiatur inidoneus. Nam cõmunis error facit ius, & opinio quãdoq; pręfertur veritati, vt ff. de leg. j. l. iiij. in prin. & §. quòd si quis. & ff. de offi. pretoris. l. Barbarius. Et nõ oportet, quòd oẽs habeãt illã opinionẽ, sed satis est, qđ maior pars sic opinetur, vt ff. ad municip. l. quod maior. Ex quo patet, quòd si dicatur, oẽs sciunt, hoc non debet intelligi de omnibus simpliciter, sed de maiori parte illorũ, qui verisimiliter deberẽt hoc scire, vt vicini & propinqui,

qui,vt notatur in l.omnes.C.sine censi.& reliquijs fun.compara. non pos.& per Bar.in l.j.§.nunciatio.ff.de noui oper.nunci.Patet etiam ex isto,quòd si notarius rogat⁹ sit de cóficiendo instruméto,& posteà fit inhabilis ad actum notariatus,nihilominus tamé potest istud instrumé tum conficere, vt nota.per Bar.in l.ad testamen.§.j.ff. de testibus,& per dominum Inno. in c. fraternitatis. extrà de hæret.& per glo.in.c.
2 vt officium de hæreti.lib.vj. ¶ Notandum † secundò,quòd licet glo. hîc & in l.fin.C.de edic diui Adria.tollen in verb.prima figura,& l.in donationi.C.de dona. videatur velle, quòd istud solùm intelligitur de iure in testamento scripto, & non in testamento nuncupatiuo,nisi de consuetudine, quia in testamento scripto testes solùm habent cognoscere sigilla & subscriptiones,sed in testamento nuncupatiuo habent deponere de substantia testaméti,vt notatur in l.j.C. de testam. melius tamen dicitur,quòd istud intelligitur etiam in testaméto nuncupatiuo,& quòd etiam ibi sufficiat putatiua idoneitas testis tépore fa
3 ctionis testamenti:vt notatur in d.l.j.C.de testa. ¶ Opponitur † contra prædicta,& videtur,quòd opinio nullo modo debet præferri veritati,per §.si quis tem.infrà de lega. Solutio. Aut concurrunt opinio & veritas singularis,quo casu veritas semper præfertur opinioni. Aut có currunt veritas & opinio vniuersalis, quo casu præfertur opinio veritati,maximè,quando per opinioné ampliatur fauor,prout est hîc,quia testamentum est valde fauorabile. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd putatiua idoneitas testis non sufficit tempore factionis testaméti,quia idoneitas testis debet esse tempore depositionis,per l.iij §.duę causæ.ff.ad Carbonia.& not.in verbo,eandem fidem, in glos.& facit glo.in c.quoniam frequenter.super verb.subtrahatur. extrà,vt lite nó
4 contest.Solutio. † Duplices sunt actus. Quidam sunt,in quibus testes non sunt præcisè necessarij,vt in contractibus,& in illis inspicitur idoneitas testis tempore depositionis,vt in l.contrahitur.ff.de pigno.act. Alij sunt actus,in quibus testes sunt de substantia & solénitates actus: vt est actus testandi,& in his retrotrahitur conditio testis ad tempus, quo testis fuit adhibitus,vt notatur in l.fina.in glo.in verbo,positionibus.C.de edic.diui Adrian.tollen.& in l.si non speciali.C. de testam. ¶ Opponitur finaliter,& videtur,quòd istud testamentum non debet valere,per Barto.in l.actuarijs.C. de nume. & actua.lib.xij.vbi dicit, quòd si quis credatur officialis,& non est,vel notarius, & nó est,& sic de alijs,acta per istos nihil valent. Solutio. Ille casus nó est isti aduersus,sed est ab isto diuersus,quia aliud est aliqué æstimari esse in aliquo officio,in quo nó est,& aliqué assumi ad aliquid,ad quod nó est idoneus.Ná primus nó habet tit.& ergo acta per eú non valét.Sed secúdus est ad hoc assumptus,licet ex códitione sua,si sciret,esset inhabilis.

§. Pater.

§. Pater.

1 *Pater potest esse testis cum illo, qui in sua potestate est. Item, duo fratres in potestate patris. & nu. 2.*

3 *Pater & filius, quando sint una persona: & quando duæ.*

1 Pater potest † esse testis cum illo, qui in potestate sua est. Similiter duo fratres qui sunt in potestate eiusdem patris, possunt esse testes in testamento alicuius extranei, quia plures ex vna domo possunt esse te-
2 stes in alieno negocio. Hoc dicit. ¶ Notandũ † quòd ratio dubitationis fuit, quia posset videri, quòd illi qui essent de vna, domo, conferrẽt inter se, & ita præmeditatos & falsos sermones possent proferre, vt in l.iij. §. vt magis. ff. de testibus. Sed illo non obstante possunt esse testes, vt hîc deciditur, quia licet possent hoc facere, propter hoc tamen non sequitur, quòd faciẽt, nec inualidatur testimonium per hoc, quòd testes cõferunt inter se, licet inualidetur, si pars instruat testes. ¶ Op-
3 ponitur † contra istud, & videtur, quòd pater & filius non possunt esse duo testes, quia sunt vna persona, per l. fina. C. de impube. & alijs substitu. Solutio. Verum est quòd pater & filius in quibusdam computãtur pro vna persona. Nam si Titio & filio eius vnà cum Sempronio extraneo, legetur aliqua hæreditas, tunc Titius & filius suus solùm habebunt medietatem, & Sempronius solus habebit aliam medietatem, vt in allega. l. fina. Sed ad testimonium ferendum pater & filius computantur duæ personæ, vt hîc, & in l. pater & filius ff. de testibus.

§. In testibus.

1 *Testimonium domesticum, non ualet. Et cur ita. nu. 5. Limit. nu. 4.*

2 *Filius an posit esse testis in testamento patris. Et. nu. 9. Et quid econtrà numero. 3. 7.*

6 *Coloni & adscriptitij, dicuntur domestici.*

8 *Paganus, quis.*

1 Qui est † in potestate testatoris, non potest esse testis in eius testamento. Et si filiusfamiliâs miles post missionem de castrensi peculio velit facere testamentum, pater suus, vel qui in potestate patris est, nõ potest esse testis, quia domesticum testimonium nõ valet. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd filius nõ potest esse testis pro patre, quãdo patri aliquid acquiritur, vel in proprio facto patris, vt hic & in l. parente. C. de de testibus. Sed si nihil acquireretur patri, nec ageretur de facto proprio patris, filius bene posset esse testis pro patre suo, vt notatur per Bar. & per glo in l. qui testamento. §. quæcunq; autem. ff. de testamen. Et idem est de filio emancipato, & de filio existente in potestate, vt in d. l. parentes. C. eo. Idem etiam est de filio spurio. vt no-
3 tat Bart. in l. ad tutelas. ff. de capitis diminutione. Sed † econtrà, pater non

non potest esse testis pro filio suo, licet etiam nō agatur de facto proprio filij, vel nihil sibi acquiratur, vt in glo. in l. qui testamento. §. quęcunq; autem. ff de testamentis. Secus tamen in patre prælationis, nam episcopus potest esse testis in causa capituli sui, si habeant bona distincta, vt notatur in c. cùm nuncius. extrà de testibus. Secus etiam est de patre spirituali, nam ille potest esse testis pro filio suo, & econtrà, quia istud edictum est prohibitorium, & nullibi hoc prohibetur, vt l. j. no-
4 tatur. ff. de testibus. ¶ Notandum † secundò, quòd domesticum testimonium non valet, vt hîc, & C. de testi. l. ij. & in c. in literis. extrà de testib. quod verum est pro domestico, sed bene valet contra domesticum, de consensu partis aduersæ, vt notatur in. d. l. ij. Valet etiam ad probandam innocentiam patrisfamiliâs, vel ad probandum illa, quia secretè fiunt in domo, vt in l. consensu. §. seruis. C. de repudijs. Valet etiam, si vnus domesticus litiget contra condomesticum suum, quia tunc tertius domesticus potest esse testis, & valet suum testimonium ratione paritatis, vt in l. non solum. §. de vno. ff. de ritu nuptia. Valet etiam in extraiudicialibus, de consensu partium, vt arg. in l. sciendum. iuncta glo. ff. de vsu. Satis tamen est, si paterfamiliâs velit producere familiarem suum, ille potest ferre testimonium, si actu non sit familiaris. Et ideò, si paterfamiliâs vellet talem producere, debet illi dare licētiam, vt in l. iij. §. duæ causæ. ff. ad carbonia. Si tamen iste daret licentiam in fraudem, quod patet quando facto testimonio statim recipit eum, tunc non valeret testimonium, vt in l. j. §. item Nummio. ff. de
5 quæstionibus. & ibi per Bartolum. Ratio autem, † quare nō valet testimonium domesticum, est, propter affectionem, & etiam, quia multi non auderent aliud dicere, quàm secundum voluntatem patrisfamiliâs, vt in l. si postulauerit. §. iubet. ff. ad legem Iuliam, de adulterijs.
6 Et † dicuntur igitur coloni & adscriptitij etiam domestici, licet non morentur in domo, vt C. de his qui ad ecclesias confugiūt. l. fin. §. sanè enim. & l. pridem. C. de quæstionibus. Similiter vxor dicitur domestica, vt suprà de vsu & habita. §. item is. & omnes seruiens dicuntur domestici, vt in. l. respiciendum. ff. de pœnis. & dicit Bal. quòd etiā
7 spōsa est domestica, in l. ij. C. de testibus. ¶ Notandū † finaliter, quòd notanter dicitur hic de filio milite faciente testamentum post missionem, quia si faciat in expeditione, tunc pater bene potest esse testis. l. milites in expeditione. ff. de militari testamento. Sed postquàm iterū est in domo, tunc facit testamentum sicut paganus, vt in titulo proxi.
8 §. j. † Et est paganus omnis ille, qui non est miles. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd pater bene potest esse testis pro filio, per. l. etiam matris ff de proba. & per c. videtur. extrà, qui matrimoniū accusare possunt.
9 Solutio. Verum est, † quòd parentes regulariter nō possunt esse testes

pro filijs, vt dictum est. Sed bene in aliquibus casibus, vt in ætate probanda, & hoc vult dicta.l.etiam matris.in oppositum allegata, vt etiam in matrimonialibus causis, vt de consanguinitate, vel in causa parentelæ. & hoc vult c.videtur.

§. Sed neque hæres scriptus.

1 *Homines contingẽtes se per existentiã in potestate, sunt triplices: quorum nullus potest esse testis in testamento, in quo hæres est institutus.*

3 *Frater, an possit esse testis pro fratre. disting. nu. 3.*

Summatur sic: Reiecto iure antiquo, hodie hæres institutus in aliquo testamento, vel qui in potestate eius est, aut eum in potestate habet, vel fratres existentes in potestate eiusdem cum ipso hærede, non potest esse testis in illo testamento. Hoc dicit, & patet intellectus textus, vsq; ad §. legatarius. ¶ Notandũ † primò, quòd hîc ponuntur triplices homines, qui contingunt se per existentiam in potestate, quorũ nullus potest esse testis in testamento, in quo hæres, quem aliquo istorum modorum contingit, institutus est, quia agitur de eorum lucro & damno, vt ff. quando appellan. sit. l. j. §. in propria. Agitur etiam eorũ proprium negocium, & nemo potest esse testis in facto suo proprio, vt C. de testi. l. omnibus. ¶ Notandum † secundò, quòd frater emancipatus bene potest esse testis pro suo fratre, nõ inuitus, vt charitas obseruetur, sed volens: vt in l. parentes. C. de testibus. & in c. literas. & notatur per glossam in verbo, de fratre. extrà de præsumptio. & ideò notarius in testimonio fratris debet scribere, quòd iste est testis ad hoc rogatus, & volẽs factus est testis. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd frater nullo modo potest esse testis in causa fratris, per legem Corneliam. ff. de iniurijs. Solutio. Duplex est causa, scilicet ciuilis & criminalis. In causa ciuili frater potest esse testis, sicut dictum est. Sed in causa criminali, nullus coniunctus vsq; ad septimum gradum, potest esse testis, vt in l. in oppositum allegata. & in c. licet. extrà de testibus. & in c. postremò. extrà de appella.

(margin numbers at "tus, vsq;", "vt C. de testi.", "rogatus": 1, 2, 3)

§. Legatarius.

1 *Legatarij & fideicommissarij, & eis coniuncti, an possint esse testes in testamento.*

2 *Legatarij & fideicommissarij, an hodie differant.*

3 *Testibus in testamento, an possit aliquid legari. Et an scribentibus.*

4 *Testis põt esse in testamẽto existẽs in eius potestate, qui potest esse testis.*

5 *Fideicommissarius, est duplex.*

6 *Socius, an possit esse testis pro socio. disting. nu. 7.*

1 Legatarij † & fideicommissarij, necnon eis coniuncti, id est, qui in potestate eorum sunt, vel eos in potestate habent, possunt esse testes in testa-

2 in testamento. Hoc dicit, & pater intellectus. ¶ Notandum + primò, quòd olim erat differentia inter legatarium & fideicommissarium, vt infrà, de fideicommissa. hæredita. § . prætereà. Sed modò non est differentia, vt infrà de legatis. § . sed non vsq;. Est autẽ legatarius is, qui recipit legatum. Et fideicommissarius est ille, quando dico, fili ego peto quòd tu des Ioan. sex florenos, tunc ipse est fideicommissarius & singularis. Sed fideicommissarius vniuersalis est, quando ego dico, fili peto, quòd detis Ioan. mediam partem totius hæreditatis, sed rogo, vt de
3 tis tantum pauperibus. ¶ Notandum + secundò, quòd quidam dixerunt istum textum intelligi, quando legatum esset repetitum à succedentibus ab intestato. Et de illa opinione videtur esse Ioan. And. in c. insuper. extrà de testibus. & in c. Raynaldus. extrà de testam. vbi vult quòd legatarius non potest esse testis, nisi in eo casu, quo legata valerent irritato testamento. Sed melius est dicere, quòd legatarius potest esse testis, etiam extra illum casum. quia legatarius non est successor iuris, vt hîc dicitur, sed rei sine aliquo onere, vt ff. manda. l. si hæreditatem. Ex quo patet, quòd testibus in testamento bene potest aliquid legari, vt in l. si quis ita. ff. de rebus dubijs. similiter dictantibus testamentum, vt in l. dictantibus. C. de testamen. & in glo. d. l. si quis ita. Sed scribentibus testamẽtum nihil potest legari, vt in l. ij. C. de his, qui sibi in testam. adscribunt. Et ratio est, quia possent facere fraudem,
4 nisi testator propria manu se subscriberet. ¶ Notãdum + tertiò, quòd quando aliquis potest esse testis, in testamento, tunc ille, qui est in potestate sua, etiam potest esse testis in eodem testamẽto. Et ideò, quia notarius habetur pro teste, filius notarij bene potest esse testis, vt ff. de testamen. l. Domitius. ¶ Opponitur sic contra prædicta, & videtur quòd fideicommissarius nullo modo potest esse testis in testamento,
5 per § . restituta. infrà, de fidecommis. hæredi. Solutio. + Duplex est fideicommissarius, scilicet singularis & vniuersalis. Modò fideicommissarius vniuersalis nõ potest esse testis, quia est loco hæredis, & est successor iuris, vt dicitur in § . allega. in opposi. Sed iste textus loquitur
6 de fideicommissario singulari. ¶ Sed + replicatur, & videtur, quòd etiam fideicommissarius singularis vel legatarius non possit esse testis, quia agitur suum factum proprium, in quo nemo potest esse testis, & etiam agitur de suo lucro & damno, per l. omnibus. C. de testibus. Solutio. Istud est speciale in legatario & fideicõmissario fauore vltimæ volũtatis, quę debet pręualere, quãdo est legitima, vt in l. cũ quæstio. C. de lega. Vel põt dici, quòd istud intelligiť, quando agitur de viribus testamen. inter hęredẽ & inter alium, qui agit cõtra testamentũ, vt tunc legatarius vel fideicõmissarius possit esse testis, vt hîc, aliâs nõ vt in l. cõtraria. Ex quo patet, quòd socius põt esse testis pro socio suo.

Sed

4 ¶ Sed contra hoc opponitur, per l. quoniam. C. de testi. Solutio. † Vel socius est alterius socius in omnibus bonis, & tunc non potest esse testis, vt in l. quoniã. vel est socius in aliqua re tantùm, & in illa etiã non potest esse testis, sed quo ad alias res, in quibus non habet societatem, bene potest esse testis, nõ tamen in criminalibus, vt in c. veniens. extra testi. & in c. fi. extrà de accusa.

§. Nihil autem interest.

1 *Testamentum potest scribi in quacunq; materia. Et idem si pluries scribatur, an scripturæ sint æquè principales. disting. nu. 4.*

2 *Instrumenta plura an possint fieri de uno contractu, æquè principalia.*

3 *Testamenta diuersa an possint contineri in una scriptura.*

1 Testamentum † potest scribi in quacũque materia, & vnum testamentum potest pluries scribi, vt quælibet scriptura sic principalis. Hoc
2 dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd sicut de vno testamento possunt fieri plures scripturæ æquè principales, vt hîc: ita possunt fieri de vno contractu plura instrumenta æquè principalia, vt in glos in l. vnum ff. de testamen. Et hoc est, quod habet quotidiana practica, cùm à notario quis petit instrumentum, vel instrumenta.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd sicut de vno testamento possunt fieri plures scripturæ, vt hîc dicitur, sic in vna scriptura possunt contineri diuersa testamenta, vt in l. plures. ff. de vulga. & pupilla. substi. Et ideò si vir & vxor faciunt testamentũ simul, non est vnum testamentum, sed sunt duo testaméta. Et ergo altero mortuo potest superstes testamentum quo ad partẽ suam adhuc reuocare, vt in l. iij. ff. de adimẽ. & transfe. lega. ¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd plures scripturæ de vno testamento non sunt æquè principales, per glo. hîc quæ allegat §. sed hoc insuper. in Authen. vt sponsal. larg. colla. ix. & per l. j. §. si quis ex duobus. ff. de bonorum possessio. secundum tabu. Solutio.
4 Aut † istæ scripturæ fiunt, vt quælibet habeat subscriptionem & alia necessaria, & vna exemplificatur ex alia, & tunc sunt æquè principales, vt hîc dicitur. Aut vna exemplatur ex alia, & interdum per alium scriptorem. Et tunc prima est principalis, cui plus creditur, & alia dicitur esse copia, & illi non tantum creditur sicut primæ, & sic illæ scripturæ non sunt æquè principales. Et hoc volunt iura in oppositum allegata, vt latius notatur in Authen. si quis in aliquo documẽto. C. de eden.

§. Sed hæc quidem.

1 *Testamentum nuncupatiuum, potest fieri sine scriptura.*

2 *Testamentum an possit stare, sine testibus.*

3 *Notarius debet scribere testes fuisse scriptos.*

Testa-

4 *Testamentum scriptum & nuncupatiuum potest fieri simul.*

1 Testamentum † nuncupatiuum potest fieri sine scriptura, exprimendo voluntaté coram septé testibus. Hoc dicit, & patet intellectus text.
2 ¶ Notandum † primò, quòd in testamento interdũ nullus est testis, vt si miles in expeditione tépore mortis faciat testamentũ suum, vt C. de testa. mil. l. milites. Dicunt tamen aliqui, quòd ibi requirũtur ad minus duo testes, vt ff. de mili. testam. l. Lucius. Interdum autem sufficit vnus testis, vt in testamento Imperatoris, vt C. de testa. l. omnium. Interdũ sufficiunt duo testes, vt quando fit testamentum inter liberos, vt C. de testamen. l. hac consultissima. Interdum tres vel quatuor, vt in l. si non speciali. C. de testamen. Interdum quinque, vt in testamento rustici, vt C. de testamen. l. fin. § . sin autem. Interdum septem, vt suprà eod. § . j. Interdum etiam requiruntur octo, vt notatum est suprà eod. § . j. & in
3 testamento cæci, vt C. eo. l. hac cósultissima. ¶ Notandum † secundò, quòd notarius debet scribere, quòd testes sunt rogati. Si enim hoc nõ esset scriptum, præsumeretur quòd non essent rogati, & hoc esset in diminutionem solennitatis testamenti, vt notat Bar. in l. hæredes palàm. § . in testamen. ff. de testamen. & in Authen. de testibus. § . & licet. in fi. colla. vij. Sed non oportet, quòd notarius sit rogatus, & ideò hoc non est scribendum, etiam præsumitur, quòd rogatus sit, licet non scribatur, vt notat Bart. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. ¶ Notandum fina-
4 liter, † quòd licet testamentũ sit scriptum, potest tamen bene esse nuncupatiuum, si scilicet sit scriptum, non propter substantiam testaméti, sed ad habendum probationes. Et istud testamentum non requirit subscriptiones testium, siue sigilla. Et ista scriptura legitur coram testibus. Ex quo patet, quòd est possibile facere testamentum, scriptum & nuncupatiuum simul.

DE MILITARI TESTAMENTO.

TITVLVS XI.

1 *Miles ut quis sit, sex requiruntur.*
2 *Doctor, an præferatur militi. disting.*
3 *Diuisio huius tituli, in sex partes.*

1 SVprà dictum est, de testamentis in generali: sed quia testamenta militum priuilegiantur: ideò hîc consequenter tractatur de testamento militis. ¶ Notandum † ergo circa rubricam, quòd ad hoc quòd aliquis sit miles, requiruntur sex conditiones, vt ff. ex quibus causis maiores. l. penulti. & in Authenti. de manda. princip. § . finali. collatio. iij. & patent in his versibus:

t In brac

In brachijs ſtigma, iurans, examen, & enſis,
Matricula, faciunt militem, non negotiator.

Nam primò requiritur, quòd miles non ſit negotiator, ſed de nobili progenie, vt C. de re milit. l. neminem. & C. negotiatores ne militent. lib. xij. Secundò requiritur, quòd examinetur, an ſit idoneus ad militiam, vt C. qui milit. non poſſ. l. j. lib. xij. Tertiò, quòd iuret non vitare mortem pro republica, nec fugere à vexillo, vt ff. de mili. teſta. l. penulti. & ff. de his, qui notan. infa. l. ij. §. miles. Quartò, vt cingatur enſe, vt ff. de milita. teſta. l. penult. Quintò, debet recipere aliquam notam, ſeu aliqua ſtigmata in brachijs, in ſignum militiæ, vt C. de fabricen. l. iij. Sextò, debet ſcribi in matricula cum alijs militibus, vt ff. de mili. teſtament. l. ex eo. Et fiunt milites à principe de iure, licet ex conſuetudine
2 vnus miles faciat alium, vt in dicta l. ex eo. notatur. ¶ Notandum † ſecundò, quòd Doctor in actibus, in quibus requirit diſcuſsio iuris, præfertur militi, ſed in exercitijs militaribus præfertur miles, vt notant Docto. in l. j. C. de offi. vica. & facit c. cum ad verũ. xcvj. diſt. Sed in actibus indifferentibus præfertur doctor militi, quia plus conferunt ad rempublicam iura, quàm arma, vt notatur ſuprà in prooemio huius libri. §.
3 imperatoriam. † Diuiditur autem præſens titulus in ſex partes. In prima declaratur priuilegium militis, circa formam teſtamenti. In ſecunda ibi, ſed & teſtari. declaratur priuilegium militis in teſtamento, qui eſt filiusfamiliâs. In tertia ibi, planè. ſoluitur dubium, quod in iſta materia incidere poſſet. In quarta ibi, quinimo. declarantur aliqua circa priuilegiũ militis in teſtamẽto ſuo. In quinta ibi, ſed & ſi quis. declaratur priuilegiũ non militis teſtantis, qui poſteà factus eſt miles. In ſexta ibi, ſciendũ. declaratur priuilegiũ teſtandi, de quaſi caſtrenſi peculio.

§. Supradicta diligens.

1 *Teſtamentum militis exiſtentis in expeditione, ualet: deficientibus etiam teſtamenti ſolennitatibus.*
2 *Milites quadruplex habent priuilegium, circa teſtamentum.*
3 *Milites circa formam teſtamenti, habent octo priuilegia, quæ uide per diſcurſum.*
4 *Miles habet ſex priuilegia, reſpectu perſonæ teſtantis. Et quod ex parte ſubſtantiæ. nume. 5.*
6 *Miles non gaudet priuilegijs militaribus, niſi ſit in campo.*
7 *Paganus poteſt quid relinquere concubinæ ſuæ. Quod nec miles, nec clericus poteſt.*
8 *Milites an poſsint eſſe iudices. diſting.*

1 Summatur ſic: Teſtamentum † militis exiſtentis in expeditione valet, licet ſolennitates ſupradictæ non obſeruentur. Secus ſi non ſit miles in

les in expeditione. Hoc dicit,& patet intellectus textus. ¶ Notandum
2 primò, † quòd quadruplex eſt priuilegium datum militibus in teſta-
mento. Primum,ex parte formæ teſtamenti. Secundum,ex parte per-
ſonæ teſtantis. Tertium , ex parte perſonæ inſtitutæ. Et quartum , ex
parte ſubſtantiæ teſtamenti. Quo ad primum , ſcilicet formam, miles
3 habet octo priuilegia. † Primum,quia in teſtamento militis ſufficiunt
duo teſtes,vel nullus teſtis requiritur,vt dictum eſt ſuprà,titulo proxi-
mo,circa §.finalem. Secus in teſtamento pagani, vt ſuprà titulo proxi
mo. §.j. Secundum,quia non oportet in teſtamento militis, quòd te-
ſtes ſint rogati , vt infrà eod. §.planè. Secus in paganis, vt ſuprà titulo
proximo. in §.fina. notatum eſt. Tertium, quia miles poteſt ſcienter
præterire filium ſuum , vt in l.ſicut. & in l.ſi cum in vtero. C.eod. Sed
ſecus in pagano,vt infrà de exhæreda.liberorum.in princi.& Authen.
ex cauſa.& ibi per Barto. C.de libe.præteri. Quartum,quia teſtamen
tum militis non rumpitur per agnationem ſui hæredis, vtputa filio in-
ſtituto mortuo viuo teſtatore,& nepote præterito ſuperſtite, vt l.qui
iure militari.ff.eod. Secus in pagano,vt in l.Gallus.ff.de libe.& poſt-
hum. Quintum, quia miles poteſt directè hæreditatem dare vel adi-
mere in codicillis, vt l.militis codicillus.ff.eodem. Secus in pagano,vt
infrà de codicil. §.codicillis. Sextum , quia teſtamentum militis, citius
confirmatur,quàm teſtamentum pagani, vt infrà quibus modis teſta-
men.infirman. §.non tamen. & infrà eodem. §.quinimò. Septimum,
quia miles poteſt facere teſtamentum per ſubſtitutionem pupillarem
filio ſuo impuberi , non faciendo teſtamentum ſibijpſi , vt l.miles ita.
ff.eodem.quod non poteſt paganus, vt infrà de pupilla.ſubſtitutio.in
princip. Octauum,miles poteſt decedere cum duobus teſtamen. vt in
l.quærebatur.ff.eodem.quod non poteſt paganus, vt infrà quibus mo
4 dis teſtamen.infirmantur. §.poſteriore. Reſpectu † perſonæ teſtantis
habet miles ſex priuilegia. Primum , quia damnatus de crimine capi-
tali , poteſt de peculio caſtrenſi facere teſtamentum , ſi hoc ſit ſibi in
ſententia reſeruatum , vt notatur infrà eodem. §.quinimò. quod non
poteſt paganus , vt in l.qui à latronibus. §.primo. ff.de teſtamen. Se-
cundum,quia miles de ſtatu dubius poteſt facere teſtamentum, vt l.ex
militari. §.primo. ff.eodem. quod non poteſt paganus , vt l.de ſtatu.
ff.de teſtamen. Tertium,miles ſurdus & mutus poteſt teſtari , vt infrà
eodem. §.quinimò.quod non poteſt paganus, vt l.qui in poteſtate. §.
primo. ff.de teſtamen. Quartum , quia miles filiusfamiliâs poteſt te-
ſtari,vt infrà eod. §.proximo. quod non poteſt paganus,vt infrà titu-
lo proximo.in principio. Quintum , quia miles poteſt directè ſubſti-
tuere extraneum, vt in l.centurio. ff.eodẽ.quod non poteſt paganus,
vt infrà de pupilla.ſubſtitutio. §.fina. Sextò,quia miles poteſt grauare

hæredem vltra dodrantem, vt l. in testamento. C. ad leg. Falcid. quod
non potest paganus, vt infrà ad leg. Falc. §. nouissimè. Ex parte perso-
næ institutæ priuilegiatur testamentum militis, quia sufficit capacitas
personæ institutæ in testamento militis, tempore factionis testamenti,
quanuis posteà non sit capax, vt in l. neque. §. penul. ff. eo. Sed in paga
no requiritur capacitas tribus temporibus, scilicet factionis testamen-
ti, mortis testatoris, & aditionis hæreditatis, vt in l. si alienum. §. j. ff. de
5 hæredi. institu. Ex † parte substantiæ testamenti est tale priuilegium,
quòd miles potest decedere partim testatus, & partim intestatus, vt in
l. miles ita. ff. eo. quod non potest paganus, vt infrà de hæredi. instit. §.
& si vnum. Et de istis notatur per Bart. in l. neque. §. deportati. ff. eod.
6 ¶ Notandum † secundò, quòd miles habet ista priuilegia, quando est
in expeditione, id est, in campo, siue in exercitu, & propter imperitiam,
vt hîc, & C. eo. l. pen. Sed post missionem, quando degit citra expedi-
tionum necessitatem in alijs locis vel suis ædibus, facit testamentum si-
cut paganus, vt hîc dicitur, quia cessante causa cessat effectus. Ex quo
patet, quòd si clericus absens à suo beneficio legitimè monitus à suo
prælato, vt veniat ad residentiam, & infra certum tempus statutum à
prælato iusta causa cessante non veniat, potest talis priuari suo benefi
cio, vt in c. inter quatuor. & in c. fin. extrà de cler. non resid. & notatur
per glos. & Doct. in c. quoniam frequenter. §. porrò. extrà vt lite non
contest. & hoc vult Authen. generaliter. C. de episc. & cler. ¶ Notan-
7 dum † tertiò, quòd paganus potest aliquid relinquere focariæ suę. l. do
nationes in concubinam. ff. de donatio. tamen miles hoc non potest. l.
miles. §. mulier. ff. eo. sic nec clericus potest, vt est glos. in l. miles. ff. de
re iudi. ¶ Opponitur primò contra prædicta, & videtur, quòd incon-
uenienter dicatur hîc, quòd milites habent ista priuilegia propter im-
peritiam, quia milites possunt esse iudices, ergo nō sunt imperiti, patet
8 per l. certi. C. de iudi. Solutio. † Milites possunt esse iudices in actibus
militaribus, & in similibus, qui non requirunt subtilem iuris discussio-
nem: Secus in alijs. Sed iterum opponitur: Si milites haberent ista pri-
uilegia propter imperitiam, tunc etiam mulieres & minores, in quibus
est imperitia, haberent ista priuilegia, propter paritatem rationis. So-
lutio. Imperitia militum non est sola causa, quare habent ista priuile-
gia, sed etiam causa est, quia intendunt vtilitati reipubl. Nam si imperi-
tia esset sola causa, tunc æquè bene haberent ista priuilegia post mis-
sionem, sicut quando sunt in expeditione. ¶ Opponitur finaliter. & vi-
detur, quòd cessante causa, non cessat effectus, per l. j. §. sexum. ff. de
postulan. Solutio. Duplex est causa, quantum ad propositum, scilicet
impulsiua & finalis. Iam quando dicitur, quòd cessante causa cessat ef-
fectus, intelligitur de causa finali intrinseca. Sed lex illa in oppositum
allega

allegata loquitur de causa impulsiua, qua cessante non cessat effectus. Nam Calphurnia fuit causa impulsiua illius legis, tamen cessante causa illa, mansit constitutio legis.

§. Sed testari.

1 *Filiusfamiliâs miles, existens in potestate, iure communi potest testari. & nume. 2.*

3 *Querela inofficiosi contra quæ testamenta non detur.*

4 *Filiusfamiliâs miles, an testamentum facere debeat, secundum communem formam.*

1 Filiusfamiliâs † miles existens in potestate, iure cõmuni potest facere testamentũ. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandũ primò,
2 † quòd istud est priuilegiũ, quo ad personã testatoris. Nam filiusfamiliâs paganus existens in potestate, non potest testamentũ facere regulariter, vt infrà titu. proxi. §. j. facit & l. tam is. §. j. ff. de dona. cau. mor.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd iste filiusfamiliâs miles debet obseruare in testamento suo cõmunem formam, quæ in testamẽtis paganorũ obseruatur. Non tamen datur contra tale testamentũ querela inofficiosi testamẽti, sicut nec contra testamentũ veterani, vt C. eo. l fin. §. in his. Nam cõtra quasi castrense peculium non datur querela, quãdiu est peculium, vt in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testamẽ. Contra etiam castrense peculiũ non datur querela, quando testamentum est in castris factum, secus si domi, vt hîc in glo. notatur. Verũ tamen est, quòd hodie in tali testamento debet relinqui legitima, vt in Authen. vt cùm de appel. cognos. §. sed hoc. colla. viij. facit l. sacrosan
4 cto. C. de epis. & cler. & Authen. ex causa. C. de liber. præte. Et † quod hîc dicitur, quòd filiusfamiliâs miles debet facere testamentũ secundũ cõmunẽ formã, hoc intelligitur, quãdo est domi. Si enim esset in expeditione, tũc non oportet eum seruare cõmunẽ formam, sed faceret testamentũ, vt alius miles, vt ff. eo. l. ex militari. §. j. Potest etiam hodie testari cũ consensu patris in aduentitijs, not. in c. pen. de sepul. lib. vj.

§. Planè.

1 *Priuilegium militis debet sic intelligi, ut constet eum fecisse testamentum.*

2 *Miles in expeditione, potest testari duobus testibus adbibitis. Et quid in conflictu, quomodo probabitur testamentum.*

3 *De priuilegio actus, non est disputandum, antè, quàm constet de actu.*

4 *Verba, quæ nec obligationem, nec actionem inducant.*

5 *Testimonium de auditu proprio, ualet: alieno, non.*

1 Summatur sic: † Testamẽtum militis non valet, nisi constiterit eum testamentũ fecisse. Hoc dicit. Sed intellectus text. est iste, quòd priuilegium cõcessum militibus in testamẽto, debet sic intelligi, vt cõstet eos

testamenta fecisse. Nam si miles iocosè diceret, facio te hæredē meū,
vel relinquo tibi bona mea, non est testamentum. Aliôquin faciliter
reperirentur testes, qui dicerent post mortē militis eum reliquisse illi
2 bona sua, & ita fierent multæ fraudes. Hoc dicit. ¶ Notandū † primò,
quòd testamentū militis potest fieri cū duobus testibus, quando est in
expeditione, vt ff. de milita testam. l. Lucius. Et quādo est in cōflictu,
tunc non requiritur aliquis testis, vt C. de testamen. mili. l. milites. Sed
tunc dubium est, qualiter debet constare de testamento suo. Et ideò
sciēdum, quòd miles tunc potest scribere testamentū suum in clypeo,
vel in vagina, vel in terra, & tunc debet sumi probatio per illas literas,
quas ipse scripsit, vel per testes, qui viderunt eū hoc scribētem, vel qui
audiuerunt eū cōmittentē alteri, vt hoc scriberet, ita notatur per Bar.
3 in l. si à fratre. C. eo. ¶ Notādum † secundò, quòd non est disputan-
dum de priuilegio alicuius actus, nisi primò constet de illo actu, vt hic
patet. Et ideò si statutū sit, quòd instrumenta statim ponantur ad exe-
cutionē, non prius debet fieri executio, donec cōstiterit de validitate
instrumentorū, vt in l. diuus. & ibi notatur per Bar. ff. de milita. testa-
mento. Ex quo etiā videtur sequi, quòd si dubium sit, an aliquis incide-
rit in canonem, si quis suadente, xvij. quæst. iiij. hoc est, si cōmisit actū
propter quem incidisset, primò debet constare de actu, antè, quàm de-
4 beat declarari talis excōmunicatus. ¶ Notādum tertiò, † quòd verba
iocosa non obligant, sicut nec verba causa disciplinæ dicta, vt in l. obli-
gationum substantia. § fi. ff. de actio. & obliga. Sic etiam nec verba
propter amorē vel affectionē dicta, vt si quis dicat, tu eris filius meus,
propter hoc tamē ille non erit hæres, vt l. literæ. ff. de codicil. Similiter
verba ex amicitia dicta, vt dicendo, omnia mea tua sunt, quæ cōmuni-
ter sunt verba curialia, non obligant, vt in ver. & cuius. gl. in l. ij. C. in
quib. cau. colo. censen. lib. xj. vbi dicitur, ego sum tuus, & omnia mea
tua sunt, quibus verbis Italici cōmuniter vtuntur, & fa. c. cùm venisset.
extrà de instit. Et similiter verba iocosa non inducunt actionē, l. si cui
semel. C. de libera. causa. Sic etiam verba recōmendatoria alicuius in
epistola, vt in l. si verò non remunerandi. § cùm quidem. ff. mādat.
5 ¶ Notandum † finaliter, quòd testimonium de auditu proprio, bene
valet, sed non de auditu alieno, vt in l. testium. & ibi notatur in verb.
præsto. C. de testi. Ex alieno tamen auditu potest probari aliquid nō
esse in memoria hominū, vt l. si arbiter. & ibi notatur. ff. de probatio.

§. Quinimo & mutus.

1 *Priuilegium militare, ad quos extendatur.*
2 *Surdus, & mutus quo casu possint testamenta facere. & nu. 7.*
3 *Priuilegium absentis causa Reipublicæ durat anno, quo ad testamenti factionem.*

ctionem.

4 *Missio,quatupliciter fiat.*

5 *Miles,quibus casibus non possit testari.*

6 *Conditio in testamentis,item in contractibus apposita,retro trahitur.*

1 Summatur sic:Mutus vel surdus miles potest facere testamẽtũ. †Et priuilegiũ in testamẽto militũ,quo ad formã testamenti,solùm cõceditur militibus militantibus,& in castris degentibus. Nã post missionẽ veterani vel militãtes, extra castra debent facere testamẽta sua, sicut alij ciues Romani. Et testamentũ in castris factum post missionẽ,durat per annum. Et si infra annũ testator decesserit,& cõditio apposita est in testamẽto,quæ post annum euenit,valet adhuc testamentũ iure militari. Hoc dicit vsque ad §.sed si quis. Et patet intellectus textus.

2 ¶Notandum †primò,quòd licet surdus non possit facere testamentum,si tamen sit miles,potest,vt ff.de milita.testamen.l. iure militari. Similiter mutus siue à casu,siue à natura,miles potest facere testamentum,vt l.discretis. C.qui testa.fac.pos.in fi. & ideò licet priuilegiũ cõcessum militibus,quo ad formã testamenti,solùm seruiat eis, quando sunt in expeditione,priuilegium tamen eis cõcessum, quo ad personã testatoris seruit eis,licet non sint in expeditione,quia filiusfamiliâs,surdus & mutus milites possunt facere testamẽta, quod pagani non possunt,vt hîc,& in l.Titius.ff.eo. Quando ergo glo.hîc in verbo quinimò,dicit,istud est quo ad substantiam testamẽti,melius diceret, quo

3 ad personã testatoris. ¶Notandum †secundò,quòd sicut priuilegiũ militis in testamẽtis, factis in castris,durat per annum: sic etiam priuilegium absentis causa reipublicæ,vt non teneatur recipere munera onerosa,vt est tutela,vt suprà de excusa.tuto.& curato.§.item hi,qui reipublicæ. Et priuilegiũ studẽtis scripti in matricula,durat per quinquẽnium,non intrando scholas,si sit legitimè occupatus,vt vult Bart.in l. penul.ff.eo.& priuilegiũ nundinarũ perditur non vtendo decẽnio, vt ff.de nundi.l.j.facit l.fi.& ibi per Barto.ff.de constitu.princi.& in Authenti. vt non fiant pigno.in princi. collatione quinta. ¶Notandum

4 †tertiò,quòd missio potest fieri dupliciter. Vno modo,finito tempore militiæ, quòd durat xx. annis, & tunc vocatur miles veteranus. Alio modo,quando aliquis infra tempus militiæ, ex necessaria causa reuertitur domum. Et quocunque istorum modorum missio fiat, testamentum in castris factum,durat per annum,si missio sit honesta: sed si ignominiosa,statim definit valere testamentum, vt in l. testa-

5 menta eorum. ff.eo. & in l.ex testamento. C.eo. Si †autem miles damnatus fuerit de crimine capitali,vt de homicidio vel simili, non potest testari,vt ff.de veterano.successione.l.j.in fine. nisi de castren. pecu-

 lio,si

lio, si hoc sibi reseruatum sit in sententia, vt ff. de iniuſ. rup. irri. testa. l. si quis filio exhæredato. §. sed & si quis fuerit capite. Si etiã miles desinit militare, vt quia alienat arma sua, vel ex simili casu, nõ pót testari, de quibus casibus habet. ff. de re milit. l. ij. & iij. Si etiã miles rupit fidẽ,
6 nõ potest testari, vt ff. eo. l. ex milit. ¶ Notandũ † finaliter, quòd conditio apposita in testamentis, retrotrahitur, vt ff. de pericu. & cómo. rei emp. & vendi. l. necessariò. Et ratio est, ne quis decedat pro tempore testatus, & pro tempore intestatus, quia hoc fieri non debet, vt in l. quod dicitur. in prin. ff eo. Similiter in cõtractibus retrotrahitur conditio. vt in l. potior. §. si quando. & in l. qui balneũ. ff. qui potio. in pigno. hab. secus in legatis, vt in l. si vxorem. C. de condictio. incer. licet
7 Bar. aliter videtur dicere in l. si filius. ff. de ver. obl. ¶ Opponitur † sic, & videtur, quòd mutus & surdus à natura nullo modo possunt facere testamenta, per l. licet. C. de testamen. militari. quia non sciunt, quid est testamentũ, sicut nec impubes: qui quanuis miles sit, non potest facere testamentum, vt in illa lege dicitur. Solutio. Dicit hîc Ioan. Fab. quòd surdus & mutus non possunt facere testamentum, nisi habeant intellectum: & appareat per signa, quòd velint testamẽtum facere, nã priuilegium militis non extenditur ad defectus naturales, sed ad ciuiles solùm.

§. Sed & si quis.

1 *Testamentum principiò inualidum, quo pacto pòst cõualidetur. & nu. 2.*

1 Testamentum inualidum non militis, & posteà facti militis, & in expeditione existentis fit validum, si ipse declarat se velle hoc testamentum valere. Similiter testamentum militis factum ante arrogationem vel emancipationem valet, non obstante capitis diminutione, si ipse declarat se velle hoc testamentũ valere. Hoc dicit, & patet intel-
2 lectus tex. ¶ Notandum † quòd testamentum non iure factum à pagano, qui posteà fit miles, & ex in expeditione, fit validum iure militari, si constat ipsum velle hoc esse suum testamẽtum. Et quod plus est, fit validum, quando non constat de cõtraria voluntate, vt in l. in fraudem. §. testamentum. ff. eo. & sic est hic casus, vbi quod ab initio non valuit, ex post facto conualescit: secus autem est in testamẽto pagani, vt infrà, quibus modis testamenta infirmantur. §. alio.

§. Sciendum.

1 *Filiusfamiliâs etiam paganus, existens in potestate patris, potest testari de quasi castrensi peculio. Non de bonis aduentitijs. nu. 2. Limi. nu. 5*
3 *Filius an possit testari de suis libris. disting.*
4 *Fratres an teneantur communiter soluere æs alienum contractum à fratre in studijs.*

Summatur

1 Summatur sic: † Filiusfamiliâs etiam paganus existens in potestate patris,pôt testari de quasi castrensi peculio , secundũ cõmunẽ formã
2 iuris. Hoc dicit,& patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò,quòd licet filiusfamiliâs existens in potestate patris habeat proprietaté in bonis aduentitijs,vt suprà per quas perso.nobis acquiritur. §.j. tamen de illis nõ potest facere testamentũ,vt C.de bonis,quæ libe.l.fi. §.filiusfa.fa.l.qui in potestate.ff.de test. ¶ Notandum † secundò, quòd de li-
3 bris quos habet studens,Bar.in l.j. §.nec castrense.ff. de colla. bono. sic distinguit,aut pater emit nomine filij libros,& tradidit sibi illos iam facto doctori,& tunc illi libri censentur quasi castrensia peculia,& potest filius de illis facere testamentũ,vt in l.castrense.ff.de castren. pec. Aut pater tradidit eos filio tempore quo fuit scholaris, & tunc si ante mortẽ patris factus est doc.tunc isti libri sunt etiã quasi castrensia peculia,quia donatio patris cõfirmata est,vt in l.donationes. §.pater.ff. de donatio. Si verò filius non fuit factus doctor ante mortẽ patris,tũc isti,non sunt quasi castrẽsia peculia,sed tamen filius potest de illis testari,quia donatio per mortem patris confirmata est,nec tenetur cum fratribus istos libros conferre,vt in l.j. C.de castren. peculio.li.xij. & hoc fauore studij.ar.l.qui pater.ff.fami.ercis. Et codẽ fauore tenentur fratres soluere debitũ honestum de cõmuni,tanquã æs alienum,quod frater studens cõtraxit in studio,vt in glo.in l.sed Iulianus. §.quod dicitur.ff.ad Macedonia.in qua gl.etiã dicitur,quòd pater obligatur ad soluendum debitum filij sui,contractum in studio, de isto etiã in d. §. nec castrense.per Bar. ¶ Opponitur contra prædicta,& videtur,quod filius potest facere testamentũ de bonis aduentitijs,per gl.& Bar. in l. qui in potestate.ff.de testa.& per l.j.ibi hoc latius notat Bar. C.de sa-
5 crosan.eccle.Solutio. † Filiusfamiliâs regulariter & de iure ciuili non potest testari de bonis aduẽtitijs:potest tamen ad pias causas, hoc est, pro anima sua,præcipuè de iure canonico,vt pulchrè notatur per Bar. in repeti.sua suprà.l.j. C.de sacrosan.eccle.in oppo.allega.

QVIBVS NON EST PERMISSVM FACERE TESTAMENTVM.

TITVLVS XII.

DIctum est suprà,qualiter debeant fieri testamenta: Hîc consequenter tractatur qui non possunt testamenta facere. Nam cognito illo, cognoscetur etiam qui testamenta facere possunt,ar.l.qui accusare.ff.de accusa. Diuisio autem huius tituli clara est in textu.

§. Non tamen omnibus.

1 *Filiusfamiliâs laicus, in potestate patris, non potest codicillari, etiam de consensu patris. secus in presbytero. nu. 5.*
2 *Filiusfamiliâs donare potest causa mortis, de consensu patris. Et cur non item codicillari.*
3 *Filiusfamiliâs an possit testari de castrensi peculio, uel quasi, etiam sine patris consensu.*
4 *Conualescat ne ex tractu temporis, quod ab initio non ualuit.*

Summatur sic: Testamentum serui vel filij familiâs existentis in patria potestate, etiam de cõsensu patris factum, non valet: & si filius iste posteà factus sui iuris decedat, nõ cõualescit: nisi de castrensi vel quasi
1 castren. peculio. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primùm, quòd filiusfamiliâs laicus existens in potestate patris, sicut non potest testari, vt hîc dicitur, etiã de cõsensu patris, sic nec codicillari, vt
2 l. diui. §. codicillos. ff. de iure codicillo. ¶ Potest † tamẽ filiusfamiliâs donare causa mortis, de consensu patris, vt in l. tam his. §. j. ff. de donatio. causa mortis. Et ratio diuersitatis, est duplex. Prima, quia testamẽtum non potest dependere ex alieno arbitrio, vt ff. de hære. instituen. l. illa institutio. Secũda ratio, quia testamentũ est publici iuris, vt ff. de testamen. l. iij. Et in his, quæ sunt publici iuris, non sufficit cõsensus patris, vt filius illa faciat, vt in l. nam quod. ff. ad Trebellia. Quando ergo filius per se nõ potest facere testamentũ, sequitur quòd etiã nõ potest de consensu patris, vt notatur in l. fœminæ. C. qui testa. facere nõ possunt. Donatio autẽ causa mortis, non est publici iuris, sed potius sapit naturam contractus, vt in l. si socer. ff. de dote prælega. & no. suprà de dona. in prin. Et contractus bene potest dependere ex alieno arbitrio
3 vt in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obli. ¶ Notandum † secũdò, quòd filiusfamiliâs de castrensi vel quasi castrensi peculio etiam sine cõsensu patris potest facere testamentũ ad placitum suum, salua tamen legitima pro liberis suis, si quos habeat. Et si non habeat liberos, debet legitima esse salua pro fratribus & parentibus, aliôquin testamentũ eius subiaceret querelæ, vt C. de inofficio. testamento. l. fi. Et si intestatus decedat, tunc primò succedunt liberi in castrẽ. vel quasi castren. peculio: qui si non existant, tunc olim succedebant fratres exclusis parentibus, vt hîc in versicu. si verò intestati. & C. communia de successionib. Sed hodie parentes succedunt cum fratribus. Authenti. defuncto. C. ad Tertullian. & in Authen. de hæred. quæ ab intesta. §. si igitur de
4 functus. collati. ix. ¶ Notandum † finaliter, quòd illud, quòd ab initio non valet, ex tractu temporis non conualescit, vt infrà titulo proximò. in principio. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd filiusfamiliâs

miliâs poteſt teſtari etiam ſine conſenſu patris, de bonis vndecunque acquiſitis, licet non ſint caſtrenſia vel quaſi caſtrẽſia, per Authen. preſbyteros. C. de epiſcopis & clericis. Solutio. Iſte textus loquitur de fi-
5 liofamiliâs laico. ſed Authen. presbyteros. loquitur de clericis. Et † verum eſt, quòd clerici, præcipuè presbyteri, poſſunt teſtari ſine conſenſu patris. de bonis vndecunque acquiſitis, ſi non obſtat aliud impedimentum. Et ratio eſt, quia omnia bona illorum cenſentur quaſi caſtrenſia, vt in l. ſacroſanc. C. de epiſco. & cle. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd teſtamẽtum filij exiſtentis in poteſtate, & poſteà facti ſui iuris, conualeſcit & valeat, per l. j. §. j. ff. de lega. iij. Solutio. Illa lex loquitur in fideicommiſſo, quod valet, ſi filius maneat in eadem voluntate. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd illud, quod ab initio non valet, ex tractu temporis bene conualeſcit, per l. & ſi contra. C. de nuptijs. Solutio. Ibi non conuaſcit ex tractu temporis, loquitur enim illa lex de matrimonio, quod prius non valet, & poſteà conualeſcit ex nouo conſenſu, & non ex ſolo tractu temporis.

§. Prætereà teſtamentum.

1 *Teſtamentum impuberis, furioſi, prodigi, ſurdi, muti, item cæci, an ualeat. Et de cæco & muto. nu. 12.*
2 *Teſtamentum impuberis, cur non ualeat.*
3 *Impubertas, quando ſoluatur.*
4 *Præſcriptiones, an & quæ ſint odioſæ.*
5 *Vſucapio, an ſit fauorabilis.*
6 *Computatio momenti ad momentum, quando facienda.*
7 *Iudicium, uarijs modis accipitur.*
8 *Furioſus & mente captus, eodem cenſentur iudicio.*
9 *Furioſus non debet puniri, etiam ſi cui noceat.*
10 *Teſtamentum ante furorem conditum, ualet: poſt, nequaquam.*
11 *Prodigus, quis dicatur: & an poſsit facere teſtamentum.*
13 *Mutus, quomodo quis probatur.*
14 *Cæcus, an poſsit teſtari.*
15 *Iuſtinus, pater Iuſtiniani.*

1 Summatur ſic: † Teſtamentum impuberis, vel furioſi nõ valet. nec etiam conualeſcit, ſi impubes poſteà pubes, vel furioſus, poſteà compos mentis fiat, & decedat. Sed teſtamentum furioſi ante furorem factum valet, ſicut alia negotia per eum rectè geſta. Teſtamẽtum verò prodigi cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, per interdictionẽ factum non valet, ſed ante interdictionem factum valet. Surdus verò & mutus non poteſt teſtari, niſi ſecundum cõſtitutionem domini Iuſtiniani. Sed teſtamentum factum antè, quàm quis factus eſt ſurdus

& mutus

& mutus, valet. Cæcus autem non poteſt teſtari, niſi ſecũdum con
tutionem domini Iuſtini, patris Iuſtiniani. Hoc dicit, & patet inta
2 ctus textus. ¶ Notandum † primò, quòd impubes non põt facere te
ſtamentum, propter defectum intellectus, quia illa ætas ignorat qu
quid videt, vt C. de fal. mo. l. j. & nullum eorum animi iudicium eſt
3 hîc in textu dicitur. † Durat autẽ impubertas in maſculo vſq; ad xi
annum, in fœmina vſq; ad xij. vt ff. de teſtam. l. qua ætate. Et ſuffic
attingere vltimum diem, vt habeatur tempus pro completo. Quan
ergo ſufficit attingere vltimum diem, vel neceſſarium eſt compu
de momẽto ad momentũ, ſume ex hac diſtinctione, quia vel ſumus
materia fauorabili. puta in teſtamentis, manumiſsione, vſucapione
ſimilibus: & ſic ſufficit attingere vltimũ diem. ff. de diuor. & temp. pr
ſcripti. l. in vſucapionibus, in princ. Aut ſumus in materia odioſa, vt
præſcriptionibus, quæ introductæ ſunt in odium dominorũ, vt in l.
omnibus. ff. de actio. & oblig. & tunc computatur tempus de mome
to ad momentum, vt eſt decendium poſt ſententiam publicatam &
4 ¶ Quando † autem dicitur, quòd præſcriptiones ſunt odioſæ, intelli
dum eſt de præſcriptionibus xxx. annorum, quia de iure ciuili præſc
ptiones xxx. annorum currunt cum mala fide, ſed non de iure cano
co, iuxta c. vigilanti. & c. fin. de præſcriptionibus. quia in pręſcriptio
5 decem annorum vel xx. idem quod in vſucapione. ¶ Quando † a
ſuprà quibus ex cauſis manumittere nõ lic. dictum eſt in §. ea. l. Ae
Sentia. in primo notabili, circa verbum minoribus, vſucapionem e
odioſam, intelligi debet accipiẽdo eam pro pręſcriptione, ſicut in tex
tu, in princ. de vſucapio. Imperator ea vtitur, quia genere nonnunq
vtimur pro ſpecie. Eſt tamẽ vſucapio, communiter accepta, genus a
præſcriptionem, & ad vſucapionem propriè dictam. Et quia præſcri
ptio habet proprium nomẽ impoſitum, vſucapio, iuxta regulam ph
loſophi primo Topicorum, retinet nomen generis, & ita communit
Doctores dicunt vſucapionem eſſe fauorabilem, quãuis odioſa vid
tur, tanquam contraria iuri gentium, quia eo iure ſolùm acquirun
dominia per traditionem factam à vero domino, vt ſuprà de rerum
uiſio. in §. per traditionem. per vſucapionem verò acquirũtur per t
ditionem à non domino factam, vt ſuprà eo. & ſic iſtud ius ſcriptu
in ſpecie præfertur æquitati ſcriptæ in genere, quæ ęquitas eſt vt nemo
locupletetur cum iactura alterius, vt l. nam natura. ff. de condic. inde
6 biti. ¶ Aut tertiò ſumus † in materia miſta, ſicut eſt reſtitutio mino
rum, & in beneficio de fruendo, & tunc attendemus id, quod indu
fauorem: vnde ſi expedit minori, vt computetur de momento in mo
mentũ, ſic cõputandũ eſt: ſi verò nõ expedit ſibi, ſufficit attingere vl
timum diem, vt ff. de mino. l. iij. §. minoré. Et iſta diſtinctio habet
aliquo

aliquo modo in glo. extrà de electione, cùm in cunctis. super verbo exegerit,& ex glo. infert Ioan. Fa. post Iac. & Pe. quòd si quis promittit soluere sub pœna intra certos dies, fiet computatio de momẽto ad momentũ: secus in computatione mẽsium, de quo notatur C. de temp. appella. l. cùm anterioribus. nam ibi cõputantur nonaginta & tres dies pro tribus mensibus. ¶ Notandum † secundò, quòd iudicium accipitur multis modis. Vno modo pro discretione, vt ff. de iudi. l. cum prætor. § non autẽ. & sic accipitur hîc. Secundo modo, pro sententia, vbi rei vẽdicatę standũ est, vt C. de re iudica. l. j. Tertio, pro instantia causæ, quę durat triẽnio iure ciuili, vt C. de iudi. l. properandum, per totũ. Quarto pro actione, & sic dicitur iudicium familiæ erciscundę, vel cõmuni diuidundo. vt infrà de offi. iudi. §. si familiæ erciscundæ. & §. fi. Quinto, capitur etiam pro vltima voluntate. vt C. de sacrosan. eccle. l. j & suprà de testam. in versi. si quis aũt. ¶ Notandum † tertiò, quòd idem iudicium, est de furioso & mente capto, quia est eadem ratio, per l. à Titio. ff. de verb. obli. Probatur autem furia vno modo, per medicos, qui intersunt curæ ipsius furiosi, vt in l. semel. C. de re milita. libr. xij. & in c. signficasti. extrà de homici. Alio modo probatur, ex actib9 & verbis, quia scilicet iacit lapides, & percutit homines, ita quòd homines ab eo fugiunt, & loquitur verba insaniæ, quæ homo sanæ mentis non loqueretur, vt in glo. in l nec codicillos. C. de codicillis. & in. l. ij. ff. de testament. xvij. q. j. in prin. Et † furiosus nõ debet puniri, licet noceat alicui, imò eitam si patrẽ suum occideret, vt in l. diuus. ff. de offi. præsid. Et ideò furiosus debet custodiri, & si non bene custodiatur, & alicui noceat ex culpa vel negligẽtia eius, qui debet eum custodire, punitur ille, vt notatur in d. l. diuus. Et ex isto colligitur quòd stultum est cum stulto ludere, quia si quenquam læserit, non potest puniri.

10 ¶ Notandum † quartò, quòd testamentum post furorem factum, non valet: quia licet quilibet præsumatur sanæ mentis ex natura, vt in glo. l. nec codicillos. C. de codicillis. si tamen semel fuerit furiosus, semper præsumitur furiosus, nisi contrariũ probetur, vt in c. fin. super verbo, compotem mentis, extrà de successio. ab intestato. Sed testamentum ante furorem factum valet, quia multa impediunt contrahenda, quæ non dirimunt contracta, ad quod solet allegari iste tex. & habetur in l. patre furioso. ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt. Simile est in vsucapione, quãdo superuenit mala fides, vt ff. de vsucapio. l. iusto. §. cum. & notatum est suprà de vsucapionib. in §. diutina. & §. & si possessionis. Simile etiam in acquirẽda possessione, vt in l. si is qui animo. ff. de acquiren. possessio. vbi furiosus non potest desinere animo possidere. ¶ Notandum † quintò, quòd prodigus dicitur ille, qui non seruat modum, neq; finem in expensis, vt ff. de curato. furio. prodi. dando. l.

do.l j.& cui administratio bonorum interdicta est à iudice,non va-
eius testamentum posteà factum, sed ante interdictionem factum:
let, vt hîc dicitur, licet etiam interdictum esset iniustè factum, qu
quanuis hoc est contra ius litigatoris, non tamen est contra senten-
tiam legis, & ita interdictum tenet, vt ff. quæ sententiæ sine appella-
tione rescindi possunt.l.j. in principio.sed si interdictio bonorum
facta à lege, tunc etiam rumpitur testamentum antè factum. vt C.de
21 l.Iuliam maiest.l.fina. ¶ Notandum †sextò, quòd surdus & mutus
simul non põt facere testamentum nisi fuerit miles, vt suprà tit.pro
§.quinimo.& l.discretis. C.qui test.fac.po.Mutus autẽ tantùm, si sciat
scribere,potest facere testamentum, aliâs non, nisi impetrauerit hoc à
principe,vt notatur in l.si mutus.ff.de testa,Surdus autem tantùm, cõ
muniter potest facere testamentum, quia nemo est tam surdus, quin
aliquid audiat, si fortiter clametur super caput suum, vt in l.discretis.
13 C.qui testam.facere possunt. Et† probatur quis mutus, si testis dicat,
quòd vidit eum non posse loqui,sed quæcunq; voluit notificare aliis,
hoc fecit nutibus & signis. Similiter de surdo,quia quicquid notifica-
batur sibi,fiebat per nutus & signa. vt notat per Bar.in l. mutus.ff.de
14 bo.posses.furio. ¶ Notandum† septimò,quòd secundum obseruatio
nem Iustini,cæcus potest facere testamentum cum octo personis,sci-
cet septem testibus & tabellione,vel alio loco tabellonis,si haberi nõ
potest,coram quibus debet declarare voluntatem suam, & omnia de-
bent scribi,vt in l.hac consultissima. C de testamentis. Et intelligitur
istud de priuato vtroq; lumine,vt C.de excusa.tutorũ.l.frater.& pro-
bantur priuationes sensuũ per actus exteriores, vt ff.de tuto. & cura.
15 da.ab his.l.his, qui. § diuus. & not.in gl. ¶ Notandũ † finaliter,quòd
ex isto patet Iustinũ fuisse patrẽ Iustiniani,ita habet etiã suprà de do-
na.in §.est & aliud.

§. *Eius, qui apud hostes.*

1 *Testamentum eius, qui est apud hostes, non ualet. Et cur ita. nu.2.*
3 *Testari qui non possint. & nu.7.*
4 *Excommunicatus, an possit testari.*
5 *Vsurarius publicus, an possit testari. Et quid de bannito.nu.6.*

1 Summatur sic: † Testamentum eius, qui est apud hostes, factũ ibi non valet,nec cõualescit iure postliminij,licet reuertatur:sed testamẽtum quod prius fecit, valet, si reuertatur iure postliminij Et si ibi moriatur,tunc valet,ex l. Cornelia. Hoc dicit,& patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum †primò,quòd ratio quare testamentũ eius,qui est apud hostes,non valet, est,quia est seruus vel quasi seruus hostium, vt suprà de iure personarum. §. serui primo.& ff.de libe. homi. exhiben.l. ij. Et nõ solùm intelligitur istud de captiuis ab hostibus, sed etiam de his,

his, qui sunt obsides, non propter debitum, quia tales possunt facere testamentum: sed de his, qui sunt obsides propter treugam vel pacem. ff. de testa. l. obsides. Et hoc verum est de obsidibus datis populo Romano, vel à populo Romano: nam aliæ ciuitates de iure non possunt dare obsides, quanquam faciant ex consuetudine, vt notatur in l. ij. C. de patri. qui filios distrax. notatur etiam in c. ex rescripto. extrà de iu-
3 reiur. & in c. exposita. in vlti. glo. extrà de arbit. ¶ Notandum † secundò, quòd præter dictas personas, quæ non possunt facere testamentũ, sunt adhuc aliæ, vt religiosus, de quo in authē de mona. §. illud quoq; colla. j & in Authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccle. Clericus etiam existens in sacris, non testatur vndequaq; sicut alius, de quo in Authen. licentiam. C. de episc. & cler. & notant Canonist. in c. si quis sanæ extrà de pecu. clerico. per Innoc. in c. cùm in officijs. extrà de testam. & per Dominicum in c. præsente. de offi. ordi. lib. vj. Damnatus etiã ad mortem, non potest facere testamentum, vt in l. eius qui. §. ij. ff. de testam. Si tamen appellauerit, & posteà testamentum fecerit, & ante finitam appellationem moriatur, valet eius testamentum, vt notatur in l. qui à latronibus. ff. de testa. Dubius etiam de statu suo, non potest facere testamentum, vt l. de statu. ff. de testamẽ. Damnatus etiam de crimine, non potest facere testamentum, vt ff. de testa. l. is, qui. §. fin. seu damnatus de hæresi, vt C. de hæreti. & Manichæis. l. Manicheos. Qui etiã læsit maiestatem principis, non potest facere testamentum, vt C. ad le-
4 gem Iul. maies. l. fi. De † excommunicato dicunt Docto. cõmuniter, quòd publicè excommunicatus non potest facere testamentum: secus si occultè, vt notant Docto. in c. decernimus. de sent. excom lib. vj.
5 Publicus etiam vsurarius, non põt facere testamentum, nisi cum cautione de restituendo vsuras, vt notatur in c. quanquã. de vsu. li. vj. Et ideò dicit Petrus de Ancha. super rubrica, de regu. iuris. lib. vj. quòd quando testamentũ non valet propter impedimentũ testatoris, quod suo proprio facto remoueri non potest, tunc remoto impedimento, non conualescit testamentũ cum tali impedimento factum, vt est testamentum impuberis. Sed quando testamentum non valet propter impedimentum testatoris, quod suo proprio facto remoueri potest, tunc testamentum factum cum tali impedimẽto conualescit, remoto impedimento, vt testamentũ publici vsurarij factum sine cautione li-
6 cet non valet, facta tamen cautione, cõualescit. Bannitus † autem banno imperiali non potest facere testamentũ iure ciuili: sed bannitus ab aliquo particulari loco, non põt facere testamentum, secundum iura illius loci, sed bene põt facere testamentũ, secundum ius cõmune. Ita vult Bart. in quadam quæstione, quę incipit, Statuto Lucanæ ciuitatis, vbi etiã declarat an factio testamenti põt mutari per statuta localia.

7 De † his autem, qui testari non possunt, solent dari versus.

Testari nequeunt impubes, religiosus,
Filius in sacris, morte damnatus, & obses,
Prodigus, ac stultus, dubius, seruus, furiosus,
Crimine damnatus, cum muto surdus, & iste
Qui maiestatem læsit, sic cæcus & ipse.

¶ Opponitur contra prædicta, & videtur, quòd testamẽtum ante factum eius, qui est apud hostes, quãdo reuertitur, valet iure l. Corneliæ. per l.j. & per l. captum. C. de captiuis & post. re. Solutio. Lex Cornelia capitur impropriè ibi, pro iure postliminij, quo fingitur talis semper in ciuitate fuisse, vt suprà, quibus mod. ius patriæ potesta. soluitur. §. si ab hostibus. Sed lege Cornelia fingitur mortuus à principio captiuitatis, licet posteà moriatur in captiuitate, vt ff. de testa. l. lege Cornelia. & l. fi. in prin. & glo. ij. C. ex quib. cau. maiores. Aliud, quando non est aliqua fictio iuris, vt de seruo pœnæ effecto, vt infrà quibus modis testamenta infirmantur. §. non tamen.

DE EXHAEREDATIONE LIBERORVM. TIT. XIII.

1 *Institutio, præteritio, & exhæredatio differunt.*
2 *Exhæredatio quõ modo fiat.*
3 *Parentes liberos exhæredare possunt, quatuordecim causis ingratitudinis, quas uide per discursum, nu. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.*
18 *Filij, quibus de causis possint exhæredare parentes.*
19 *Frater, an teneatur fratrem instituere, uel exhæredare.*
20 *Diuisio huius tituli in septem partes.*

Continuatur sic: Suprà dictum est de his, quæ sunt obseruanda in testamentis, quo ad fidem, & ad probationem testamentorũ: Consequenter dicendum est de his, quæ sunt obseruanda in testamentis, quo ad pietatem, inter quæ est institutio vel exhæredatio legitimi hæredis: & ideò primò tractabit de exhæredatione liberorũ: & ideò etiam
1 iste titulus sic rubricatur. ¶ Notandum † circa rubricam, quòd differunt institutio, exhæredatio & præteritio. De institutione posteà dicetur titu. proxi. Exhæredatio autem, est exclusio vel alienatio ab hæreditate. sed præteritio est, quando quis neq; instituitur neq; exhæreda-
2 tur, vt dicit Azo, & nulla mentio fit de eo. † Ad exhæredationem autem quinq; requiruntur, vt in l. iij. §. ante hæredis. ff. de libe. & posthum. Primum, quòd fiat nominatim, quo ad aliquos. vt statim infrà eo. dicetur. Secundum, quòd fiat purè, nisi filius esset institutus sub conditione

ditione casuali vel mista, & in eius defectum exhæredatus. Tertium, quòd fiat à toto gradu, & non à certa persona. Quartum, quòd fiat à tota hæreditate, non à quota. Quintum, quòd fiat ex iusta & legitima
3 causa. ¶ Sunt autē † quatuordecim causæ ingratitudinis, propter quas parentes possunt liberos exhæredare, quæ habentur in §. causas. in Authen. vt cùm de appel. cognosc. & glo. in Authen. non licet. C. de libe.
4 præter. † Prima est, si inijciant manus violentas in ipsos parentes: quod tamē debet intelligi secundū Bart. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. nisi vim vi repellant, quia tunc nō essent iusta causa exhæredationis. facit c. de
5 forma. xxij. q. v. † Secunda, si inferant parētibus grauem iniuriam ver
6 balem. † Tertia, si accusant eos de crimine, nisi fuerit cōmissum in principem, vel in rempublicam. Si verò eos occultè denuntiauerint, non est iusta causa exhæredationis, quia ad hoc tenentur. ij. q. j. c. si pecca-
7 uerit. † Quarta, si insidiati sunt vitæ parentum, per venenum vel simili
8 modo. † Quinta, si ad delationem eorum parentes passi sunt graue
9 damnum in bonis suis. † Sexta, si parentes furiosos non custodierint.
10 † Septima, si maleficis se sociant. Octaua, † si vxorem patris, hoc est,
11 nouercam vel concubinam patris filius cognoscat, propter quod Ruben à patre suo Iacob, priuatus fuit iure primogenituræ. Nam pater ei dixit, effusus es sicut aqua, & non crescas, eò quòd ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius, Genes. xlix. Nam Ruben dormiuit
12 cum Bala vxore patris sui, ibidem xxxv. † Nona causa, quia non fideiusserunt pro parentibus, sed hoc non extenditur ad filias, quæ nō pos-
13 sunt fideiubere. ff. ad Velleia. l. j. † Decima, quia non liberauerunt parentes à captiuitate, vel ab hostibus, propter quam causam licet pater filios non exhæredet, sunt tamē exhæredati ex ipsa lege, vt in dicto §.
14 causas. † Vndecima, si prohibeant parentes testamētum facere, & hoc debet intelligi de facto, vt prohibitio sortiatur effectum, vt notant do
15 cto. in l. testamēti. C. de inoff. testa. Duodecima, † si misceant se liberi arenæ, id est, inter arenarios & mimos perseuerauerint: & hoc debet intelligi, nisi parentes essent eiusdem professionis. de quibus in l. in are
16 nam. C. de inoffi. testa. Decimatertia, † si liberi sint hæretici. Decimaquarta, si filia luxurietur: & hoc debet intelligi, nisi hoc fecerit post xxv. annum, & stetit per patrem, quo missus fuit tradita nuptui. Quia si fuerit luxuriata post xxv. annum, & non fuit per patrem tradita nuptui, cùm hoc facere potuit, & tenebatur, non esset iusta causa exhæredationis, vt notant Docto. in l. cum te. C. de inoff. testa. Authen. sed si post eo. Sed ita non est in filio, quia luxuria filij non sic dehonestat, sicut filiæ, quamuis non sit minus peccatum, sed fortè maius. Nec excusatur filia si pater est inhonestus, nisi daret causam turpitudinis, secūdum Pau. de Cas. in Authen. sed si post eo. sed inhonestas matris facit quòd

 filia

filia non poteſt exhæredari à matre, niſi mater ſe emendauerit. Itat tant Docto. in l. ſi filiam. C. de inoffi. teſtamen. & Bart. in l. in arena C. eodem. Et propter iſtas cauſas nõ ſolùm exhæredantur filij à pa carnali, ſed merentur etiam exhæredari à patre cœleſti. Et haben iſtæ cauſæ in gloſ. in c. quintauallis. extrà de iureiurand. ſuper ver

17 exhæredaret, † & patent in his verſibus:

Bis ſeptem cauſis filius poteſt exhæredari,
Parentes feriat, uel uerbum ſi malè dicat,
Crimine cuſet eos, ueneno ſi potat illos,
Detulit in eos, furioſos negligit ipſos,
Malis ſe ſociat, patris lectúmue defœdat,
Non fideiuſsit pro patre, nec ab hoſte redemit,
Teſtari prohibet patrem, ſi miſcet arenæ,
Non orthodoxus, uel filia luxurietur.

18 ¶ Sunt † etiam octo cauſæ, propter quas filij poſſunt exhæredare rentes ſuos, qui habentur in § . ſed hoc quidem. in Authenti. vt cùm appellatio. cognoſc. collatio. viij. Prima, ſi parentes criminaliter acc ſant filios. Secunda, ſi inſidientur vitæ eorum, veneno vel ſimili do. Tertia, ſi pater immiſcuit ſe vxori filij ſui, vel concubinæ. Qu ta, ſi parentes prohibeant eos teſtamentum facere. Quinta, ſi ſi rioſos non cuſtodiant. Sexta, ſi à captiuitate hoſtium non libere Septima, ſi pater inſidiatur vitæ matris filij, tunc ipſe poteſt exhæ dari à filio: vel ſi mater inſidiatur vitæ patris, tunc ipſa poteſt exhæ

19 dari. Octaua, ſi pater ſit hæreticus. Frater † tamen indiſtinctè pot præterire fratrem, niſi inſtituat turpem perſonam, quia in hoc caſu te netur frater fratrem inſtituere, vel exhæredare. Et ſunt ad hoc tr cauſæ, quæ habentur in l. fratris. C. de inoffic. teſtamen. & in Authen ti. de nupt. in § . conſiderandum. collatio. iiij. Prima eſt, ſi frater pro rauit mortem fratris. Secunda, ſi induxit criminalem accuſation contra fratrem. Tertia, ſi fecit graue damnum in bonis fratris, hoc fecit iacturam patrimonij, tunc enim hæreditas non debetur fra li, quanuis turpis perſona ſit inſtituta, ſed vadit ad alias perſonas tres ſeu proximiores, venientes ab inteſtato. Et in omnibus iſtis ca intelligendum eſt, quòd iſtæ ſunt iuſtæ cauſæ, quibus quis exhæreda tur inuitus, quia ſine iſtis cauſis poteſt quiſque volens exhæredari. de ſi filius meus non velit eſſe hæres, ſufficit pro cauſa, quòd dicam teſtamento meo, filius meus exhæres eſto, quia noluit eſſe hæres. in l. illud. vel ſi quando. § . & generaliter. C. de inofficio. teſtamen. ibi notatur in gloſ. in verbo, iudicium. Et propter iſtas cauſas ingra tudinis, tam in parentes quàm in filios, & fratres, &c. & alijs pluri cauſis

causis cessat querela inofficiosi testamen. not.glos.in l.parentibus. C. de inofficio.testamen. & glos.in l.cùm donationibus. C.de inofficio. testamen. Non tamen propter istas causas repelluntur à successionibus ab intesta. Bartol.in l.fratres. C.de inofficio.testamen.

20 ¶ Diuiditur † autem iste titulus in septem partes : In prima tractatur, qualiter filius debet institui vel exhæredari. In secunda ibi,posthumi. qualiter posthumi debent institui vel exhæredari. In tertia ibi,posthumorum.qualiter nepos ex filio viuo debet institui vel exhæredari. In quarta ibi,emancipatos. qualiter emancipati debent institui vel exhæredari. In quinta ibi,adoptiui. qualiter adoptiui. In sexta ibi ,sed si in expeditione. qualiter miles debet liberos suos instituere vel exhæredare. In septima ibi,mater. qualiter mater vel ascendentes in linea materna,debent liberos instituere vel exhæredare.

§. Non tamen.

1 *Testamentum patris,habentis filiũ in potestate,non ualet.nisi eum instituat,aut nominatim exhæredet.Limit.num. 7. 8.Quid de filia.num.3.*

2 *Exhæredare nominatim,quid.& nume. 4.*

5 *Pater si faciat codicillos ,sufficit filio relinquere legitimam quocunque titulo:sed in testamento,oportet relinquere iure institutionis.*

6 *Legitima,quæ olim:& quæ hodie.*

1 Summatur sic:† Testamentum patris habentis filium in potestate, non valet,nisi eum hæredem instituat,vel nominatim exhæredet : secus de filia,& de descendentibus post filium per virilem sexum liberis vtriusq; sexus, quia eorum præteritio non inualidat testamentum patris,sed habét certam portionem. Nec oportet istas personas nomina-
2 tim exhæredari,sed sufficit eas exhæredari inter cæteros. † Nomĩatim autem exhæredare est, cùm expressione proprij nominis , vel alicuius æquiualẽtis proprio nomini,aliquẽ exhæredare. Hoc dicit. ¶ Notan-
3 dum † primò,pro intellectu text.quòd ab vna parte ponẽdus est filius, ab alia parte ponenda est filia, cum descẽdentibus masculis & fœminis ex filia,& inter istos ponunĩ hîc duæ differẽtiæ in text.Prima tangitur ibi,sed nõ ita.& est quòd si filius nõ instituaĩ vel exhæredeĩ nominatim,testamentũ patris est nullũ:sed hoc nõ est de filia,& prædictis descẽdẽtibus,sed daĩ eis iure accrescendi certa portio, quæ est medietas eius,qđ ab intestato essent habituri,vt C.de lib.pręte.l.maximũ vitiũ. §.nã cùm vltimũ. Alia differẽtia tangiĩ hîc in tex.ibi,sed nec nominatim,& est quòd filius nõ potest exhæredari, nisi nomĩatim:sed filia cũ prædictis descẽdentib⁹ pôt exhæredari inter cęteros.Sed ista differẽtia hodie sublata est,vt infrà eo.in versi sed nostra. & C.de libe.præte.l.
4 maximũ vitiũ. Et † noĩatim exhęredare,est cũ expressione ꝓprij noĩs

 vel al

vel alterius locutionis æquiualentis cum proprio nomine, aliquem ex
hæredare, ita vt non ſit dubitatio, vt ff.de liber. & poſthu.l.j. Sed int
cæteros, exhæredare, eſt miſtim vnius gradus, cum alijs alterius gra
dus aliquos exhæredare, vt ſic dicendo, Titium filium meum inſtitu
& cæteros liberos meos exhæredo, nam ibi miſcentur filij cum nepo
tibus & pronepotibus, qui omnes appellatione liberorũ intelliguntu
5 ff.de liber. & poſthu.l.ij. ¶ Notandum † ſecundò, quòd ſi pater facia
codicillos, ſufficit filio relinquere legitimam quocunq; titulo: ſed ſi fa
ciat teſtamentum, tunc debet eam relinquere iure inſtitutionis, vt i
Authen. vt cùm de appel. cognoſ. §. aliud. collat. viij. Et ratio eſt, qu
titulus inſtitutionis eſt honorabilior, vt in l. filium. §. ſi portio. ff. de
gan. præſtan. Eſt etiam vtilior, propter ius accreſcendi, vt C. de cadu
tollen. l. vnica. §. in his itaq;. Sufficit tamen dicere, lego filio meo hæ
iure inſtitutionis, vt ſit titulus inſtitutionis, vt l. ſi habitatio. §. j. ff. de
6 vſu & hab. Et fuit † olim legitima, quarta pars bonorũ, vt C. de inof
teſta. l. cùm quæritur. Sed hodie eſt triens, id eſt, tertia, vel ſemis, id e
media, vt C. de inoffic. teſta. Authent. nouiſsimè. Si enim ſunt quatu
filij vel pauciores, legitima eſt tertia. Sed ſi ſunt quinque vel plures, le
gitima eſt ſemis, id eſt, medietas, vnde ſolent dici iſti verſus:

Quatuor uel intra dant natis iura trientem,
Semiſſem reddunt, extant ſi quinque uel ultra,
Arbitrium reliqua ſequitur ſubſtantia patris.

Si tamen pater filio aliquid relinquat minus, quàm legitimam, teſta
mentum non eſt propterea inualidum, ſed agitur ad ſupplementum, v
7 in l. omni modo. in princ. C. de inoffic. teſta. ¶ Notandum † finalite
quòd quando dicitur, quòd ſi pater prætereat filiũ quem habet in po
teſtate, tunc teſtamentum eſt nullum, etiamſi moriatur filius viuo pa
tre, hoc ſic debet intelligi, ſi extraneus eſt inſtitutus, nam ſi ille inſtit
tus eſt, qui poſt filium ab inteſtato ſuccederet, tunc licet teſtamen
non valeat iure ciuili, ex æquitate tamen prætoria valet, vt in l. po
mus. §. idem & circa. ff. de iniuſ. rup. irri. teſta. & ibi per Bartol. C
quidem dictum Ange. dicit eſſe verũ, duobus concurrentibus. Vnu
quòd non præceſsit aliud teſtamentum ſolenne de iure ciuili, & præ
rio validum, vt l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de liber. & poſthu. Secu
dum, quòd filius ſit mortuus viuo inſtituto, vt in l. Gallus. §. nunc de
8 lege. ff. de libe. & poſth. ¶ Opponitur † primò contra prædicta, & v
detur, quòd præteritio filij exiſtentis in poteſtate patris, non facit teſta
mentum patris inualidum, per l. filio præterito. ff. de iniuſto, rup. irr
teſta. Solutio. Aut filius iſte mortuo patre viuit, aut etiam mortu
eſt. Si viuat & infra annum non petat declarari teſtamentum nullu
tunc

tunc licet testamentum non valeat iure ciuili, tamen conualescit iure prætorio,& hoc vult illa l. filio.& est ius singulare. Sed si sit mortuus ante finem anni post mortẽ patris, tunc nullo modo conualescit testamentũ,quia hoc nullibi exprimitur,& ius singulare nõ est extẽdendũ, vt in l.ius sing.ff.de legi. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd saltẽ mortuo filio testamentũ patris debet valere, in quo filius est præteritus,per simile,quia quãdo posthumus præteritus moritur, valet testamentũ,vt infrà eo.proxi. §. Solutio. Aliud est in præteritione filij iam nati & posthumi, quia præteritione filij testamentum est nullum: sed per præteritionem posthumi testamentum non est nullum, licet rumpatur per agnationem posthumi. Cùm ergo testamentum,in quo præteritus est posthumus, ab initio fuit validum, & agnatione ruptum, mortuo posthumo conualescit. arg.l.qui vas.§.si ergo. ff.de furtis.& l.cùm principale.ff.de regu.iuris.

§. Posthumi.

1 *Posthumi tam filij, quàm alij descendentes ex liberis masculi & fœminæ, debent institui uel exhæredari: nec eorum præteritione inualidatur testamentum. Limit. nume. 2.*

3 *Posthumus, non potest hodie exhæredari.*

4 *Posthumus, quis dicatur. Et quotuplex. nume. 5.*

6 *Testamentum, in quo filius iam natus, est præteritus, & testamentum, in quo posthumus est præteritus, differunt.*

7 *Testamentum an rumpatur, si mulier pariat abortum. Et quid si exsecetur aluus. Et quid si monstrum pariat.*

1 Posthumi,†tam filij,quàm alij descendẽtes ex liberis masculi & fœminæ,debẽt institui vel exhæredari, & præteritio eorũ non inualidat testamẽtum,sed agnatione eorũ rũpitur, & posthumi fœminini sexus possunt exhęredari nominatim,vel inter cæteros. Quando tamẽ inter cæteros exhæredanẽ,tunc debet eis aliquid legari, ne per obliuionẽ videantur præteritæ. Sed masculi debẽt nominatim exhæredari. Hoc di-
2 cit,& patet intellectus tex. ¶ Notandũ†primò,quòd hoc quod hîc dicitur,masculi posthumi debẽt nominatim exhæredari, & fœminæ possunt nominatim vel inter cęteros exhæredari,correctũ est,quia hodie nõ est differẽtia sexus,quo ad hoc,vt C.de lib.præte.l.maximũ. Et qñ posthumus instituiẽ hoc modo,instituo posthumũ meũ,intelliguntur oẽs posthumi siue ex pręsenti,siue ex futuro matrimonio nasciturі instituti,quia institutio est fauorabilis,vt ff.de lib.& posth.l.placet.secus in exhæredatione,quæ est odiosa. Nã si posthumus exhæredeẽ,intelligiẽ solùm exhæredatus ex pręsenti matrimonio primò nasciturus,vt
3 in l.posthumi per virilẽ. §.nomiatim.ff.de iniuſ.rup. irri.test. †Hodie

tamen posthumus non potest exhæredari, quia causa exhæredatio- est ingratitudo, vt in Authē. vt cū de appellatio. cognosci. §. causas posthumus non potest cōmittere ingratitudinē, vt in l. si quis. §. lege
4 C. de inof. testa. ¶ Notandum † secundò, quòd posthumus est aliq vel aliqua, qui vel quæ nascitur postquā pater datus est humo. Vn

Posthumus, est natus post exequias genitoris.

Impropriè verò dicitur posthumus, quilibet genitus post testamen
5 patris, secundū Azonem. C. eod. Et sic † est duplex posthumus, vn qui nascitur post mortē patris, alius qui nascitur postquā pater in æg tudinis lectò testamentū cōdidit. Et de illo dicimus si pater cond stamentum, & non facit mentionē de posthumo, qui adhuc est in ve ro, & posteà cōualescit, & penes se testamentum seruat, & posthum nascitur, sed tractu tēporis moritur ante patrē, tunc testamentū pr factum, est validū, sed si posthumus superuixerit, tenetur pater testam
6 tum mutare, & ipsum in testamēto ponere. ¶ Notandū † tertiò, qu differentia est inter testamentum, in quo filius iam natus est præte tus, & in quo posthumus est præteritus, quia primū est nullum, & se dum valet. Et ideò legata in primo testamento subsistunt, per Auth ex causa. C. de lib. præte. vel exhære. quia non dependent à testamē sed legata in secundo testamento non subsistunt, rupto testamēto p agnationē posthumi, quia dependent ex testamento, vt in Authen
7 cùm de appellatio. cognosci. §. si igitur. col. viij. ¶ Notādum † fina ter, quòd si mulier pariat abortū, valet testamentū, quia nō est anim uiuum, vt l. qui mortui. ff. de verb. signi. & l. j. C. de posthu. hæred. in si partus exsecto ventre est editus, rumpitur testametum, si h beat sp ritum vitalē, vt l. quod dicitur. ff. de lib. & posthu. si tamen talis fi non implet conditionē positam in testamento, si peperit: quia non d citur mulier peperisse, quādo filius exsectus est, vel extractus ex ve vt est tex. in l. anniculus amittitur. ff. de verbo. signi. vbi dicitur, qu falsè peperisse dicitur, cui mortuæ extractus est filius. Sed si nasca monstrum, non rumpitur testamentum, vt in l. non sunt liberi. ff. statu homi. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd quando posthumus hæredatur, tunc omnes posthumi exhæredantur, per l. iij. §. penul. de iniust. rup. & irri. testa. Solutio. Ibi exhæredatio fiebat per vniue lem terminū, vt dicendo, omnes posthumos meos exhæredo, vel qu libet posthumum exhæredo.

§. Posthumorum autem loco.

1 *Pater compellitur etiam instituere nepotem uel neptem ex filio. Et qualit fiat illa institutio.*

2 *Nepos uel neptis, differt à uero posthumo.*

Legis

3 *Legis Velleiæ consilium, circa institutionem nepotum uel neptum, an habeat locum in testamentis mulierum.*
4 *Testamentum an possit inualidari per agnationem sui hæredis. disting.*

Summatur: Præteritio nepotis vel neptis ex filio existente in patria potestate, inualidat testamētum aui paterni, si testatore viuo idē filius moriatur, vel exeat potestatem eius, quasi agnatione sui hæredis, ad similitudinem agnationis posthumi. Hoc dicit, & patet intellectus tex.

1 ¶ Notandum † primò, quòd pater cōpellitur non solùm instituere filium suū quem habet in potestate, sed etiam nepotem vel neptem ex filio, non præcisè, sed casualiter. Primū patet, quia instituto filio, valet testamentū, vt suprà eo. §. j. & filius habet primum locum succedendi. Secundū patet, quia in casu quo filius eius eo viuo moreretur, vel exiret potestatē eius, tunc nepos quasi agnasceret, id est subtus vel posteà nasceretur, sicut posthumus verus, vel agnasceretur id est, incipit agnatus esse, quo ad ius succedendi, id est, agnasceretur suus hæres, sicut exponit glo. Et sic in illo casu oporteret nepotem instituere vel nominatim exhæredare, aliâs testamentum patris annullaretur. Et propter hoc inuentum fuit consilium legis Velleiæ, vt quando pater vellet testari, diceret sic in testamento: Instituo filium meum hæredem, & si filius meus in vita mea moriatur, vel exeat potestatem meā, tunc substituo ei nepotem meum, vel neptem ex eo. De quo habetur in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. ff. de libe. & posthu. Consilium aūt Galli, fuit de institutione nepotum posthumorū, vt testator sic diceret: Instituo filium meum iam natum hæredem, & si contingat eum mori, me viuo, tunc si quis mihi nepos ex eo natus fuerit intra decem mēses, post mortem filij mei, illum substituo, vt dicta l. Gallus. primo responso.

2 ¶ Notandū † secundò, quòd iste nepos vel neptis, dicitur quasi posthumus, & differt à vero posthumo, quia iste non rumpit testamentū post mortem testatoris, vt verbi gratia: Si pater instituit filium nepote præterito, tunc si pater moriatur ante filium, firmum est testamentū, quāuis filius posteà statim moriatur, & nepos veniat in locum eius: Secus est in vero posthumo, quia ille rumpit testamentum, etiam post mortem testatoris, vt ff. de iniusto, rup. irri. testamen. l. si quis filio. ¶ No-
3 tandum † finaliter, quòd consilium legis Velleiæ est etiam seruādū in testamentis mulierum: differenter tamen, quia si non seruetur in testamentis paternis, testamentum fit nullum: sed in testamentis fœminarum, licet non seruetur, non facit testamentum nullum, sed datur querela inofficiosi. Et ratio est, quia præteritio matris habetur pro exhæredatione, vt infrà eod. §. mater. & C. de inofficio. testamen. l. iij.

¶ Opponitur sic, & videtur, quòd testamentum non potest inualidari

 dari

dari per quasi agnationem sui hæredis, vt hîc dicitur, quia factum legitimè per superuenientē causam nō irritatur, vt l. patre furioso. ff. de his qui sui vel alien. iuris sunt. Solutio. Duplex est actus, quidam cuius confirmatio non dependet à futuro, & de illo procedit argu. Alius est, cuius confirmatio dependet à futuro, vt testamentum, cuius confirmatio dependet à morte testatoris, vt in c. cū Marthæ. extrà de celebra. mis. & talis actus bene irritatur per superuenientem causam.

§. Emancipatos.

1 *Liberorum emancipatorum præteritio, iure ciuili non inualidat testamentum. Et quid ita. nu. 3. Et an nihilominus possit impugnari. nu. 4.*

2 *Emancipationis & patriæ potestatis, differentia hodiè sublata est.*

1 Præteritio † liberorum emancipatorum iure ciuili non inualidat testamentū, quia non sunt sui hæredes: Sed iure prętorio datur eis bonorum possessio, contra tabu. testamenti, si non instituātur hæredes, vel exhæredētur masculi nominatim, & fœminæ inter cæteros. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò, quòd emancipati iure ciuili non fuerunt cognati: sed hodie differentia emācipationis & patriæ potestatis sublata est, vt infrà de hæredi. quæ ab intesta. deferun. §. emancipati. ¶ Notandū

3 † secundò, quòd ratio quare præteritio emancipatorū liberorum iure ciuili nō inualidat testamentū, ponitur hîc in tex. scilicet quia nō sunt sui hæredes. Sed glo. hîc super verbo hæredes. dicit, quòd ista ratio nō est bona, nisi suppleatur, quia scilicet desierūt esse sui hæredes, quia pater respectu filij sui non est suus hæres, & tamen filius tenetur patrem instituere, vel exhæredare. Sed quicquid dicat gl. ratio tex. simpliciter est bona, quia ad validitatem non requiritur quòd aliquis instituatur: sed solùm requiritur hoc, si sit suus hæres. Et præsupponit glossa quòd si filius non instituat patrem vel exhæredet, testamentum filij

4 esset nullum, quod non est verum, secundum Ioannem Fabri. † quia testamentum filij in hoc casu subsistit, sed potest impugnari per contratabu. vt in l. j. ff. si quis à paren. sit manumissus, vel per querelam inofficiosi, vt vult Bar. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd nō sufficit exhæredatio ad hoc quòd emancipatis nō detur bono. posses. cōtratabu. iure prætorio, per l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bono. posses. contratabu. Solutio. Sufficit exhæredatio, quando est ritè facta, sed in illa l. non fuit ritè facta. & ergo ea nō obstante, datur bono. possessio contratabu. quæ etiam datur institutis, si alius committat eis hoc edictum, vt ff. de bonorum posses. contratabu. l. iij. §. planè.

§. Adoptiui liberi.

1 *Præteritio liberorum adoptiuorum existentium in potestate adoptantis, an inua*

an inualidat teſtamentum ipſius adoptantis.

2 *Liberi emãcipati de iure ciuili, quo ad ſucceſsionem, hodie ſunt cogniti: olim, incogniti.*

3 *Adoptiui filij, an & qualiter ſint inſtituendi uel exhæredandi. diſting.*

4 *Filius adoptiuus, quando ſit in numero extranearum perſonarum.*

5 *Ius unum ciuile, tollitur per aliud.*

1 Summatur ſic: † Præteritio liberorũ adoptiuorũ exiſtentiũ in poteſtate adoptantis, inualidat teſtamẽtũ ipſius adoptãtis, ſicut præteritio filiorũ naturaliũ & legitimorũ: ſed nõ inualidat teſtamẽtũ patris naturalis, ſi fuerint præteriti, qñ ſunt in poteſtate adoptantis. Sed ſi fuerint emãcipati à patre adoptiuo, tunc iure ciuili & prætorio, põt pater adoptiuus eos preterire: ſed nõ pater naturalis, ſaltẽ iure pretorio. Hoc

2 dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd liberi emãcipati de iure ciuili, quo ad ſucceſsionẽ erant incogniti, hodie tamen ſunt cogniti, quia hodie ſublata eſt differẽtia patriæ poteſtatis & emã

3 cipationis, vt infrà dicetur in §. ſequenti. ¶ Notandum † ſecundò, qualiter filij adoptiui inſtituendi ſunt vel exhæredandi, & conclude ſic, ſecundum l. cùm in adoptiuis. C. de adoptionibus. Vel adoptiuus eſt in poteſtate patris adoptantis, ſicut quando adoptatur ab auo materno vel paterno, qui non habuit eum in poteſtate, vt dictum eſt ſuprà de adoptioni. in §. ſed hodie. & tunc filius adoptiuus ſe habet ad patrem adoptantẽ, ac ſi eſſet filius ſuus naturalis & legitimus, id eſt, pater tenetur eum inſtituere vel exhæredare, aliâs filius rumpit teſtamentũ patris adoptiui, & tunc talis adoptatus habet ſe ad patrem naturalẽ, ſicut extraneus, id eſt, non curatur de inſtitutione vel exhæredatione patris naturalis. Quandoq; filius talis adoptiuus eſt emancipatus à patre adoptante, & tunc iure ciuili, & prætorio, poteſt eum præterire, & recuperat iura patris naturalis, & non vocatur ad ſucceſsionem patris adoptiui, vnde tunc nõ eſt inſtituendus, vel exhæredandus à patre adoptiuo. Quandoq; verò filius adoptiuus non tranſit in poteſtatem adoptãtis patris, puta quando adoptatur ab extraneo, & tunc pater naturalis tenetur eum inſtituere vel exhæredare, & pater adoptiuus non tenetur: & tamen ab inteſtato ſuccederet patri adoptiuo ſolũ, & nõ alijs agnatis vel cognatis patris adoptantis. De iſto latius in §. ſed hodie. ſuprà de adopti. & in §. ſed hi. infrà de hæredi. quæ ab inteſta. defe. Arrogatus autẽ filius retinet omnia iura, in bonis patris arrogantis, ſicut ſuus hæres, de quo per Bart. in l. ſi arrogator. ff. de adopt. & in dicta l. cum

4 in adoptiuis. ¶ Notandum † tertiò, quòd filius adoptiuus quandiu eſt in poteſtate patris adoptantis, eſt de numero extranearũ perſonarum, quo ad patrem naturalẽ, ff. de contratab. l. j. §. ſui iuris. ¶ Notandum

V 5 quartò,

5 † quartò, quòd ex isto tex. patet, quòd vnũ ius ciuile tollitur per aliud: nam filiatio adoptiua, est de iure ciuili, quæ tollitur per emãcipationẽ vt hîc habetur, quæ emancipatio etiã est de iure ciuili. Simile dictum est suprà de legiti. agna. tute. §. sed agnationis. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd liberi adoptiui emancipati, licet non sunt instituendi vel exhæredandi iure ciuili, hoc tamen videtur faciendum iure prætorio per §. proxi. suprà eod. Solutio. Non est simile de emancipatis à patre naturali, de quibus est §. in opposito allegatus: & à patre adoptiuo, de quibus loquitur iste tex. quia primi licet sint emancipati, adhuc tamen manent filij, vt infrà de hæredita. quæ ab intesta. defe. §. minus. sed secundi post emancipationem non manent filij.

§. Sed hæc quidem.

1 *Liberi, debent aut institui, aut nominatim exhæredari. Et nu. 8. & 9.*
2 *Iuris media prudentia.*
3 *Masculorum & fœminarum differentia, quibus de causis hodie sublata nu. 4. 5. & 6.*
7 *Descendentes per uirilem sexum, possunt hodie exhæredari.*

1 Summatur sic: † Prædictis differentijs inter masculos & fœminas, & inter suos emancipatos, & inter iam natos & posthumos sublatis, hodie omnes similiter debent institui hæredes, vel nominatim exhæredari, & eundem effectum habent infirmandi testaméta parentũ, & in adoptiuis seruanda est diuisio, quæ in cõstitutione domini Iustiniani de adoptionibus edita habetur, sub l. cùm in adoptiuis. C. de adoptio.
2 Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandũ † primò circa verbum, vetustas, in fronte huius §. positum, quia vocatur media iuris prudẽtia de qua tractatur in l. vnica. C. de cadu. tollen. nã illa multa mala adinuenit & statuit: quia tempore bellorũ intestinorũ & paupertatis fisci, & multa fisco applicauit: & ergo Iustinianus eam tẽpore pacis in multis correxit, & doctores eidẽ scribendo multa detraxerunt, & vocatur media iuris prudẽtia, quia fuit media inter ius duodecim tabularũ antiquum, & nouum Iustiniani. ¶ Notandum † secundò, quòd triplex ratio tangitur hîc in tex. quare differẽtia inter masculos & fœminas est
3
4 sublata. Prima † est, quia in hominũ procreatione tam necessaria est fœmina, sicut masculus: & ista ratio tangitur in textu ibi, quia vtraque persona. aliâs enim essemus accusatores naturę, quæ produxit fœminã
5 sicut masculum. concor. l. maximũ vitium. C. de libe. præte. † Secunda ratio est, quia antiqua lege fœminæ vocabantur ad succesionẽ ab intestato, sicut masculi, vt l. lege xij. tabular. C. de legit. hæredi. & ista ratio tangitur in tex. ibi, & l. antiqua. & ex ista ratione patet, quòd causa testati regulatur per causam intestati: & ideò si statuto alicuius loci ordina

ordinaretur, quòd filia non succederet existente masculo, & in testamento patris filia præteriretur, nõ haberet querelam ipsa filia, quia ru
6 pto testamento nihil haberet, propter statutũ. † Tertia ratio est, quia prætores dederunt fœminis bonorum posses. contra tabu. sicut masculis, quæ ratio tangitur in textu ibi, quod & prætores. ¶ Notandum
7 † tertiò, quòd dicitur notanter in tex. & in Authen. quib. mo. nat. effi. sui. §. non autem collat. vij. quòd sublata est differentia inter masculos & fœminas descẽdentes per virilẽ sexum, quia descẽdentes per fœmininũ sexũ, hodie possunt inter cęteros exhęredari, qui olim succedebant cũ descẽdẽtibus per virilem sexum, cum diminutione tertię partis infrà de hæredit. quæ abintesta. deferũ. §. diui. Hodie tamẽ succedunt cũ eis sine diminutiõe, vt in Auth. de trien. & semis. §. neq; illo. col. iij. ¶ Notandum finaliter, quòd illa diuisio de adoptiuis dicta est suprà
8 eod. §. proxi. in primo notabili. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd omnes isti, de quibus loquitur text. hîc, non habent eundem effectum ad confirmandum testamenta parentum, quia sui præteriti dicunt testamentum nullum, & etiam rumpunt ipsum per contratabu. sed emancipati non dicunt nullum, licet rumpant per contratabu. vt l. maximum vitium. §. sancimus. C. de libe. præteritis. & notat glo. in verbo, vetera iura, in l. omni modo C. de inoffici. testamen. Solutio. Omnes habent eundem effectum ad infirmandum testamẽta parentum, sed difformitas est in modo seu in causa infirmandi. Propter quod sic distinguitur: Aut testator aliquid reliquit iure institutionis filijs suis, aut non. Si sic, tunc vel reliquit legitimam, vel minus legitima. Si primum, non habent filij remedium ad infirmandum testamentum, vt infrà de inofficio. testamen. §. tam aũt. & §. igitur. Si minus legitima, tunc agunt ad supplementum, vt l. omni modo. C. de inofficio. testa. Si nihil reliquit, tunc aut sunt præteriti, aut exhæredati. Si sunt præteriti, tunc aut sunt sui, aut emancipati. Si sunt sui, tunc possunt dicere testamentum nullum, aut rumpere per contratabu. sed si sunt emancipati, tunc solùm rumpunt per contratabul. & non dicunt testamentum nullum, vt probatur in l. maximum vitium. in oppositione allegata. sed si sunt exhæredati, si tunc non sit inserta causa exhæredationis, testamentum ipso iure est nullum, vt in Authen. vt cùm de appel. cognosci. §. aliud. col. viij. Si autem causa est inserta, sed nõ probata, tunc rumpitur testamentũ per querelam inofficiosi, vt l. omni modo. §. si tamen non ingrati. C. de inoffic. testa. sed si causa sit probata, tunc filij nullũ habẽt remediũ cõtra testamẽtum, vt in §. exheredatos. in authe. de hæredi. & fal. coll. j. & istud intelligit de pręteritiõe & exhęredatione patris, vel aliorũ ascẽdentiũ in linea paterna: nã præ
9 teritio matris habet pro exhęredatiõe, vt infrà eo. §. mater. † Et ergo in illa

in illa præteritione sic distinguendum est: quia vel causa non est inserta, & non valet testamentum: vel est inserta & non probata, & tunc rumpitur per querelam inofficiosi, vt in Authen. non licet. C. de lib. præt. Et sicut distinctio facta est in præteritione in testamentis ascendentium respectu descendentium: sic similiter distinguendum est in testamentis descendentium, respectu ascendentium, reddédo singula singulis, vt in l.j. siquis à paren. fuerit manu.

§. Si in expeditione.

1 *Præteritio liberorum natorum, uel posthumorum facta scienter per militem in expeditione, habetur pro exhæredatione, secus si ignorãter. nu. 3 Limit. nu. 4.*

2 *Miles extra expeditionẽ faciens testamentum, debet seruare ius comune.*

1 Præteritio † liberorum natorum, vel posthumorum facta sciente per militem existenté in expeditione, habetur pro exhæredatione nominatim facta. Hoc d. ¶ Notandum † primò, quòd si miles faciat testamentum non existens in expeditione, debet seruare commune ius.
2
3 vt suprà de testam. mili. §. j. ¶ Notandũ † secundò, quòd si miles ignoret se habere liberos, tunc eorum præteritio non habetur pro exhæredatione C. de testa. mili. l. sicut certi iuris. In qua l. dicit Bald. quod ibi liberi præteriti, non dicunt testamentũ nullum, quia præteriti, sed quia contra voluntatem factum: inter quæ est magna differentia, quia in primo casu filij possent testamentũ approbare, & in secundo casu non possent. Si tamen miles ignorans se habere liberos, postquã scit, manet eiusdem voluntatis, quia non mutat testamentum, præteritio habetur pro exhæredatione, vt ff. de testamen. mil. l. qui iure militari.
4 ¶ Notandum † finaliter, quòd glo. dicit hîc super verb. facta, quòd istud intelligitur de milite, qui est sui iuris: si enim sit filiusfamilias, testamentum eius non subiacet querelæ, & sic eius præteritio non intelligitur esse exhæredatio, de quo dictum est suprà de testam. mili. in §. sed testari. Hodie tamen in præteritione militis, debet esse causæ insertio, vt in glo in l. si cum in vtero. C. de testam. mili. & probatur per §. si quis autem. in authen. vt cùm de appel. cognosci. colla. viij.

§. Mater uel auus.

1 *Præteritio matris, & aliorum ascendentium per matrem, habetur pro exhæredatione.*

2 *Præteritio filiorum in testamento matris, habetur pro exhæredatione.*

3 *Præteritio matris, uel aui materni, & aliorum ascendentium, an habeatur hodie pro exhæredatione.*

Præteritio facta à matre vel auo materno, & alijs per matrẽ ascendentibus, habetur pro exhæredatione, iure ciuili & prætorio. Tanti enim

enim facit filētium matris, aui materni,& aliorum ascendentiū,quantum exhæredatio patris. Datur tamen præteritis querela inofficiosi.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd sicut in testamento matris & ascendentium per matrem,preteritio habetur pro exhæredatione: sic etiam in testamēto descendentium,preteritio matris,& aliorum ascédentium per matrem,habetur pro exhæredatione, vt l.cùm filium.ff.
2 de inoffi.test.. ¶ Notandum † secundò, quòd de iure ciuili præteritio filiorum in testamento matris,habetur pro exhæredatione, quia mater non habet eos in potestate,vt infrà de hæredum qualita.& differé. §.cæteri.nec habent bonorum possessionem contra tab. de iure prætorio,quæ datur emancipatis, vt suprà eod. §. emancipatos, quia mater non potest eos emancipare. fa.l.illud. §.ad testamēta.ff.de bono-
3 rum possess. contra tabu. ¶ Notandum † tertiò, quòd hoc quod dictum est, quòd præteritio matris, aui materni, & aliorum ascendendentium,habeatur pro exhæredatione, hodie secundum Ioannem Fabri correctū est,quia nullus potest præteriri sine causa, vt in §.aliud. in Authen.vt cùm de appel.cognosci.& notatur in l. filiam. C.de inoffic.testamen. Quæ autem sunt causæ exhæredationis, & quot.patuit suprà eod.circa rubricam. ¶ Opponitur sic,& videtur,quòd non bene dicitur in textu,quòd istis seruatur adminiculum querelæ inofficiosi testamenti,per l.fin.C.de inoffici.testamen.Solutio. Iste tex.nō vult dicere, quòd illud adminiculū solùm seruatur istis , imò etiā alij habent querelā inofficiosi,quando sine iusta causa exhęredātur.

DE HAEREDIBVS INSTITVENDIS. TITV. XIIII.

CIcto iam de exhæredatione , dicendum est de hæredis institutione , quæ est caput & fundamentum testamenti , vt infrà de lega. §.ante hęredis,& ideò iste titulus rubricatur de hæredibus instituendis. Partes patebūt in processu.

§. Hæredes.

1 *Seruus etiam,tam proprius, quàm alienus, potest hæres institui.*
2 *Hæres institui, quid.*
3 *Hæres,censetur eadem persona cum defuncto,fictione iuris.*
4 *Seruus proprius,in quo alius habet usumfructum, potest hæres institui.*

1 Summatur sic: Non † solùm liber homo,sed etiam seruus,tam proprius,quàm alienus, potest hæres institui,& licet olim propirus seruus non potuit institui, nisi cum libertate, hodie tamen sine libertate potest,& manet seruus proprius, in quo alius habet vsumfructum. Hoc dicit.

2 dicit. ¶ Notandum † primò, quòd hæres idem est, quod dominus, v infrà de hæredum qualit. & differen. §. fi. & ideò hæredem instituere est facere aliquem dominum illorum bonorum, in quo hæres instituitur. Et per aditionem hereditatis iura hæreditaria & dominia transferuntur in ipsum hæredem, & continuantur in ipso quasi eadem, sicut
3 fuerunt in defuncto, quia † fictione iuris censetur hæres eadem persona cum defuncto, vt in Authenti. de iureiur. à moriente præst. §. j. col. v. l. antiquitas. C. de vsu & habita. & l. fin. de hær. insti. & l. hæres. ff. de vsucapi. Dicitur aũt fictione iuris, quia secundum Io. Fab. Iac. & Pe. non eadem iura numero transeunt ad hæredem, quæ erant penes defunctum, quia mors omnia soluit, sed finguntur eadem. Secus autẽ cẽ possessione, nam possessio hæredis non est eadem nec continuatur cũ possessione, quam habuit defunctus, quia hereditas iacens non propriè possidet, nec tenet vicem defuncti, ex quo non habet animum, qui requiritur in possessione, vt l. cùm heredes. ff. de acquir. poss. Intelligitur tamẽ possessio semper fuisse cõtinuata, si interim à nemine fuerit occu-
4 pata, secundum Ang. ¶ Notandũ † secundò, quòd seruus proprius, in quo alius habet vsumfructum, potest hæres institui, & per hoc consequitur libertatem, vt hîc dicitur. Vsufructuarius tamen non debet defraudari, sed manebit seruus apud eum, & quicquid acquirit ex re ipsius vsufructuarij, vel ex opera sua ipsius serui, hoc pertinet vsufructuario: alia autẽ acquirit sibijpsi, quando institutio habet effectum, vt C. communia de manumissio. l. j. §. sinautem. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd non bene dicitur in textu, quòd ista cõstitutio non sit introducta per innouationem, per §. idem iuris, vbi dicitur de ista constitutiõe noua humanitatis ratione, suprà quibus man. nõ lic. Solutio. Ista constitutio fuit apud antiquos, sed posteà abijt in dissuetudinem, & abrogata fuit, sed per Iustinianum iterum reducta est ad legis necessitatem, & sic §. in oppositum allegatus intelligitur per respectum ad tertium tempus, quo scilicet fuit renouata: sed iste tex. loquitur per respectum ad primum tempus, quo scilicet ista constitutio fuit apud antiquos. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd proprius seruus bene potest institui sine libertate per l. seruus. §. j. ff. de hære. institué. Solutio. Illa lex loquitur, quando libertas expressè est retractata, & tunc non valet institutio, vt in d. §. idem iuris. hîc autem loquitur, quando nihil est dictum de libertate, & si libertas sit data sub conditione casuali, quæ deficit, nihilominus tamen ex humanitate & fauore tenet datio libertatis, sicut etiam ex humanitate tenet legatum seruo relictum, vt l. quædam. C. de necessa. seruis institu.

§. *Est autem casus.*

1 *Seruus committens adulterium cum domina sua, an possit ab ea manumitti, &*

mitti, & hæres institui. Et nu. 3.

2 *Maculatum, pro, accusatum.*

4 *Mulier, quæ commisit adulterium cum extraneo, non potest manumittere infra .lx. dies. Et cur ita.*

5 *Directè, quod non potest fieri, an possit obliquè.*

6 *Antecedente uel principali destructo, destruatur ne consequens siue accessorium.*

1 Seruus † committens adulterium cum domina sua, non potest ab ea testamento manumitti, & per consequẽs nec institui hæres, post accu
2 sationẽ adulterij inchoatam. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd maculatum hìc exponitur, id est, accusatum, vt ff. de hæredibus instit. l. his verbis. §. interdum. in qua lege ponuntur ista verba, sed dicitur ibi accusatum. Et sic dicitur in libro sapientiæ, de Ioseph: Maculauerunt me impij .i. accusauerũt. ¶ Notandum † secundò, quòd istud in-
3 telligitur de seruo, qui commisit adulterium cum domina sua, cuius adulterij pœna habetur C. de mulie. quę se seruis proprijs immiscue. l. j. vbi dicitur, quòd seruus committens adulterium, modo prætacto, de-
4 bet primò flagellari, postcà comburi, & mulier decapitari. † Si verò mulier commisit adulterium cum extraneo, tunc non potest infra .lx. dies manumittere, vt ff. ad l. Iuli. de adulte. l. si postulauerit. §. iubet. Et ratio est, vt interim serui examinentur & torqueantur, vt sciatur veritas, an mulier adulterium commiserit. nam de his, quæ secretè fiũt in domo, possunt serui & alij domestici esse testes, vt est glo. notabilis, in l. iij. C. de adulte. Intelligitur etiã istud post accusationẽ, si enim antè manumiserit, tenet manumissio, secus in crimine læsę maiestatis, quia cõmittens tale crimen etiam ante accusationem, non potest manumittere, neq; testari, vt C. ad leg. Iuli. maiesta. l. fin. ¶ Notãdum finaliter, vt innuitur hìc in glo. super verbo habeatur, ex isto textu duo
5 eliciuntur. † Primum, quòd quando aliquid non põt fieri directè, tunc etiam nec fieri potest obliquè, vt ff. de condi. institu. l. qui sub cõdi. §. si quis Et hoc secundũ Io. Fa. hic, quando est eadem ratio & causa &
6 modus. † Secundũ, quòd destructo principali vel antecedẽte, destruit̃ etiã cõsequẽs, seu illud quod ex eo sequit̃, vt C. de legibus. l. nõ dubiũ.

§. Alienus seruus.

1 *Vsufructuarius non potest seruum instituere cum libertate.*

2 *Vsusfructus non sufficit ad rei uendicationem: sed requiritur dominium.*

3 *Vsufructuarius, an sit loco domini.*

Summatur sic: Seruus in quo testator habet vsumfructũ tantùm, di-
1 citur alienus. h. d. ¶ Notãdum † primò, quòd iste tex. vult dicere per argumentũ à contrario sensu, quòd vsufructuarius non põt seruum institue-

instituere cum libertate,& concord.l.si alienum.ff.de hæredi.insti.

2 ¶ Notandum † secundò,quòd licet vsusfructus sit pars dominij, vt eo posit fieri executio,sicut in alijs rebus,non tamen sufficit, quo ad rem vendicandum,quia ad vendicationẽ requiritur dominium re: non sufficit vsusfructus. Et ideò si petam aliquam rem , & produc: duo instrumenta,& in vno habetur , quòd ad me spectat vsufruct. in alio,quòd ad me spectat dominiũ, succumbam in causa, tanqu: allegans contraria,vt notabiliter dicit Ange. in l. qui vsufructu.ff. verbo.obli.& allegans contraria,non debet audiri. ¶ Opponitur: & videtur,quòd vsufructuarius potest instituere , etiam cum datio: libertatis,per l.in venditione.ff.de bon.autho.iudi.posiden. Solut:

3 Vsufructuarius † quo ad alia est loco domini,non quo ad hoc,vt po: sit fieri liber,sed cum alijs manumisis à fructuario simpliciter sine in: stitutione erit tanquàm liber , quãdiu duraturus erat vsusfructus: fructuarius manumittat seruum fructuarium , ille habetur pro libe: quãdiu viuit vsufructuarius,secus si eum instituat cum libertate.Et ra: tio differentiæ est, quia viuo vsufructuario vsusfructus non finitur: per cõsequens non cõsolidatur cum proprietate , sed tunc demũ ve: finiendus,quando fructuarius moritur : secus,si fructuarius eum insti: tuat,quia illa institutio primò locum post mortẽ habet ipsius fructua: rij,& tunc cõsolidatur vsusfructus cũ proprietate,vt in §.finitur.inst: de vsufruc.ergo tunc talis institutus non potest haberi pro libero.

§. seruus à domino suo.

1 Seruus à domino suo institutus,an à se,an uerò à cohærede suo recipiat li: bertatem. & nume. 4.

2 Institutio serui alieni,habet effectum,quo ad acquisitionem hæreditatis.

3 Legatum seruo,an extinguatur per alienationem.disting.nume.5.

Seruus à domino suo hæres institutus,ex testamento fit liber,& hæ: res necessarius:sed si invita testatoris iste seruus manumittatur,vel etiam aliâs acquirat libertatem,fit hæres volũtarius ex testamẽto. Sed si fue: rit alienatus à testatore,tũc iussu noui domini debet adire hæredita: testatoris primi domini,sed secundus dominus per eũ fit hæres,& ip: 1 sius ille nec liber nec hæres efficit. Hoc dicit. ¶ Notãdũ † primò,quòd seruus à dño suo institutus,recipit libertatẽ à seipso,nisi dominus di: taliter : Si quis mihi hæres erit , Titius seruus meus hæres & liber: quia tunc recipit libertatem à cohærede suo, vt ff.de acquir hære: parte.& potest aliquis institui hæres,etiam si ignoret se institutum,vt in 2 cer.peta.l.eius qui. ¶ Notandũ † secundò,quòd directa libertas non ha: bet locũ in seruo alieno : sed institutio serui alieni bene habet effectum non quantũ ad dationẽ libertatis, sed quantũ ad acquisitionẽ hæredi: tatis.

tatis,vt ff.de here.insti.l.seruum meũ.& hoc si dominus suus sit capax hæreditatis,vt l.si mihi & tibi.ff.de leg.j. Si tamen seruus institutus, & posteà alienatus,iterum redeat ad dominũ,qui eum instituit, reuiuiscit datio libertatis,quæ per alienationẽ fuit reuocata,vt ff.de manumis.te

3 sta.l.verũ. ¶ Notandum † finaliter,quòd licet glo.dicat hîc in verbo, alienatus fuit.quòd legatũ serui,qui alienatur,eo ipso extinguitur,quo seruus fit alienatus,per l.si seruo cũ libertate.ff.de ademp.lega.quia,in legato spectatur tẽpus,quo cedit, vt ff.quando dies leg.cedit.l.si post. §.si cùm.Sed glos.nõ dicit verũ,quia si aliquis reliquerit seruo suo libertatẽ & legatum,potest contingere, quòd iste seruus alienabitur,& reuocabitur libertas,sed legatũ manebit, & pertinebit nouo domino,

4 vt ff.de condi.& demon.l.si in diem. §.fi. ¶ Opponitur † primò sic,& videtur,quòd seruus institutus à domino suo nõ recipit à seipso libertatem,per l.si non lex.ff.de hære.insti. Solutio. Istud intelligitur,quando lex nõ prohibet libertatem, vt in illa l.alleg.in opposi.vel quando non est cõditio apposita impediens libertatẽ,vt in l.quotiens.ff.de hæred.insti.vel quando nõ recipit libertatẽ ex lege,vt l testa.ff.de hære. institu. ¶ Opponitur finaliter,& videtur, quòd glos.bene dicat,quòd per alienationem extinguitur legatum seruo.per l.seruo cum liberta-

5 te.ff.de admini.lega. Solutio. Aut † alienans seruum expresse reuocat libertatem,aut tacitè. Si primò,reuocatur etiam legatum.Sed in secundo casu non reuocatur legatum,sed solùm libertas.Ratio primi est,vt ademptio libertatis expressa aliquid operetur,quãdo alienat̃ seruus.

§. Alienus quoq; seruus.

1 *Seruus alienus,an & qualiter possit hæres institui.*
2 *Seruus alienus,institutus hæres, debet adire hæreditatem iussu domini sui. Quid in legato.nume.3.*
4 *Seruus alienus,an possit institui post mortẽ domini sui.Et qualiter.nu.7.*
5 *Hæreditas iacens,repræsentat defunctum.*
6 *Seruus posthumi potest institui hæres.*

Alienus seruus, hæres institutus iussu domini sui debet adire hæreditatem : sed si viuo testatore vel mortuo testatore , ante aditionem hæreditatis fuerit alienatus, tunc iussu noui domini debet hereditatem adire,& si ante aditionem hæreditatis manumissus fuerit,suo arbitrio potest hæreditatem adire. Et alienus seruus potest etiam hæres institui post mortem domini sui, quia seruus hæreditarius habet testamenti factionem,ex quo hæreditas iacens repræsentat personam defuncti. Potest etiam hæres institui seruus posthumi.Hoc dicit. ¶ Notandum

1 primò, † quòd seruus alienus potest hæres institui, cum ista conditione, cùm liber erit, sed sic non potest institui seruus proprius, vt ff.de

2 condi.institu.l.seruus alienus. ¶ Notandum † secundò, quòd quando seruus alienus instituitur hæres, tūc debet adire hæreditatem iussu domini sui, cui etiam acquiritur hæreditas, qui iussus præcedere, & authoritas sequi debet, vt ff. de acquiren. hæred. l. si quis mihi. §. iussum. Si tamen seruus non vellet adire hæreditatem, propter iussum domini, quod potest, non acquireretur hæreditas domino suo, vt C. de hæredi. institu. l. cùm proponas. Et si dominus alienauerit seruum institutum ante aditionem hæreditatis, etiam post iussum, non acquiritur illa hæreditas tali domino, sed ei, in cuius potestate est seruus tempore

3 aditionis, vt ff. de acquiren. hæredita. l. antistitis. §. j. Secus † est in legato, in quo nō spectatur tempus aditionis, sed tempus mortis legantis: si enim seruo meo sit aliquid legatum, qui est seruus meus tempore mortis testatoris, quāuis posteà alienem illum seruum, legatum tamen pertinet mihi, vt ff. quando dies lega. cedit. l. si post. §. ij. ¶ No-

4 tandum † tertiò, quòd quando dicitur hîc, quòd seruus alienus potest institui post mortē domini sui, habet duplicem lecturā. Vna est, vt testator sic dicat, Instituo seruum illum hæredem meum, post mortem domini sui: & cū illa lectura videtur cōcor. l. qui filio. ff. de hæred. instit. Alia lectura est, vt seruus instituatur hæres, quando dominus eius est mortuus: & licet glos. plus videatur declinare ad primam lecturam, tamen est conformior textui, nam textus probat istud, quia seruus hæreditarius potest habere testamenti factionem passiuè, vt etiā infra de hæredum qualita. & diffe. §. testamenti. & debet iste seruus adire hæreditatem iussu hæredis, licet ille non habeat testamenti factionem, quia defunctus habuit testamenti factionem, vt ff. de hæred. instit. l. [illegible]

5 quia † hæreditas iacens nō repræsentat hæredem, sed defunctū. Et ratio est, quia hæres non est certus: licet enim certus sit institutus, tamen potest non adire, sed defunctus est certus, vt infrà, quibus modis

6 testamē. infirmantur. §. posteriore. ¶ Notandum † finaliter, quòd seruus posthumi potest institui hæres, quia agitur de commodo suo, & habetur pro iam nato, vt ff. de statu hom. l. qui in vtero. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd seruus alienus non potest institui hæres post mor-

7 tem domini sui, per §. hæres. infrà eodem. Solutio. † Secundum secundam lecturam istud argumentū non procedit: sed secundum primam lecturam, quæ tamen non est ita conformis textui, potest dici, quod licet dies mortis sit certus, quando tamen est incertum, vt ff. de cond. & demon. l. vnde valet. & sic ista institutio est in diem incertum, & [illegible] res. vult, quòd institutio non debet fieri in diem certum.

§. *Seruus autem plurium.*

1 *Seruus plurium dominorum, ab vno eorum hæres institutus, acquirit [illegible]*

socijs, pro suis portionibus. Et an requiratur omnium iussus in eius hæreditatis aditione. nume: 2.

Seruus plurium dominorum, qui habent testamenti factionē passiuè, ab extraneo hæres institutus, acquirit hæreditatē illis dominis, pro suis portionibus, quorum iussu hæreditatem adiuit. Hoc dicit. ¶ No-
1 tandum † primò, quòd si seruus plurium dominorum instituatur hæres ab vno eorum, tunc acquiritur hęreditas alijs socijs, vt ff. pro socio.
2 l. verum. §. si seruo communi. ¶ Notandum † secundò, quòd quando seruus plurium est institutus hæres, tunc non est necesse, quòd omnes iubeant, nec etiam oportet plures adire hæreditatem, sed sufficit vna iussio omnium consensu, & vna aditio, vt ff. de acquiren. hæredi. l. seruus dominorum. Et si aliquis eorum non velit acceptare partem hæreditatis, tunc illa accrescet alijs consentientibus, vt ff. de acquiren. hæredita. l. si seruus. Secus est in legatis, nam si vnus legatariorum noluerit habere legatum, hoc non accrescit alijs, sed manet apud hæredem, vt l. & Proculo. ff. de legatis secundo.

§. Et unum hominem.

1 *Testator potest unum hæredem, uel plures, usque in infinitum instituere. Et quid ita. nume. 2. Limit. nume. 3.*

1 Summatur sic: † Testator potest vnum hæredem vel plures vsque in infinitum instituere. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notan-
2 dum, † quòd ratio istius est, quia voluntas testatoris habetur pro lege, vt in Authen. de nupt. §. disponat. colla. iiij. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd testator non potest hæredes instituere vsque ad infinitum, quia infinitas reprobatur in iure, vt in glo. in l. fina. super verbo, infinitum. C. de sacrosanc. eccl. Solutio. Dicit hîc glos. quòd testator potest instituere omnes homines mundi: & quòd testamentum tale valeat, licet aditio sit impossibilis. Sed Iaco. & Petr. dicunt, quòd talis institutio est derisoria, argu. l. cùm post. §. gener. de iure dotium. quia cùm hæres debeat nominari, vt C. de testamen. l. iubemus. vel certis demonstrari signis. ff. eodem. l. quotiens. §. si quis nomen. & §. hæres. sed hoc non potest fieri de toto mundo, cùm incertis personis legari non possit, infrà de lega. §. incertis. quomodo possent incerti institui?
3 Et † ergo tenendum est, cum prædictis melius sentientibus, & ad verbum textus volentis, quòd plures possunt institui vsque ad infinitum, debet intelligi exclusiuè, vt infinitas excludaē: vel est locutio hyperbolica: quomodo dicimus, tota ciuitas currit ad spectaculum, id est, valde multi de ciuitate: & sic infiniti possunt institui, id est, valde multi, quia infinitas simpliciter reprobatur in iure, vt notatur in l. fina. super verbo, infinitum. C. de sacrosanct. eccles.

§. Hæreditas plerunq;.

1 *Hæreditas, in quot uncias diuidatur. Et de unaquaque, ibid. & nume.* [illegible]
2 *Hæreditatis diuiſio, dependet ex uoluntate & facto hominum.*
3 *Partis appellatione, quid ueniat.*
4 *Vnciæ nomen cur non ponatur.*
6 *Decedere non poteſt quiſquam partim teſtatus, partim inteſtatus* [illegible] *mit. nume. 8.*
7 *Ius an idem ſit de parte, quo ad partem, quod de toto, quo ad totum.*

1 Hæreditas † communiter diuiditur in duodecim vncias, & ſunt [illegible]mina iſtarũ partiũ ab vncia excluſiuè vſq; ad aſſem incluſiuè [illegible] ſextans, quadrans, triens, quincuns, ſemis, ſeptuns, bes, dodrans, dex[illegible] deuns, as. Poteſt tamen teſtator ſi velit plures partes facere, & ſi [illegible]tor aliquem inſtituat in parte hæreditatis, alio nõ inſtituto, intell[illegible] iſte inſtitutus in tota hęreditate, quia nemo poteſt decedere part[illegible] ſtatus, & partim inteſtatus, niſi miles. Hoc dicit. facit l. ſeruum. § [illegible]
2 ff. de hæred. inſti. ¶ Notandum † primò, quòd diuiſio legalis hær[illegible] tatis eſt in xij. vncias. Sed quia diuiſio dependet ex voluntate & [illegible] hominum, ideò de ea non poteſt certa regula dari, cùm etiam d[illegible] nihil addit, nec etiam diminuit in ſubſtantia hæreditatis, vt l. ex [illegible]
3 ff. de hære. inſtit. ¶ Notandum † ſecundò, quòd appellatione par[illegible] dubio intelligitur medietas, vt in l. nomen filiarum. § portion[illegible] verb. ſignifi. & per partem partis, intelligitur in dubio quarta tot[illegible] l. meminimus. C. quan. & quib. quarta pars debetur. lib. x. Ille erg[illegible] debẽtur duæ partes, debet eſſe cautus, vt ponat in libello partes [illegible] aliôquin non adiudicarentur ſibi, niſi duæ partes de duodecim, vt [illegible]
4 tat Bart. in l. interdũ. § j. ff. de hæred. inſti. ¶ Notandum † terti[illegible] hîc non ponitur nomẽ vnciæ, & ratio eſt ſecundũ glo. quia plura [illegible] negotia, quàm vocabula, vt ff. de præſcri. verb. l. nam natura. Sed [illegible] dum Ioan. Fab. ideò eſt, quia vncia, eſt principiũ, à quo aliæ partes [illegible]
5 nominantur, & † dicitur ſeſcuns ſine x, vncia, cum media: ſextans [illegible] pars aſsis, quæ ſunt duæ vnciæ: quadrans quarta pars aſsis, quæ ſunt [illegible] vnciæ: triens tertia pars aſsis, quæ ſunt quatuor vnciæ. Et ſumuntur [illegible] nomina à quota ſeu portione hæreditatis: ſed ſequẽtia nominantur [illegible]tur à numero vnciarum, vt quincuns, ſignificat quinque vncias [illegible] ſex, ſeptuns ſeptem, bes octo, dodrans nouẽ, dextans decem, de[illegible]
6 decim, & as duodecim. ¶ Notandũ † finaliter, quòd ſi teſtator [illegible] inſtituat in parte hæreditatis, & ſi alius non inſtituatur, ille habe[illegible] tam hæreditatem, etiam ſi teſtator fuerit miles, vt C. de teſtamen[illegible] lit. l. iij. Et ideò, quando dicitur in text. niſi ſit miles, hoc debet re[illegible] ad illud verbum, nemo enim, & non ad illud, & ſi vnum. & nemo p[illegible] teſt [illegible]

test decedere partim testatus,& partim intestatus,vt hîc,& ff.de regu. iur.l.in testamentis.nisi miles.& ille etiam non semper,sed quando fecit testamentum de castrensibus,& non fecit testamentum de paganicis,vt C.de testa.mili.l.j. ¶ Opponitur contra prædicta,& videt,quòd quis potest decedere partim testatus, & partim intestatus, quia potest quis decedere totaliter testatus,vel totaliter intestatus. Sed regula est,
7 †quòd idem est de parte,quo ad partē,sicut de toto quo ad totū, vt l. quæ de tota.ff.de rei vend.& l.iuris gentiū. §.adeò.ff.de pactis. Solutio. Ista regula habet veritatē,quando est eadē ratio partis ad partem, sicut totius ad totum,& sic nō est hìc:alia enim est ratio, quòd aliquis potest decedere totaliter testatus, vel totaliter intestatus, quàm partim.&c. Simile est in l.in hoc iudicio,vt ff.famil.erciscundæ.

¶ Opponitur adhuc per l.nam & si parentibus. ff. de inofficio.testamen.
8 Solutio. In illa † lege dicitur, quòd partim quis potest esse testatus,& partim intestatus ex post facto. Sed quod hîc dicitur, intelligitur ab initio,facit l.cùm duobus. C.de inoffic.testamen.

§. Si plures.

1 *Hæredes,an æqualiter succedant.disting.*

2 *Institutione hæredum facta, si qua pars uacet,illa accrescit institutis pro portione.*

3 *Casus sex contingentes circa diuisionem ætatis.*

4 *Ad dipondium quando sit procedendum.*

1 Si plures † hæredes sine nominatione partis instituti sint, æqualiter succedūt,& si aliqui cum nominatione partis,& alij sine nominatione partis instituti sint,tūc illi qui sine nominatione partis sunt instituti, habebunt partem vacantē,siue vnus sit,siue plures:expleto tamē asse habebūt ipsi,scilicet sine nominatione partis instituti,medietatem totius assis,siue in primo loco,siue in medio , vel in fine positi sint , vt l.quo
2 loco.ff.de hære.insti. Et si † post institutionē aliqua pars vacet,illa accrescit institutis pro suis portionibus , vt si tres sint instituti ex quartis partibus,habebit quilibet tertiam partē,& si aliqua pars deest post institutionē, illa similiter decrescit à parte institutorū pro suis portionibus,vt si quatuor sint instituti ex tertijs partibus, non habebit quilibet nisi quartam partē : & si testator plures vncias fecerit,quàm xij.& aliquis institutus est sine parte,fit transitus ad dipondiū,in quo ille habebit partem vacantē:similiter etiam fit transitus ad tripondiū si dipondius expletus sit , & ideo ita potest dici consequēter ad quadripondiū.
3 Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandum † primò,quòd in isto §.tanguntur sex casus cōtingentes circa diuisionem hæreditatis,quando plures hæredes instituuntur. Primus ibi , satis enim. qui loquitur,

quando nullæ partes nominãtur. Secundus ibi, partibus. loquitur q do aliqui instituuntur cum nominatione partiũ, & aliqui sine no tione earum. Tertius ibi, si verò. loquitur, quãdo totus as expletu & aliquis vel aliqui instituũtur sine nominatione partiũ. Quart videamus. loquitur, quando post institutioné aliqua pars vacat. Q tus ibi, & ex aduerso. loquitur, quando post institutionem aliqu deest. Sextus ibi. si plures vnciæ. loquitur, quando testator fecit vncias quã xij. ¶ Notandum † secundò, quòd si testator instituat
4 in semisse, & alium in besse, & tertiũ sine nomiatione partis, tũc dendum est ad dipondium, & institutus sine parte habebit parte cantẽ in dipondio. & ita habebit x. vncias, quæ tamen x. vnciæ faciunt quinq; vncias, quando tota hæreditas continetur in asse illo primus solùm habebit quadrantem, nec secũdus trienté, quia cunx quem habet tertius, quadrans & triens præcisè faciunt assem l. quæsitum. ff. eo. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd quãdo a instituti sunt sine nominatione partis, alijs institutis cum nominat partis, in secundo casu, per l. habebant partẽ vacantem, sicut hîc dic instituti sine nominatione non quo loco. ff. de hære. insti. Solutio lex loquitur, quãdo testator ignorabat aliquã partẽ vacare. ¶ O nitur secundò, & videtur, quòd qñ factæ sunt plures vnciæ, quã xij est procedendũ ad dipondiũ, sicut dicitur in sexto casu. per l. idẽ Sabinus, & per l. ex vncijs. ff. de hęre. insti. Solutio. Illę leges loqu quando testator noluit excedere assem, sed quod vltimis relinqu abstrahitur à primis. ¶ Opponitur finaliter cõtra idẽ dictũ. per l. quæstio. C. de legatis. Solutio. Illa lex loquitur in dubio, quãdo cet non est certũ testatoré velle ad dipondium transire: nam rel ctum vltimis, abstrahendum est à primis, vt dictũ est, & hoc si plus relictum sit. nam si vltimis plus esset relictum, tunc non posset strahi à primis, quia plus non potest abstrahi ab eo, quod est minus hoc vult illa l. cùm quæstio in oppositum allegata.

§. Hæres & purè.

1 *Hæres potest institui purè, & sub conditione.*
2 *Hæres quare non possit institui ex tempore: nec ad tempus certum. Fal in milite. nu. 3.*
4 *Conditio impossibilis, est quadruplex.*
5 *Testator potest institutum obligare ad conditioné in quantuncunque possibilem.*
6 *Conditionum alia est potestatiua, alia mista, alia casualis.*
7 *Conditionibus pluribus appositis disiunctiuè in diuersis partibus testamẽ ti, quæ nam earum sit implenda.*

Testatis

8 *Testatoris ignorantia, non impedit hæredis institutionem.*
9 *Actus quinq; non recipientes conditionem, neque diem.*
10 *Institutionum & contractus differentia.*

1 Hæres †potest institui purè vel sub conditione, sed si instituatur ex certo tempore, vel ad certũ tẽpus, perinde est, ac si purè esset institutus. Sic etiã conditio impossibilis in institutionibus, legatis, fideicõmissis, & libertatibus, habetur pro non scripta. Et si plures cõditiones apponantur in institutione copulatiuè, omnes debẽt impleri, sed si alternatiuè, id est, disiunctiuè, tũc sufficit alterã impleri. Non etiam oportet testatorem cognoscere eũ, vel eos, quẽ vel quos, hæredẽ vel hæredes instituit. Hoc dicit. ¶ Notãdum †primò, quòd ratio, quare quis nõ potest
2 institui hæres ex tempore, est, ne quis decedat pro parte tẽporis intestatus, & pro parte testatus, cõtra l. ius nostrũ. ff. de reg. iuris. Et ratio, quare non ad certũ tempus, est, quia qui semel est hæres, nõ potest desinere heres esse, vt l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de mino. facit infrà §. j. notabili quinto & quarto, de fideicõmiss. Et si isto modo heres instituatur, tẽpus habetur pro non adiecto, & censetur purè institutus: & ita est hic casus, vbi vtile non vitiatur per inutile: sed inutile reijcitur, & pro non adiecto habetur, & hoc in fauorem vltimæ voluntatis. Secus aũt de conditione, quia quãtumcunq; tardè impletur, ipsa retro trahitur, vt l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pericu. & cõmo. rei emp. & vendi. Et ideò potest aliquis institui ex tempore incerto: vt, Instituo Titium, cùm capere poterit ex testamento, vel cũ Caius morietur, quia dies incertus habetur pro conditione, vt l. dies incertus. ff. de
3 condi. & demon. ¶ Notandum †secundò, quòd miles tamẽ potest extraneum instituere ex certo tempore, vel ad certũ tempus, vt ff. de te-
4 stamen. mil. l. miles. ¶ Notandum †tertiò, quòd quadruplex est conditio impossibilis. Vna est impossibilis natura, vt si sic dicatur, Instituo te hæredem, si cœlum digito tetigeris, vt infrà de inuti. stipula. §. si impossibilis. Secunda, est impossibilis iure, quæ est contra bonos mores, vt si sic dicatur, Instituo te heredẽ, si patrẽ tuũ ab hostibus nõ redemeris, vt ff. de condi. insti. l. cõditiones. & istæ duę cõditiones habentur pro non scriptis, vt hîc dicitur. Tertia, est cõditio impossibilis facto: vt si sic dicatur, Instituo te hæredẽ, si montẽ aureũ dederis: & ita cõditio vitiat institutionẽ, vt ff. de sta. libe. l. cũ hæredes. §. j. Quarta est, quæ inducit perplexitatẽ, & illa etiã vitiat institutionẽ, cũ nõ fuerit animus dandi, iuris presumptione, vt ff. de sta. lib. l. cũ heredes. §. j. ff. de cõdi. insti. l. si Titius. Ratio aũt, quare duæ primę habentur tanquã nõ scriptæ, & valet institutio, est, qui nemo potest obligari ad impossibile, vt c. nemo. ff. de reg. iur. li. vj. Quãdo ergo testator apponit tales cõditiones, signũ est,

quòd facit derisoriè, & quòd vult illum hæredẽ esse: si enim nõ ve-
hoc, non faceret mentionem de eo. fa. l. conditiones. ff. de condit.
5 † Sed aliæ duæ conditiones rectius dicuntur difficultates, quàm im-
sibilitates, & testator potest institutum obligare ad conditionẽ quã-
tuncũq; difficilem, quia difficultas præstationis nõ impedit obliga-
tionem, vt l. continuus. § illud. ff. de verbo. oblig. nam hoc non face-
non posse præsumit ius. Ex quo ergo testator sciebat. quòd talis con-
ditio difficilis poterat impleri, licet difficulter, voluit hæredem astrin-
gere ad illam difficultatẽ: si ergo non expediatur difficultas illa, vitia-
bitur institutio & libertas. Est etiã conditio impossibilis iure, si appo-
natur conditio contra legem imperialem, canonicam vel dominicam:
vt si dicatur, Instituo te hæredem, si ducas in vxorẽ, quã de sacro fon-
6 te leuasti. ¶ Notandum † quartò, quòd conditionũ alia est potesta-
ua: vt sic dicendo, Instituo te hæredẽ, si decem dederis. Alia est mista:
vt sic dicendo, Instituo te hæredẽ, si Romã iueris. Alia est casualis, vt
sic, Instituo te hæredẽ, si consul factus fueris. Conditionem potesta-
uam necesse est impleri, si debeat valere institutio: sed si non stat per
institutum, quòd conditio mista nõ impleatur, valet tamen institutio.
vt l. conditionum. C. de institu. & substit. & conditio casualis retrotra-
hitur, vt dictum est de natura conditionis. ¶ Notãdum quintò, quòd
7 † si plures conditiones apponantur disiunctiuè in diuersis partibus te-
stamenti, tunc in legatis & fideicõmissis implenda est vltima cõditio:
& in institutionibus implenda est prima, sed in directis libertatibus suf-
ficit aliquam implere etiam leuissimam, vt l. sub diuersis. & l. per fidei-
cõmissum. & l. quod traditum. ff. de condi. & demon. Et dicit Io. Fab.
8 quòd isto modo deberet esse in gl. ¶ Notandũ † finaliter, quòd igno-
rantia testatoris non impedit institutionẽ hæredis, vt hîc, & C. de hæ-
redi. insti. l. extraneum. Ex quo sequitur, quòd non oportet etiam te-
stes cognoscere hæredẽ, debent tamen cognoscere conficientẽ inuen-
tarium, vt in glo. in l fin. § sin autem dubius. C. de iure delibe. Secus
autem in contractibus, vbi testes debent cognoscere contrahentes. vt
notat Bar. in l. si cùm exhiberetur. § j. ff. de publica. ¶ Opponitur pri-
mò, & videtur, quòd hæres nõ põt institui sub conditione, per l. actus.
9 ff. de reg. iur. Solutio. Illa regula loquitur de actibus ibi expressis, † qui
non recipiunt conditionem neq; diem, & sunt quinq;, scilicet emãcipa-
tio, acceptilatio, adoptio, hæreditatis aditio, & tutoris datio, inter quos
non est hæredis institutio, quæ fieri potest sub conditione, vt actus
plus valeat, quã pereat, vt l. quotiens. el. ij. ff. de rebus dubijs. Et prom-
ptũ est iura iuribus cõcordare. vt C. de inoffi. dot. l. vnica. ¶ Oppon-
tur secundò, & videtur, quòd conditio impossibilis non debet haberi
pro non scripta, sed debet vitiare institutionẽ, quia vitiat contractum,
vt infrà

vt infrà de inuti.stipu. §.si imposibilis.ergo à simili vitiat institutio-
10 nem.Solutio.Non est + simile,& ratio differentiæ est fauor,qui est in institutionibus,& non in contractibus, vt ff.de reg.iuris.l.in testamentis.Alia ratio ponitur in glo.in l.j.ff.de condic.institu. quia cõtractus fit consensu duorũ,contrahentium scilicet,vt in l.j. ff. de pactis. & ita dependet ex vtriusq; cõsensu:sed institutio solùm dependet ex cõsensu vnius,scilicet testatoris. ¶ Opponitur tertiò,& videtur, quòd quando apponuntur plures conditiones cõiunctim,sufficit vnã impleri, per l.si plures.ff.de condit.instit. Solutio. Licet glo.hîc dicat,quòd quãdo apponuntur copulatiuè plures cõditiones casuales, tunc sufficit vnam impleri.dicunt tamen docto.quòd nesciunt quo spiritu glo.hoc dicat, cùm nulla lex hoc dicere videatur:nam illa l.si plures.quã glo.allegat pro se.hoc non dicit,sed dicit, si plures fiant institutiones sub diuersis conditionibus, hoc modo,instituo Titium hæredem,si nauis ex Asia venerit,& Caium si Titius cõsul factus fuerit,tunc illa institutio habet efficaciam,cuius cõditio primò impletur. ¶ Opponitur finaliter,& videtur,quòd testator non potest peregrinos instituere,vt hîc dicitur in §.fi.per l.j. C.de hæredibus instit.Solutio. In illa lege capitur peregrinus,pro deportato,qui non potest institui.

DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

TITVLVS XV.

COntinuatur sic:Dictum est suprà de institutionibus primis:consequenter dicendum est hîc de secundis institutionibus,quæ vocantur substitutiones. Et dicuntur secũdæ,siue secundo gradu,siue tertio,siue vlteriori fiant,vt ff.ad leg.Falc.l.iuratione. §.quod vulgò. sicut secũdæ nuptiæ,vocantur omnes post primas,licet sint tertiæ vel quartæ, vt in glo.super rubri. C.de secundis nup.& quia inter substitutiones cõmunior est vulgaris, quia à quolibet & cuilibet fieri potest, ideò primò tractatur de vulgari substitu. & diuiditur iste titulus in tres partes. In prima declarantur gradus hæredũ seu institutionum. In secũda ibi,& plures,declaratur qualiter substituti succedunt. In tertia ibi,si seruum, soluitur quoddam dubium.

§. Potest autem quis.

1 *Testator potest tot gradus hæredum facere,quot uult.*
2 *Institutio uulgaris cur sic dicta:item cur substitutio uulgaris.*
3 *Conditio,est in omni substitutione,*
4 *Institutio directa uel substitutio,ubi fiat.*
5 *Testator an potuerit instituere uel substituere,in testamentis uel codicil-*

lis, unde colligatur.

6 *Gradus institutionis & substitutionis.*

7 *Seruus potest substitui ut sit hæres necessarius ultimo gradu in sup...*

8 *Substitui an quis possit pur seruum.*

1 Summatur sic: † Testator potest tot gradus hæredum facere, qu... vult, vt dicendo, Instituo Titium hæredẽ: & si non sit hæres, subst... Mæuium: & si ille Mæuius non sit hæres, substituo Caium, & sic c... sequenter: & in vltimo loco, potest substituere seruum suum, vt sit hæ...
2 res necessarius. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † pri... mò, quòd institutio appellatur vulgaris, vel substitutio appellatur vul... garis, quia à quolibet fieri potest. vel pro tanto, quia cõmuniter & v... gariter fit, & omnes homines possunt sic testari, & fit isto modo: Ic... nem hæredem instituo: si non sit hæres, hoc est, si moriatur, tunc inst...
3 tuo filium suũ hæredem. Et in † omni substitutione est cõditio, si, ... similis potestatis, vt Instituo Petrum hæredem: & si ille moritur, in... tuo Ioannem hæredem &c. sicut patebit infrà titulo proximo, primo
4 notabili. ¶ Notandũ † secũdò, quòd directa institutio vel substitu... solùm põt fieri in testamentis, & nõ in codicillis, vel in donatione ca... sa mortis, vt infrà de codicillis. §. pen. & C. de codicillis. l. hæredita... fideicõmissaria tamẽ põt fieri in codicillis, imò si testator sciẽter fac... codicillos, tunc directa verba, dicendo substituo, obliquantur, & va... let institutio vel substitutio, vt ff. ad Trebel. l. Sceuola. primo respõ...
5 & l. hæreditatẽ. C. de codicillis. ¶ Notandũ † tertiò, quòd ad sciend... an testator potuit instituere vel substituere, in testamẽtis vel in cod... lis, facienda est talis distinctio secundũ Bart. in l. j. ff. de codicillis, qu... aut cõstat, quòd testator voluit facere testamẽtũ, & deficit aliqua sol... nitas, propter quã nõ põt valere vt testamẽtũ, licet possit valere vt co... dicillus, & tunc nõ valet, neq; vt testamentũ, neq; vt codicillus, vt ... in gl. j. facit l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. & est gl. sing. in l. ver... bis ciuilibus. ff. eo. nisi apposita sit clausula, Si nõ valeat iure testamẽ... ti, valeat iure codicilliorũ Et clausula cõiter exponitur, quia tũc valet vt codicillus, vt in l. j. ff. de iure codicillorũ. Vel cõstat, quòd voluit fa... cere codicillũ, & tunc valet etiã institutio vel substitutio directa: sed verba obliquãtur, vt dictũ est per l. Scæuola. allc. Vel est dubiũ, & tũc aut posuit directam institutionẽ vel substitutionẽ, & si tunc nõ valeat vt testamentũ, nõ valebit etiã vt codicillus, vt l. nec codicillũ. C. de co... dic. & l. j. ff. de iure codicillorũ. sed si nõ apposuit directã institutionẽ vel substitutionẽ, tũc valet vt codicillus, vt l. illud. §. tractare. ff. de iure
6 codi. ¶ Notandũ † quartò, quod gradus accipitur hîc similitudinariè, vt quẽadmodũ in scala sunt diuersi gradus, sic etiam hîc. Simile est de gradibus

gradibus consanguinitatis, vt ff. de gradib. l. iurisconsultus. § gradus.
7 ¶ Notandũ † finaliter, quòd vlti. gradu in subsidium põt substitui seruus, vt sit hæres necessarius: quia ille necessariò habet adire hæreditatem, si superuiuat, vt infrà de hære. qualita. & differ. § j. Et est ipse vltimus, quia post eum nemo admittitur, vt l. post aditam. C. de impub.
8 & alijs substi. & dicit hîc glo. quod † nemo põt post eum substitui. Sed contra hoc opponitur, & videtur, quòd de facto & de iure aliquis potest substitui post seruum. De facto sic, si dicam, Instituo Titium hæredem meũ, & sibi substituo seruũ meum, & seruo meo substituo Caium. De iure, quia si Titius repudiat hereditatẽ, & seruus meus ante aditam hæreditatem moriatur, admittitur Caius ad hæreditatẽ meam qui est substitutus post seruũ, per l. iij. ff. de hæredi. instit. Solutio. Manẽdo in textu parum facit ista oppositio, quia text. dicit, quòd testator potest vltimo loco seruũ substituere, & non dicit, quòd alius nõ põt post eum substitui: sed saluando dictam gl. potest dici, quod intelligitur, supposito, quòd substitutio serui habeat effectum, hoc est, quòd ipse perueniat ad hæreditatem, quia tunc nemo admittitur post eum, arg. l. post aditam. alleg. in glo.

§. Et plures.

1 *Plures possunt substitui in locum unius, & econtrà. Et plures inuicem sibijnuicem substitui.*

2 *Testator si fecerit institutiones & substitutiones, & expresit partes diuersas in institutionibus, illæ intelligũtur repetitæ in substitu. & nu. 3. 4.*

1 Plures † possunt substitui in locũ vnius, & econtrà: & plures possunt etiam sibijnuicem substitui. Et in illo casu, si partes sunt diuersę in institutione, intelliguntur repetitæ in substitutione, sicut in institutione sunt expressæ: & quando duo sunt instituti, quorum vnus est substitutus alteri, si tamen illo substituto substituatur vnus tertius, tunc ille tertius admittitur ad vtranq; partem, scilicet substituti in secundo gradu,
2 & instituti in primo gradu. h. d. ¶ Notandum † primò, quòd quando testator fecit institutiones & substitutiones, & expresit diuersas partes in institutionibus, tunc illæ partes intelliguntur repetitę in substitutionibus. verbi gratia: Instituit vnum in sex vncijs, alium in quatuor, & tertium in duabus, & eos sibijnuicem substituit, si tunc primus deficiat, habebit secũdus octo, & tertius quatuor, vt l. si in testa. ff. eod. Et hoc est verũ, si substituit per noĩa appellatiua, secus si per noĩa ꝓpria vel etiã si grauauit substitutos ad ęqualia onera, vt in glo. fi. in l. j. C.
3 de impu. & alijs substi. ¶ Notandum † secundo, quòd casus. ij. respon. ibi, sed & si instituto, põt sic poni. Testator instituit Titium & Seium in primo gradu, & substituit Titio Seium, & sic Seius est in primo gradu

gradu & in secundo: posteà substituit Seio Mæuiũ in tertio gradu. ut ff. eo. l. si Titius. Et licet hîc dicatur, quòd diui, Seuerus & Antoninus dixerunt sine distinctione Mæuium admitti debere ad vtrãq; partem est tamen distinctio facienda, quia vel neuter, scilicet nec Titius nec Seius, ex repudiatione, veniunt ad hæreditatem. & tunc Mæuius admittitur ad vtranq; partem, vt dicitur hîc: vel ambo, scilicet Titius & Seius, veniunt ad hæreditatem, & tunc Mæuius nihil habebit: vel Seius solus venit ad hæreditatem, & iterum Mæuius nihil habebit: vel Titius solus venit ad hæreditatem, & tunc Mæuius non admittitur ad vtranq; partem, sed solùm ad partem Seij, in qua ipse, scilicet Seius, fuit institutus, & de parte Titij nihil habet, per l. post aditam. C. eod. ¶ Opponitur sic. & videtur, quòd testator nõ intendit easdem partes esse in substitutione, quæ sunt in institutione, l. quoties. & l nonnunquàm. ff. ad
4 Trebell. Solutio. Illæ † leges loquuntur, quando testator substituit per nomina propria, & quando æqualiter grauauit substitutos ad onera, & tunc istud non habet locum, vt dictum est in. j. notabili.

§. Si seruum.

1 *Testator si instituat seruum alienum, quem putabat liberum, & substituat ei alium, licet ille seruus iussu domini hæreditatem adierit, admittitur tamen ille substitutus ad partem hæreditatis. & nu. 2.*

2 *Substitutus uulgariter seruo instituto, qui creditur esse liber, admittitur ad diuidendum medietatem hæreditatis cum domino serui. Et quis aliam medietatem habeat.*

1 Summatur sic: † Si testator instituat seruũ alienum, quem putat patremfamiliâs, id est, liberum, & substituit ei Mæuium, licet seruus iussu domini hæreditatem adierit, admittitur tamẽ Mæuius ad partem hæreditatis: secus si sciuit testator eum esse seruum. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd quando instituo hæredem, & si hæres non sit, substituo ei alium, tunc aut scio istum institutum esse seruũ, aut scio eum esse liberum: aut puto eum esse liberum, & est seruus: aut econtrà, puto eum esse seruum, & est liber. In primo casu habet locum, quod hîc dicitur in verb. illa verba. In secundo casu dicit glo. quòd habet locũ illud, quod dicitur hîc in versi. in eo verò, & sic facit hîc tria responsa, & exponit arbitratur, id est, scit. Sed salua reuerentia glossæ videtur aliter dicendum, scilicet quòd ille versi. in eo verò, sit declaratio primi respõsi, & tunc non oportet illam extortam expositionem facere. & ita sunt hic solùm duo responsa. In tertio casu subdistinguit, quia aut volui aut nólui expresśe per illum alium hæredem esse. & tunc voluntas mea est seruanda. l. cùm proponas. C. eod. Aut dubium est an volui alium per eum hæredem esse, an nõ, & tunc habet locum, quod hîc dicitur

dicitur in responso. In quarto casu non est dubium, quin erit hæres, quia opinata seruitus nõ nocebit. ¶ Notandum † secundò, quòd substitutus vulgariter seruo instituto, qui creditur esse liber, admittitur secundum omnes, ad diuidendum medietatem hæreditatis cum domino serui, vt ff. de heredi. institu. l. si paterfamil. Sed de alia medietate dicunt aliqui, quòd eam habebit substitutus, inspecta opinione, vt ff. pro empt. l. ij. §. si quis à pupillo. Alij dicunt, & fortè melius, quòd eam habebit dominus serui, inspecta veritate, vt infrà de lega. §. si quis rem. Et ratio istius responsi est, quia propter repugnãtiam communium regularum eligitur hic media via: est enim vna regula, quòd post aditã hæreditatem expirat vulgaris substitutio: vt l. post aditam. C. eod. & quicquid seruus acquirit, hoc acquirit domino suo, vt suprà per quas person. nobis acquir. §. j. & secundum ista, dominus serui instituti haberet totam hæreditatẽ: sed alia est regula, quòd si institutus non habeat hæreditatem, vel ille cuius iuri posteà subiectus erit, tunc substitutus vulgariter habebit hæreditatem, & illa regula fundatur in volũtate testatoris, & secundum illam regu. substitutus haberet totam hæreditatem: propter ergo istam repugnantiã Titius elegit mediã viam. ¶ Opponitur, & videtur, quòd ex isto sequeretur, quòd substitutus haberet medietatem hæreditatis cum domino serui, quia pars est medietas hæreditatis. Et hoc etiam videtus velle iste textus, cùm dicitur, quòd Mæuius admittitur ad partem hæreditatis: nomine enim partis intelligitur medietas in dubio, vt l. nomen filiarum. §. portiones. ff. de verb. signifi. Solutio. Videtur mihi, quòd istud argumentũ concludit, quia tamen non reperi aliquem Doctorem istud dicentem, non volo istud asserere: sed pro opinione dicentiũ, quòd dominus habet tres partes, & substitutus quartam tãtùm, põt dici, quòd hoc est ideò, quia dominus habet pro se duo iura, substitutus nõ habet nisi vnũ, habet enim dominus ius institutionis, & habet etiam ius quod substitutio expirat adita hæreditate, sed substitutus solùm habet regulam fundatam in voluntate testatoris, de qua suprà dictum est.

DE PVPILLARI SVSTITVTIONE. TITVLVS XVI.

1 *Substitutio pupillaris, quomodo fiat.*
2 *Substitutio uulgaris, fit tacitè & expressè.*
3 *Substitutionis uulgaris tres effectus.*
4 *Substitutio uulgaris an expiret per aditionem hæreditatis.*
5 *Substitutio pupillaris fit sub conditione affirmatiua. Et dupliciter.*
6 *Substitutionis pupillaris duplex effectus.*
7 *Substitutio pupillaris, quibus modis expiret.*

Quia

QVia dictum est de substitutione vulgari:& cùm sit alia
species substitutionis quę dicitur pupillaris,idcirco nunc
de illa dicendum est:& licet sint plures species substitu
tionis,habito respectu ad id,quod vnaquęq; species sub
stitutionis continet, & ad materiam substitutionis,o-
mnes tamen continẽtur in istis duabus substitutionibus,& ideò solùm
1 ponuntur isti duo tituli. Et† circa rubricam notandum primò, quòd
substitutio vulgaris fit cõmuniter hoc modo: Instituo Titium hære,
dem meum,& si hęres meus non erit, substituo ei Seium. Et licet Io.
Fab.dicat,quòd in forma substitutionis vulgaris non est curãdum de
verbis,an scilicet fiat affirmatiuè vel negatiuè,videtur tamen sine præ
iudicio dicendũ, quòd substitutio vulgaris semper fit cum cõditione
negatiua formaliter vel virtualiter,& quando in cõditione hoc nomẽ
hæres,est prædicatũ, tunc semper ponitur conditio negatiua,in sub-
2 stitutione vulgari.† Fit aũt ista substitutio vulgaris dupliciter,scilicet
expressè & tacitè. Expressè,vt in exẽplo statim adducto. Tacitè verò
in substitutione pupillari, quæ fit hoc modo: Instituo Titium filium
meum impuberem hæredem meum,& si hęres sit,& ante pubertatẽ de
cesserit, substituo ei Seium:nam in ista pupillari tacitè intelligitur ista
vulgaris,Si Titius non sit hæres,Seius erit hæres. Habet aũt substitu-
3 tio† vulgaris tres effectus. Primus est,quòd testamentum frequenter
habet vires suas, ex ista substitutione vulgari : si enim institutus non
vellet adire hæreditatem testamentũ erit inualidum, sed quando ve-
nit substitutus vulgariter, & adit hæreditatem, validatur testamentũ,
vt ff.de libe.& posthu.l.iij.§.fin. Secundus effectus est, quòd per istã
substitutionẽ substitutus succedit defuncto,& nõ instituto,vt infrà eo.
§.j.versi.quo casu. Tertius effectus est, quòd propter istã substitutio
nem suus hæres, qui non adit hæreditatem , non potest eam trãsmit-
tere ad quoscunq; alios proximiores hæredes,sed hæreditas venit ne-
cessariò ad substitutũ,vt l.si filius hæres.ff.de libe. & posthu. Expirat
4 †autem ista vulgaris substitutio per aditionem hæreditatis, vt l.post
aditam. C.eod.& sufficit,licet plures sint instituti ad excludendũ sub-
stitutum vel substitutos,quòd vnus institutorũ adiuit hæreditatem,vt
l.quidam testamento,ff.eo. Et hoc verum est,quando plures sunt in-
stituti copulatiuè:secus aũt si disiunctiuè, quia si tunc vnus solus adi-
ret hęreditatẽ,non excluderet substitutos,nisi ab illa parte, quam ipse
5 adiuit,vt l.ex duob.§.filium ff.eod.titu. Pupillaris† aũt substitutio fit
cum conditione affirmatiua, formaliter vel virtualiter, sicut vulgaris
fit cum cõditione negatiua:& fit etiam dupliciter , scilicet expressè &
tacitè. Expressè,vt in exẽplo suprà posito. Tacitè,in substitutione vul
gari,vt si habeo filium impuberem, cui vulgariter substituo sic, In-
stituo

stituo Titium filium meū impuberem hæredem, & si hæres non sit, tunc Seius hæres erit:in hac vulgari tacitè intelligitur ista pupillaris, Si Titius filius meus hæres erit,& ante pubertatem decesserit,tunc Seius
6 hæres erit,vt l.iam hoc iure.ff.eod. † Effectus aūt pupillaris substitutionis est duplex. Primus,quòd pupillaris expressa excludit matrem,& alios venientes ab intestato:tacita verò non excludit matrem,vt l.pre cibus.C.eod.Secundus effectus est,quòd per eam substitutus succedit instituto,& habet omnia bona sua vndecunq; acquisita,vt l.sed si plu res.§ ad substitutos.ff.eod.sed per vulgarem substitutus succedit solùm instituēti,vel defuncto,vt suprà dictum est, & de hoc est glo.in l.
7 qui ventri.ff.de ventre inspicien. Expirat† aūt ista substitutio multis modis.Primò pubertate,xij.vel xiiij.anno.vt infrà eo.§.masculo.Secundò,arrogatione impuberis,vt ff.de adopti.l.nec ei.Tertiò,si hæreditas testatoris nō adeatur,vt l.sed si plures.§.si ex asse.ff.eod. Quartò,per agnationem posthumi olim expirabat,vt C. eo.l.si pater filiū. sed hodie non expirat,vt C.de libe.præte l.ex causa. Quintò,per secundum testamentū validum,vt l.si quis eum.§.fi.ff.eo. Sextò, si testamentū rumpatur in toto per querelā inoffic. secus si in parte,vt l. in substitutione.ff.eo.& l.Papinianus.§.sed nō impuberis.ff.de inoffi. testam.Sed si testamentū expugnaretur per contratab.nō expiraret pupillaris substitutio, quia non agitur de viribus testamēti, vt l.ex duobus.§.fi.ff.Septimò per capitis diminutionē ipsius pupilli,vt l.cohæredum.§.cum filiū.ff.eo.Octauò,si substitutio sit facta cum taxatione temporis,tunc finito illo tēpore,expirat substitutio,vt si testator dixisset sic,Substituo Seiū filio meo Titio impuberi,vt si hæres sit,& infra decimū annū ętatis suę decesserit:nam tunc Titio ex stante x. annorū, expirat substitutio,vt l.si quis ita.ff.eo.Partes aūt huius tituli patebūt in processu.

§. Liberis.

1 *Substitutio pupillaris ut fiat,quæ requiruntur.*
2 *In tutelam suam quando quis ueniat.*
3 *Substitutus si fiat hæres ante institutū,an fiat hæres ipsius substituētis.*

Summatur sic:Testator pōt non solùm vulgariter,sed etiam pupillariter impuberibus liberis in sua potestate existentibus substituere: & per substitutionē vulgarem fit substitutus hęres substituentis, sed per pupillarē fit substitutus hæres institui.h.d. & patet intellectus textus.
1 ¶ Notandum † primò,quòd ad substitutionem pupillarem multa requiruntur.Primò,quòd fiat liberis,extraneo enim fieri non pōt, vt infrà eo.ver.extraneū.Secundò,quòd fiat impuberibus:nam puberibus fieri non pōt,vt infrà eo.§.masculo. Tertiò,quòd fiat illis,qui sunt in potestate,nam emācipatis fieri non pōt,vt ff.eo.l.ij.§.j.Quintò requiritur

ritur, quòd fiat in testamento, in quo filij sunt instituti, vel legitimè exhæredati. aliâs enim non valet testamentũ, vt suprà de exhæreda lib. §.j. & per consequẽs non valeret etiam substitutio, vt infrà eo. §. liberis. Quintò, quòd si fiat nepotibus vel pronepotibus, seu alijs liberis post filium, quòd nõ sint recasuri in potestatem alterius post mortem testatoris, vt ff. eo. l. ij. §. posthumus. Sextò, quòd testator faciat sibi ipsi testamentum, nisi esset miles, vt d. l. ij. §. quisquis. Septimò, quòd liber filius vel nepos cui substituitur, sit institutus vel legitimè exhæredatus, vt d. l. ij. §. & si eos. Octauò, quòd hereditas testatoris adeatur, vt dicta l. ij. §. adeò, nisi esset miles, cuius substitutio pupillaris valet etiam non adita hæreditate, vt ff. de test amen. mili. l. miles ita. ¶ No-
2 tandum † secundò, quòd tex. notanter exponit, antè, quàm in suam tutelam venerit, quia qui venit in suam tutelam post xiiij. annũ completum, si sit masculus, & post xij. annũ, si sit fœmina: venit etiam in suam tutelã post xxv. annũ completũ, vt l. cũ filio. ff. de leg. iij. Vt ergo sciatur, quid significet quando dicit, antè, quàm in suam tutelã venerit, ideo
3 circo tex. exponit. ¶ Notandũ tertiò, † quòd quãdo substitutus fit hæres ante institutũ, tunc fit hæres ipsius substituẽtis: sed quando fit hæres post mortẽ instituti, tunc fit hæres ipsius instituti & substituẽtis, vt l. paterfamiliâs. ff. eo. & recipit omnia bona vtriusq; vndecũq; acquisita. vt ff. eo. l. sed si plures. §. ad substitutos. nisi in testamẽto militis vel arrogatoris, vt d. l. sed si plures. §. in arrogato. & d. §. ad substitutos. in fi.

§. Qua ratione.

1 *Parentes possunt liberis suis furiosis, etiam puberibus, certas personas substituere. Quæ substitutio, quando expiret.*
2 *Substitutio exemplaris, quid differat à pupillari.*
3 *Substitutio breuiloqua, quomodo fiat. Et cur sic dicta.*
4 *Substitutio breuiloqua, interdum continet quatuor substitutiones. Interdum duas uulgares tantùm. nu. 5. interdum pupillares tantùm. nu. 6.*
7 *Substitutio compendiosa, unde nomen sortita.*
8 *Substitutiones possunt esse directæ & fideicommissariæ. Quæ longe differunt. nu. 10.*
9 *Substitutionum triplicia sunt uerba.*
11 *Testamentum pupillare secundũ quid, potest dici duo testamenta.*

1 Parentes † possunt liberis suis furiosis, etiam puberibus, certas personas substituere, quæ quidem substitutio expirat cessante furia, ad exemplum pupillaris substitutionis. Et sunt in substitutione pupillari quodammodo duo testamenta, vnum patris, & aliud filij. vel possunt dici vnum
2 testamentum duarum hæreditatum. Hoc dicit. ¶ Notãdum † primò, quòd præter duas substitutiones, de quibus dictum est, adhuc sunt tres species

ſpecies ſubſtitutionum. Vna dicitur exemplaris. de qua in iſto. §. quia fit ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis. Differunt tamẽ multipliciter. Primò, quia pupillaris ſubſtitutio ſolùm fit impuberibus: ſed exemplaris poteſt etiam fieri puberibus, vt hîc in text. Secundò, quia quilibet poteſt pupillariter ſubſtitui, ſed in exẽplari ſubſtituendæ ſunt certæ perſonæ, videlicet liberi furioſorum, ſi qui ſint: & ſi illi non ſint, ſubſtituantur fratres & ſorores: qui ſi non ſint, poſſunt ſubſtitui extranei, vt l. humanitatis. C. de impube. & alijs ſubſtitu. Tertiò, quia in pupillari requiritur, quòd ſubſtituens habeat inſtitutum in poteſtate, ſed exemplariter poſſunt parentes ſubſtituere, qui non habent inſtitutum in poteſtate, nam pater & mater, auus & auia, & deinceps, poſſunt iſtam ſubſtitutionem facere, & ſi mater faciat vnum ſubſtitutum, & pater alium, tunc ſubſtitutus à matre, habebit bona materna, deficiente inſtituto: & ſubſtitutus à patre, ſi pater habeat inſtitutum in ſua poteſtate, habebit alia bona vndecunq; acquiſita: ſed ſi pater non habeat inſtitutum in poteſtate, tunc ſubſtitutus à matre habebit bona materna, & ſubſtitutus à patre, bona paterna, & alia bona diuidẽtur viriliter inter iſtos duos ſubſtitutos, id eſt, cuilibet dabitur portio ſua, quæ vocatur virilis, vt notatur in l. ex facto. ff. eodem. & ibi per Bart. Quartò, quia pupillaris ceſſat adueniente pubertate, ſed exemplaris expirat ceſſante furia. Quintò, quia pupillaris fit exhæredato, vt infrà eod. §. non ſolùm. ſed exemplaris non: quia furioſus non poteſt exhæredari, cum non poſsit cauſam exhæredationis committere, vt l. humanitatis. C. de impube. & & alijs ſubſtitu. & poteſt iſta exemplaris etiam fieri expreſsè & tacitè, quia quandocunque ſubſtituitur furioſo pupillariter, vel vulgariter, intelligitur tacitè iſta exemplaris, vt dicit Bart. in l. ex facto. ff. eodem. † Alia dicitur breuiloqua, & fit hoc modo: Titiũ & Seium filios meos hæredes inſtituo, & eos ſibijnuicem ſubſtituo. Vel hoc modo: Titium & Seium inſtituo, & vter eorum ſuperſtes, ſit alteri hæres, vt ff. de hære. inſtitu. l. Titius & Seius. Vel ſic: Titius & Seius inuicem ſubſtituti, hæredes mihi ſuntote, vt l. cùm in teſtamento. §. hæc verba. ff. de hæredibus inſtituen. Et dicitur breuiloqua, quia fit breuibus verbis, vt in glo. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & vocatur etiã iſta ſubſtitutio reciproca, vt l. iã hoc iure. ff. eod. Et † cõtinet iſta ſubſtitutio interdũ quatuor ſubſtitutiones, verbi gratia: Inſtituo Titiũ & Seium filios meos impuberes mihi hæredes, & eos ſibi inuicem ſubſtituo. Comprehẽduntur duæ vulgares. Prima, ſi Titius nõ ſit hæres, Seius ſit hæres. Secunda, ſi Seius non ſit hæres, Titius ſit hæres. Et duæ pupillares. prima, ſi Titius ſit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit, ſit Seius hæres. ſecunda, ſi Seius ſit hæres, & in pupillari ætate deceſſerit, ſit Titius hæres. interdũ † cõtinet duas vulgares tantùm,

verbi gratia: Instituo Titiũ filium meum impuberem,& Seium fi-
meum puberẽ hæredes,& inuicẽ substituo. Continentur duæ vul-
res. Prima, si Titius non sit hæres, sit Seius, Secũda econtrà. si Seiu
sit hæres, sit Titius hæres: & non continetur ibi aliqua pupillaris
ex quo Titius non potest Seio pupillariter substitui, sic nec ecõtra
ista verba propter disparitatem, vt l. iam hoc iure. ff. eodem. ¶ Inte-
6 dum † continet duas pupillares tãtùm, vt si substituã pupillariter
bus filijs meis impuberibus exhæredatis, iuxta §. non solùm. infrà e
Interdum cõtinet ista substitutio sex substitutiones, vt si faciam e
duobus filijs impuberibus furiosis, nã tunc continẽtur duę vulgares
duæ pupillares,& duæ exemplares. Interdũ continet octo substitu-
nes, vt si duobus filijs impuberibus furiosis substituã cũ ista clausula
si hæredes sint,& in pupillari ætate, vel quandocunq; pòst sine lib
decesserint, tunc enim præter sex prædictas substitutiones, contine
adhuc duæ fideicõmissariæ. & ista notantur per Barto. in l. Lucius
7 eodem. ¶ † Tertia est compendiosa, quæ fit sub cõditione mortis
alia conditione multa amplectitur tẽpora substitutionum. Et dici
cõpendiosa, quia sub cõpendio & breuitate verborũ multas cõplec-
tur substitutiones, scilicet vulgares, pupillares,& fideicõmissarias. ve
bi gratia: Filiũ meum impuberẽ instituo,& quãdocunque decess
Caium substituo: cõtinet vulgarẽ, videlicet si filius meus non sit hæ-
res, Caius sit heres: cõtinet pupillarẽ, vt si filius meus in ætate pupil-
decesserit, sit Caius hęres: cõtinet fideicõmissariã, vt si filius meus p
pupillarẽ ætatẽ decesserit, restituat Caio hæreditatem. Hæc proba
8 per Barto. in l. Centurio ff. eo. ¶ Notãdum † secundò, quòd substitu-
tiones possunt esse directæ & fideicommissariæ. Directæ sunt, qui
substitutus sine medio alterius peruenit ad hæreditatẽ. Sed fideico-
missarię sunt, quibus substitutus per mediũ alterius peruenit ad hære-
9 ditatẽ. ¶ † Pro quo sciendũ est, quòd triplicia sunt verba substitutio-
num, videlicet directa, vt: Esto hæres, vel facio te hæredem, vt C. de
deicom. l. eam quam. Et obliqua, vt est verbũ, restituatur, vt l. coh
redi. §. cùm filiæ. ff. eod. tit. & verbũ, reddatur, vt l. verbũ reddere
de verb. signifi. & verbum, detur, vt l. fundum Trebatij. ff. de vsufr.
lega. Et cõmunia, vt verbũ restituo, vel remaneat, succedat, reuerta-
tur, deuoluatur, vt notatur in glo fi. in l. Centurio. ff. eod. Si fiat e
substitutio à milite per verba directa, puta hæres esto, tunc valet
pubertatem,& pòst, iure directo. Sed si institutus decedat in pupil
ætate, tunc substitutus habet omnia bona vndecunq; acquisita. Sed
decedat post pubertatem, tunc habet solũ bona substituentis, vt n
tur in dicta l. Centurio. & hoc est verum, nisi mater sit in medio
tunc post pubertatem ista substitutio est fideicommissaria, secund

comm

communiter doctores,in dicta l. Centurio.licet Barto.dicat ibi,quòd est semper directa.Si verò per verba obliqua,puta,hæreditatem restituas,tunc substitutio semper est fideicõmissaria , vt l.cohæredum. §. cùm filiæ.ff.eodem.Si per verba communia,puta,talem substituo,tũc etiam semper est directa nisi mater sit in medio,qua tunc post pubertatem est fideicommissaria,vt l.precibus. C.eodem.Si autem fiat à pagano,id est,non milite,& per verba directa,tunc ante pubertatem valet iure directo,sed post pubertatẽ non valet, vt l.verbis ciuilibus.ff. eodem.Si per verba obliqua,tunc semper est fideicõmissaria,vt l.Scęuola.ff.ad Trebellia.Sed si per verba cõmunia , & cum denotatione temporis,vt sic dicendo,Si in pupillari ætate vel quãdocunq; pòst decesserit,tũc valet iure directo vsq; ad pubertatem,& posteà est fideicommissaria.Sed si fiat sine denotatione tẽporis,tũc semper est fideicõmissaria,vt in dicta l. Centurio.per doctores notatur.
10 ¶ Et † multum refert an substitutio sit directa vel fideicommissaria,quia per fideicommissariam nõ excluditur mater,& detrahitur quarta Trebellianica,sed per directam excluditur mater,nec abstrahitur Trebellianica,vt l.cohæredi. §.cùm filiæ.ff.eodem.& in dubio semper dicenda est directa,vt l. quotiens.ff.de rebus dubijs.Et ex istis clarè patet solutio ad casum in c.si pater.de testamen.in vj.quia illæ substitutiones fuerunt directæ & pupillares,& ideò mater excludebatur. Et licet filius non possit excludere matrem in suo testamento , vt allegabatur per procuratorem matris:tamen mater potest excludi à testamento filij,quando hoc testamẽtum fit per patrem,vt respondebatur per pro-
1 curatorem pauperum Christi. ¶ Notandum † tertiò,quòd testamentum pupillare secundum quid,potest dici duo testamenta,quia duobus instituitur hæres,scilicet patri & filio:etiam potest dici vnũ , quia ab vno factum,vt l.patris & filij.ff.eodem titulo.

§. Sin autem quis.

Timens filio suo impuberi imminere periculum,ex substitutione uulgari, potest uulgarem apertè facere,& pupillarem secretè.& nu. 2.

3 *Cera uel chorda,quibus testamentum est clausum,non possunt uendicari.*

4 *Tabulæ testamenti non possunt aperiri,nisi iusta causa:etiam si testator non cauerit.*

5 *Pupillo quicquid datur gratiosè,est aduentitium.*

6 *Substitutus pupillo exhæredato,non potest grauari per testatorem.*

7 *Exhæredationis causam committere possit ne pubes.*

8 *Testator si exhæredet pupillum,cui uult substituere pupillariter,quid debeat primùm facere.*

9 *Testamẽto testatoris à prĩcipio inualido,nec ualebit testamẽtũ pupillare.*

10 *Testari de re aliena, in præiudicium alterius, an posit quis.*

11 *Testamentum duplici iure dicitur non ualere.*

1 Summatur sic: † Timens filio suo impuberi periculum imminere, substitutione pupillari, potest vulgarem apertè facere, & pupillarem secretè, & cauere in aperta, ne clausa aperiatur viuo filio, & adhuc impubere: si tamen velit, potest vtranq; apertè facere. tunc ibi, non solùm. Potest testator non solùm impuberi hęredi instituto pupillariter substituere, sed etiam exhæredato, quo casu substitutus habebit quæcunque ad pupillum pertinebat. tunc ibi, quæcunq;. Sicut de substitutione impuberum institutorum vel exhæredatorum dictum est, ita de posthumis dicendum est tunc ibi, liberis. Nec potest testator pupillare testamentum facere, nisi sibijpsi faciat testamentũ, quo non subsistente, nec pupillare testamẽtũ subsistit, quia est pars & sequela paterni testamenti. Hoc dicit, & patet intellectus text.

2 ¶ Notãdũ † primò ibi, sin autem, quòd istud cõsilium datur ne substitutus insidietur mortẽ pupilli, vel habeat eius bona, sicut fecit Catarellus, vt hic in glo. Dicũt tamen alij, quòd istud cõsiliũ solùm valet pro imperitis, quia periti sciũt, quod substitutione vulgari, quæ fit apertè, tacita continetur pupillaris, quando fit impuberi. sed isti non bene dicunt, quia istud consilium legis... num est pro omnibus. quod enim in vulgari continetur tacita pupillaris, hoc verum est, nisi aliter esset per testatorem ordinatum. quod potest in secreto fieri, vt l. cùm ex filio. § . filio. ff. codẽ. Et potest testator istas substitutiones in vna charta facere, vt hîc textus videtur velle, vel in duabus separatim, vt l. patris & filij. ff. eodẽ. nec oportet testatorem istud consilium sequi. Pro quo facit l. ij. ff. manda. & c. cùm in veteri extrà de electio.

3 ¶ Notandum † secundò ibi, proprio lino. id est, chorda, licet glo. dicat, quòd hoc fit ideò, ne dominus chordæ vel ceræ vendicet eam, & tunc testamentum aperiretur, illa tamen nõ est sufficiens ratio secundum Ioan. Fab. quia sicut alienũ tignum ædibus iniunctum non potest vendicari à domino, ne vrbs deformetur ruinis propter publicam vtilitatem, vt l. in rem. § . tignum. ff. de rei vendic. suprà § . cum in suo. notabili primo. de rerum diuisio. sic etiam ista chorda vel cera non posset vendicari, quia testamenta sunt publici iuris, vt l. iiij. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. idem enim esset, si testator clauderet testamentum aliena chorda & cera, teneretur tamen ad æstimationem, sicut de tigno.

4 ¶ Notandum † tertiò ibi, cauere, quòd licet testator non caueret, ne tabulæ clausæ non aperirentur, tamen non possent aperiri, nisi iusta causa, vt l. pupillares. ff. quemadmodũ testamenta aperiantur.

5 ¶ Notandum † quartò ibi, non solùm. quòd quicquid datur pupillo, eò quòd gratiosus est, dicitur sibi prouenire occasione sui: & ideò est aduentitium, & non profectitium, quod facit ad intellectum

6 ctum l.cùm oportet. C.de bonis quæ liberis. ¶ Notandum † quintò, quòd substitutus pupillo exhæredato, non potest grauari per testatorem, etiam in re ab ipso testatore illi pupillo relicta. l.cùm quidam. C. de legatis. sed ipse pupillus exhæredatus bene potest grauari, vt l.cohæredi. §.cùm filiæ.ff.eodē. Et sic fallit regula, qua dicitur, si possum grauare aliquē, tunc etiā possum grauare eius hæredem vel legatarium, vt l.si fuerit.ff.de legat.iij. Et istius fallentiæ non est ratio, nisi voluntas legis, secundum Cynum & Bart.in dicta l.cùm quidam. Sed secundum Salicet.in eadem lege, & secundum Ioannem Fabri, istud fit in odium patris exhæredantis: sed ista ratio non placet, quia eadem ratione exhæredatus non posset grauari. Potest ergo dari ratio, quia ista substitutio fit in fauorem pupilli, ne decedat intestatus. Si ergo grauaretur substitutus, fortassis non vellet adire hæreditatē pupilli, facit textus, infrà ad leg. Falcidiam in principio. & singulare ius non debet extendi vltra verba & mentem legis. l.ius singulare.ff.de
7 legibus. ¶ Notandum sextò, † quòd iste paragraphus, nō solùm, non habet hodie locum, nisi in impubere proximo pubertati, vt possit cōmittere causam exhæredationis, saltem hodie, quia aliás exhæredari
8 non potest, vt.l.si quis. §.legis. C.de inoff.testamen. ¶ Notādum † septimò ibi, liberis, quòd si testator exhæredet pupillum, cui vult substituere pupillariter, tunc primò debet sibijpsi testamentum facere: sed si instituat eum, tunc potest ante, vel post institutionem vel substitutionem sibi testamentum facere, sine tamen interuallo, vt ff.eodem.l.ij.
9 §.prius.& §.sed & si quis.& §.finali. ¶ Notandum † octauò, quòd si testamentū testatoris à principio non valet, vtputa propter præteritionem filij, tunc testamentum pupillare, etiam non valebit, vt hìc, & l. si quis eum.ff.eodē. aut si alio modo à principio non valeat, quia multis modis testamentum fit inualidum, vt l.j.de iniusto, rupto, irritoque testamento. Et si ex postfacto rumpatur in totum, idem est: secus si in parte, quia tunc substitutio pupillaris valet, vt l.in substitutione.ff.eodem titulo. Et ratio est, quia tunc potest quis decedere partim testatus, & partim intestatus. l.nam & si parentibus.ff.de inofficioso testa-
10 mento. ¶ Notandum † finaliter, quòd licet testator possit grauare hæredem de re aliena, vt eam luat, vel æstimationem præstet, l.cùm alienam. C.de legat. iure tamen communi non potest quis testari de re aliena, in præiudicium alterius, vt l.eius qui. §.j.ff.de testamen.& l. conficiuntur. §.si post.ff.de iure codicillorum. Hoc tamen fallit primò hìc, quia pater testatur de bonis filij etiam aduentitijs: fallit etiam in milite, qui per condemnationem factus est intestabilis: tamen in sententia reseruata est sibi testamenti factio in certis rebus, vt l.si quis exhæredato. §.sed si quis.ff.de iniuſ.rupt.irri.testamen. fallit etiam in

muilere conuolante ad secunda vota, quæ potest testari inter libe... de bonis primi mariti, Authē. lucrū. C. de secūdis nup. ¶ Oppo. pri... & videtur, quòd pater non posit substituere filio impuberi exhæ... to, in bonis aliunde filio prouenietibus, quàm ab ipso patre, per l. mi... §. exhæredato. ff. de milita. testa. Solutio. Illa lex loquitur de mil... qui potest substituere filio etiā emancipato, quod paganus nō pot... & ideò quia priuilegium militis in illo ampliatur, ideò in alio restri... tur, vt scilicet non substituat, nisi in bonis filio ab ipso milite patre... ctis: sed tex. iste loquitur de pagano. ¶ Opponitur secūdò, & vide... quòd quis posit pupillare testamentum facere, nō faciendo sibi ipsi te... stamētum, per l. ij. §. quisquis. ff. de vulg. & pupil. substitutione. So... tio. Illa lex etiā loquitur de milite, qui habet hoc priuilegiū, quòd nō faciēdo sibi testamentū, potest pupillo substituere. ¶ Opponitur ... liter, & videtur, quòd non valente testaméto substituentis, valet te... mentū pupillare, per l. ex duobus. ff. de vulgari & pupil. substitu. So...
11 tio. † Testamentū duplici iure dicitur non valere, scilicet ciuili & præ... torio, & quando testamentū non valet iure ciuili, tunc etiam nō va... pupillare testamentum, vt vult iste tex. in §. liberis. Sed licet testame... tum non valeat iure prætorio, quia scilicet rumpitur per contrab... valet tamen substitutio pupillaris: & hoc vult illa l. ex duobus. qui... cut ius prætorium nō potest facere hæredem: sic etiam illo iure ne... desinit hæres esse, vt infrà de bonorum possess. §. quos autem.

§. *Singulis autem.*

1 *Substitutio pupillaris potest fieri proprio nomine, uel generalibus uer...*
2 *Testator habens plures filios impuberes, si substituat ultimò morienti, ... per hoc substituit eos inuicem.*
3 *Substitutio quando fit uerbis generalibus, qui nam filij uocentur ad hæ... reditatem.*
4 *Substitutus pupillaris potest per testatorem obligari, per fideicom... missum.*

Testator habens plures liberos impuberes, potest singulis pupilla... ter substituere, ne aliquis decedat intestatus, vel potest substituere vl...
1 mò morienti, vt hæreditas maneat integra tunc ibi, substituitur. † Pu... pillaris substitutio potest fieri, per proprium nomen vel generalibus verbis, vt sic dicendo, Quisquis mihi patri hæres erit, sit filio meo im... puberi hæres: & in hoc casu substituti fiunt hæredes filij pro portioni... bus in quib. facti sunt hæredes patris. Tunc ibi, masculo. Substitutio pu... pillaris potest fieri masculo vsq; ad xiiij. annum. vltra hoc tempus sub... stitutio euanescit directa, non autem fideicommissaria, l. si fratres. C. de fideicommis. & fœminæ vsque ad xij. annum: extraneo autem & filio

filio puberi fieri non poteſt, poſſunt tamen obligari à teſtatore per fideicommiſſum, vt hæreditatem totam, vel pro parte reſtituant. Hoc
2 dicit. ¶ Notandum primò, † pro § ſingulis, quòd teſtator habens plures filios impuberes, per hoc quòd ſubſtituit nouiſsimò morienti, non ſubſtituit eos ſibi inuicem, & ideò ſi vnus moriatur, qui non eſt vltimus, ſuccedunt alij in partem ſuam, non iure ſubſtitutionis, ſed iure legitimo, nam per talem ſubſtitutionem teſtator vult hæreditatem ſuã integram conſeruari, & vt quilibet habeat legitimum ſucceſſorem, ſcilicet illum, qui debet ei ſuccedere ab inteſtato, excepto vltimo mo-
3 riente facit l. vel ſingulis. ff. eodẽ. ¶ Notandum † ſecundò, pro § ſubſtituitur, quòd quãdo ſubſtitutio fit verbis generalibus, dicendo, Quiſquis mihi patri hæres erit, ſit hæres filio meo, tunc vocantur ad hæreditatem filij ſolùm illi, qui ſunt hæredes patrisfami. mediatè ex iudicio, ſeu diſpoſitione patris. Et ideò ſi ſeruus à patre ſit hæres inſtitutus, non acquirit hæreditatem filij domino ſuo, ex tali ſubſtitutione: ſic etiam ſi filius alterius patris ſit inſtitutus à patre pupilli, non acquirit hæreditatem filij patri ſuo, ex iſta ſubſtitutione. facit l. qui liberis. §.
4 hæc verba. ff. eodem titul. ¶ Notandum † finaliter ibi, extraneo, quòd licet ſubſtitutio pupillaris non poſsit fieri extraneo, aut puberi filio, poteſt tamen talis per teſtatorem obligari, per fideicommiſſum, hoc modo, Inſtituo filium meum puberem hæredem, & quandocunque ſine liberis deceſſerit, ſubſtituo ei Titium, per hanc enim ſubſtitutionem rogatus eſt filius meus poſt mortem ſuam, Titio hæreditatem reſtituere, quia ſubſtituo, eſt verbum commune, quod ad directam & ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem trahi poteſt: & quia hîc conuenientius eſt, vt trahatur ad fideicommiſſariam, ideò huiuſmodi ſubſtitutio eſt fideicommiſſaria, vt l. precibus. §. ſi verò poſt. C. de impube. & alijs ſubſtitu. ſecus ſi diceret Titius hæres eſto, quanquam aliqui dicant, quòd illa verba etiam poſſent obliquari, quod tamen non videtur dicendum, iuxta ea, quæ notata ſunt ſuprà eodem. §. qua ratione, in ſecundo notabili. ¶ Opponitur ſic, & videtur, quòd quando teſtator ſubſtituit nouiſsimò morienti, omnes ſunt ſibi inuicem ſubſtituti, & vno moriente alij ſuccedunt iure ſubſtitutionis. per l. Titia Seio. §. Seia. ff. de lega. ij. Solutio. Illa ſubſtitutio quæ eſt in §. Seia. non eſt directa, ſed fideicommiſſaria. & fideicommiſſum ab vno relictum, qui vltimò morietur ex pluribus hæredibus, facit videri eos eſſe inuicem ſubſtitutos, vt dicit Bartolus caſum eſſe in dicto §. Seia. Vel poteſt dici, ſecundum gloſſ. quòd teſtator ibi dixit, ne hæreditatem alienaret: & ex illo videntur inuicem ſubſtitui, & non ex eo, quòd ſubſtituit nouiſsimò morienti, facit lex ſi is, qui. ff. de lega. tertio.

QVIBVS MODIS TESTAMENTA INFIRMANTVR.

TITVLVS XVII.

Summatur sic: Iam dictum est, quibus modis testam. fiunt, & sunt valida: & quia nihil est tam stabile in temporalibus, quod rũpi vel infirmari nõ potest, vt in authẽ. de nup. §. distrahitur. colla. iiij. idcirco iam dicendum est, quib. mod. testamẽta infirmãtur. & quia infirmãtur dupliciter, scilicet ipso iure, vel per iudiciũ, idcirco primò in hoc titulo tractatur de primo modo infirmandi testamenta, & in titulo sequenti de secundo. Et diuiditur iste titulus in septem partes. In prima declaratur, qualiter testamenta infirmantur adoptione. In secunda, ibi, posteriori, qualiter prius testamentum, infirmatur per posterius. In tertia ibi, sed si quis. limitatur præcedens §. In quarta ibi, alio. qualiter testamenta infirmantur capitis diminutione. In quinta ibi, non tamen. declaratur præcedens §. In sexta ibi, ex eo. declaratur quòd posterius testamentum imperfectum non rumpit prius. In septima & vltima ibi, eadem. declaratur, quòd testamẽtum inualidum non fit validum per constitutionem Imperatoris.

§. Testamentum.

1 *Testamentum ut rumpatur per adoptionem, quid requiratur.*

2 *Adoptio uel arrogatio sequens, an rumpat testamentum prius factum.*

3 *Monasterium si quis intret facto antè testamento, an rumpatur testamentum.*

Summatur sic: Si testator post testamẽtum factum arrogauerit vel adoptauerit filium, qui sit in eius potestate, rumpitur suum testamentum 1 quasi agnatione sui hæredis. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, † quòd ad hoc, quòd testamentũ factum rumpatur per adoptionẽ, requiritur quod adoptatus transeat in potestatem adoptantis, vt quãdo auus maternus nepotem suũ, vel auus paternus nepotem, quem nõ habet in potestate adoptat. C. de adoptio. l. cũ in adopt. & suprà de adoptio. §. hodie. & ita sicut per agnationẽ veri posthumi rumpitur testamentum, ita etiã adoptione vel arrogatione, quasi per agnationem sui hæredis, vt hîc, & concor. l. certum. ff. de iniuſ. rup. irri. testamẽ. ¶ Notandum 2 † secundò, quòd si testator in testamento suo instituisset arrogandum vel adoptandũ, tunc per arrogationẽ vel adoptionẽ sequentẽ non rumperetur testamentũ prius factũ, vt l. filio. §. fi. ff. de lib. & posth. Similiter si filius exhæredatus & emãcipatus arrogetur, non rumpitur testamentũ prius factũ, & hoc propter reliquias patriæ potestatis, propter quas filius emãcipatus faciliter redit ad pristinum statum, vt sit in potestate

ſtate patris,in qua prius fuerat,quia res faciliter redit ad ſuam naturã. Sic etiã reliquiæ ſeruitutis aliquid operantur in illo,qui deſijt eſſe ſeruus domini ſui,videlicet ne ponatur ad quæſtionẽ cõtra dominũ ſuũ, vt l.vnius. §.ſeruus.ff.de quæſti. Sed ſi nepos exhæredatus arrogetur vel adoptetur,rumpitur teſtamentum prius factum,vt ff. de bon.poſ. contratabu.l.non putabit.§.ſi quis emãcipatum. ¶ Notandũ † tertiò,
3 quòd ſi quis poſt factum teſtamentum intrat monaſterium, rumpitur eius teſtamentũ,quaſi per agnationẽ ſui hæredis, quia monaſteriũ fit loco ſui hæredis,vt in Authen.de eccleſia.titu.§.ſed hoc de præſentia collatione ix. Et hoc dicunt aliqui eſſe verũ,niſi monaſterio reliquiſſet legitimam,Authen.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccle. Dicunt tamen Canoniſtæ,quòd eius teſtamentũ ſimpliciter rumpitur, etiam ſi reliquerit legitimã,quia talis mutat ſtatum,& fit in poteſtate alterius, facit.§.alio.infrà eo. De iſta materia tractant docto.in c.in præſentia. extrà de probatio. ¶ Opponitur ſic,& videtur,quòd teſtamentum nõ rumpitur per agnationẽ poſthumi,per l. Gallus.§.nunc de l. Velleia. ff.de libe.& poſthu.ergo etiã nec per agnationem quaſi poſthumi, id eſt,arrogatione vel adoptione. Solutio. Illa lex loquitur in teſtamẽto fœminæ.cuius teſtamentum non rumpitur agnatione poſthumi, quia eius præteritio habetur pro exhæredatione nominatim facta,ſuprà de exhæreda.libe.§.ſi.ſed habet tamẽ talis poſthumus querelã inofficioſi,vt C.de inoffi teſta.l.iij. Hìc autem loquimur in teſtamento viri,in cuius poteſtate poſſunt eſſe filij adoptiui.

§. Poſteriore.

1 *Teſtamentum poſterius,rumpit prius.& nu.2.Secus in ſententia.nu.3.*
4 *Inſpicitur plerunque quod eſſe poteſt,non quod eſt.*
5 *Hæres inſtitutus ſub conditione, an tranſmittat hæreditatem ad hæredes ſuos.*
6 *Plus num rumpatur per minus.diſting.nu.7.*

1 Poſterius † teſtamẽtum,ex quo poteſt adiri hæreditas licet nõ adeatur.rumpit prius,& ideò in hoc caſu faciens duo teſtamẽta, decedit inteſtatus,quia primũ rumpitur à poſteriori,& poſterius non valet,quia non habet effectum,ex quo non aditur hæreditas. Hoc dicit. ¶ Notã-
2 dum † primò,quòd nemo poteſt decedere cum duobus teſtamẽtis,& ideò poſteriora rumpunt priora,& vltimũ derogat omnibus. Si tamẽ teſtator in primo teſtamento poſuiſſet clauſulam derogatoriam, vel ademiſſet ſibi poteſtatẽ faciendi aliud teſtamẽtum,vel iuraſſet nõ facere aliud teſtamentũ,vel in primo teſtatus fuiſſet inter liberos, tunc requiritur quòd in ſecundo teſtamẽto fiat mentio de primo, aliâs indiſtinctè per ſecundũ teſtamẽtum rumpitur primũ, licet de eo nõ fiat

 mentio.

mentio. Et ideò si quis facit duo testamenta, & secundũ deficit in aditione hereditatis, talis moritur intestatus, vt hîc in versi. nã & prius. Et facit istud in argu. quòd secundũ procuratoriũ reuocat primũ. quãuis de primo non fit mentio in secundo, nec cõstitutus in secũdo vult acceptare officium procurationis, vt in gl. in c. si duo. de procurato.
3 vj. ¶ Secus † est in sentẽtia, quia secunda ab eodẽ iudice & de eadem lata, non reuocat primã, sed prima valet & nõ secunda, vt ff. de re iud. l. iudex. Et ratio est, quia iudex in prima sententia functus est officio suo, nec potest posteà per voluntatẽ suã sentẽtiã mutare, vt dicta l. iudex. sed testator post quàm fecit testamentũ, semper potest voluntatẽ suã mutare, vt l. j. C. de episco. & clericis. nam voluntas est ambulatoria vsq; ad mortẽ, in c. cũ Marthæ. extrà de celebra. mis. nec potest aliquis sibijpsi legem imponere, à qua non possit recedere, vt l. si quis. ff. de legat. iij. Et ideò neq; per iuramentũ, neq; per aliquã clausulã testator facere potest, quin si posteà mutet voluntatem suã, eo modo quo
4 debet, rũpitur primũ testamentũ. ¶ Notandum † secundò, quòd inspicitur interdũ non id, quod est, sed quod esse potest, vt hîc, & ff. de hæ.
5 re. in l. pater filio. ¶ Notandum † tertiò, quòd quando hæres instituitur sub conditione, tunc neq; olim neq; hodie transmittit hæreditatẽ ad hæredes suos, nisi impleta conditione, vt C. de cadu. tollen. l. vnica.
6 §. in nouissi. ¶ Notandum † finaliter, quòd id, quod plus valet, rumpitur per id quod minus valet, vt ff. de alimentis lega. l. legatũ sub cõditione. §. fi. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd prius testamentũ nõ rũpitur per posterius, per l. si filius. ff. de lib. & posth. Solutio. Ibi testamentũ iure nõ valet, & ideò nõ rũpit primũ, hic aũt loquimur, quãdo posterius testamentũ, iure valet, sed deficit in effectu, quia nõ aditur hæreditas. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd id quod plus valet, nõ rũpitur per id quod minus valet, per l. si id quod. ff. de rescindẽ. vẽdit.
7 Solutio. † Aut loquimur in actu, qui potest tolli per tacitã voluntatẽ, & istud procedit quod hîc dicitur, sicut legatũ admittitur per tacitam voluntatem testatoris: aut loquimur in actu, qui non potest tolli, nisi adhibitis solennitatibus, & ita procedit contrarium.

§. Sed & si quis.

1 Institutus in posteriori testamẽto si sit quis in certis rebus, rũpitur testamẽtũ in quo hæres est institutus vniuersaliter. & nu. 2. Et quid ita. nu. 3
4 Testamenta nulla, rupta, & irrita, an quid differant.
5 Testamenta quot modis fiant irrita.
6 Verba in dubio, in propria significatione sunt intelligenda.
7 Testamentum irritum de iure ciuili, capitis diminutione, reconualescit iure prætorio.

Licet

1 Licet † in posteriori testamento quis institutus sit in certis rebus, rũpitur nihilominus testamentum, in quo hæres institutus est vniuersaliter. Sed si testator in posteriori testamento, per aliqua verba significaret se velle prius testamentum valere, tunc institutus in posteriori tenetur esse contentus cum rebus sibi assignatis, suppleta falcidia, & restituere residuum hæreditatis instituto in priore testamento. Tunc ibi, alio. Et irritatur etiam testamẽtum capitis diminutione testatoris Ibi, non tamen. Si tamen testator mortis tempore sit suæ potestatis, & statum suum recuperauit, reconualescit testamentum ante capitis diminutionẽ factum iure prætorio: sed si testator passus est maximam vel mediam capitis diminutionem, vel moritur in familia patris adoptiui, testamentum suum non reconualescit aliquo iure. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò circa §. sed si quis. quòd hîc soluitur dubium, quod surgit ex §. suprà proximo, vbi dictum est, quòd per posterius testamentum rumpitur prius, idcirco dubitatur, si in posteriori testamento quis institutus esset solùm in certis rebus, an per hoc rumperetur prius testamentum, in quo hæres institutus est vniuersaliter. Et re-
3 spondetur hîc, quòd sic, concor. l. si quis priore. ff. ad Trebellia. Et † ratio, quia institutus in certis rebus, nullo alio instituto, intelligitur institutus vniuersaliter, vt l. j. §. si ex fundo. ff. de hære. insti. sed si institutus in certa re, institutus esset in eodem testamento, in quo alius esset vniuersaliter, tunc iste institutus in certa re, habetur vt legatarius, vt ff. de hæredi. institu. l. quoties. Et ex isto infert hîc glo. an quando sentẽtia lata est per iudicem, & posteà per iudicem appellationis etiam lata est sententia, agendum est ex prima vel ex secunda sententia: & voluñt Docto quòd agendum est ex secunda sententia, maximè quando prima sententia, confirmata est per secundam. in l. eos. C. de appella. & de ista materia tractatur per Inno. in c. pastoralis. extrà de offi. deleg. Sed si testator per aliqua verba in secundo testamento posita, voluit primũ testamentum valere, tunc institutus in secundo testamẽto solùm habebit illas res, in quib. institutus est, & si non sufficiant, habebit supplementũ vsq; ad quartam falcid. & soluet legatarijs in priore testamento, & residuũ restituet instituto in priore testamento, & ita prius testamentum rumpitur, quo ad valorem iuris testamẽti, & valet iure fideicõmissi. Et si ex tacita volũtate testatoris in ij. testamẽto perciperet, quòd ipse vellet primũ testamentũ valere, etiam iure testamẽti, vt verbi gratia: Dicit in ij. testam. ideò instituo istũ heredẽ, quia ille quẽ instituerã in priore testamẽto mortuus est, & ipse errat, quia in veritate viuit. tũc primũ testamentũ nõ solũ valet iure fideicom. sed iure testamẽti. & legata soluunt ex vtroq;, in l. fi. §. pe. ff. de here. insti. ¶ No-
4 tandũ † secũdò, pro intellectu tex. in. §. alio. quòd testamẽta interdũ

dicuntur

dicuntur nulla, interdum rupta, & interdum irrita, quæ licet non dif-
ferant in effectu, differũt tamen in se. Dicuntur nulla, quia in eis defi-
ciunt solennitates, requisitæ ad testamentũ, vt l.j. ff. de iniust. rup.
testam. vel quia filius est præteritus, vt suprà de exhære. libe. §.j. Ru-
pta aũt dicuntur, per arrogationem seu adoptionẽ actiuam testato-
ris, vel per agnationem posthumi, vt suprà eo. §.j. vel per factionem se-
5 cundi testamẽti iure validam, vt suprà eo. §. posteriori. Sed irrita di-
cuntur, per diminutionem capitis testatoris, vt hîc, vel per non aditio-
nem hæreditatis, vt l.j. in fin. ff. de iniust. rup. irri. testa. Sunt adhuc duo
modi, quibus testamenta fiunt irrita, in Authen. vt cùm de appel. co-
gnosci. §. si quis de prædictis. colla. viij. Primus est, si institutus non li-
berat testatorem captum ab hostibus, tunc enim ab eo aufertur hæredi-
tas, & applicatur ecclesiæ ipsius testatoris, vel datur pro liberatione ca-
ptiuorũ, sed soluuntur legata, & hoc nisi institutus esset minor xviij.
annis, quia tunc parcitur sibi fauore ætatis, vt Authen. si captiui. C. de
episc. & clericis. Alius modus est, si testator sit furiosus, & institutus in
testamento suo requisitus, negligit eum custodire, tunc irritatur testa-
mentum, & aufertur ab eo hereditas, & datur illis vel illi, qui gerunt vel
gerit curam testatoris. authen. liberi. C. de epis. audien. ¶ Notandum
6 † tertiò ibi, sed quia sanè cõmodius, quòd cõmodius est singulas res suis
proprijs vocabulis significare, quàm vti verbis promiscuis, ad quod
iste text. solet alleg. & facit l. Labeo. §. fi. ff. de supelle. lega. Ex quo
patet, quòd in dubio verba sunt intelligenda in propia significatione,
quod facit ad materiam statutorũ, vt notat Bart. in l. omnes populi. ff.
de iusti. & iure. In libello tamen verba obscura interdum improprian-
tur, quando nõ possunt propriè sumi, vt in l. si quis ambigua. ff. de iudi.
sic etiam in dicto testis, ne ipse incidat in falsum, vt notatur per Bar. in
l. inter stipulantem. §. si stichũ. ff. de verbo. obligat. sed in contracti-
bus verba sunt interpretanda contra eum, qui aptius potuit rem decla-
7 rare, vt ff. de pactis. l. veteribus. ¶ Notandum † quartò ibi, non tamen
quò d testamentũ irritatur capitis diminutiõe de iure ciuili, & illo iure
non reconualescit, quanuis testator recuperat statum suum, sed recon-
ualescit iure prætorio, scilicet per bonorum possessionem secundum
tabu. vt hîc dicitur, facit. l. qui ex liberis. §. testamento facto. ff. de bo-
norum posses. secundum tabu. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd
testamentum non irritatur per capitis diminutionem, per §. penul. su-
prà de test. mili. Solutio. Hoc est priuilegiũ militis, sed iste tex. loqui-
tur de testa. pagani. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd testamen-
tum non irritatur per hoc, quò d quis perdit libertatem, vt hîc dicitur
in §. non tamen. per §. fin. suprà qui. non est permis. facere testa. Solu-
tio. Ille §. loquitur de capto ab hostibis, cuius testamentũ valet, quod
prius

prius fecit fictione l. Corneliæ. si ibi moriatur, quæ fingit eum à principio captiuitatis mortuum, & ita fictione iuris non perdit libertatem, vt l. lex Cornelia. ff. de vulga. & pupilla. substit.

§. Ex eo autem

1 *Testamentum prius non rumpitur per posterius testamentum iure imperfectum. Fallit. nu. 6.*
2 *Testator quibus uerbis prius testamentum reuocet.*
3 *Imperfectum, an dicatur nullum.*
4 *Testamentum non ualet, si Princeps instituatur causa litis.*
5 *Princeps an & quibus sit solutus legibus.*
7 *Testamentum consumptum aut corrosum, an rumpatur, uel reuocetur.*

1 Per † testamentum iure imperfectū, non rumpitur prius testamentum, quia imperfectum testamentū est nullum, tunc ibi, eadem: & testamentum non valet, in quo princeps causa litis institutus est hæres, vel nominatus est hæres nuda voce, vel etiam per scripturam, quæ nō habet iuris authoritatem, quia licet princeps solutus sit legibus, tamen
2 legibus vult viuere. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò circa §. ex eo. quòd si testator dicat, nolo testamentum meum quod prius feci, valere, non rumpitur testamentum prius factum, vt hîc dicitur. sed si dicat, nolo testamentum meum valere, quia volo decedere intestatus, tunc per aditionem hæreditatis à venientibus ab intestato censetur prima voluntas reuocata, & ruptum prius testamentū, vt vult Bar. in l. si iure
3 ff. de legat. iij. ¶ Notandum † secūdò, quòd imperfectum dicitur esse nullū, vt C. ad Syllia. l. cùm Syllianus. & hoc verū est de illo quod fit vnico contextu, vt est testamentum: secus in alijs quæ fiunt per inter-
4 ualla temporum. Notandum † tertiò, circa §. eadem, quòd testamentum non valet, in quo princeps instituitur hæres causa litis, quia hoc facit testator, vt aduersarius suus habeat duriorē partēquod est odiosum. Patet ergo quòd princeps nō est priuilegiatus plus, quàm alius in acquisitione hæreditatis, imò minus, alius enim posset institui hæres causa
5 litis, & princeps non, vt hîc dicitur. ¶ Notandum † finaliter, quòd licet princeps est solutus legibus, vt ff. de legibus & senatuscon. l. Princeps. vult tamen secundum leges viuere, vt C. de legi. & constitutio. principum. l. digna vox. & quod dicitur quòd Princeps est solutus legibus debet intelligi de legibus suis, nam Papa nō est solutus legibus diuinis, & naturalibus, nec Imperator legibus Papæ. ¶ Opponitur primò sic: & videtur, quòd per testamentum imperfectum posterius, rumpatur prius factum, per l. sancimus. C. de testamentis. Solutio. Istud dictum
6 fallit in octo casibus. † Primus casus est, quando testator dixit se nolle prius testamentum valere, & elapsi sunt decem anni, tunc enim prius

rumpi-

rumpitur, vt d.l. sancimus. Secundus est, quando primum fuit minus solenne iure communi, & secundum minus perfectum erat militare: ff. de testamen. mili. l. eius militis §. si militia. Tertius casus, quando secundum est minus perfectum iure communi, est tamen perfectum iure militari. vt l. ij. ff. de iniuſ. rup. irri. testa. Quartus casus, quando in secundo minus perfecto instituti sunt venientes ab intestato. C. de testamen. l. hac consultissima. §. si quis. Quintus, quando testator non solùm reuocauit primum verbo, sed etiam facto, quia incipit primum testamentum, & si hoc fecit, quia voluit decedere intestatus, tunc succedũt veniẽtes ab intestato. Sed si hoc fecit quia reputauit institutum hæredem esse indignum, tunc succedit fiscus. In dubio tamen præsumitur quòd fecit, quia voluit decedere intestatus, vt in l. nostram. C. de testament. Si tamen † testamentum consumptum vel corrosum sit à tineis, vel à muribus, non reuocatur vel rumpitur per hoc, si nomen hæredis potest videri, vt l. j. §. si rosæ sint. ff. de bonorum possessio. secundum tabu. & in dicta l. nostram. Sextus casus, si hæres adiuit hæreditatem ex secundo testamento, quod putauit esse validum, rumpitur primum non per secundum imperfectum, sed quia ex primo non aditur hæreditas, vt l. Claudius. ff. de acquiren. hæredita. Septimus est, si testator in secundo imperfecto expressit hæredem institutum in primo esse indignum, rumpitur primum, quia fiscus venit ad hæreditatem, in l. hæreditas C. de his quibus vt indignis. licet aliâs in codicillis seu testamento minus solenni non directo posset auferri hæreditas: hoc tamen fieri potest, quando testator exprimit hæredem indignum esse: si tamen in illis quod legatum est in primo, legetur alteri, adimitur legatum, sed non hæreditas, vt in l. ex parte. ff. de adimen. & transferen. legatis. Octauus casus est, si in secundo imperfecto ponatur clausula, si non valeat iure testamenti, valeat tamen iure codicillorum, vel cuiscunque alterius vltimæ voluntatis, nam per hanc clausulam inducitur ademptio hæreditatis à venientibus ex testamento, quæ quidem ademptio confirmatur per aditionem hæreditatis venientium ab intestato, vt notat Barto. in l. si iure. ff. de legat. iij. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd imperfectum testamentum non debet dici nullum, per l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testamentis. Solutio. Ille §. loquitur de testamento quod fit inter liberos, ad cuius perfectionem minus requiritur, quam in alieno testamento, sicut etiam illud testamentum difficilius rumpitur, quàm aliud, vt in Authenti. de testamentis imperfect. §. penultimo. collatione. viij. & sic ibi est speciale, quia testamentum iure communi esset nullum.

7

De inof.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO. TITVLVS XVIII.

Continuatio patet ex continuatione tituli proximè præcedentis: Nam hîc tractatur, qualiter testamentũ infirmatur officio iudicis, quia factum est cõtra officium pietatis, & ideò est inofficiosum, quapropter rubricat iste titulus de inofficio. testamen. & partes patebunt in processu.

§. Quia plerunq;.

1 *Filio exhæredato iniustè, competit querela contra testamentum parentum. Et quid in linea materna.*

2 *Querelæ inofficiosi testamenti intentandæ quantum tempus detur.*

3 *Querela inofficiosi testamenti, est remedium restitutorium: quod imploratur officio Iudicis.*

4 *Pater exhæredatus iniustè testamento filij, querelat ipsum: & præteritus dicit nullum. Et quid de matre.*

5 *Personæ turpes, quæ sint.*

6 *Filius fratris uel sororis non potest querelare testamentum partui uel auunculi, turpibus etiam personis institutis.*

7 *Frater an possit querelare testamentum fratris, etiam personis turpibus institutis. disting.*

Summatur sic: Liberi iniustè exhæredati vel præteriti, possunt querelare testamẽtum parentum, quasi contra pietatem factum, tunc ibi, non autem, & sic econtrà, testamentum liberorum querelatur à parentibus iniustè exhæredatis vel præteritis: & similiter testamentum fratris vel sororis querelatur à fratre vel sorore iniustè exhæredato, vel exhæredata, si institutę sunt turpes personæ, sed vlteriorib⁹ hæredibus collateralibus non datur querela. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

1 ¶ Notandum † primò, quòd filius exhæredatus iniustè, potest querelare testamentum parentum, siue in linea paterna siue materna: sed prę-teritus in linea materna tantùm, quia filius præteritus à patre, in cuius potestate est, non querelat, sed dicit testamentum nullum ipso iure, vt suprà de exhæreda. liberorum §. j. sed præteritio matris habetur pro exhæredatione, vt suprà de exhæreda. liberorum. §. fi. Et dicitur notanter, præteritus qui est in potestate, quia emancipatus pręteritus non dicit testamentum nullum, sed habet contratabulas, vt suprà de exhę-reda. liberorũ. §. emancipatos. hodie tamen etiam dicit nullum, vt C.

2 de libe. preteri. l. maximum. ¶ Notandum † secũdò, quòd querela inofficiosi testamẽti, põt intentari vsq; ad quinquenniũ, post aditam hæreditatẽ, vt l. scimus, C. eo. §. illud preterea. facit l. fi. C. de inoffi. dona.

3 ¶ Notandũ † tertiò, quòd querela inoffic. testamẽti est quoddã remedium

dium reſtitutorium, quod imploratur per officium iudicis, & non ſupponit obligationẽ, neq; actionem, vt l. quæ per colluſionem. ff. actio. emp. & vendi. & non eſt actio neq; accuſatio. Impropriè tamen aliquando dicitur actio, vt l. quẽadmodum. ff. eo. & aliquando accuſa-
4 tio, vt l. poſthumus. in fi. ff. eo. §. ſi quis. ¶ Notãdum † quartò, circa non autem, quòd ſicut filius exhæredatus iniuſtè, querelat teſtam. patris, & præteritus dicit nullum: ſic econtrà pater exhæredatus in teſtamento filij, ipſum querelat, & præteritus dicit nullum. Et ſi filius præteritus à matre querelat teſtamentum matris: ſic econtra mater præterita, teſtamentum filij. & intelligitur iſtud de teſtamẽto emancipati, quia filius in poteſtate non poteſt teſtamentum facere ſuprà quibus non eſt permiſſum facere teſtamentũ. §. j. ¶ Notandum
5 † quinto, quòd turpes perſonę ſunt illæ, quæ ſunt infames, ipſo iure:
6 per ſententiã, vel ipſo facto. ¶ Notandum † finaliter, quòd licet frater vel ſoror poſsit querelare teſtamentum fratris, turpibus perſonis institutis, filius tamen fratris vel ſororis hoc non poteſt etiam cum patruo vel auunculo, vt in gloſ. in l. fratres. C. eo. & l. fratris. eod. Teſtamento tamen expugnato per patruum vel auunculum, admittitur filius prædictus cum patruo vel auunculo, ad ſucceſsionem hæreditatis, & hoc vult hîc gloſ. ſuper verbo vincere. quæ variè & obſcurè loquitur. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd parentes non poſſunt querelare teſtamentum liberorum, per l. fin. C. eo. Solutio. Illa lex loquitur in teſtamento eius qui eſt miles, in quo fallit iſtud dictũ ex priuilegio mi-
7 litis. ¶ Opponitur † ſecundò, & videtur, quòd frater non poteſt querelare teſtamẽtum fratris, etiam turpibus perſonis inſtitutis, per l. fratres. C. eod. Solutio. Triplices ſunt fratres, ſcilicet conſanguinei & vterini ſimul, & conſanguinei tantùm, & vterini tantùm, & loquitur iſte textus de conſanguineis & vterinis ſimul, aut conſanguineis tantùm, ſed lex contraria loquitur de vterinis tantùm. Veterini enim dicũtur qui ſunt ex eodem vtero nati, non ex eodem patre, vt inſtit. de leg. ag. ſucc. §. j. in l. fratres. C. de inoffi. teſt. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd vlteriores heredes poſt fratres in linea collaterali, poſſunt querelare, per l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. eo. Solutio. In illa l. querelabant de facto, quia nemo repulit eos, qui tamen iure poterant repelli.

§. Tam autem.

1 *Querela inoffic. teſt. datur tam adoptiuis & poſthumis, quàm naturalibus, ſi nihil ſit eis relictum, & nu. 3. & 5.*

2 *Mulier tenetur inſtituere aut præterire filium naturalem, etiam vulgò quæſitum. pater minus.*

4 *Querelare teſtamentum qui uolunt, ſi illis competat aliquod ius, an ...*

tuntur ad querelam, si eis quid acquiratur.
6 *Liberis aliquid relinquendum, iure institutionis, ut excludantur à querela.*

1 Tam liberis † naturalibus, quàm adoptiuis & posthumis datur querela, si nihil sit eis relictum. Sed si aliquid eis relictum sit, minus quarta legitima, agunt ad supplementum, & non per querelam. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd istud intelligitur de naturalibus & legitimis liberis, quia naturales tantùm, non possunt querelare testamẽtum patris, sed matris, vt l. si suspecta. § .j. ff. eo. titu. Pater enim non tenetur filium naturalem tantùm, instituere vel exhæredare, vt notatum est suprà in primo § .de nup. sed mater tenetur filiũ naturalem, etiam vulgò quæsitum, instituere, vel exhæredare, saltem per præteritionẽ, vt infrà ad Officia. § .nouissimè. nisi talis filius esset procreatus ex damnabili
3 coitu, vt d. l. si suspecta. § .j. ¶ Notandum † secundò, quòd iste tex. loquitur de adoptiuis, qui transeunt in potestatem adoptantis, vt C. de adoptio. l. cùm in adoptiuis. & suprà de adoption. § .sed hodie. Et licet glo. hîc super verbo adoptati, exponat de arrogatis, videt tamen quòd principalis intentio text. non sit de illis, quia habent aliud ius, scilicet ex
4 l. si arrogator. ff. de adoptio. ¶ Notandum † tertiò, quòd si illis, qui volunt querelare competat aliud ius, tunc non admittuntur ad querelam, vel si eis aliquid acquiratur, non per se, sed per seruum, vel per filium, etiam non admittuntur, vt l. nihil. ff. eo. & ratio est, quia querela est remedium subsidiariũ, quod non datur, nisi alijs actionibus deficiẽtibus.
5 ¶ Notandũ † quartò, quòd quando dicitur hîc de posthumis, intelligitur de exhæredatione eorum, quia si sint præteriti, tunc testamentũ fit nullum, vt suprà de exhæred. libe. § posthumi. & ergo hodie istud dictum de posthumis nõ habet locũ, quia hodie nõ possunt exhæredari,
6 vt l. si quis in suo. § .legis. C. eo. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando dicitur hîc quòd aliquid est relinquendũ liberis, vt excludantur à querela, intelligitur, vt hoc eis relinquatur iure institutionis, si fiat testamẽtum, vt in Authenti. vt cùm de appella. cognosc. § .aliud. sed si fiat codicillus vel alia vltima voluntas, tunc sufficit relinquere quocunque titulo, vt in Authen. de trien. & semis. § .j. collatio. iij.

§. Si tutor nomine.

1 *Summarium huius § .cum casus positione.*
2 *Agere qui non potest, ut ipse, agere potest interdum, ut alius.*
3 *Tutela necessariò accipitur, & necessariò geritur.*

1 Tutor † accipiens legatum pupillo suo relictum in testamento, potest illud testamentum querelare. hoc primò. Et econtrà tutor querelans testamentum nomine pupilli sui, licet succumbat in querela: tamẽ non perdit legatum sibi relictum in testamẽto, quod querelauit. Hoc

dicit secundò. Et notandum pro intellectu textus, quòd hîc sunt du
responsa. Casus primi potest sic figurari: Habeo filium nomine Ti-
tium, quem exhæredaui, & Titius filius meus est tutor cuiusdam Sei
pupilli, cui Seio pupillo ego aliquid legaui, licet tunc Titius filius me
accipiat istud legatum, nomine Seij pupilli sui, tamen ipse Titius, filius
meus adhuc potest querelare testamentum meum. Et causa dubitatio
nis est, quia quando quis accipit legatum, tunc videtur approbare tale
testamentum, & ideò non posse illud testamentum querelare, vt l. ni-
hil. ff eod. cuius contrarium hìc deciditur, quia accipit legatum, vt tu-
tor. Et casus secundi responsi potest sic figurari: Habeo filium pupil-
lum nomine Titium, quem exhæredaui, & dedi sibi tutorem nomine
Seium, & illi tutori Seio aliquid legaui, licet tunc Seius querelet testa-
mentum meum, nomine Titij pupilli filij, & succumbat in querela: ta-
men ipse Seius non amittit legatum suum. Et causa dubitationis est:
quia qui querelat testamentum, & succumbit, perdit legatum sibi reli-
ctum in eo testamento, vt l. Papinianus. §. meminisse. ff. eod. Cuius ta-
2 men contrarium hîc deciditur, quia querelat vt tutor. † Ex quo patet
quòd interdum vbi quis non potest agere vt ipse, bene potest agere vt
alius. Simile est ff. de adoptio. l. si pater. §. qui duos. ¶ Opponitur sic,
& videtur, quòd accipiens legatum, etiam nomine alieno, non possit
querelare testamentum, in quo tale legatum relictum est. per l. fin. pri-
mo responso. ff. eod. Solutio. Illa lex loquitur de eo, qui accipit lega-
tum nomine alieno, ex officio voluntario, vt aduocatus vel procura-
tor, nam illa officia sunt voluntaria, vt infrà mandati. §. mandatum.
Sed iste textus loquitur de eo, qui accipit legatum alieno nomine, ex
3 officio necessario, vt est tutor, † nam tutela necessariò recipitur, vt ff.
de tutor. & curator. dat. ab his. l. nec non. & necessariò geritur, vt ff. de
administra. tuto. l. j. in principio.

§. Igitur quartam.

1 *Quartam habens quocunq; titulo, non potest querelare. Limit. tamen infra.*
2 *Materia inofficiosi testamenti, hodie nouem casibus est correct. q.*
uide per discursum nume. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.

1 Summatur sic: Habens † quartam quocunq; titulo, non potest que-
relare, & siue vnus siue plures sint querelantes, sufficit eis vna quarta
2 pro virili portione diuidenda. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, † quod
ista materia de inofficioso testamento, in nouē punctis est hodie cor-
3 recta: Primò, quia olim † ad excludendum querelam sufficiebat relin-
quere quartam quocunq; titulo, vt ff. de liber. & posthu. l. Gallus. §. in
omnibus. sed hodie oportet relinquere eam iure institutionis, si fiat te-
stamentum, vel alio titulo, vt in Authenti. vt cùm de appel. §. aliud. si
fiat alia

fiat alia vltima voluntas,vt ſtatim dictum eſt in quinto notabili ſuprà
4 eo. §.tam autem. † Secundò,quia olim ad excludendũ querelam non
potuit minus relinqui,quàm quarta,vt hîc,& in l.cùm quæritur. C.eo.
ſed ſi hodie minus relinquatur,agitur ad ſupplementum, & non admit
titur querela,vt ſuprà eo. §.tam autẽ.in verſic.ſed hæc ita.& in l.omni
5 modo.C.eo. Tertiò,† quia olim legitima fuit quarta pars bonorum,
vt l.parentibus.& l.cùm quæritur. C.eo.ſed hodie legitima eſt triens
quando ſunt quatuor filij vel pauciores, & ſemis quando ſunt quinq;
vel plures,vt Authent.nouiſsima. C.eod.& ſicut dicitur hîc de quarta,
ita debet intelligi de triente vel ſemiſſe, vt ſolùm vnus detur quando
ſunt plures potentes querelare. Et diuiditur inter eos,pro virili portio-
ne,id eſt, quòd quiſque habeat tertiam partem,vel mediam eius quod
6 habuiſſet ab inteſtato,arg.l.parentibus. C.eod. Quartò,quia † olim fi-
lius exhæredatus,habebat probare ſe non fuiſſe ingratum,vt ff.eo.l.v.
§.j.ſed hodie hæres habet probare,filium fuiſſe ingratum, vt l.omni
7 modo.C.eod. † Quintò, quia olim poſthumi poterant querelare, vt
exhæredari,argu.eius,quod dicitur ſuprà eod. §.tam autem. in verſic.
poſthumi.ſed hodie non poſſunt,quia non poſſunt exhæredari,vt l.ſi
8 quis in ſuo. §.legis. C.eod. † Sextò,quia olim querela non præparata
non tranſmittebatur ad ſuum hæredem,vt l.poſthumus. §.fin.ff.eod.
ſed hodie tranſmittitur ad ſuum hæredem, vt l.ſi quis filium. C.eodẽ.
Et dicitur querela præparata, quando quis habet propoſitum quere-
landi,& illud propoſitum expreſsit,vt l.ſi pater tuus. C.eod. Septimò,
9 quia † olim ſufficiebat dicere,exhæredo filium meũ,quia ingratus eſt,
vt l.omni modo. C.eo. ſed hodie oportet exprimere cauſam ingrati-
tudinis. §.aliud.in Authen.vt cùm de appel.cognoſc.colla.viij. Octa-
10 uò,quia † olim teſtamentum factum de caſtren.vel quaſi caſtrenſi pe-
culio,non poterat querelari,ſed hodie poteſt, niſi eſſet miles faciẽs te-
ſtamentum in expeditione,arg.eius,quod dicitur in §.ſciendum.ſuprà
11 de teſta.mil.Nonò,† quia olim rupto teſtamento per querelam perijt
pupillaris ſubſtitutio,& non debebantur legata: ſed hodie omnia iſta
manent firma,vt in Authenti.ex cauſa. C.de libe.præteri.

DE HAEREDVM QVALITATE, ET DIFFERENTIA.

TITVL. XIX.

COntinuatur ſic: Suprà dicta ſunt multa de hæredibus, & quia hæredes ſunt differentes, habent quoque differentes qualitates,idcirco hîc conſequenter tractatur de hæredum qualitate & differentia, & ita rubricatur iſte titulus: &

 quia

quia in nigro ponitur diuisio hæredum, & declaratio membrorum ipsius diuisionis, ideo satis clara est diuisio huius tituli per partes, quæ patebunt in processu.

§. Hæredes autem.

1 *Hæredum triplex differentia.*
2 *Hæres necessarius ut quis sit, tria requiruntur.*
3 *Seruus an à seipso, an uerò à testatore recipiat libertatem.*
4 *Hæredem necessarium cur ius instituerit.*
5 *Seruo pertinent acquisita à se, post mortem domini. Et an teneatur satisfacere creditoribus.*

1 Summatur sic: † Hæredum quidam sunt necessarij tantùm, quidã sunt sui & necessarij, & quidã sunt extranei. Necessarius hæres est seruus hæres institutus, quia compellitur libertatem & hæreditatem recipere, & ideò habentes facultates suas suspectas, solent seruum suũ instituere aliquo gradu institutionis, vt potius eius bona, quàm testatoris à creditoribus detrahantur, & pro illo incommodo datur seruo aliud commodum, scilicet quòd quæcunq; acquisita per eum, post mortem domini sui, pertinent sibi, quanuis bona domini sui non sufficiant cre-
2 ditoribus. Hoc dicit. ¶ Notãdum † primò, quòd ad hoc quòd aliquis sit hæres necessarius, tria requiruntur: Primò, quòd sit seruus tempore factionis testamenti, vt hîc, & l. si alienum. ff. eo. Secundò, quòd sit seruus tempore mortis testatoris, vt suprà de hære. instit. §. seruus. nam si ante mortem esset liber, tunc nõ reciperet libertatẽ ex testamẽto, nec esset necessarius hęres, sed extraneus, vt infrà eo. §. cæteri. versi. seruus quoq;. Tertiò, quòd iste seruus non sit legatus alteri, quia tũc acquireret hæreditatẽ legatario, cuius ipse esset seruus. Et hoc est verum, nisi fuerit sibi substitutus, vt ff. de vulg. & pupil. substit. l. fin. §. j. Est igitur hîc casus, in quo quis cõpellitur beneficiũ recipere, quia seruus compellitur recipere libertatẽ, & hoc siue sit institutus cum libertate, siue simpliciter, vt suprà de hære. insti. §. j. Et ita fallit hîc regula, quæ est l. inuito. ff. de reg. iur. & l. hoc iure. §. non potest. ff. de dona. ¶ Notãdum
3 secundò, † quòd iste seruus recipit libertatẽ non ab alio, sed à seipso, vt ff. de acqui. hære. l. ex parte. & hoc etiam verũ est, licet sit ignorans, vt l. eius qui. ff. si cer. pet. Dicit tamen hîc Ioan. Fab. quòd diuersis respectibus potest dici, quòd recipit libertatem à testatore, & à seipso: à testatore tanquã à dante, à seipso tanquàm ab hærede, cui aliquid potest detrahi, vt ff. de hære. insti. l. sub conditione. §. fi. ¶ Notandum tertiò,
4 † quòd ideò ius ordinauit necessariũ hæredẽ, vt quando testator non esset soluẽdo, potius detraherent bona hæredis sui, quàm ipsius testatoris, ne defunctus afficiat iniuria, vt suprà quib. manumit. nõ licet. §. j. circa fin.

ta fin. Patet ergo hîc quòd ista bona sine medio trãseunt à defuncto, ad hæredẽ: & ideò si creditor peteret se mitti in possessionem istorum bonorũ, non deberet dicere, in possessionẽ bonorũ defuncti, sed hæredis, vt l. Stichũ. §. aditio. ff. de solutio. & ibi per Bar. Posset tamen sustineri, si diceret, in possessionẽ bonorũ defuncti, intelligẽdo bona, quæ fuerunt quondam defuncti, per nota. l. pen. ff. si cer. peta. ¶ Notandum
5 finaliter, † quòd pro isto incómodo habet seruus cómodum, quia qui grauatur in vno, in alio debet releuari. l. eum qui. ff. de iureiur. Est autem cómodum quod habet seruus, quòd scilicet acquisita per eũ post mortẽ domini pertinent sibi, nec tenet̃ de illis satisfacere creditoribus. Ad hoc tamen requiritur, quòd impetret separationẽ bonorum, quia si bona per eũ acquisita attingerẽt bona domini sui ante separationẽ, tenetur de bonis suis creditoribus satisfacere, si bona domini non sufficerent, vt l. j. §. fi. ff. de separa. bono. nisi fuerit minor, qui potest petere restitutionẽ, si bona per eum acquisita, attingebant bona domini ante separationem, vt l. ait prætor. §. non solùm. ff. de minor. Quam quidẽ restitutionem potest petere minor, quo ad istam separationem, sed nõ vt ab hæreditate abstineat, vt l. necessarijs. §. fin. ff. de acquiren. hære. Sic etiam seruus, cui fit mora de relicta sibi libertate per fideicommissum, acquirit sibi, sed debet etiam isto modo separationem bonorum impetrare, vt l. penul. C. de his, quib. vt indign. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd seruus institutus hæres non compellitur hæreditatẽ adire, per l. verba. ff. de conditio. institu. Solutio. In illa l. testator adiecit, si vellet adire hæreditatem, per quam conditionem ille fuit hæres voluntarius & non necessarius. de quo loquitur textus hîc. Illa tamen conditio nihil operatur in hærede extraneo, vt ff. de hæredi. instituen. l. Cornelius. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd illud quod acquiritur per seruum post mortem domini, non pertinet sibi, per l. cum Syllianus. C. ad Syllanum. Solutio. In illa l. data fuit libertas seruo sine institutione, & ideò quicquid acquirebat ante aditionem hæreditatis, pertinebat hæreditati, & non sibi, quia libertas non competebat sibi, nisi post aditam hæreditatem, vt C. de cadu. tollen l. vnica. §. libertatibus. hîc autem loquitur text. de seruo hærede instituto.

§. Sui autem.

1 *Hæredes sui & necessarij qui sint: Et cur sic dicti.*
2 *Nepos uel neptis, ad hoc ut sit hæres suus, respectu aui, quid requiratur.*
3 *Emancipati, non possunt esse sui hæredes.*
4 *Emancipatorum ius, est triplex.*
5 *Filius, dicitur domesticus.*
6 *Titulus pro hærede, non habet locum in suo hærede.*

7 *Hæres ut iure prætorio abstineat ab hæreditate, satis est, quòd se non immisceat.*

1 Sui & † necessarij hæredes sunt, qui existentes in potestate primum gradum inter liberos obtinent. Et dicuntur sui, quia sunt hæredes domestici, & habent primã causam successionis: sed dicuntur necessarij, quia cõpelluntur hæreditatẽ recipere iure ciuili, iure tamen prætorio
2 possunt abstinere ab hæreditate. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò pro intellectu tex. quòd ad hoc quòd nepos vel neptis sit suus hæres, respectu aui, requiritur quòd pater ipsius nepotis vel neptis exeat potestatẽ sui patris, scilicet aui nepotis vel neptis, vel per mortẽ vel emancipationem, vel per deportationẽ, vt suprà qui. mo. ius patriæ potestatis soluitur. § .j. & § .cùm autẽ is. & § .pręterea. ¶ Notandum † secundò, quòd
3 emancipati non possunt esse sui hæredes, sed dicuntur extranei, quãuis
4 sint filij, vt infrà eo. § .cæteri. De † quibus emãcipatis est triplex ius: nã iure ciuili non succedunt, quia illo iure sunt incogniti, vt infrà de hæreditatibus quæ ab intesta. deferun. § .emancipati. & ideò illo iure nepos, qui est in potestate, pręcedit patrem suum in successione, vel patruũ suum emancipatũ. Secundum ius est prætorium, quo iure emãcipati filij soli succedunt, & excludunt nepotes etiã existẽtes in potestate, vt d. § .emãcipati. Tertium ius, est edictum de cõiungendis cũ emancipatis liberis. Et illo iure emãcipati filij & nepotes existentes in potestate, simul succedunt, vt ff. de cõiung. cum emancipa. libe. l. j. Sed quia hodie sublata est omnis differentia emancipationis & patriæ potestatis, in Authẽ. de hæredibus qui ab intestato veniunt. § .j. colla. ix. ideò hodie nõ habet locum titulus de coniungen. cũ emancipatis liberis. Dicit tamẽ Bar. in l. j. eo. tit. de coniugen. quòd si filius emancipatus vellet & posset succedere iure prætorio, haberet hodie locum dictus titulus. ¶ Notandum
5 † tertiò, quòd filius dicitur domesticus, de quo & alijs domesticis habetur C. de his qui ad eccle. confugiunt. l. præsenti. § . sanè. & fictione iuris filius repræsentat eandẽ personã cum patre, vt C. de impube. & alijs substi. l. fi. & vtriusq; dicitur esse vna vox, vt infrà de inutili stipulatio. § .ei qui. & filius etiam fictione iuris dicitur esse dominus bonorum patris, nam alendus est ex eis, & sicut vxor habet possessionẽ dotis, cuius tamen maritus est dominus, vt C. de iure dotiũ. l. in rebus. sic filius habet possessionẽ bonorum patris. ff. pro hærede. l. ij. ista tamen possessio dicitur familiaris viuente patre, & ideò post mortẽ patris desinit familiaritas, & habet filius veram possessionẽ, & transmittitur ad eum administratio quã prius non habebat, vt ff. de lib. & posthu. l. in
6 suis. ¶ Ex † quo patet quòd titulus pro hærede, non habet locũ in suo hærede, vt l. nihil. C. pro hærede. quia filius vel suus hæres, nõ acquirit nouum

nouum titulũ, ſed cõtinuat titulũ & poſſeſsionẽ defuncti, nec oportet quòd filius patre ſuo mortuo, de nouo capiat poſſeſsionẽ bonorũ, vt
7 l. cùm hæres. ff. de acquir. poſ. ¶ Notandum † fina. quòd ad hoc quòd ſuus hæres iure prætorio abſtineat ab hæreditate, nõ requiritur quòd adeat prætorẽ, ſed ſatis eſt quòd ſe non immiſceat, vt ff. de acqui. hære. l. ei qui ſe. & C. vt ab hæreditate ſe abſtineat minor. l. j & eſt hodie ſublatus effectus ſuitatis, quantũ ad illa, quæ ſunt inutilia liberis: ſed non quantũ ad ea, quæ ſunt vtilia, ſcilicet quo ad cõfirmationẽ ſubſtitutionis pupillaris, vel tutelæ, vel quo ad trãſmiſsionẽ hæreditatis nõ aditæ, vel quòd filius poteſt facere pacẽ cũ occiſore patris ſui, vt notatur in l. ſi filius, qui patri per Bar. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitutio. ¶ Opponitur ſic, & videtur quòd nõ bene dicitur in tex. quòd filius viuo patre debet deſinere eſſe ſuus hæres, quia nunquam fuit hæres. Solutio. Quòd iſtud verbũ deſinerit, capitur hîc impropriè, reſpectu eius, quod futurũ eſt, ſic ff. vſufructua. quemadmodum caueat. l. iij. §. deſinere.

§. Cæteri.

1 *Hæres extraneus quis dicatur. Et quid requiratur ad eius institutionem.*
2 *Filius emancipatus, est hæres extraneus. Item institutus à matre.*
3 *Capacitas quæ consideretur in hæredibus. disting. pro hæredum triplici diuersitate.*
4 *Capacitas quo tempore spectetur in legatis.*
5 *Testamenti factio, accipitur actiuè & passiuè.*
6 *Immiscere, & abstinere, quæ attribuuntur extraneis hæredibus, habent se proportionabiliter.*
7 *Deliberatio de adeunda hæreditate, si petatur ab Imperatore, aut alio Iudice, infra quantum tempus peti debeat.*
8 *Remedium duplex, ne quis grauetur per aditionem aut immistionem hæreditatis.*
9 *Innentarium infra quot menses confici debet, ab aditione hæreditatis, sine deliberatione.*
10 *Minor læsus in adeunda hæreditate, an restituatur.*

1 Extraneus † hæres eſt, qui nõ eſt in poteſtate teſtatoris. ibi, In hæredibus. Ad inſtitutionẽ extranei requirit, quòd ipſe ſibi, vel alij ex teſtamẽto aliquid capere põt, quæ quidẽ capacitas attenditur tribus tẽporibus, ſcilicet quando fit teſtamentum, & quando moritur teſtator: & quando aditur hæreditas, ſiue purè ſiue ſub conditione inſtitutus ſit, & medium tempus inter prædicta tempora non nocet, licet in eo ſit incapacitas, & accipitur hîc teſtamenti factio paſsiuè. tunc ibi, extraneus. Et extraneo hæredi inſtituto datur deliberatio de adeunda vel repudianda hæreditate. ſed ſicut ſi ſuus hæres immiſcuerit ſe hære-

ditati, non poteſt poſteà abſtinere: ſic etiam ſi extraneus hæres adiuerit hæreditatem, nõ poteſt poſteà repudiare, niſi ſit minor, cui prætor dat reſtitutionẽ in integ. tunc ibi ſciendum. Hodie tamẽ non eſt opus deliberatione, quia ſi ſeruetur conſtitutio domini Iuſtiniani, hæres ſe immiſcens, vel adiens, nõ tenetur vltra vires hæreditatis. Hoc dicit. &
2 patet intellectus tex. ¶ Notandũ † primò, quòd filius emancipatus eſt hæres extraneus: ſimiliter filius inſtitutus à matre eſt extraneus hæres, quia fœminæ non habẽt filios in poteſtate, ſuprà de adoptio. § . fœminæ. facit § . ad teſta. l. illud. ff. de bon. poſ. cõtratab. ſic etiam eſt ſeruus inſtitutus hæres à domino, & ante mortẽ domini manumiſſus, eſt hæres extraneus, quia licet recipit hæreditatem ex teſtamento, non tamẽ libertatem. Et ideò non eſt hæres neceſſarius, quia ad hæredẽ neceſſarium requiritur, quòd vtranq; ſcilicet hæreditatem & libertatẽ, ex teſtamento recipiat, vt ſuprà de hæredibus inſtituẽ. § . ſeruus. verſi. ſi vero, à viuo.
3 ¶ Notandum † ſecundò pro § . in hæredibus. quòd ad ſciẽdum capacitatem omnium hæredum, ſic diſtinguendum eſt, quia aut quæritur de hærede extraneo, aut ſuo, aut de neceſſario. Si de extraneo, tunc requiritur capacitas tribus temporibus, vt hîc dicitur. & ff. de hæredi. inſtit. l. ſi alienum. § . in extraneis. Si de ſuo, tũc aut ſuccedit ab inteſtato, vel ex teſtamento: ſi ab inteſtato, tunc requiritur capacitas tempore mortis tantũ, ſi non ſit factum teſtamentum. Et ſi tunc eſt in poteſtate, ſuccedit vt ſuus, ſuprà eo. § ſui. & ſi non eſt in poteſtate, ſuccedit vt extraneus, ſuprà eo. § . cæteri. Sed ſi factum eſt teſtamentum, tunc conſideratur capacitas tempore deſtituti teſtamẽti, quia tunc defertur hæreditas ab inteſtato, vt l. ſi quis filio. ff. de iniuſ. rupt. irri. teſtamen. ſed ſi ſuccedat ex teſtamento, tunc cõſideratur capacitas tempore mortis, & tempore facti teſtamenti, & non conſideratur tempus aditionis hæreditatis: quia tũc inter mortẽ & aditionem nõ eſt mediũ iure ciuili. l. poſt mortẽ. § . j. ff. de lega. j. Sed ſi quæritur de neceſſario hærede, conſideratur capacitas tẽpore mortis tantũ. l. filius. § . fi. ff. de liberis & poſthumis. & hoc ſi purè inſtitutus ſit, ſi autem ſub conditione, conſideratur capacitas tempore exiſtentis conditionis. l. ſi ſub
4 conditione. ff. de libe. & poſthumis. ¶ In † legatis autem conſideratur capacitas ſolùm tempore quo cedit legatũ, vt l. interuenit. ff. de lega. præſtan. Cedit autem dies legati à morte teſtatoris, C. de cadu. tol. § . cùm igitur. & § . ſin autẽ. & incapacitas medio tẽpore nõ nocet, vt hîc dicitur. Ex quo patet, quòd ſi aliquis ſit bãnitus banno imperiali, poſt teſtamentũ factum, & reſtitutus, tempore mortis teſtatoris, non nocet ſibi bannitio, vt l. ſi in conditione. § . ſolemus. ff. de hæredi. inſtit. ſi tamẽ inſtitutus medio tẽpore, eſſet priuatus omni libertate, noceret ſibi, vt in l. interdicit. ff. de condi. & demõ. & quando inſtituitur ſeruus, attenditur

tenditur capacitas ex parte domini, vt suprà de hæred. instit. §. seruus.
5 ¶ Notandum † tertiò, quòd testamenti factio accipitur actiuè & passiuè, quia nomina verbalia habent duplicẽ significationẽ, vt in gl. in l. ij. ff. de duo. re. stipulan. & accipitur hîc passiuè, & potest quilibet ex testamento capere, exceptis quibusdã, infrà proxi. tit. §. legari. ¶ Notan
6 dum † quartò, quòd ista habent se proportionabiliter, immiscere & abstinere, quæ attribuũtur extraneis hæredibus. Si igitur suus hæres dicat, se adire hæreditatem, vel extraneus dicat se immiscere hæreditati, propter errorem non acquiritur hæreditas, vt l. non is. cum l. sequẽ. & ibi per Bar. ff. de acqui. hæredi. suus tamen hæres interdum impropriè dicitur adire, vel repudiare, C. de legit. hæred. l. defunctis. ¶ Notandũ
7 † quintò, quòd si deliberatio petatur ab Imperatore, tunc debet peti infra annum, si ab alio iudice, infra nouem menses, C. de iure deliberã. l. scimus. §. & hoc quidẽ. à lege autem datur annus ad deliberandum à tempore scientiæ delatæ hæreditatis, & transmittitur ius deliberandi ad hæredes, quo ad tempus residuũ, nam si moriens fuit in deliberatione per mediũ annum, tunc hæres suus potest deliberare infra medium annum residuum, vt in l. cum antiquioribus. C. de iure deliberã. & potest iudex iuxta arbitrium suũ statuere tempus deliberandi. ff. de iure deliberan. l. j. dũmodo tamen nõ statuat minus, quàm centum dies. ff.
8 de iure deliberan. l. ij. ¶ Notandum † finaliter circa §. sciendũ, quòd duplex est remedium, ne quis grauetur per aditionem vel immistionẽ hæreditatis: vnum tangitur hic in §. extraneis, scilicet quòd deliberet antè, quàm adeat hæreditatem, vel se immisceat. Aliud tangitur hîc in §. sciendum. circa finem, videlicet, quòd non deliberet, sed faciat inuẽtarium: & istud secundũ remedium est vtilius & securius, quàm primũ. si quis enim deliberat & posteà adeat hæreditatẽ sine cõfectione inuẽtarij, tenebitur in solidum omnibus creditoribus & legatarijs: si verò faciat inuentarium, tenebitur etiã creditoribus & legatarijs satisfacere, sed à legatis detrahit falcidiam, vt C. de iure deliberan. l. fin. §. si verò postquàm. Sed si vtatur secundo remedio, adeundo scilicet vel immiscendo se sine deliberatione cum confectione inuentarij, non tenetur creditoribus, neq; legatarijs vltra vires hæreditatis, vt l. scimus. §. & si
9 post præfatam. C. de iure deliber. ¶ Et † debet inuentariũ confici infra tres menses, ab adita hæreditate, si res sint præsentes, aut infra annũ si res sint absentes, vt C. de iure deliber. l. sancimus. §. sin autẽ dubius. ¶ Opponitur cõtra prædicta, & videtur primò, quòd incapacitas recipiendi aliquid ex testamẽto medio tẽpore nocet, per l. si seruus. ff. de acqui. hære. & per l. ij. ff. pro empto. & per §. generaliter. in Authẽ. vt cùm de appella. cognosc. colla. viij. Solutio. Ad primũ contrariũ dicẽdũ quòd incapacitas illius serui non fuit ex persona sua, sed ex persona

domini sui, & ideò seruo illo manumisso intelligitur tūc fuisse capax, sicut nunc post manumissionē. Et ad secūdum dicendū, quòd illa lex loquitur in cōtractibus, nec est ibi defectus ex parte recipiētis, quo minus capere posset, si tradens esset dominus tēpore traditionis, hic autē loquitur de defectu, qui est ex parte eius, qui recipit, impediente ne ipse posset capere: & ad tertiū dicit Ioan. Fab. quòd ibi est speciale fauore
10 fideicōmissi. ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd si minor adierit hæreditatem vel se immiscuerit, non restituatur, per l. verū. §. item non restituetur. ff. de mino. & per §. sacramenta. in Authē. de pa. tenē. colla. x. quæ est Authen. & incipit, sacramēta puberum. C. si aduersus vēditionē. Solutio. Illa l. verū, in §. item non restituetur. loquitur quādo minor vsus est iure cōmuni, restitutio autem fit iure speciali, si est læsus sua facilitate. Et ille. §. sacramenta. loquitur, quādo minor adultus iurauit super cōtractu, & minor iurās in dubio præsumitur iurasse, non cōtrauenire ratione minoris ætatis, vel minoris pretij, vt notatur in l. ij. C. de rescindenda venditione, nisi minor ipse esset inductus per metum ad iurandum, vt vult Bar. in d. l. ij fa. regula, non est obligatorium. de regu. iuris. lib. vj.

§. Item extraneus.

1 *Hæres fiat ne aliquis, se pro hærede gerendo, in his, quæ licebant defuncto. & nu. 2.*

3 *Hæreditas aditur & uerbo & facto. Et quæ requirantur ut illis modis adeatur. nu. 4.*

5 *Immiscere & abstinere, adire uel repudiare, pari passu ambulant.*

6 *Intellectus sufficit, pro aditione hæreditatis.*

1 Summatur sic: Pro † hærede se gerēdo, id est, vendendo, colendo, seu locando res hæreditarias, aut quolibet modo nudā voluntatē declarando, re, vel verbo de adeūda hæreditate, fit aliquis hæres, si sciat illū in cuius bonis se pro hærede gerit, defunctū, & se ei esse hæredē, tunc ibi, sicut aūt. Et sicut nuda volūtate aditur hæreditas, sic cōtrario modo repudiatur. Et surdus & mutus possunt fieri hæredes, si habeāt
2 intellectū. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandū primò † circa §. itē extraneus, quòd istud intelligitur de iure ciuili. nā de iure prætorio oportet corā prætore hęreditatē agnoscere, vt C de iure delibe-
3 ran. l. j. & l. puberē. ¶ Notandum † secundò, quòd hîc tanguntur duo modi, quibus aditur hęreditatis, scilicet verbo & facto. Nā solo animo ad extra, declarato aditur hęreditas, & ita aditur verbo, vt l. auia. C. de iure deliberan. Sufficit ergo, quòd quis dicat deliberatè coram testibus, volo adire istam hæreditatem, secus si diceret indeliberatè, vt in gl. l. serui electione. ff. de lega. primo. Facto autem aditur hæreditas, quando

quando quis facit actum, qui non solet fieri, nisi per hæredē, vt est vendere, colere, locare, & sic de alijs, nisi protestetur contrarium, vt l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquiren. hæredita. Et potest addi tertius modus, scilicet quando ad petitionem creditorum datur tempus alicui, & intra illud tempus non adit, neq; repudiat, tunc præsumitur adiuisse, vt l. scimus. §. finaūt hoc aliquis. C. de iure delib. & hoc fauore petē tium. nam si esset fauor petentis repudiasse, tunc præsumeretur repudiasse. verbi gratia: Substitutus petit tēpus assignari instituto, vt adeat vel repudiet, tunc si intra illud tempus neutrum faciat, lapso tempore præsumitur repudiasse, vt no. Bar. in l. quādiu. ff. de acquiren. hæreda.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd ad hoc vt istis modis fiat aditio, sex requiruntur. Primò, vt adiens sciat se hæredē esse, & causam acquisitionis, ex qua per defunctum delata sit hæreditas, vt hîc, & ff. de acquiren. hæred. l. si is ad quem. Secundò, quòd sciat se eius hęredem esse, vt hîc. Tertiò, vt non sit institutus sub conditione, quia istis modis ante existentiam conditionis non fit aditio hæreditatis, vt ff. de acquiren. hæredit. l. is, qui hæres. Quartò, quòd sit sui iuris, nam aliâs requiritur etiā iussus partis vel domini, vt ff. de acquiren. hære. l. si quis mihi. §. iussum. Quintò requiritur, quòd habeat intellectum, vt infrà eo. §. sicut autem. in versi. eum qui. in fi. Sextò, quòd sit maior xiiij. annis, vt C. de iure delibe. l. potuit. de quibus not. glo. & Bar. in l. is pōt. ff. de acqui. hęred.
5 ¶ Notandum † quartò, circa §. sicut aūt. quòd immiscere & abstinere, vel adire & repudiare, ambulāt pari passu. vt sicut nuda volūtate quis pōt se immiscere vel adire hæreditatem, sic contraria voluntate potest abstinere vel repudiare, vt hîc in tex. Filius tamē infra trienniū pōt abstentionē suam reuocare, vt C. de repu. hæreditate. l. fi. ¶ Notā
6 dum † finaliter, quòd pro aditione hæreditatis, nō requiritur loquela, neq; auditus, vt hic in text. sed sufficit intellectus. concor. l. mutum. & ibi per Bar. ff. de acquiren. hereditа. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd aditio hæreditatis nō fit nuda volūtate, per l. potuit. C. de iure delibe. Solutio. In illa l. fit inchoatio ab actu, & tunc non sufficit nuda volūtas. fac. l. quemadmodum. ff. de acquiren. possessio.

DE LEGATIS.

TITVLVS XX.

NOn continuatur ista rubrica, quia continuatio habetur in nigro, in principio. & partes patebunt in processu.

§. Post hæc.

1 *Legatum, quid. Et quot eius genera olim, & hodie. & nu. 7.*
2 *Tempus præsens, pro præterito: coniunctiuum pro futuro: & futurum aliquando*

Licet simus in materia iuris, qua per vniuersitatem res nobis acquiruntur, tamen cum de testamentis & hæredum institutionibus dictum sit, & legata ex testamentis veniant, & testamentis accedant, idcirco
1 nunc rectè de legatis tractandum est. tunc ibi legatum. Est † autem legatum donatio quædam, à defuncto relicta, & ab hærede præstanda. Quorum legatorum olim quatuor fuerunt genera, scilicet per vendicationem, damnationem, sinendi modum, & per præceptionẽ, cum certis verbis, vnicuiq; generi legatorũ assignatis: sed hodie omniũ legatorum vna est natura, & per quæcunq; verba voluntatem testatoris aptè exprimẽtia fiant. peti possunt per triplicem actionem, scilicet personalem ex testamẽto, & per rei vendicationem, & per hypothecariã. tunc ibi, sed non vsq;. Et licet fideicõmissa olim fuerũt laxiora quàm legata, hodie tamen exęquantur. Sed vt iuuenes facilius eorum naturã intelligant, distinctè de eis tractandum est. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 † primò, quod cùm dicitur hîc in tex. loquimur, exponi debet, locuti sumus, & ita præsens ponitur pro præterito, vt C. ex quibus cau. irro. infam. l. si Possidonium. vel potest exponi, loquimur, id est, loqui deberemus, si præcedentem materiam prosequeremur, vt in Authen. de consangui. & vterinis fratribus. §. si igitur. colla. vj. sic etiam præteritum coniunctiuũ interdum ponitur pro futuro, vt l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. obliga. & ibi per Bart. & l cum stipulamur. eo. tit. & futurum interdum ponitur pro præsenti. vt quãdo datur gratia ad beneficia vacatura, refertur etiam ad præsens, scilicet ad beneficium
3 quod iam vacat, c. si pluribus. de præben. lib. vj. ¶ Notandum † secundò, quòd licet cõgruum sit materiam continuare, tamen ex certa causa potest fieri intermissio seu transgressio. vt causa doctrinæ, vel propter cõcomitantiam, vt hîc, ad quod etiã iste text. solet allegari. & facit istud vt verba in testamentis & in statutis interpretentur secundũ materiam subiectã, nisi cõstet, quòd in alia materia loquantur. fac. l. Imperator.

4 perator.ff.de in diem adiectio. ¶ Notandum † tertiò, quòd quatuor iura, quibus res per vniuersitatem nobis acquirũtur, quę vocantur hîc figuræ iuris, tacta sunt suprà per personas nobis acquiritur. §. hacten⁹. Et possunt addi duo alia: primum per monachationem, vt Authen. ingresi. C. sacrosan. eccle. secundò per publicationẽ bonorũ, vt l. actio
5 ne. §. publicatione. ff. pro socio. ¶ Notandum † quartò, circa §. legatum, quòd legatum differt à donatione causa mortis, vt dictum est suprà de donatio. circa §. j. Differt etiam à donatione inter viuos, quia legata possunt reuocari vsq; ad mortem, etiam sine causa. vt ff. de adimen. lega. l. iij. in fi. & l. iiij. quod non est in donatione inter viuos, vt suprà de donatio. §. aliæ. licet donatio inter viuos ex causa reuocari
6 possit, vt C. de reuocan. donatio. per totum. † Differt etiam legatum ab hæreditate: quia legatũ est de iure singulari & sine onere: hæreditas autem est ius vniuersale, & sæpe cum onere, vt ff. manda. l. si hereditatem. & ff. de eden. l. quædam. §. nihil. Legatum tamen interdũ est cum onere, & potest cum onere esse, vt in l. j. §. fin. ff. de lega. iij. Dicit tamen hîc Io. Fab. quòd si testator in testamento dicat, dono tibi talem fundum, præsente donatario, & accipiente, nõ est donatio, sed legatum, ex quo fit in testamẽto, quia verba debent intelligi secundum materiam subiectã. vt suprà eo. in secundo notabili. fa. cle. dudum. §. si verò. de sepul. Potest tamen in testamento, si velit testator, aliquis alius contractus celebrari, dicendo in testanento, vendo vel dono tibi rem talem pro centũ, & tu consentis, valet venditio. vt l. hæredes pa-
7 làm. §. fin. ff. de testamẽtis, & qui testa. fac. pos. ¶ Notandũ † quintò, quòd olim fuerunt quatuor modi legãdi. Primus, per vendicationẽ, vt quãdo testator dixit legatario, vẽdica tibi talẽ rem. Secundus fuit per damnationẽ, vt quando testator dixit hæredi, damno te illũ ære alieno liberare. Tertius modus fuit, sinẽdi, vt quando testator dixit hæredi, sine, id est, permitte illum talem rem habere. Quartus modus fuit, per præceptionem, vt quãdo testator dixit vni ex pluribus heredibus, præcipito talem rem, id est, antè partem cum alijs hæredibus capito.
8 ¶ Notandum † tertiò, quòd lugubratione exponitur, id est, præcipuè nocturna, quia luna, quæ lucet nocte, habet radios lugubres secundũ philosophos, id est, propria luce carẽtes, sed sol habet radios claros: in Authen vt iudi. sine quoquo suffra. fiãt. in prin. coll. ij. vt dicio glo. hîc aliâs tamen secundũ Hieronymũ & antiquos scriptores, vocatur lucubracione, per c. & inde dicitur lucubratiuncula, id est, modica vigilia
9 vel studium vnius noctis. ¶ Notandũ † septimò, quòd voluntas est validior quàm verba, quia voluntas defuncti habetur pro lege, in Authẽ. de nup. §. disponat. colla. iiij. Et hoc est verum, quãdo constat de voluntate, sed si non constat, tunc verba declarant voluntatẽ, vt ff. de supellect.

pellect.lega.l.Labeo.& valet hodie legatũ siue fiat per verba directa vel obliqua:pōt enim testator dicere, iubeo,rogo,mādo,committo, vt C.commu. de lega.l.ij. vel opto, cupio,credo te daturum illi hoc, vt ff.de lega.primo l.etiam hoc modo:vel exigo,exhortor,vel simi-lia verba,vt l.& eo modo.ff.de lega.j. Non enim curandum est quæ verba testator dicat,sed in quem intentio sua dirigatur, vt est tex.ff. de lega.ij.l.cum pater.§.donationis,sed si dicat,non dubito te hoc facturũ ,tunc si verba referantur ad hæredem, censetur fideicōmissum, vt l.vnum ex familia.§.fi.ff.de lega.ij.Secus,si referantur ad aliũ,vt l. generali.ff.de vsufruct.lega. & in glo.in l.peto.ff.de lega ij. ¶ Notan-

10 dum † octauò,quòd ad sciendum quæ actiones cōpetunt legatario,sic distinguẽdũ est,quia vel legata est res aliena,vel res testatoris: si res testatoris, tunc vel legata est res in specie,vel in genere:si in specie,tunc competunt legatario tres actiones,scilicet personalis,ex testamẽto,& rei vendicatio,quia legatum transit directè in dominiũ legatarij,vt ff. de furt.l.à Titio.& hypothecaria in rebus,scilicet quæ fuerunt defun-cti:sed si legatum sit res in genere solùm,competunt duæ actiones,scilicet ex testamẽto & hypothecaria. In casu etiã solùm competit vna actio,& vna exceptio,vt si legata sit liberatio debiti,vt ff.de liber.le-ga.l.quod mihi,& ff.vt in possessio.legato.l.j.§.si debitori.Sed si le-gata sit res aliena, competunt duæ actiones , scilicet ex testamento & hypothecaria. C.commu.de lega.l.Istud tamen sic debet intelligi,nō quòd legatarius posſit simul diuersis actionibus agere, sed potest ex istis vnam eligere.vt ff.de lega.ij.l. cum filius.§.varijs. ¶ Notandum

11 † finaliter circa §.sed non vsq;,quòd olim fideicommissa erant laxio-ra,quàm legata,quia legata debebantur solùm ex testamento,fideicō-missa autem etiam ab intestato,vt infrà de fideicommissa.hęredita.§. prætereà & infrà eo.§.sed non vsq;.& § ante.hodie secus. ¶ Opponi-tur primò,& videtur,quòd iste ordo,de quo in princ.tex.non est con-ueniens,quia legata non semper dependent ex testamẽto, vt hîc in §. sed non vsq;.& possunt fieri ante hęredis institutionem.vt infrà eo.§. ante.Solutio. Textus hîc loquitur secundum quod olim erat in lega-tis,quando solùm debebantur ex testamẽto,& non poterant fieri nisi post hæredis institutionem, sed contraria iura loquuntur, secundum

12 quod est hodie in legatis. ¶ Opponitur † secũdò contra id quod dicit in §.legatũ.versi.nostra. & videtur, quòd voluntas non sit validior, quàm verba.per l.si alij ff.de vsufruc.lega.& per l.Labeo.ff. de supel. lega.Solutio.Illæ leges loquuntur quando non constat de clara volũ-

13 tate,& tunc scriptura plus valet quàm voluntas. ¶ Opponitur † tertiò, & videtur,quòd ibi non bene dicitur,quòd omniũ legatorũ est eadẽ natura,per §.fi.infrà de oblig.quę ex quasi contractu nascuntur. Solu-tio.

tio. Omnium legatorum est eadem natura, quantum ad hoc quòd æqualiter debent, vt hic dicitur, licet quędam sunt alijs validiora, vt in
14 contrario. ¶ Opponitur † quartò, & videtur, quòd legatarius non possit agere actione personali. quia illa datur non domino, vt infrà de actio. §. sic itaq;. Sed legatarius est dominus legati, vt d. est in octauo notabili. Solutio. Nõ agit ad dominium sed de possessionem, vt ff. de cõdictio. tritica. l. ij. & ita dicit hic glo. Vel potest dici, quòd legatarius est verè dominus, sed fictione iuris. & ita potest actione personali age
15 re, secũdum Io. Fab. ¶ Opponitur † finaliter contra illud, quod dicitur in §. sed non vsq;. & videtur, quòd legata non exęquantur fideicõmissis. quia non dicitur legataria libertas, sed fideicommissaria, etiam propter fideicommissum cogitur hæres adire hæreditatẽ, vt infrà ad legem Falci. §. ex diuerso. & de fideicõmissa. hæredita. §. sed si recusét. non autem propter legatum. Solutio. Dicit hic glo. quòd exæquãtur quantum ad tractatum & sententiam, sed non quantum ad verba. Sed melius potest dici, quòd legata & fideicommissa singularia exæquantur, vt hic dicitur. Sed secus est de fideicõmissis vniuersalibus, propter quæ cogitur hæres adire hæreditatẽ, vt patet per Doc. hic & in l. j. ff. de lega. j.

§. Non solùm.

1 *Testator an possit etiam legare rem alienam. & nu. 11.*
2 *Testator si leget rem suam, uel hæredis, an nihil præiudicat ignorantia uel scientia.*
3 *Testator potest legare rem hostium, in qua habemus spem postliminij.*
4 *Hæres an cogatur inuitus rem emere, præcepto testatoris.*
5 *Legatum rei, quæ dependet ex uoluntate alterius, an ualeat.*
6 *Ecclesiasticæ rei legatum, an ualeat.*
7 *Hæres an teneatur de euictione rei legatæ, distinguendum est.*
8 *Actori incumbit onus probandi: quo non probante, reus absoluitur.*
9 *Hæres tenetur luere rem obligatam, alteri legatam, tribus casibus.*
10 *Res communis testatori & alteri, an possit legari.*

1 Testator † non solùm põt legare rem suam vel hæredis: sed etiam rem alienã, & tunc hæres cogitur illã rem emere & legatario dare, & si ipse eam emere non põt, dabit legatario ęstimationẽ. Ad hoc tamen duo requirunt. Primò, quòd talis res sit in cõmercio. Secundò, quòd testator sciat rem alienã esse, & hoc legatarius habet probare, tunc ibi sed & si rem, similiter põt testator legare rem suã obligatam creditori, si tamen scit eam oglìgatam esse, & tunc hęres tenetur illam rem luere, nisi testator expressè voluisset legatarium eam luere. Hoc
2 dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quando testator legat rem suam vel hæredis, tunc non refert an sciuit vel ignorauit, vt infrà

eo. §.

eo. §:si quis rem.& si sit res cõmunis ipsi testatori,& alteri, valet lega
tum,pro parte testatoris,& nõ pro alia parte,vt notatur in l. serui ele-
3 ctione. §.cum fundus.ff.de lega.j. ¶ Notandum † secundò,quòd testa
tor potest legare rem alienam,etiã hostiũ, in qua habem⁹ spem post-
liminij,siue nostra quandoq; fuerit,siue nunquàm,vt ff. de lega.j.l.ab
omnibus. §.etiã. Sed hoc est distinguendum, secundum Bar.in l.liber
homo.ff.de verb.obli.& secundum glo.in l.id quod.ff.de lega.j quia
aut illa res nunquã fuit in commercio nostro,& nõ valet legatum, vt
d.l.liber homo.aut aliquãdo fuit in cõmercio nostro,& valet legatũ,
vt d.l.id quod. Et sicut dicitur de legato,ita dicendum est de donatio
ne. Valeret ergo donatio,si Papa daret Imperatori vel alteri principi
terram sanctam. Et talis res hostium non potest legari vel donari pu
rè,sed sub conditione,& ita valebat donatio, quam fecit rex Arago-
num monasterio Populeti de locis hostium,quãdo scilicet reuerteren
tur ad cultum diuinum,de quo in c.abbate.de re iudicata.libro vj.
4 ¶ Notandum † tertiò,quòd hîc est casus in quo aliquis compellitur
rem emere propter præceptum testatoris,contra ius regulare,quo ne-
mo inuitus emit,vt C.de contrahen.emptio.l.inuitum. Si tamen do-
minus rei non vult eam vendere,vel petit nimis magnum pretiũ.non
tenetur hæres emere,sed debet æstimationem dare,vt hîc,& ff.de le-
ga.iij.l.non dubium. §.finali.& si sit contentio inter legatariũ & hæ-
redem de valore æstimationis,tunc iudex declarabit.l.alieno. §.si is,
5 cuius.ff.de fideicommissa.liberta. ¶ Notandum † quartò,quòd si cõ-
mercium rei haberi non potest,vel si potest,sed cum magna difficul-
tate,quia alienatio eius dependet à voluntate principis, tunc valet le-
gatum de illa re,vt ff.de lega.primo.l.apud Iulianum. §.fina. Et ideo
secundum Bar.non valet,si prædio legato adiungatur onus,quòd fra-
tres minores possunt in illo prædio ædificare monasterium vel capel-
lam,quia talis mutatio dependet à volũtate Papæ,vt in c.j.de religio
6 domibus.lib.vj. ¶ Et † dicit Inno. quòd ideò non valet legatum de re
ecclesiastica,quæ si alicui legetur,non debetur res neq; æstimatio,vt
c.filius noster.extrà de testamẽ.nisi esset res cuius commercium fac
liter haberi posset,vt equus, bos, vinum, & similes res. In casu tamẽ
valet legatum de re, cuius commercium non habetur, vt si homo li-
ber,qui redemptus est ab hostibus,legetur sibiipsi,quo casu redimitur
à pignore,ff.de lega.j.l.senatus. §.si Valet etiam legatum de re cõmu
ni pluribus,tanquàm singulis,& non ipsi testatori, vt detur res vel æsti
matio.ff de lega.ij.l. mortuo boue. §.Labeo. Et non valet etiam le-
gatum,si defectus sit in legatario propter delictum suum,vel diuersi-
tatem sectæ,vt si Iudæo legetur seruus Christianus,quem Iudæus ha
bere non potest,C.ne Iudæus Christiana mancipia.l.j.non valet tale

legatum,

legatũ,nec debeť res nec æstimatio,vt d.l.mortuo boue.valet tamen, si sit defectus ꝑpter conditionẽ status, vel corporis vitium,si testator sciat talẽ conditionẽ vel vitiũ inesse. l.fideicõmissa. §.si seruo alieno.
7 ff.de leg iij. ¶ Notandũ † quintò,quòd ad sciendũ quando hæres tenetur de euictione rei legatæ,sic distinguendũ est, quia aut loquimur de re legata, aut de re prælegata. Si de re legata,tunc aut legata est res in genere,aut in specie.Si in genere,teneť hæres de euictione.Si in specie, aut testator legauit sciẽter,aut ignoranter. Si scienter,tenetur hæres de euictione. Sed nõ si ignorãter,nisi legatũ esset coniunctæ personæ,id est,cõsanguineo,vt not.per Bart.in l.si domus. §.de euictione.ff.de lega.j.Et si legetur incerta species de certis,vt dicẽdo,lego vnũ de equis meis,dicitur esse legatũ in specie. l.in ratione. §.diligẽter. ff.ad legem Falci. Si loquimur in re prælegata,tũc vel prælegatũ est vni de fratribus,& si tũc euincatur,nõ agit de euictione,ne crescat inuidia inter fratres. C.de bo.quæ libe.l.cùm oportet. Vel prælegatũ est omnibus fratribus,& tũc omnes agunt de euictione,si distributio prælegatorũ facta est per partes,vel per iudicẽ. Sed si facta est per testatorẽ,nõ agũt: sed excipiẽdo seruant,vt C.cõia vtriusq; iud.l.si fratres. ¶ Notandum
8 sextò, † quòd legatarius habet probare testatorẽ sciuisse rem alienam esse,quia actori incũbit probatio,ad quod iste text.solet alleg.sic in l. verius.ff.de proba. Et actore non probante reus absoluitur,vt in c.vt nostrum.extrà vt ecclesiasti.benefi.sine diminu.confer.Si tamen reus neget ius, & ius præsumit pro actore, tenebitur reus probare,vt ff.de
9 probat.l.ab ea parte. ¶ Notandũ † finaliter circa §.sed & si rem.quòd hæres in tribus casibus tenetur luere rẽ obligatã,alteri legatã. Primus, qñ testator sciuit rẽ obligatã esse,vt hîc., Secundus,quando ignorauit: sed res legata est cõiunctæ personæ. C.de fideicom.l.obligata. facit l. cùm rem. C.de legatis.vel incipit,prædia. Tertius,quãdo ignorauit,& res est obligata in tanto,vel in maiori,quàm valet,vt ff.de leg j.l.si res
10 obligata. ¶ Opponitur † cõtra prædicta,& videť primò,quòd quando legať res cõmunis testatori & alteri,valet legatũ non solùm pro parte testatoris,sed etiã pro alia parte , quia potest legari res aliena,vt hîc in tex. Solutio. Aliud est,quãdo legatur res omnino aliena,& res cõmunis:quia in primo casu,nõ est maior ratio, quòd legatũ valeret de vna parte,quàm de alia.Sed in secũdo casu est maior ratio,quòd legatũ valet de parte testatoris,quàm de alia. Et ideò nisi testator hoc expresse
11 rit,nõ valet de alia. ¶ Opponiť secundò, † & videť,quòd valet legatũ de re aliena,etiã si testator ignorauit. C.eo.l.cùm rẽ alienã. Solutio. Aut legatũ est cõiunctæ personæ,quæ intelligitur vsq; ad decimũ gradũ,& valet legatũ de re aliena , etiã si testator ignorauit,vt vult illa l. cũ rẽ alienã.aut legatũ est extraneæ personæ,& nõ valet,vt hîc diciť.

A §. Si res

§. Si res aliena.

1 *Testator si leget rem alienam, à legatario acquisitam, uiuo testatore, an consequatur pretium. disting. & nume. 2.*

3 *Rem, quam habeo, quatuor modis possum petere.*

4 *Legatarius consecutus rem alienam sibi legatam, uiuo testatore, ex causa lucratiua, extinguitur legatum. Limit. nume. 6.*

5 *Res eadem, an possit legari in duobus testamentis.*

1 Si testator † legauit rem alienã, quam legatarius viuo testatore acquisiuit, tũc si acquisiuit ex causa onerosa, cõsequitur pretiũ ab hærede: sed si acquisiuit ex causa lucratiua, non cõsequitur pretiũ, quia nemo potest habere eandẽ rem ex duab⁹ causis lucratiuis. Et ideò si eadem res sit mihi legata in testamẽto Titij, & in testamẽto Seij, tũc si ex testamẽto vnius habeo æstimationẽ rei, possum ex alio testamẽto petere rem. Sed si habeã primò rem ex vno testamẽto, non possum ex alio

2 petere æstimationẽ. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd in tex. dicitur, quòd quando legatarius, cui legata est res aliena, viuo testatore fit dominus illius rei, ex causa onerosa, quæ vocatur, quãdo emi aliquã rem, quę mihi est legata, notãter dicitur, quòd potest pretiũ consequi, & non dicit petere, quia secundũ cõmuniter Doct. petit rem, quæ tantũ est in obligatione, sed in defectũ eius datur pretium, vt ff. de verb. oblig. l. seruũ. §. effectus. Secundũ aliquos tamẽ etiam pretiũ est in obligatione, vt ff. de cõdict. furt. l. in re furtiua. §. sed vtrum. ¶ Notandũ secun-

3 dò, † quòd quatuor modis possum petere rem, quam habeo. Primò, si res posset mihi auferri, vt ff. de solu. l. si rem. Secundò, si habeã ex alia causa, quàm debeã habere, vt hîc, quia quãdo pretiũ deest, non videor rem habere. Tertiò, si aliquod ius deest, quod adhuc tradendũ est, ff. de solu. l. etiam. Quartò, si res deterior facta est dolo dãtis, ex causa stricti iuris, datur de dolo, quãuis quis rẽ habeat, vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. non solùm. Sed si ex causa bonæ fidei, agitur ex primo con-

4 tractu. ff. cõmod. l. iij. §. si reddita. ¶ Notandũ † tertiò, quòd si legatarius cõsecutus est rem alienã sibi legatam, viuo testatore, ex causa lucratiua, id est, donatione, vel ex alia simili, extinguitur legatũ, vt hîc, ff. de lega. ij. l. Meuius. §. duobus. Et licet ipse legatarius alienauerit istam, nihil sibi prodest, vt d. l. Meuius. Et quod acquiritur causa dotis, nõ acquiritur ex causa lucratiua, vt ff. de actio. & obli. l. ex promissio-

5 ne dotis. ¶ Notandũ † finaliter, quòd quando dicitur hîc de eadẽ re legata in duobus testamentis, non potest intelligi de testamẽtis factis ab vno, quia tunc posterius rũpit primũ, suprà quib. mod. testa. infirman. §. posteriore. sed debet intelligi de testamentis factis à diuersis. Et si in vno testamẽto eadem res bis legetur alicui, distinguendum est, quia si legatum

legatum sit res in specie, non habebit legatarius eam, nisi semel. Sed si legatum, sit res in quantitate, habebit eam bis, vt ff. de leg. j. l. planè. §. si eadem. & l. Titia Seio. de leg. ij. & ibi Barto. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd legatarius cõsequens rem ex causa onerosa, non potest æstimationẽ consequi, per l. si res mihi. ff. de lega. iij. Solutio. In illa l. propter defectum iuris petẽdi. præsumpta volũtate defuncti, rem legatam legatarius amisit, sed iste text. loquitur, quando volũtas testatoris manet eadem, & legatarius acquisiuit rẽ ex causa onerosa. Vel potest dici, quòd illa lex dicit, quòd non potest rem vẽdicare. & hoc verũ est.
6 Et ideò in defectum rei cõsequitur pretiũ. ¶ Opponitur secundò, † & videtur, quòd legatarius habens rem ex causa lucratiua, adhuc potest eam petere, per l. si seruus legatus. §. j. ff. de lega. j. Solutio. Hoc quod hîc dicitur, fallit in sex casibus. Primò, si primò consecutus est æstimationem, vt hîc in versi. hac ratione. Secundò, quando causæ lucratiuæ non habent originem in persona vnius, sed diuersorum, vt in l. in oppositum allega. Tertiò, quando legatum est res, in quantitate, vt ff. de lega. ij. l. Titia Seio. Quartò, quando causæ lucratiuæ concurrunt diuerso tempore, vt ff. de verb. obligatio. l. non existimo. Quintò, quando res posset repeti per restitutionem in integrum. ff. de lega. ij. l. Meuius. §. duobus. Sextò, quando non concurrunt contra eandem personam, vt l. si res. ff. de lega. iij.

§. Ea quoq;.

1 *Res futura, an possit legari: & an duobus.*
2 *Res, quæ non est, nec futura, aut quæ fuit, non tamen est, non potest legari.*
3 *Legatum quot modis possit decrescere, & accrescere legatario.*
4 *Legari potest quid pluribus, coniunctim, uerbis & re, uel re tantùm, uel uerbis tantùm.*
5 *Legatum disiunctum re & uerbis.*
6 *Legatarius si emerit proprietatẽ fundi, non potest eum petere pleno iure.*
7 *Res legatarij, non potest sibi legari. Et quid ita.*

1 Res † quæ nõ est, sed tamẽ futura est, potest legari. tũc ibi, si eadem. Si eadẽ res legetur duobus, diuidit̃ inter eos, nisi legatũ in vno deficiat, scilicet quia nõ vult, vel moritur viuo testatore, q̃a tunc collegatarius habebit totũ. Et cõiunctim legari dicitur, quãdo vna res vna oratione diuersis legatur: sed disiũctim legari dicit̃, quãdo vna res diuersis orationibus diuersis legat̃. tunc ibi, si cui fundus. Si fundus alienus legetur alicui, qui acquirit proprietatẽ deducto vsufructu, ex causa onerosa, & vsumfructum ex causa lucratiua, tũc ille potest petere proprietatem & vsumfructũ: tamẽ ex officio iudicis solùm dabit̃ sibi æstimatio nudæ proprietatis. tunc ibi, sed si rem legatam. Et res legatarij nõ potest sibi

 legari.

legari. Et licet posteà legatarius eam alienauerit, nō habebit rem, nec
2 æstimationem. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandū † primò circa §. ea quoq;. quòd res, quæ non est, nec futura est, vt chimera vel hircoceruus, aut res quæ fuit, sed non est, vt homo mortuus, legari non potest, vt infrà de inuti. stipul. §. j. Et si dubiū est, an res sit vel non sit, si non sit, nō valet legatum. Sed si sit, valet legatum, & cauet hæres de persequendo & restituēdo, vt ff. de leg. j. l. seruo legato. §. fin. Et ideo si legetur seruus vel animal, existens in fuga tēpore factionis testamenti, tunc tenetur hæres, suis sumptibus & periculo, talem seruum vel tale animal, quærere, & legatario præstare, vt l. cùm seruus. & ibi notatur per Doct. ff. de leg. j. Sed si venit ad fugam post testamentum, tunc legatarius suis sumptibus & periculo tenetur quærere. l. si seruus legatus ff. de leg. j. nisi hæres esset in culpa, quia tunc ipse teneretur. ¶ Notan-
3 dum † secundò circa §. si eadē. quod legatum potest deficere quinque modis, & accrescere collegatario. Primò, si legatarius spreuit ipsum. Secundò, si legatarius viuo testatore decesserit, vt hîc in tex. sed si post mortem testatoris decesserit, tunc nō accrescit collegatario, sed transmittitur ad hæredem. C. de cadu. tollen. l. vnica. §. cùm igitur. Tertiò si collegatarius non sit in rerum natura, vt C. de cadu. tol. l. vnica. §. in primo. Quartò, si mihi & posthumo, qui posteà abortietur, aliquid legatum sit. ff. de leg. j. l. si duobus. §. fina. Quintò, si testator mihi & hæredi suo aliquid legauerit. ff de leg. j. l. planè. §. si duobus. Et adhuc tribus modis deficit legatum, sed non accrescit collegatario. Primò, si testator mihi & seruo suo aliquid legauerit. ff. de lega. j. l. planè. §. coniunctim. Secundò, si mihi & tibi tua res legata sit, vt ff. de lega. j. l. huiusmodi. §. si Titio. Tertiò, si mihi & non capaci aliqua res legata sit.
4 ff de leg. ij. l. si Titio. ¶ Notandum † tertiò, quòd quando aliquid legatur pluribus, hoc potest fieri cōiunctim, verbis & re, vel re tantùm, vel verbis tantùm. Coniunctim legari verbis & re, dicitur, quando vna res diuersis legatur vna oratione, vt sic dicendo, Titio & Seio lego talem domum, vt ff. de vsufru. accres. l. j. & ibi notatur per Docto. Sed re tantùm, dicitur aliquid coniunctim legari, quando vna res legatur diuersis, per diuersas orationes, vt si dicatur, Titio lego talem domū, & Seio lego eandem domū, & isti faciūt partes per concursum. Sed si dicatur, Titio vel Seio lego talem domum, efficiuntur duo rei stipulandi, vt ff. de leg. ij. l. si Titio. Quod verum est, si addatur, vti hæres meus volet. Sed si simpliciter dicatur, Titio vel Seio lego talem domum, resoluitur illa disiunctiua in copulatiuam, vt l. cùm quidam. C. de verb. significa. & non efficiūtur duo rei stipulandi. Nam soluendo Titio, nō adimitur legatum à Seio. ff. de adimen. leg. l. iij. nisi constet manifestè testatorē hoc voluisse, vt l. si pluribus. §. j. ff. de leg. j. Verbis aūt tantùm

coniun

coniunctim legari dicitur, quando vna res diuisa per testatorẽ vna oratione diuersis legaẽ, vt sic dicendo, Titio & Seio lego talem domum
5 æquis portionibus, vt notaẽ in l.re coniuncti.ff.de leg.iij. † Est etiam quoddam legatũ disiunctim re & verbis, vt si dicatur, Titio lego medietatẽ illius domus, & Seio lego alteram medietatẽ eiusdem domus. In tribus primis locũ habet ius accresceñdi, sed in quarto, scilicet quãdo aliquid legaẽ disiunctim re & verbis, ius accrescendi locũ non habet, vt ff.de leg.ij.l.& Proculo. Seruit autẽ istud, quia quando legatũ deficit in vno, tũc accrescit alteri saltẽ primis tribus modis, in quo iure accrescẽdi præferẽ ille, qui est re & verbis cõiunctus, si extat. Et post illũ admittũtur simul, qui sunt cõiuncti re tantùm, & verbis tantũ. ¶ No-
6 tandũ † quartò circa §.si cui fundus. quòd quãdo legatarius emit proprietatẽ fundi, tunc vsusfructus potest ad eũ peruenire ex causa lucratiua, scilicet per mortẽ naturalem, vel ciuilem vsufructuarij, vt suprà de vsufruc. §.finitur. Quo casu videẽ, quòd iste legatarius nõ posset petere fundũ pleno iure, quia habet vsumfruc. ex causa lucratiua, iuxta §.si res aliena. suprà eo. Cuius contrariũ tamen hîc decidiẽ in primo respõso. Verũ tamen est, quòd ex æquitate officio iudicis solùm præstatur: sibi æstimatio nudæ ꝓprietatis, vt hîc in secũdo respõso. ¶ Notandũ
7 finaliter † circa §.sed si rẽ legatã. quòd ratio istiꝰ text. est, scilicet quòd res legatarij non põt sibi legari, quia qđ meũ est, amplius meũ fieri nõ potest, vt hîc, & infrà de actu. §.sic itaq;. Et licet res à legatario posteà fuerit alienata, nõ prodest, quia qđ ab initio non valuit, ex tractu tẽporis non cõualescit, vt in regula, non firmatur, de reg.iur.lib.vj. de quo posteà etiam dicetur. §.an seruo. infrà eod. ¶ Opponitur primò sic, & videẽ, quòd quando aliquid legatur duobus, nõ debet diuidi inter eos viriliter, vt diciẽ in §.si eadẽ. per l.interdũ. & l.Titius. ff.de hære.insti. Solutio. In illa l.illi duo cõiuncti obtinebant locũ vnius. Et ideò illa l.nõ facit cõtra istum text. ¶ Opponiẽ secundò, & videtur, quòd quando dicitur, lego Titio medietatẽ talis domus, & Seio alterã medietatẽ eiusdẽ domus, habeat locũ ius accrescẽdi, per l.Meuio.ff.de leg.ij. Solutio. In illa l. vna medietatis fuit legata vtriq;, & sic dicitur hîc. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd res legatarij potest sibi legari, per l.j.ff. de libe.leg. Solutio. In illa l.legata est liberatio debitori, quæ nõ fuit eius. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd quando res legatarij sibi legata, posteà alienata est, valeat legatũ, per l.j. ff.de regula Catonia. Solutio. Illa lex loquitur, quando res alienata est viuo testatore, hîc autem quando mortuo: vel potest dici, quòd illa l.intelligitur, quãdo legatum fuit sub cõditione, & ante existẽtiam conditionis res fuit alienata. Sed iste text. loquitur, quando aliquid legatum est purè, arg.l.cætera. §.ij.ff.de leg j.& ista secunda solutio est melior quàm prima.

§. Si quis rem.

1 *Summarium huius §.*
2 *Veritas, an præualeat opinioni. disting. & nu. 7.*
3 *Legatum, donatum, uenditum, uel obligatum, uel alienatum à testatore ante mortem, an possit reuocari. disting.*
4 *Creditor, quot modis, possit liberationem legare debitori.*
5 *Hæres testatoris si petat debitum, cuius liberatio est legata, ab hærede debitoris, uel ab alio, qui est loco hæredis, repellitur per exceptionem de liberatione legata.*
6 *Debitum in diem, uel sub conditione, legatum creditori purè, ualet legatum.*
8 *Legatum, in quo non est plus, quàm in debito, non ualet.*

1 Summatur sic: † Si testator credens rem suã esse alienam, vel rem esse legatarij, legauerit eam, valet legatum, quia plus valet, quod est in veritate, quàm quod est in opinione. tunc ibi, si rem suam. Si testator rem suam, quam legauit, posteà in toto, vel in parte alienauerit, vel eã obligauerit, valet legatum, si nõ fecit animo adimendi legatũ, tũc ibi, si quis debitori. Si creditor legauerit debitori liberationẽ, tũc debitor liberatur à debito, & hæres suus, vel qui loco hæredis est. Et potest liberatio legari semper, vel ad tempus. Sed si debitor legauerit creditori debitum, non valet legatum. Si tamẽ esset debitum in diem, vel sub conditione, & legaretur creditori purè, valeret legatum, quanuis viuo testatore dies veniret, vel conditio existeret. Hoc dicit, & patet intelle-
2 ctus tex. ¶ Notandum primò † circa §. si quis rem. quòd plus valet veritas, quàm opinio, vt hîc. & ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. §. qui ignorauit. quod verum est, si cõcurrit veritas cum opinio. singulari. Secus de opinione vniuersali, quia illa præualet veritati, vt ff. de offi-
3 cio prætoris. l. Barbarius Philadelphus. ¶ Notandum † secundò, circa §. si rem suã. circa verbum, alienauerit. quòd quandoq; testator rem legatã ante mortẽ suam donat alteri, quandoq; alio modo vendit seu alienat, quandoq; obligat. In primo casu simpliciter & indistinctè reuocatur legatum, l. cùm seruus. ff. de adimẽ. lega. Secundo casu, si vendidit, distinguitur: quia aut vẽdidit voluntariè, & tunc testator videtur reuocare legatum. l. rem legatã. ff. de adimen. lega. Et ideò legatarius habet tunc probare, quòd non vendidit animo adimendi, quod potest cõstare per cõiecturas & indicia, vt ff. de leg. iij. l. fideicõmissa. §. si rẽ. & ibi no. in gl in verbo, exigendam, & per Docto. Si vendidit ex necessitate rei familiaris, quia res erat peritura, & tunc non videtur testator reuocare legatum. Et ideò, hæres habet tunc probare, eũ voluisse reuocare legatum, quod similiter probatur per coniecturas & indicia, vt l. rem legatam. ff. de adimẽ. lega. Ex quo patet, quòd si quis habens procuratorẽ,

procuratorem,faciat aliquem actum voluntarium in iudicio sine pro testatione,de non reuocando procuratorem suũ, tunc videtur ipsum reuocasse. Secus si faciat actum necessariũ, vt in c. si quem.de procurato.lib.vj.& per Bar.in l.mutari.ff.de procuratori. In tertio casu,scilicet si testator rem obligauit,non videtur reuocare legatũ. C.de leg.l. iij.Sed in donatione causa mortis, si donator ante mortẽ rem donatã obligauerit,videtur reuocata donatio,vt ff. de don.inter virũ & vxo. l.cũ hic status. §.si maritus.& l.si maritus ij. C.eo.Si tamen debitor legaret creditori rem sibi ipsi creditori obligatã,valet legatũ,& consequitur creditor rem,& petit debitũ.nisi cõstaret debitorẽ voluisse cõ
4 pensationẽ facere,vt l.creditorẽ.ff.de leg.ij. ¶ Notandũ † tertiò,circa §.si quis debitori.quòd creditor potest debitori legare liberationem tribus modis.Primò,dicẽdo sic:Tale debitũ peti nolo, vel debitori relinquo,vel actionem remitto,& tunc debitor liberatur ab omni debito.ff.de libera.lega.l.si quis rationes.Secundò, dicendo sic: Rationes ab illo debitore exigi nolo,& tunc debitor liberatur ab omni debito, præter,quàm ab eo,quod penes se habet,vel ab eo,quod dolo fecit.ff. de libera.leg.l.Aurelius. §.fin.Tertiò dãnando hæredem suũ, ne exerceat actiones. Et in hoc casu.si testator habuit bonã causam,& legatarius malam causam,aliâs nihil videtur esse legatum.ff. de libera.leg.l. petitor.Sed si testator istud debitũ in vita sua petat, vel debitor ei soluat,reuocatũ est legatum.vt infrà eo. §.tam autẽ.& in l. fideicõmissa.
5 §.in rem.ff.de leg.iij. ¶ Notandum † quartò,quòd si hæres testatoris petat istud debitũ,cuius liberatio est legata, ab hærede debitoris, vel ab eo,qui est loco hæredis,repellitur per exceptionẽ de liberatione legata:quia non sunt liberati ipso iure. Et ideò possunt cõtra hæredẽ testatoris agere,vt liberet eos per acceptilationẽ,vt ff. de liber.leg.l.iiij. §.nunc de effectu.& loco hæredis est bonorũ possessor, vel fideicõmissarius vniuersalis,vt infrà de bon.posses. §.quos autem.& de fidei-
6 cõmissa.hæredita. §. restituta. ¶ Notandũ finaliter, † quòd quando debitũ in diem,vel sub cõditione legatur creditori purè, valet legatũ, etiã si dies veniat,vel conditio existat viuo testatore. Et ratio est,ex quo semel valuit,manet adhuc validum. Ex quo patet, quòd quando actus est perfectus,non vitiatur per hoc,quod posteà venit in eum casum,à quo incipere non posset,& de isto latius per Bar.in l.pluribus. §. sed & si placeat.ff.de verbo.obli.Sed si debitor legauerit creditori purum debitũ nõ valet legatũ.Si tamẽ alius legaret creditori,illud idem debitũ valeret legatũ,quia interest creditoris diuersos reos habere.vt ff.de lib.leg.l.si quis decedẽs. §.fi. ¶ Opponitur primò cõtra prędicta sic,& videt,quòd plus valet,quod est in opinione,quã quod est in veri
7 tate,per l.is qui putat.ff de acquir.hæred.Solutio.illa † lex loquitur in

his, quæ dependent à solo animo, ad extra declarato, scilicet in aditione vel repudiatione hæreditatis. Et ideò ibi etiã opinio singularis præfertur veritati. Sic etiam, si mulier credens virũ suum viuere, qui in veritate est mortuus, alteri nubat, peccat propter opinionẽ, quia peccatũ dependet à solo animo seu voluntate: quod enim non est voluntariũ, non est peccatum, ita notatur per Archidiaconum in summa, xxxiiij.
8 quæst.ij. ¶ Opponitur † secũdò, & videtur quòd si debitor leget creditori debitum purũ, valeat legatum, quia plus est in legato, quàm in debito. Nam legatarius statim fit dominus rei legatæ, & habet plures actiones, quàm creditor, vt l.iij. §. si rem. ff. de leg. iij. Solutio. Plus dicitur quatuor modis, vt infrà de actionibus. §. plus autẽ. Et nullo illorũ modorum est plus in legato, quàm in debito, & ideò legatũ tale non valet, & ista solutio, quæ est in gl. hîc placet. licet aliqui velint eam reprehendere, nõ dantes meliorẽ solutionem. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd quando debitum in diẽ, vel sub conditione purè legatũ est, & dies veniat viuo testatore, vel conditio existat, non valeat legatum, per l. debitor. ff. de lega. ij. Solutio. Illa lex corrigitur hîc.

§. Sed si uxori maritus.

1 *Maritus si legarit uxori suæ dotem, an ualeat legatum.*
2 *Plus est in legato, quàm in dote.*
3 *Maritus legans dotem uxori, quam non recepit, an ualeat.*
4 *Re legata in specie, interitu speciei, an liberetur hæres.*
5 *Factum hæredis, fit dupliciter.*
6 *Seruus hæredis legatus & posteà manumissus ab hærede, uel ab alio, qui eum ab hærede recepit, manumissio tenet.*
7 *Res, quarum una non accedit alteri, si duæ simul legentur, extincta una, an extinguatur alia: Et quid econtrà.*
8 *Fundo instructo legato, uel cum instrumento, alienato fundo, an debeatur legata. disting.*

1 Si maritus † legauit vxori suę dotẽ, valet legatum, quia plus est in legato, quàm in dote. Si tamen legauit dotẽ, quam non accepit, non valet legatum, nisi demõstrata sit certa quãtitas per se, vel relata ad aliũ. tunc ibi, si res legata. Si res legata pereat, vel seruus alienus legatus manumittatur sine facto hæredis, non tenetur hæres. Sed si legatus sit seruus hæredis, quem ipse hæres, vel alius, qui habet talem seruũ, ab hærede manumisit, tenetur hæres, quãuis ignorauit seruũ legatũ esse. tunc ibi, sed si quis ancillas. Legatis ancillis cum suis natis, licet ancillæ sint mortuæ, valet legatum de natis. Similiter legatis seruis ordinarijs cum vicarijs, mortuis ordinarijs adhuc valet legatum de vicarijs, sed seruo legato cum peculio, si seruus moriatur, vel manumittatur, vel alienetur, non

tur,non valet legatũ de peculio. Similiter legato fundo instructo, vel cum instrumento, si alienetur fundus,non valet legatũ de instrumẽtó. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò,quòd plus est in legato,quã in dote, quia legatum statim debetur,sed dos hodie quãtum ad mobilia non debetur,nisi post annũ,& quantum ad immobilia statim,vt C. de rei vxo.acti.l.j. §.cũ autem. Secundò,quia de dote nõ cõuenitur maritus aut hæres eius,nisi in quantũ potest,vt ff.sol.matri.l.etiam.sed de legato tenetur hæres insolidũ,nisi detrahatur falcidia,cũ beneficio inuentarij,vt in Authen.de hæredi.& falci. §.si verò nõ fecerit.colla.j. Tertiò,si quæ pacta sunt in præiudiciũ mulieris,tolluntur per beneficiũ legati,vt ff.de do.prælega.l.j.primo respõ.Si tamen voluerit vxor, põt eligere actionẽ de dote,& nõ de legato,puta si debeatur de lega.falci. vel grande æs alienũ,vt l.in imponen. C.ad le.falci.

3 ¶ Notandum † secundò,quòd si maritus non recepit dotem,quã legauit, non valet legatum,nisi demonstrata sit certa quãtitas pecuniæ,vel alicuius corporis vel instrumẽti. Et licet demonstratũ sit instrumentũ, in quo maritus confitetur se recepisse dotem,quam non accepit, valet tamen legatũ, quia falsa causa non vitiat legatum,vt C.de falsa causa adiec. lega.l.si non designata.

4 ¶ Notandum † tertiò circa §.si res legata. quòd quando legata est res in specie,tũc interitu rei,liberatur hæres,vt ff. de verbo.obli.l.si ex legato. Et hoc est verũ,si interitus cõtingat sine facto hæredis,hoc est,quòd non sit in mora de soluẽdo legato,vt ff.de verbo.obli.l.si seruum.vel in culpa,scilicet occidendo animal legatũ sine causa,quia tunc tenetur,vt dicta l.si seruum. Secus, si cum causa,vt si animal esset furiosum,tunc enim non teneretur, vt ff.de lega.j.l. quid ergo. §.si hæres. quia si aditio hæreditatis facta sit propter hæredem, tunc tenetur de dolo & lata culpa, & leui & leuissima. sed si facta sit gratia legatarij, tenetur de dolo & lata culpa & si gratia vtriusq;,tenetur de dolo & lata culpa & leui,vt ff.de leg.j.l.cùm res. §.sed si culpa. & §.culpa.eadem l. Et similiter,quando legatus est seruus alienus,nõ tenetur hæres,si sine facto suo sit manumissus.

5 ¶ Et dicitur † esse factum suum,dupliciter. Primò,si non auisauit dominũ, quia si sciuisset dominus eum legatum esse,non manumisisset eum,vt ff.de leg.j.l.cũ res. §.sed & si alienus. Secundò,si fuit in mora emendi seruum, vt ff. de verb.obli.l.si seruum. §.si autem alienus.

6 ¶ Notandum † quartò, quòd quãdo seruus hæredis legatus est,& posteà manumittitur ab hærede,vel ab alio,qui eum ab hærede recepit,manumissio tenet,sed hæres tenetur soluere æstimationẽ serui,vt ff.de leg.j.l.si quis inquilinos. Et hoc est verum siue sciuerit siue ignorauerit seruũ legatum esse, & sic fallit hæc regula,quæ habetur ff.de regu. iuris.l. qui in alterius.in qua dicitur,quòd succedẽs in ius alterius,præsumitur iustam ignoran-

7 tiam habere. ¶ Notandum † finaliter circa §. si quis ancillas. quòd aliquæ sunt res, quarum vna accedit alteri, & aliquæ sunt res, quarũ vna non accedit alteri. In rebus igitur, in quibus vna non accedit alteri, si duæ simul legentur, siue per dictionẽ, & siue per cum, extincta vna nõ extinguitur alia, quia sunt duo legata, vt ff. de pecu. leg. l. iij. Et ergo si ancillæ legentur cũ natis suis, mortuis ancillis, debentur nati, quia non sunt in fructu, propter dignitatẽ naturæ humanæ, vt l. iustissime. ff. de ædili. edic. vt suprà dictum est de rerũ diuisio. §. in pecudũ fructu. Sed in rebus, quarũ vna accedit alteri, si principale extinctum est, etiã extinguitur accessoriũ. Et ideò quando legatur seruus cũ peculio, si seruus deficiat morte, vel manumissione, vel alienatione, extinguitur legatum de peculio, & hoc si sit legatio facta per dictionẽ, cum, secus si per dictionẽ, &. Ex quo patet, quòd si legaui vaccã cũ vitulo, mortua vacca, non debetur vitulus. sed si legaui vaccam & vitulũ, & tũc mortua vacca, debetur vitulus. Sic etiam, si dedicaui me religioni cũ bonis meis, si nõ valeat ingressus religionis, non valet etiã donatio meorũ bonorũ. Sed si ego dedicaui me religioni, & bona mea: licet non valeat ingressus religionis, bona tamẽ debentur religioni, vt in Authẽ. ingressi. C. de sacrosan. eccl. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd si hæres manumisit seruum legatũ, manumissio non tenet, per l. in summa. §. si seruũ. ff. de condic. inde. Solutio. Illa lex loquitur, quando solutus fuit seruus indebitus, & ideò non habebat potestatẽ manumittendi. sed hîc loquimur de illo, qui poterat manumittere. ¶ Opponitur secũdò, & videtur, quòd quãdo legantur ancillæ cum suis natis, mortuis ancillis, non debentur nati, quia sunt portio viscerum, per l. j. §. ex hoc. ff. de ven. inspiciendo. Solutio. Illa lex loquitur, quando fœtus adhuc est in ventre matris, sed hîc loquimur, quando separatus est à matre. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd quãdo legatus est seruus cum peculio, extincto legato de seruo, adhuc debetur peculiũ. per l. tunc inutile. ff. de pecu. lega. Solutio. Illa lex loquitur, quando seruus moritur post mortem testatoris, sed hîc loquimur ante mortem testatoris. ¶ Oppo-
8 nitur † finaliter, & videtur, quòd quando fundus legatur instructus, vel cum instrumento, alienato fundo, adhuc debentur instrumẽta, per l. si cui. ff. de fun. instruc. & instrumento legato. Solutio. Aut legatur fundus cum instrumento, aut fundus & instrumentum, aut fundus instructus. In primo casu, quia instrumentum fundi habet se accessoriè ad fundum, alienato fundo non debetur instrumentum. Sed in secundo casu, quia sunt duo legata, scilicet de fundo & de instrumẽto, quamuis deficiet fundus, debetur tamen instrumentum fundi & patrisfami. In tertio casu, quia instrumentum fundi habet se accessoriè ad fundum, alienato fundo, non debetur instrumentum fundi, sed bene

bene debetur instrumentũ patrisfa. Et ita distinguit Bar. in d. l. si cui.

§. Si grex legatus.

1 *Grex si diminuatur etiam usque ad unũ animal, adhuc ius gregis habet.*
2 *Gregem quæ faciant.*
3 *Domui legatæ quicquid additur post testamentum, cedit legato.*
4 *Peculio legato, eius augmentum & decrementum, ad quem spectet. & numero. 11.*
5 *Dies legati, quando cedat. Et quantum ad transmissionem. Fusè & variè disserit, disting.*
6 *Dies legati, quo ad translationem dominij, quando cedat. disting.*
7 *Seruo manumisso in testamento, an debeatur peculium.*
8 *Peculium cui legatum est, non potest ille petere pecunias, quas expendit pro domino.*
9 *Seruo quando dicatur legari libertas, cum onere reddendi rationes, & reliqua inferendi.*
10 *Seruus, quando dicatur rationes reddere.*

Summatur sic: Grege, vel domo, vel peculio legato, augmẽtum & decrementũ post factũ testamentũ cõtingens, spectat ad legatarium, & si peculiũ sit legatum seruo manumisso, tunc augmentũ spectat ad eum, vsq; ad aditam hæreditatem. Sed si sit legatum extraneo, augmentum post mortem testatoris. & ante aditam hæreditatem, non spectat ad eum, nisi peculium sit auctum ex rebus peculiaribus. tũc ibi, peculium. Et seruo manumisso ex testamẽto, nõ debetur peculium, nisi sit sibi legatum, licet seruo manumisso in vita testatoris peculium debeatur, nisi adimatur. Et ille, cui peculium legatum est, non potest petere illud, quod expendit in rationes dominicas. Et peculium intelligitur legatum seruo, cui relinquitur libertas cum onere reddendi ratio-
1 nes, & reliqua inferendi. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò circa §. si grex, quòd quanuis grex non possit constitui ab initio, nisi ex pluribus capitibus, vt ff. de abige. l. oues. tamen si posteà diminuatur etiam vsq; ad vnum animal, adhuc habet ius gregis, vt l. grege. & l. sequen. ff. de leg. j. Ex quo patet, quòd licet collegium vel vniuersitas in principio, non potest esse, nisi ex pluribus hominibus, tamen si posteà perueniat vsque ad vnum hominem, in illo manet ius vniuersitatis vel collegij. vt l. sicut §. finali. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomi-
2 ne. De isto in glossa. in c. j. extrà de electio. Vbi etiam † dicitur, quòd decem oues faciunt gregem, similiter quatuor porci, & alia animalia grossa, & tres homines faciunt collegium, & duo congregationem, tres familiam, duo rixam, & x. homines faciunt populum

lum vel plebem,& xv.faciūt turbam,& similis glo.est x.quest.j.c.
notat per Bar.in l.pętor ait. §.j.ff.de vi bono.rap.& in d.l.oues.¶
3 tandum † secundò, quòd quādo legatur domus,tūc quicquid ad...
domui,post testamentū,cedit legato, vt colūnæ & marmora,v...
& ff.de lega.j.l.cætera.Si tamen legetur columna alicuius domus...
cundum se,non valet legatū, quia illa columna nō potest haberi...
domus destruatur,quod non debet fieri.Expedit enim reipu.vt ...
cia non deformētur,vt l.prætor.ff.de no.operis nun. Et si legetur...
mus quæ posteà incendio,vel aliâs destruitur debetur area.vt l....
ge.ff.de lega.j.& not.glo.fin.l.fi.ff.quib.mo.vsusfruc.amit. ¶ No...
4 dum † tertiò,quòd quādo peculium legatur,tunc eius augmentū &...
crementum spectat ad legatariū indistinctè,vsq; ad mortē testato...
sed post mortem eius distinguendū est.Quia si peculium sit legatum
seruo manumisso,tunc augmentū spectat ad eum. vsq; ad aditam he...
reditatem,non aūt si legatum sit extraneo,nisi augmētum fiat ex re...
bus peculiaribus,vt vult iste tex.Et ratio est,quia verisimile est,quod
testator non vult illud augmentū dare legatario extraneo post mor...
tem eius,quia tunc cedit dies legati,quo ad extraneū:sed quo ad ser...
nō cedit dies legati,nisi ab adita hereditate.Et ideò verisimile est,quod
testator vult illum seruū habere tale augmentū vsq; ad aditam hære...
ditatem,cùm peculium legatur sibi, tanquā proprium patrimonium:
5 vt l.demq;.§.fi.ff.de pec.lega. ¶ Notādum † quartò,quòd ad sciend...
quando dies legati cedit.i. incipit deberi,vt l. cedere.ff.de verb.sig.
& quantū ad transmissionē,sic distinguendū est,quia vel legatum e...
aliquid purè,vel in diem certum,vel sub conditione,aut in diem inc...
tum.Si purè,vel in diem certū,tunc aut quæritur, quādo legatū cedit
quantum ad trāsmissionē,vel quantum ad obligationem, vel quant...
ad dominij translationē. Si quæratur quantum ad trasmissionē.tunc
cedit à die mortis testatoris.ff. quan.dies lega. cedit.l.v. Sed quant...
ad obligationem cedit fictè à die mortis testatoris,& verè ab adita h...
reditate,vt l.omnis hęreditas.ff.de regulis iuris. Et quod dicitur de a...
tione hæreditatis,intelligitur quādo est hæres extraneus, & hoc ide...
debet intelligi à tēpore euictionis,quādo est suus heres,vt l.sed & si...
6 ex quib.cau.in pos.ea. ¶ Sed † quo ad translationē dominij, disting...
dum est, quia vel legata est res aliena, vel res testatoris. Si res aliena
tunc cedit à tēpore traditionis factæ de volūtate testatoris,aliòquin
tempore vsucapionis completæ,vt ff.de lega.j.l.si quis inquilinos.Sed
si legata sit res testatoris, tunc fictè cedit à die mortis testatoris, vt ff.
de furtis.l.à Titio.& verè ab adita hereditate,vt ff.de lega j.l.si tibi ho...
mo.§.cùm seruus.Sed si legatū sit aliquid sub cōditione,tunc vel cōdi...
tio inest tacitè,vel apponitur expresse.Si tacitè,intelligitur legatum pu-
rum

rum,vt ff.de leg.j.l.iij.& hoc quo ad trāſmiſsionē,ſed quo ad obligationem expectatur euentus conditionis,vt l.item quia.ff.de pac. Si cōditio ſit expreſſa,tunc aut eſt neceſſaria aut caſualis.Si neceſſaria,tunc aut certum eſt eam euenire in vita,aut non eſt certū.Si ſit certum,habetur tanquā pura,ff.de noua.l.ſi pupillus.§.qui ſub conditione.Si nō ſit certum,expectatur euētus conditionis,vt l.hæres meus.ff.de cond.& demonſt.Sed ſi ſit caſualis,expectatur etiam euentus conditionis.l.
7 cedere.ff.de verb.ſignifi. ¶ Notandum † quintò,circa §.peculiū,quòd quando manumittitur ſeruus in teſtamēto,tunc nō debetur ſibi peculium,niſi ſibi legetur.Secus quando manumittitur in vita. Et ratio eſt quia quādo ſeruus manumittitur in vita, tunc dn̄s retinet operas ſuas, vt ff.de ope.lib.tot.tit.& ideò rationabile eſt, vt ipſe habeat peculiū: ſic autem nō eſt,quādo manumittitur ex teſta.Vel pōt eſſe alia ratio, quia præſumitur,quòd teſtator ademiſſet peculium à ſeruo ex teſtamēto manumiſſo:niſi fuiſſet morte preoccupatus,vt C.de pecu.ſeruo.
8 qui liber.merue l.j. ¶ Notādum † ſextò,quòd ille cui legatur peculiū, non pōt petere illas pecunias, quas expendit pro domino.Sed hoc pōt ille bene,cui legata eſt res ſingularis,vt ff.de pec.leg.l.Stich°. Et ratio eſt,quia peculiū eſt quid vniuerſale,& equiparatur hereditati.Et ideò ſicut hæres vniuerſalis non pōt petere illud,quod expēdit pro defuncto,ſic etiā nec iſte,cui legatū eſt peculiū:Sed ille cui legata eſt res ſingularis,debet illam rem habere ſine omni onere,& ergo talis non tenetur ad debita hereditaria:ſed habet ſuū legatum precipuū. ¶ Notan
9 dum † finaliter, quòd ſeruo dicitur legari libertas cum onere reddēdi rationes,& reliqua inferēdi,quādo teſtator ſic dicit,lego ſeruo meo libertatē,& volo,quòd reddat rationes & reſiduū inferat.Et tunc intelligitur legatum peculium,quia ſi nō haberet peculiū,non poſſet ratio
10 nes reddere Et dicitur † ſeruus ratiōes reddere,quādo amoto dolo & fraude reddit,vt ff.de fideicō.liber.l.Thais.§.Stichus.Secus aūt eſſet, ſi diceret ſic ſeruo meo libertatē lego, & rationes reddere prohibeo. Nam tunc ſeruus non liberatur à redditione rationū,ſed ſolùm vt nō fiat diligēs inquiſitio,& vt non teneatur ratione neglīgētie,vt ff.de lega.j.l,ſi ſeruus vetitus. Ex quo patet, quòd licet aliquis dicat in teſtamento,non volo quòd executores mei reddāt rationē, tamen adhuc illi executores tenentur ad reddendum rationē.Sed verum eſt,quòd propter illam clauſulā non tenetur,niſi de dolo & lata culpa, vt notat per glo.in verbo, reddere.in cle.vnica de teſta.facit.d.l.ſi ſeruus vetitus. ¶ Opponitur primò ſic,& videt,quòd legato grege ouium ſi perueniat vſq; ad vnam ouem,quòd illa nō debeatur legatario,ſed legatum extinguitur, per.l.fin.ff. ex quib.cau. vſusfruc.amit. Solutio. Illa lex loquitur,quādo legatū cōſtituitur in vſufructu,ſed iſte tex.loquitur

tur, quando legatũ cõstituitur in proprietate, vel in pleno iure. ¶ Op-
11 ponitur † secundò, & videtur, quòd augmentum & decremẽtum rei le
gatæ post testamentũ factum, non spectat ad legatariũ, imò per decre
mentum potius extinguitur legatũ. vt l. mortuo boue. ff. de leg ij. So
lutio. Triplex est corpus, nam quoddã constat ex distantibus & sepa-
ratis rebus seu capitibus, vt grex: quoddã verò constat ex cohærẽti-
rebus, vt domus ex lignis & lapidibus: & quoddam cõtinetur vno spi-
ritu seu elemẽtatione, vt homo, lapis: tunc dicitur, quòd iste tex. loqui
tur de primis duobus corporib. sed illa l. mortuo boue. loquitur de ter
tio corpore, vt vult enim illa l. quòd si legatus est bos, qui posteà mo-
ritur, non debetur corium legatario.

§. Tam autem corporales.

1 *Testator potest etiam legare res incorporales.*
2 *Testator si debitum legatum, in uita exigat, an eò censeatur reuocatum legatum.*
3 *Bonorum testatoris electio, an sit legatarij, an hæredis.*
4 *Incertitudo an uitiet egatur.*
5 *Legatarij, quibus relicta est optio, si dissentiunt, iure antiquo extinguebatur legatum. Et quid hodie.*
6 *Testamenti factionem qui non habeant. Et quibus non potest quicquam legari. fusè per discursum usq; ad fin. §.*

Testator potest legare nõ solùm res corporales, sed etiã incorpo-
rales. Et ita potest hæredem suum onerare, vt actiones præstet lega-
tario, vel quòd eum liberet ab actionibus, vel etiã, vt domũ eius refi-
ciat. tunc ibi, sed generaliter. Legata aliqua re in genere, legatarius ha
bet eligere, nisi aliter constet de volũtate testatoris esse, & opinio lega
ta transmittitur hodie ad hæredes. Pluribus aũt legatarijs vel hæredi-
bus in opiniõe discordantibus, sorte dirimitur discordia. tunc ibi, lega
re. Et ille solùm potest esse legatarius, qui aliquid ex testamẽto recipe
1 re potest. h. d. & patet intellectus tex. ¶ Notandũ † primò circa. §. tã
autem, quòd res incorporales possunt legari, vt actiones & seruitutes.
vt hîc & ff. de leg. j. & l. cætera. Potest ergo testator legare alicui de-
bitum suũ, quo casu hæres testatoris non tenetur legatum acquirere,
& legatario præstare, sed sufficit, quòd cedat legatario actionẽ. Et li-
cet actionem non cederet, posset tamen legatarius debitũ petere per
2 actionem vtilem. C. de lega. l. ex legato. ¶ Notandũ † secundò, quòd
si testator huiusmodi debitũ alteri legatum in vita sua exigat, cẽsetur
legatum esse reuocatũ, & hoc in dubio semper presumitur, vt ff. de adi
men. lega. l. pen. §. fin. Si tamen debitor sponte testatori soluerit, vel
testator exactam pecuniã pro legatario deposuit, nõ censetur legatũ
esse

esse reuocatum, vt ff. de leg iij. l. fideicõmissa. §. si rem. Et dicitur debitum exigi, quando per rigoré iudicij requiritur, vt d. §. si rem. Licet ergo testator in vita sua monuisset debitoré, per hoc nõ videretur legatum esse reuocatũ. ¶ Notandũ tertiò circa † §. si generaliter, quòd aut testator legat rem in genere generalissimo, vel subalterno, s. substantiam, corpus, vel animal, non valet legatum, quia non affert legatario aliquam vtilitaté, posset enim sibi satisfieri dando festucam vel muscam. Aut, legat rem in genere, quod à logicis vocatur species specialissima, vt legando seruũ vel equum, & hoc casu si talis res reperiatur in hæreditate testatoris, tunc legatarius habet eligere, dummodo tamen non eligat meliore rem inter eas, vt ff. de leg. j. l. legato. primo responso. Sed si talis res non reperiatur in hæreditate testatoris, tunc hæredis est electio, vt ff. de triti. vi. & oleo lega. l. iij. j. responso. Aut testator legauit ex certis rebus incertam rem, vt dicendo sic, lego vnũ ex seruis meis. Et tunc aut testator sensit de certo, quod patet expresso nomine eius. Est tamen adhuc dubium, de quo senserit, & tunc electio est hæredis, vt voluntaté testatoris declaret & interpretetur, vt l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de leg. j. Sed si non sensit aliquam certitudinem, tunc legatarij est electio, vt ff. de leg. j. l. qui duos. ff. de leg. primo. sed in legato domus est aliqua specialitas. Si enim domus in genere legetur, & testator habeat domos, vnam ex his eligit hæres, & si non habeat domos, nihil valet legatum, sed est derisorium, vt ff. de leg. j. l. si domus. Est † etiam specialitas, quo ad incertitudiné in legato dotis, vt ff. de iure do. l. cum post. §. gener. facit. l. quæro eo. Similiter est specialitas in legato alimentorũ, vt ff. de alimen. & ciba. lega. l. pe. & in legato refectionis viarum ff. de leg. ij. l. quidam in testaméto. Sic incertitudo regulariter vitiat legatum, nisi talis incertitudo in futurũ esset certificanda, vt l. quidam. ff. de rebus dubijs. ¶ Notãdum † quartò, quòd quando legatarij, quibus relicta est optio, dissentiunt, tunc iure antiquo extinguebatur legatum, vt l. huiusmodi. §. fin. ff. de leg. j. sed iure isto tollitur dissensio per sortem, vt hîc dicitur. Vt ergo sciatur, quãdo possumus vti sorte ad dirimendũ discordias, ponit domin. Barp. de Salice. pulchram distinctionem in l. fin. C. commu. de lega. quia aut dissensio est super aliquo facto, aut in iure. Si primũ, recurrédum est ad probationes facti, vt C. de probatio. l. actor. Si in iure, tunc aut ius declarat, qualiter talis dissensio dirimi debeat, & tunc seruandum est ius, vt ff. de pactis. l. maiorem aut non declarat, & tunc si agitur de preiudicio alicuius tertij, tunc iudex debet partes compellere ad concordandum, vel ipse pronunciabit quis sit potior, vt quãdo plures tutores sunt, & nolunt acceptare administrationé, vt suprà de satisdation. tutorum. §. sin autem. Sic etiam, si plures legatarij sint, & vnus vult

Margin numbers: 3 at "gatum esse reuocatũ"; 4 at "leg. j. l. si domus"; 5 at "esset certificanda".

vult legatũ petere per rei vẽdicationem, alius per actionem ex testamento, tunc, quia illud est præiudicium hæredis, debet iudex eos, vt dictum est, cõpellere concordare vel pronuntiare, vt l. huiusmodi. ff. de lega. j. Sed si non agitur de præiudicio tertij, tunc si vna pars petit decisionem per sortẽ, licet alia non petat, dirimenda est dissensio per sortem, vt hîc in dissensione legatariorũ, quibus relicta est optio: qui tamen per sortem rem obtinet, debet alteri præstare æstimationẽ illius partis, maximè si res non potest cõmodè diuidi, vt C. cõmunia de leg. l. fi. in princi. Et si neutra pars velit fieri decisionem per sortem, impediunt seinuicem per concursum. Ita loquitur l. ij. § . fina. ff. quibus mo. vsusfructus amittatur. & l. quoties. ff. de vsufru. legato. § . si verò duo.
6 vide addi. in § . sancimus. l. fi. C. commu. de lega. ¶ Notandum † finaliter circa § . legati. quòd testamẽti factio, capitur hîc passiuè, sic supra de hæredum qualita. & differen. § . in extraneis hæredi. versicu. testamenti autem factionem. Et sunt illi, qui non habent huiusmodi testamenti factionẽ, & quibus nõ potest aliquid legari. Primò, incerta persona, vt infrà eod. § . proxi. Secundò, deportatus, vt C. de hæred. instit. l. j. Tertiò, damnatus in metallũ, vt ff. de his, qui pro non scrip. habẽtur. l. si in metallũ. Quartò, seruus accusatus de adulterio cum domina sua, vt suprà de hæredi. insti. § . est autẽ casus. Quintò, collegium si non est approbatum. C. de hære. instit. l. collegium. Sextò, incestuosè natus, vt in Authen. quib. mod. natu. efficiuntur sui. § . fina. Et hoc debet intelligi, quòd tali nõ potest aliquid legari à patre suo, sed bene ab extraneo potest, vt in glos. in d. § . fin. Potest etiam pater sibi legare alimenta, vt in c. cùm haberet. extrà de eo, qui dux. in matrimon. quam polluit per adulter. Septimò, hæreticus, si error in maioribus articulis est, vt C. de hæretic. & Manich. l. Manichæos. Secus, si erraret in leuioribus articulis, & non esset pertinax, vt in glo. in d. l. Manichæos. Et istis annumerantur excõmunicati maiori excõmunicatione, quibus etiam non potest aliquid legari, vt in c. excõmunicamus. § . credentes. extrà de hæreticis. Octauò, apostata, vt C. de apostatis. l. hi, qui sanctam. Nonò, mulier nubens infra annum luctus, in Authen. de nuptijs. § . primæ siquidem nuptiæ. Iure tamen canonico, ista mulier in nullo punitur, & potest habere legatum, nec est infamis, vt in c. cùm secundum Apostolum. & in c. penul. extrà de secundis nuptijs.

§ . *Incertis uerò per.*

1 *Summarium huius §.*
2 *Incertitudo qualiter uitiet legatum. disting. & nu. 11.*
2 *Incertitudo legatarij, uitiat legatum.*
4 *Nepos cõceptus ex filio emãcip. dicitur, respectu aui, alienus posthumus.*

Cogno-

5 *Cognomen quid. Et unde dicatur. Et unde agnomen. nume. 6.*
7 *Error nominis proprij, an uitiet legatum.*
8 *Demonstratio falsa, an uitiet legatum.*
9 *Causa falsa an uitiet legatum.*
10 *Conditio & modus, in quo conueniant: & in quo dissideant.*

1 Olim † incertæ personæ legatum relinqui, nec libertas dari poterat; sed hodie incertæ personæ ex certis, potest legatum relinqui, & legata relicta incertis personis, & per errorẽ soluta, nec olim nec hodie repetuntur. Et licet olim alieno posthumo, nõ poterat legatũ relinqui, hodie tamẽ potest, sicut olim, & hodie potest hæres institui. Et tutor nec olim, nec hodie potest incertus dari. tũc ibi, si quis in nomine. Et error testatoris in nominando legatariũ vel hæredẽ non vitiat legatum vel institutionẽ hæredis, si de persona cõstat. tunc ibi, huic proxima. Similiter nec error testatoris in demõstrando legatũ, vel in assignãdo causam legati vitiat legatũ, falsa tamen conditio ipsum legatũ vitiat. Hoc
2 dicit. ¶ Notandũ † primò circa §. incertis. quòd qualiter incertitudo vitiat legatũ, sub distinctione dicẽdum est, quia vel est incertitudo rei legatæ, & de illo dictum est suprà eo. §. si generaliter. vel est incertitudo personæ cui legatur, & talis incertitudo regulariter vitiat legatum, vt ff. de reb. dub. l. Paulus respõdit. & est glo. in verbo, consistat. in l. id quod. C. de epis. & cler. Fallit tamẽ in quibusdã casibus. Primò, quando nomen legatarij exprimitur, sed dubitatur, de quo testator senserit. Nam tunc valet legatũ, sed propter incertitudinẽ redditur inutile, quia posset hæres soluere, cuicũq; vellet illorũ, de quib⁹ dubitaĩ, vt l. si quis seruũ. §. inter duos. ff. de leg. ij. Fallit secũdò, si incerta persona posteà venit certificanda ex futuro euẽtu, vt l. si quis ita scripserit. ff. de reb. dubijs. Nam licet olim talis incertitudo vitiaret legatum, vt hîc dicitur in versi. incerta. & versi. illud quoq;. hodie tamen non vitiat, quia in hoc corrigitur hîc antiquitas in versi. sed nec huiusmodi. secundum cõmuniter Doct. Tertiò fallit, quando legatur incertæ personæ ex certis, vt hîc in versic. sub certa verò demõstratione. Quartò fallit, quando aliquid legatur pauperibus, vt l. id quod. C. de episc. & cler. Facit l. si quis ad declinandã. C. de epis. & cler. Aliqui tamẽ dicunt, quòd hoc legatur
3 certæ personæ, scilicet Deo, qui certus est. Et † præter istos casus incertitudo legatarij vitiat legatum, si tamẽ legatum relictum incertæ personæ, soluatur sibi, soluens non potest repetere, vt hîc dicitur. Et ratio est, quia quanuis non sit debitum ciuile, est tamen debitum naturale, quod solutum nõ repetitur, vt ff. de condi. indeb. l. Iulianus. & l. frater
4 à fratre. ff. de condic. indeb. ¶ Notandum † secundò, quòd nepos conceptus ex filio emancipato, dicitur respectu aui, alienus posthumus, cui

olim nihil poterat legari,quanuis potuit hæres inſtitui,ſed nunc poteſt
ſibi aliquid legari,niſi ſit in vtero eius,quæ nō poſſet eſſe vxor,vt hic,
& de iſto notat́ per Bart.in l.gallus. §.ille caſus.ff.de lib.& poſth.quæ
autē non poſſunt eſſe vxores,dictū eſt ſuprà de nupt.in §.ſi aduerſus.
& ita eſt hîc caſus vbi partus ſequitur ventrē,nec pro nato habetur,li-
5 cet agatur de eius cōmodo. ¶ Notandū † tertiò circa §.ſi quis in no-
mine.quòd per nomē intelligitur hîc propriū nomē.Et cognomē eſt,
quo vna progenies diſtinguit́ ab alia,& dicitur cognomē,quaſi cogna
tionis cōmune nomen. Sed prænomen ponitur ad differētiam proprij
nominis,vt ſi ſint duo,qui vocant́ Tullius,vnus vocatur Marcus Tul-
6 lius,& ibi Marcus eſt prænomē.Agnomen † dicitur ab euētu,& ita do
minus Iuſtinianus agnominat́ Aphricus , quia vicit Aphricam,& Ale-
manicus,Gotticus,&c. vt ſuprà in rubri.procœmij huius lib.& error in
iſtis non vitiat legatū. Secus tamē in nomine ſubſtantiuo appellatiuo,
vt ſi vellet teſtator legare bouē , & exprimeret equū, nam tunc error
7 vitiaret legatū,vt ff.de leg.j.l.iiij. Et † dico notanter ſubſtantiuo,quia
error in nomine adiectiuo nō vitiaret legatū,vt ſi diceret teſtator,le-
go equū album,& cōſtaret,quòd ipſe intēderet equum nigrū,vt in gl.
in d.l.iiij. Et ratio iſtius eſt,quòd ſcilicet error proprij nominis non vi
tiat,ſicut nominis appellatiui,quia quilibet liber homo pōt ſine fraude
quoties voluerit ſibi nomē mutare,ſed hoc nō poteſt ſeruus , nec à ſi-
8 mili etiā monachus,vt C.de muta.nomi.l.vnica. ¶ Notandū † quartò
circa §.huic proxima.quòd falſa demonſtratio non vitiat legatū,vt ſi
teſtator dicat,lego ſeruū,quem emi à Titio, quāuis emerit ab alio,vel
nō emerit,valet tamē legatū,ſi conſtat de ſeruo,vt hîc, & ff.de viuca.
l.nunquā. §.fi.ſed ſecus eſt in vēditione. Nam ibi falſa demōſtratio vi
tiaret cōtractum,vt ff.de cōtrahen.emp.l.ſi quis fundū. ¶ Notandum
9 finaliter, † quòd ibi, longè magis,eſt argumentum à maiori negatiuè.
Vult enim tex.quòd ſi falſa demōſtratio non vitiat legatū,tunc etiam
falſa cauſa nō vitiat legatū, quia hoc magis videreť de falſa demōſtra
tione,quàm de falſa cauſa,propter duas rationes. Vna,quia demonſtra
tio eſt de ſubſtātia legati,ſed cauſa nō cohæret legato,vt ff.de condi.
& demonſt. l.cùm tale. §.falſam cauſam. niſi cōſtet teſtatorē alias nō
legaſſe,d.§.falſam cauſam. Secūda,quia quādo teſtator aſsignat cau-
ſam,tunc videtur legatū dare,etiam ſi cauſa nō ſit,vt ff.de condi.inde-
bi.l.in ſumma.§.id quoq;.Sed ſecus eſt in legato cōditionali,deficiēte
enim conditione deficit legatū,vt ff.ſi certū peta.l.cùm ad præſens.&
10 l.itaq;.Et idē eſt de legato modali.Nā † modus & cōditio in hoc con
ueniūt,quòd ſicut deficiēte cōditione,deficit etiā illud, quod ſub cōdi
tione debeť,ſic deficiēte modo deficit illud , quod ſub modo debetur.
Sed differūt in hoc,quòd conditio ſuſpēdit obligationē: nam id quod
debetur

debetur sub cōditione,non potest peti,nisi existēte conditione:sed modus non suspēdit obligationē, & ideò illud,quod debet sub modo,potest statim peti, tamē cum præstatione cautionis de modo implēdo,vt ff.de cōdi.& demonst.l.qui hȩredi. §.fin. Et fit cōditio cōmuniter per istam dictionē,si,vt ff.de condic.indebi.l.qui promisit vel per cum,vt ff.de verb.oblig.l.quodcūq;. §.non solùm.sed modus fit per vt,vt C. de his,quæ sub modo relinquuntur.l.ij.& causa per dictionem,quia.
¶ Opponitur primò,& videt,quòd inconueniēter ponitur hîc ille tex. tutor autē, quia de illa materia tutelæ non cōuenit tractare in isto titulo. Solutio. Istud ponitur hîc incidētaliter ad remouendum dubium.
11 † Dicitur enim hîc, quòd legatum potest relinqui incertæ personæ ex certis,ex quo aliquis posset credere, quòd etiā sic dari posset tutor incertus ex certis personis. Et ad hoc remouendum ponitur iste text.per quem deciditur, quòd tutor incertus nullo modo dari potest, etiam,si in futurum casum fieret certificatio,concor.l.tutor incertus.ff.de testa men.tutel. ¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd error testatoris in nomine appellatiuo,nō vitiat legatum, per l.librorum. §.quod autem Cassius.ff.de lega.iij. Solutio. Illa lex loquitur,quando nomina sunt sibi inuicem propinqua, vt si testator libros vocet membranas, & in hoc casu non vitiatur legatum. Similiter si ex consuetudine patrisfamiliâs vel regionis,vnum nomen ponatur pro alio,non vitiatur legatum,vt si palefredus vocetur equus,vt l.Labeo.ff.de supellec.lega. Et licet exemplificetur hîc de nominibus rei legatæ,non est extra propositum,quia eodem modo potest exēplificari de nominibus legatarij.

§. An seruo.

1 *Seruo hæredis an possit purè legatum relinqui.*
2 *Seruo instituto hærede,possit ne aliquid domino suo legari.*
3 *Institutio hæredis,est fundamentum testamenti.*
4 *Legatum,collatum post mortem legatarium.*
5 *Legatum,quotuplex.*
6 *Hæres institutus,an possit & idem esse legatarius,post mortē testatoris.*
7 *Impossibilitas,an uitiet legatum.*
8 *Summa distinctio huius §.*

Legatum purè relictum seruo hæredis testatoris nō valet,licet etiam viuo testatore ille seruus exeat potestatē illius hæredis,sed legatū tali seruo relictū,sub conditione valet. Et si tempore existentiæ cōditionis,talis seruus nō sit in potestate illius hȩredis,legatū sortitur effectū. Sed econtrà,si seruus sit institutus hæres,tūc domino illius serui potest legatū purè relinqui,quia si seruus ante aditam hæreditatem alienetur

vel manumittatur, vtile est legatũ: sed si maneat in potestate illius domini, & iussu eius adeat hæreditatẽ, extinguitur legatum. tunc ibi, ante hæredis. Et olim ante hæredis institutionem relinqui, nec libertas dari poterat: sed hodie potest ante hæredis institutionem, vel in medio, seu pòst. Similiter olim nõ valebat legatum relictum post mortẽ hæredis vel legatarij, sed hodie valet. tũc ibi, pœnæ quoq; nomine. Et olim nõ valebat datio legati, vel adẽptio, vel trãslatio facta nomine pœnæ: sed hodie valet, nisi legata sint impossibilia, vel legibus interdicta seu pro-
1 brosa. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandũ † primò circa §. an seruo. quòd ideo seruo hæredis non potest purè legatum relinqui, quia tale legatum cedit à morte testatoris, vt C. de cadu. tollẽ. l. vnica. §. cùm igitur. Et quicquid seruus acquirit, hoc acquirit domino suo, vt suprà per quas perso. nob. acquir. §. item vobis. & sic idem esset hæres & legatarius, quod esse non potest, vt ff de lega. j. l. legatum. Et ratio est, quia tũc idem obligaretur sibijpsi, seu deberet sibijpsi. quod etiam esse non potest, vt infrà de actio. §. sic itaq;. Nec prodest, si iste seruus viuo testatore sit extra potestatẽ illius hæredis, quo casu ab initio vtile fuisset legatum, quia actus morientium nõ possunt esse in suspenso, vt ff. cõmu. præd. l. fin. in fin. Et etiam propter regulam Catonianam, quæ dicit, quòd legatũ tale quod non valeret, si testator statim moreretur post factum testamentum, non cõualescit per hoc, quòd testator diutius viuit. Hæc tamen regula fallit in vno casu, scilicet si testator legauerit tibi rem tuam: nam si tunc statim moreretur, non valeret legatum: sed si superuiuat, & ante mortẽ suam illa res à te est alienata, valet legatum. & de isto dictum est suprà eo. circa §. sed si rem legatarij, in oppositione. & ista regula Catoniana nõ habet locum in legatis conditionalibus, quia ibi spectatur euentus conditionis ad hoc, vt dies legati cedat. & si tunc inueniatur impedimentum, valet legatum, licet fuerit aliquod impedimẽtum ante conditionem, vt ff. de regu. Catonia. l. ij.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd seruo instituto hærede, potest domino suo aliquid purè legari, vt hìc dicitur. Et ratio est, quia ille seruus potest manumitti vel alienari, antè, quàm adeat hæreditatem. Quo casu non erit idem hæres & legatarius. Si tamen ille seruus maneat in potestate istius domini, & iussu eius adeat hæreditatem, tunc quia fit idem hæres & legatarius, euanescit legatum, & ista ratio tangitur hîc in tex.
3 ¶ Notãdum † tertiò circa §. ante hæredis. quòd institutio hæredis est caput & fundamẽtum testamẽti, quia sine ea non valet testamẽtum, vt ff. de iure codicillo. l. fin. Nihil tamen refert siue institutio hæredis fiat ante legata vel post, quia ordo scripturæ non est seruandus, facit l. nec enim. ff. de solutionib. facit ad hunc §. l. ambiguitates. C. de testamen.
4 ¶ Notandum † quartò, quòd quando legatum confertur post mortẽ,

tunc

tunc sic distinguēdum est,quia aut testator,sic dicit, lego tibi hāc rem post mortē heredis mei. Nam tunc valet legatum,sed nō nascitur obligatio,nisi post mortē hæredis. Et ratio est,quia non est certum,quòd tale legatum debebitur, cùm legatarius mori possit ante hæredē. Aut testator sic dicit,lego tibi hanc rem post mortē tuam, & tunc similiter valet legatum,& nascitur obligatio ante mortē,quia certum est,quòd tale legatum debebitur,& est tale legatū vtile legatario,quia pertinebit hæredi suo.Posset etiam esse vtile sibi,puta si esset vestis,in qua sepeliretur.Isto modo potest etiam fieri stipulatio post mortē stipulantis vel promissoris,& valet stipulatio,& nascitur obligatio ante mortē, quāuis inefficax sit ad petēdum,vt est glo.in verbo,nondū.in l.cedere diem.ff.de verb.& rerum signific. Et hoc modo notant Docto.in l.j.
5 C.vt actio ab hærede,& cōtra hæredē incipiatur. ¶ Notandū † finaliter circa §.pœnæ.quòd legatum interdū est impossibile, vt si legētur lapides pretiosi,qui sunt in mari,vt ff.de condi.insti.l.penul. Interdum est legibus interdictum,vt si legentur inquilini,id est,serui, qui coniuncti sunt agro siue prædijs,vt ff.de lega.j.l.si quis inquilinos. Et interdū est probrosum,vt si legentur vestimēta ad funus vsa, vt ff.de lega.j.l. seruo alieno.§.fin. Item turpia legata non valent.l.turpia. ff.de leg.j. facit §.fin.l.j.ff.ad legē Falcid. ¶ Opponitur primò contra prædicta, & videtur,quòd seruo hæredis potest aliquid purè legari, per l.quidā. §.illo. C.de necess.seruis hæred.instit Solutio. Illa lex non imponit necessitatē soluendi hoc legatum. Vel potest dici,quòd loquitur in legatis annuis,quæ post primū annum sunt conditionalia,vt ff.de alimē. & cibar.lega.l.seruus. Sed hîc loquimur in legato puro. ¶ Opponitur
6 secundò, † & videtur,quòd hîc inconuenienter dicitur valere legatum purum relictum domino, quando seruus suus est hæres institutus: & econtrà non valere relictum purè seruo, quādo dominus suus est hæres institutus,quia hincinde videtur esse eadē ratio, scilicet quòd idem sit hæres & legatarius. Et sicut seruus potest manumitti vel alienari ante aditam hæreditatem, quando ipse est institutus,& dominus est legatarius, sic etiam quando dominus est institutus, & ipse legatarius. Solutio. Quando seruus est legatarius, & dominus suus hæres institutus, tunc immediatè post mortem testatoris potest esse idem hæres & legatarius, quod declaratur sic, quia legatum relictum seruo mortuo testatore sine aliquo iussu,vel aliquo alio modo, cedit domino, vt in l.placet.ff.de acquiren.hæredita. Sed quando seruus est institutus hæres & dominus legatarius, tunc non potest immediatè post mortem testatoris esse idem legatarius & hæres, quia dominus qui est legatarius in isto casu,non fit hæres,nisi mediante iussu suo & obedientia serui,vt l.si quis mihi bona. §.iussum.ff.de acquiren.hæredi.& C.de hæredi.

redi.inſtit.l.cùm proponas.§.fi. ¶ Opponitur tertiò,& videtur,quòd
ordo ſcripturæ eſt ſeruandus,per l.generaliter.§.quis ergo.ff.de fidei
cõmiſſa.liberta.Solutio. Quanndo ordo eſt de ſubſtantia ſcripturæ,
tunc eſt ſeruandus,vt vult illa lex,aliâs non eſt neceſſe, vt hìc dicitur.
Et de iſto notatur per Docto.in l.prolatam. C. de ſententijs & inter.
locu.omniũ iudicum. & Bar.in l.ij.§.prius.ff.de vulga. ¶ Opponitur
7 †finaliter,& videtur, quòd impoſsibilitas non vitiat legatum, per l.ſi
mihi.ff.de leg j.Solutio. Aut impoſsibilitas eſt in legato per modum
diſpoſitionis adiectæ ſubſtantiæ legatæ,& tũc vitiat legatũ,vt in alle.
l.ſi mihi. Aut impoſsibilitas apponitur legato per modum cõditionis,
& tunc non vitiat legatum,ſicut etiam nec inſtitutionẽ hæredis,vt ſu.
prà de,hæredi.inſtit.§.impoſsibilis. Sed talis conditio reijcitur, quaſi
non eſſet appoſita. Et de iſto latius in gl.& per Docto.in l.j.ff.de cõ.
8 ditio.inſtitu. ¶ Poteſt † ergo iſte titulus totus ſic breuiter recapitulari.
Aut quæritur de natura legati ſecundum ſe, & deciditur in hoc titulo
ibi,ſed non vſq;,aut reſpectiuè,& diſtinguitur, aut reſpectu teſtatoris,
aut legatarij,aut rei legatæ.Si reſpectu teſtatoris,iterum diſtinguitur,
quia aut quæritur de verbis,quibus facit legatum,& deciditur ibi in §.
legatũ.aut quæritur de ordine,quẽ ipſe debet ſeruare, & deciditur ibi,
ante hæredis.aut quæritur de modo,& deciditur ibi,pœnę.aut de erro
re ſuo,& diſtinguitur,aut de errore in nomine legatarij, & deciditur
ibi,ſi quis in nomine.aut in demonſtrando legatariũ vel cauſam aſsi.
gnando,& deciditur ibi, huic proxima. Si reſpectu legatarij, tunc aut
quæritur de pluribus legatarijs,& deciditur ibi,ſi eadẽ res.aut de vno,
& diſtinguitur,quia aut eſt ſeruus,& deciditur ibi,an ſeruo. aut eſt li.
ber,& diſtinguitur,quia aut eſt incerta perſona,& deciditur ibi.incer.
tis.aut eſt certa perſona,& diſtinguitur,quia aut non poteſt eſſe lega.
tarius,& deciditur ibi,legati.aut poteſt,& diſtinguitur,quia vel eſt fœ
minini generis,& deciditur ibi,ſed ſi vxori.vel maſculini, & deciditur
ibi,ſi quis debitori.Si reſpectu rei legatæ,tunc aut quæritur de re quæ
non eſt,& deciditur ibi,ea quoq; aut de re quæ eſt,& diſtinguitur,aut
de re incorporali,& deciditur ibi,tam aũt.aut de re corporali,& diſtin
guitur,quia aut de re in genere,& deciditur ibi,ſi generaliter.aut de re
legata in ſpecie,& diſtinguitur, quia aut quæritur de re aliena, aut de
ſua.Si de aliena,diſtinguitur,aut aliena in opinione,& deciditur ibi, ſi
quis rem,aut in veritate,& diſtinguitur,quia aut eſt legatarij aut alte.
rius.Si legatarij,diſtinguiť,quia aut eſt legatarij tẽpore factionis teſta
mẽti,& deciditur ibi,ſi res aliena.Si eſt alterius,deciditur ibi,non ſolú.
Sed ſi ſit res ſua,ſcilicet teſtatoris,diſtinguitur,aut eſt obligata,& de.
ciditur ibi,ſed & ſi rem,aut non eſt obligata, & diſtinguitur, quia aut
eſt ſua tẽpore factionis teſtamenti,& poſteà ſit aliena,& deciditur ibi,
ſi rem

ſi rem ſuã,aut manet ſua vſq; ad mortẽ,& diſtinguitur,quia aut quæritur de augmẽto & decremẽto,vel de interitu. Si de augmẽto,diſtinguitur:quia aut quæritur de grege. & deciditur ibi,ſi grex.aut de peculio, & deciditur ibi,peculiũ. Si de interitu,diſtinguitur, aut de interitu ſecũdum ſe,& deciditur ibi,ſi res legata. Aut de interitu reſpectu alterius, & deciditur ibi,ſi quis ancillas.

DE ADEMPTIONE LEGATORVM.

TITVLVS XXI.

Continuatur ſic: Dictũ eſt ſuprà qualiter dantur legata à teſtatore,ſed quia voluntas hominis eſt ambulatoria vſq; ad mortẽ,vt l.iij. ff.de adimẽdis legatis. idcirco data legata poſſunt poſteà per ipſum teſtatorẽ adimi vel transferri. Quapropter tractandum eſt hîc de ademptione legatorum.

§. Ademptio lega.

1 *Legatorum ademptio,an poſſit fieri in teſtamẽto:añ in codicillis,aut ubi.*
2 *Legatorum ademptio,ut fiat in legatis,quid requiratur.*
3 *Legatum ſi adimatur in eodem teſtamento,hæres liberatur ipſo iure.*
4 *Codicilli duo ſi ſint,penè contrarij,uter præſumatur ultimus. Et nu.7.*
5 *Legatorum ademptio,poteſt fieri contrarijs uerbis.*
6 *Legatum quando transfertur de uno ad alium,an teneat translatio.*

1 Summatur ſic: † Ademptio legatorũ poteſt fieri in eodẽ teſtamẽto vel in alio,ſeu etiã in codicillis,quibuſcũq; verbis ad hoc aptis. Similiter poteſt fieri trãſlatio legatorũ, in qua ſemper cõtinetur ademptio.
2 Hoc dicit,& patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò,quòd quãdo ademptio fit in codicillis,tunc requiritur, quòd codicilli confirmẽtur, vt in Authen.de reſti.fideicõmiſſo. §.manifeſtum.colla.ix. Quæ confirmatio intelligitur facta,ſiue codicilli fiant ante teſtamẽtũ,ſiue poſt, vt notatur per Bart.in l.hæredes palàm. §.ſi quid poſt.ff.de teſtamen. Sed ſi codicilli fiant ab inteſtato, tunc confirmantur, per aditionem venientiũ ab inteſtato,vt infrà de codicil.in principio dicetur. ¶ No-
3 tandum † ſecundò, quòd ſi legatum adimatur in eodem teſtamento, tunc intelligitur non datum, & hæres liberatur ipſo iure,ſed ſi adimatur in alia voluntate, tunc eſt vera ademptio,& hæres liberatur non ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt ff.de his,quæ in teſtamen.delentur. l.j.& ff.de lega.primo l. ſi ita ſcriptum. Dicit tamen Barto. in illa.l. ſi ita ſcriptum. quòd quando dicitur, quòd hæres nõ liberatur ipſo iure, ſed ope exceptionis,hoc debet intelligi,quando legatũ eſt ademptũ in

alia voluntate minus ſolenni. Nam ſi adimeretur in voluntate æqu
4 ſolenni,liberaretur hæres ipſo iure. ¶ Notandum † tertiò,quòd ſi ſi
duo codicilli,in quorũ vno datum eſt legatũ,& in alio eſt ademptũ,
& non apparet quis codicillus ſit prior, tunc ille præſumitur vltim
in quo ademptio facta eſt,arg.l.non poteſt videri.ff.de reg.iur.Sed
vna res in duobus codicillis diuerſis legata eſt, ambo admittuntur pe
concurſum ad partes rei legatæ.ff.de leg.j.l.ſi pluribus. ¶ Notandu
5 † quartò , quòd ademptio poteſt fieri contrarijs verbis,vt dicẽdo,nõ
do,nõ lego,vel alijs verbis,vt dicendo,pœnitet me illi hoc legaſſe,ve
etiam ſola volũtate teſtatoris præſumpta,vt ſi legatarius poſt factu
teſtamentum fiat inimicus teſtatoris,vt in l.iij.ff.de adimẽ.leg ſic et
ſi legatarius poſt mortem teſtatoris ſtuprauerit vxorẽ eius, adimit
legatum.vt in glo in l.fideicõmiſſum. C.de leg.& fideicõmiſ.Sed ill
modo nõ adimitur hæreditas,quia ad hoc requiritur ſolẽnitas, vt l.ex
6 parte.ff.eo. ¶ Notandum finaliter, † quòd quando legatũ transfertu
de vno ad alium,tenet tranſlatio,quanuis ille,ad quem transfertur,nõ
ſit capax,vt ff.de lega.j.l.planè.Secus ſi ille,ad quẽ trãsfertur,morer
tur viuo teſtatore,quia tũc legatum maneret apud primũ,vt l.& ideò
ſi viuo,ff.eo. Et quando transfertur legatum,ſi primo legatario ſit ap
poſita conditio,illa intelligitur repetita in ſecũdo,vt l. legatum ſub cõ
7 ditione.ff.eo. ¶ Opponitur † ſic,& videtur,quòd quando ſunt duo co
dicilli,in quorũ vno datum eſt legatũ,& in alio ademptum,neuter va
leat, per l.vbi repugnantia.ff.de regu.iuris.Solutio. Illa lex loquitur
quando eſt repugnãtia propter implicationẽ verborum,vt ſi teſtator
ſic dicat,lego Titio illã rem,& Seio eandẽ rem, & volo quòd vterq;
habeat inſolidum.Sed hîc loquimur de repugnantia codicillorum.

DE LEGE FALCIDIA.

TITVLVS XXII.

COntinuatur ſic: Dictum eſt ſuprà,qualiter legata adimun
tur & transferuntur, conſequenter dicendum eſt , qualiter
minuuntur,& quia hoc fit per legem Falci. ideò cõſequen
ter tractandum eſt de lege Falcidia.

§. Supereſt,ut.

1 *Teſtator non poteſt patrimoniũ diſtribuere & legare, ultra dodrantem.*
2 *Falcidia lex,unde nomen ſortita: & quorſum inuenta.*
3 *Falcidia lex,in quibus locum habet. Et quando.nu.4.*
5 *Falcidia in ſingulis hæredibus ponenda. Et quid computetur in Falcid.*

1 Summatur ſic: † Licet olim teſtator poterat totũ patrimoniũ ſuum
per legata diſtribuere, hodie tamen nõ poteſt legare vltra dodrantẽ.

quod

quod si fecerit illud, quod excedit dodrantē, abstrahitur per legē Falcidiā: qua cauetur, vt quarta pars totius hęreditatis salua maneat apud hæredem vel hæredes. tunc ibi, & cùm quæsitum. Si pars vnius hæredis sit cōsumpta, vel supra modum onerata legatis, & pars alterius hæredis non est onerata, vel est onerata infra medietatē, tunc ille hæres, cuius pars esset consumpta, habebit quartā partē suæ partis saluam, & alius hæres habebit partē suā sine onere, vel cū illo onere, quod parti suæ citra medietatē impositū est, & non succurret cohæredi suo. Hoc
2 dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò circa §. superest. quòd lex Falcidia, sic vocatur à falce, quia sicut falx resecat fœnū, sic lex falcidia resecat legata. Vel melius, dicitur à Falcidio, authore huius legis: sicut Publiciana actio, dicitur à Publicio, infrà de actio. §. alię. Et est ista lex inuenta gratia testatorum, ne intestati decedāt, quādo hæredes nullum lucrū haberent ex hæreditate, testator tamen nō potuit olim Falcidiam repudiare, vt l. quod de bonis. §. fi. ff. eo. Sed hodie potest, vt in Authē. sed cùm testator. C. eo. Item potest & prohibere, ne detrahatur quarta Trebellianica, secundum cōmuniter Docto. Non autē quartam iure naturæ debitam, potest testator auferre, vt infrà de fideicommis. hære. §. sed quia. & l. si vt allegas. C. ad leg. Falcidiam.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd Falcidia etiam habet locū in donatione causa mortis, vt C. de dona. causa mortis. l. ij. & l. si mortis. C. ad l. Falcidiam. & etiā in causa mortis capione, vt C. eo. l. pen. Et hoc est verum, si causa mortis capio proficiscatur ab hærede. Secus si à testatore, vt l. acceptis. ff. eo. Habet etiam locum Falcidia in fideicōmissis, vt C. eo. l. ij. Similiter in donatio. inter viuos, si morte confirmētur, aliâs
4 non, vt C. eo. l. in donationibus. ¶ Notandum † tertiò, quòd Falcidia habet locum, quando testator legat vltra dodrantem, & continet dodrans nouem vncias, vt suprà de hære. instit. §. hæreditas. Quod autē supra legatum est, ipso iure spectat ad hæredē, ita quòd ad hoc habet rei vendicationem, vt ff. eo. lineam. & l. Plaucius. Falcidia tamen non debet detrahi ab vna re legata, vt dicta l. Plaucius. sed quando legata est pars hæreditatis, tunc succurritur hæredi, per legē Falcidiā, vt partes rerū vel æstimationē præstare potest, vt ff. de leg. j. l. amplius. §. j.
5 ¶ Notandum † quartò circa §. & cùm quæsitū est, quòd quando pars vnius hæredis est grauata legatis, tunc ipse debet quartam partem suæ partis saluam habere, & cohæres non succurrit sibi de parte sua, quia Falcidia in singulis hæredibus ponenda est, vt hîc in tex. Et computatur in Falcidia, quod quis habet iure hæreditario, & non quod habet à cohærede, vel aliâs, vt l. in quartā. §. si quid vero. ff. eo. Nisi testator voluisset hoc imputari, vt l. quod autē. in fine. ff. eo. vel nisi sit pecunia data à statulibero. vt ff. de donatio. causa mortis. l. quòd statuliber.

§. Quantitas.

1 *Ad Falcidiæ rationem ponendum, quantitas bonorum, testatoris, tempore mortis consideranda est. & nu. 2.*
3 *Decrementum contingens post mortem testatoris, & ante aditam hæreditatem, non nocet legatarijs, quo ad detractionem Falcidiæ.*
4 *Legata & fideicommissa, an sint æxequata.*
5 *Legatorum solutionem, quæ debeant præcedere, & deduci.*
6 *Testator si nihil reliquerit hæredi, uel minus legitima, quid agendū hæredi.*
7 *Falcidia à quibus legatis non detrahatur.*

1 Summatur sic: † Ad ponendum rationem Falcidiæ, cōsideranda est quātitas bonorum testatoris tempore mortis suæ. Nam augmentum contingens post mortem & ante aditionem hæreditatis, nihil prodest legatarijs. Similiter decrementū non prodest heredi, qui tamen potest hæreditatem nō adire. Et ideò ex pacto cum legatarijs potest aliquid acquirere, vt adeat hæreditatem. tunc ibi, cùm autē. Et ratio Falcidiæ sumēda est deductis omnibus oneribus & debet fieri abstractio à singulis legatis. & si legata excedant bona hæreditatis, tūc primò abstrahitur illud, in quo legata excedūt, & posteà à singulis quarta pars. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notādum † primò circa versi. ex diuerso. quòd iste textus loquitur de interitu rerū hereditariarum. Nam de interitu rerum legatarum, cuius scilicet damno pereunt, dictum est supra de lega. in. §. si res legata. Ex quo potest intelligi glo. hîc, quæ satis obscurè loquitur. ¶ Notandum † secundò, quòd sicut augmentum contingens post mortem testatoris, ante aditam hæreditatem, nō prodest legatarijs, quo ad detractionem Falcidiæ. Verbi gratia: Habens centum in bonis legauit centum, quibus post mortem ante aditam hæreditatē accesserunt xxv. nō debet hæres legatarijs soluere, nisi lxxv. & ipse retinebit quinquaginta, quia quātitas bonorum consideratur tempore mortis testatoris. Sic etiam decrementum post mortem contingens, & ante aditam hæreditatem non nocet legatarijs, quo ad detractionem Falcidiæ. Vt verbi gratia, habens centum, legauit lxxv. & post mortem eius illa centum diminuuntur vsque ad lxxv. non potest hæres ab illis lxxv. per l. Falcidiam aliquid abstrahere. Sed quia potest hæreditatem non adire, & sic legatarij nihil haberent, ideò potest componere seu pacisci cum legatarijs, vt sibi aliquid dent, vel habere permittant pro aditione hæreditatis, & ita habet illud non ex le-
4 ge Falcidia, sed ex pacto. ¶ Et ex isto eliciuntur tria. † Primò, quòd legata & fideicōmissa non sunt omnino exæquata, quia fideicōmissarius saltē vniuersalis potest hæredē compellere, vt hæreditatē adeat, vt infrà cit. prox. §. sed si recuset. legatatius autē non potest eum compellere

pellere,vt hîc dicitur. Secundũ,quòd oportet legata solui ante aditionem hæreditatis. Tertiũ quòd aditio hæredi pôt esse venalis. ¶ No-
5 tandũ + tertiò,circa §.cum autem, quòd in ponenda ratione falcidiæ, primò deducendũ est æs alienum, etiã quod testator debuit hæredi, quanuis confusione sit factum indebitũ,vt ff.eo.l.qui fundum.fa.l.in imponenda. C.eo.&.l.Papinianus. §.quarta.ff.de inoffi.testa. Et hoc est verum, nisi testator aliud expressè voluisset,vt ff.eod.l.si debitor creditore. Ex quo patet quòd creditorib. soluẽdum est ante solutionem legatorum,etiam deducẽdæ sunt impensæ funeris,etiam pretium monumenti saltem necessarij, non autẽ voluntarij,vt ff.eo.l.j.§.fina. Et debent impensæ funerales fieri & computari secundũ qualitatem personę,& quantitatẽ patrimonij ipsius defuncti,vt l.at si quis.§.equũ ff.de relig.& sumpti.fun. Debet etiam deduci pretium seruorũ, vt hîc dicitur, quod potest exponi dupliciter. Primò, quia mos erat antiquitus,quòd quando testator non habebat seruos, tunc emebantur vnus vel plures,qui propter honorẽ antecederẽt funus pileati, quo facto statim erant manumissi. Et hmôi pretium quod dabatur pro seruis, fuit deducendum in ratione l.Falcidiæ. Facit ad hoc C.de lati.liber.tollẽ. l.vnica.§.sed & qui domini. Secundò,potest exponi, vt si testator legauit alicui quinquaginta aureos,vt emeret seruos alienos,& illos manumitteret, ab isto legato non detrahebatur Falcidia, nisi legatarius emisset istos seruos pro triginta,quia tunc de viginti superfluis detrahebatur Falcidia. vel dabatur sibi legatum,vt manumitteret seruum proprium,& nulla Falcidia detrahatur,vt ff.de fideicõmissa.liber.l.decem. Sed primus intellectus melius facit ad propositum, quia iste text. loquitur in eo,quod hæres debet deducere à patrimonio, vt quartam suam saluã habeat. Sed secundus intellectus loquitur in eo, quod hæ-
6 res nõ abstrahit à legatis. ¶ Notandũ + quartò,quòd si testator nihil relinquit hæredi,tunc hæres debet abstrahere à singulis legatis quartã partem. Sed si aliquid reliquit sibi testator,tunc debet abstrahere à singulis legatis proportionabiliter,vsq; ad supplementũ quartæ partis totius hæreditatis,s.quintã,sextam, millesimã,& sic consequẽter. Verbi gratia: Si habẽs quadringẽtos aureos, legauit quadringatos,abstrahet hæres à quolibet legatario quartã partem. Sed si legauerit trecentos, & quinquaginta.abstrahet à quolibet octauã partem.vt hîc & ff.eo.l. in quantitate.§.fin. Sed si testator legauit vltra quãtitatẽ patrimonij sui,tunc vltima legata non sunt omnino resecãda,sed à singulis legatis primò abstrahiẽ quota,secundũ proportionẽ quantitatis excedẽtis patrimoniũ. Verbi gratia: Si dictus testator, scilicet habens quadringentos,legauit quingentos, tunc primò à singulis legatis abstrahitur quinta pars, & post hoc adhuc quarta pars. Et sic istud verbũ detrahi

hi,positum hîc circa finem textus, capitur impropriè & propriè sim: Nam respectu excedẽtis,capitur impropriè: quia ab eo, quod non e nihil detrahitur:sed respectu eius, quod in bonis est, capitũ propriè.
7 ff.de offic.procons.l.ij. ¶ Notandum † finaliter,quo ad totum titulum.quòd multa sunt legata,à quibus non detrahitur Falcidia. mò,si filio legata sit legitima naturæ debita,vt C.de inoffic.testa scimus. Secundò,si vxori legatum sit instrumentum dotis, vt C. prædiorum. Tertiò,si vxori legata sit dos,vt l.si vsusfructus.§.do eo Quartò,à legatis in testamẽto militis iure militari facto, vt C. l.in testamẽto. Quintò,à legatis ad pias causas,vt in Authen.simil C.eod. Et hoc est verum,si sint legata pro anima,aliâs secus,vt pro fectione pontiũ, vt l.imponenda. C.eod.Sextò, si testator prohi abstrahi Falcidiam. Quæ quidem prohibitio potest fieri quibus verbis ad hoc aptis,vt notat Pau.de Cast.in d. Authen.similiter.fac si debitor creditore.ff.eo. Septimò,non abstrahitur Falcidia prop crimen,vt si testator instituit hæredem & rogauit eum,vt hæredit restitueret filio suo spurio,& posteà legauit multa,scilicet vltra do tem,non potest iste heres abstrahere Falcidiam,vt l. etiam si tacita C.eod. Octauò,non potest abstrahi Falcidia à re, quam testator p hibuit alienari extra familiã suam,vt in Authen.sed in ea re. C.eo. nò,si legauit pretia ad emendum seruos, & ad manumittendũ eo de inoffi.testa.l.Papinianus. § sed an & libertas. Decimò,si hæres te legatum soluit,vel etiam si promisit se integraliter soluturũ,Aut sed cùm testator. C.eod. §.item si hæres. Vndecimò,si hæres non cit inuentarium,vt d.Authen. sed cùm testator. §. quo nõ obseru nec etiam debitum suum, vt l.imponenda. C.eo. ¶ Opponitur sic videtur,quòd quantitas patrimonij non debet attẽdi tempore mor sed tempore aditionis hæreditatis, per §.si peculium. suprà de lega Solutio. Iste §.non facit ad propositum, quanuis glo.hîc in princ. quantitas.inducat eum pro cõtrario,quia ille §. loquitur de augm peculij legati,quod pertinet ad legatariũ,vsq; ad aditionẽ hæredit si sit legatũ seruo.Sed iste textus loquitur de quãtitate patrimonij ponendum rationem Falcidiæ.

DE FIDEICOMMISSARIIS HAEREDITATIBVS. TIT. XXIII.

1 *Fideicommissum,est triplex.*

Continuatur sic : Promisit d. Iustinianus, suprà de legatis §.legatum. versi.sed ne in primis,se tractaturũ separatim de legatis & de fideicõmissis. Cùm igitur iam de legatis qualiter scilicet fiant,& qualiter adimuntur per testatorem,& etiam

etiam per l. Falcidiam. dictum sit. consequens est, vt iam de fideicommissis dicatur. Et primò de fideicómissarijs hæreditatibus, de quibus in hoc titulo, & deinde de singulis rebus per fideicómissum relictis, vt in titulo proximè sequēti dicendum est. ¶ Notandū † circa rubricam,
1 quòd triplex est fideicómissum, scilicet singulare, generale & vniuersale. Singulare est, quando testator rogat hæredem, vt aliquam rem singularem alteri restituat. Et istud fideicómissum omnino exæquatur legato, & ab isto, si opus est, abstrahitur Falcidia, sicut à legato, & nō Trebellianica. Nec talis fideicómissarius cōpellit hæredē adire hæreditatem. Sed fideicómissum generale est, quando testator rogat hæredem generaliter aliquas res alteri restituere, vt sic dicendo: Titi instituo te hæredē, & rogo te, vt omnes equos meos restituas Caio, vt in l. omne C. cōmu. de lega. Et istud fideicōmissum similiter exæquatur legato, vt dictū est de fideicómisso singulari. Sed fideicōmissum vniuersale est, quādo testator rogat hæredem, totam hæreditatē, vel partem hæreditatis sub nomine quotæ alteri restituere. Et in isto fideicō misso locum habent, quæ infrà dicentur. Et licet glo. hic in prin. primi § pro eodē repetat fideicōmissum generale & vniuersale, hoc potest intelligi verum, si generale capiatur impropriè, aliâs autē non est verum, sed est inter hæc magna differentia.

§. Nunc transeamus.

1 *Prætor fideicommissarius.*
2 *Fideicommissorum forma.*
3 *Fideicommissorum natura, quæ olim: & quæ hodie.*
4 *Hæres compellitur hæreditatem adire, per fideicommissarium, & fideicō missum restituere, tribus casibus concurrentibus.*
5 *Fideicommissum an ualeat, sine institutione hæredis.*
6 *Fidecommissum an possit relinqui ex certo die.*
7 *Hæres semel, an semper manet hæres.*
8 *Fideicōmissarius habetur interdū loco hæredis, interdū loco legatarij.*
9 *Actiones prætoriæ, an transeant ad fideicommissarium.*

1 Licet † olim tempore primi Augusti, fideicōmissa non restituebantur, nisi ex honestate, posteà tamen creatus est prætor, dictus fideicōmissarius, cuius iurisdictione hæredes compellebātur fideicōmissa re-
2 stituere. tunc ibi, in primis. Et † fideicōmissa fiunt hoc modo, vt scilicet primò hæres instituatur, cui committatur vt hæreditatē in toto, seu in parte alteri restituat, & hoc potest fieri purè, vel sub conditione, vel ex certo die. tunc ibi, restituta. Et iste sic institutus, etiam post restitutam hæreditatem manet hæres. Sed ille, qui recipit, aliquādo loco hæredis, & aliquando loco legatarij habitus est. Et ideò secūdum senatus-

natusconsultum Trebellianum dabantur ei, scilicet qui recipit hæreditatem, & in eum omnes actiones, quæ iure ciuili competebant hæredi & in hæredẽ. Sed post senatuscon. Trebellia. iure prætorio dabantur ei, quasi hæredi, & in eum quasi in hæredẽ solùm actiones vtiles, quæ hæredi & in hæredẽ competebãt. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

3 ¶ Notandũ † primò circa §. nũc transeamus, quòd olim fideicommissa habebant aliam naturam, quàm tunc habeãt. Sed quia nihil antiquitatis ignorandum est, vt suprà de testa. §. j. ideò tractatur hîc de natura fideicommissorũ, quam olim habebant. Sicut tamen tunc relinquebantur fideicõmissa illis, qui ex testamẽto non poterant capere hæreditatẽ vel legata, sic nunc non possunt relinqui fideicommissa spurijs, vt ff. de iure fis. l. non intelligitur. §. j. & ij. & iij. & C. de naturali. libe. l. j. & l. etiam C. ad leg. Falcidiam. Et ideò sicut tunc hæres non cogebatur fideicõmissum restituere, sic etiam nunc non cogitur si talibus fideicommissum relinquatur. Et tales sunt, qui ex testamento capere non possunt. de quibus dictum est suprà de lega. in §. legari. vltimo notabili. Et licet glo. dicat hîc in verbo, nullo, quòd licet iure antiquo fideicommissarius non habebat actionẽ, potuit tamen petere fideicõmissum per officium iudicis, & allegat. l. pecuniæ verb. §. actiones. ff. de verbo. significationib. hoc tamẽ non placet quibusdam Docto. quia dicitur hîc in tex. quòd tantum ex pudore restituebantur fideicommissa.

4 ¶ Notandum † secũdò, quòd hæres hodie compellitur hæreditatem adire per fideicommissarium, & fideicõmissum restituere, tribus cõcurrentibus. Primò, quod fideicõmissarius caueat hæredi de restituendo damno dato, si aliquid incurrat ex aditione hæreditatis, vt l. quia poterat. ff. eo. Secundò, quòd fideicõmissarius sit capax fideicommissi, vt hîc in glo. super verbo, quibus. Tertiò, quòd hæres sit rogatus restituere totam hæreditatẽ, vel partem eius, & non res singulares, vt infrà eo. §. si vero.

5 ¶ Notandũ † tertiò circa §. in primis, quòd ad sciendum an fideicõmissum valeat sine institutione hæredis, sic distinguẽdum est, quia aut constat, quòd testator voluit facere testamentum, & tunc non valet fideicommissum sine institutione hæredis, vt hîc & l. j. ff. de codicil. Aut constat, quòd voluit facere codicillos vel fideicõmissum relinquere ab intestato, & tunc bene valet fideicommissum sine hæredis institutione, vt infrà eo. §. prætereà. Aut est dubium, & tunc si fecit mentionem de hærede, præsumitur quòd voluit testamentũ facere. Et ideò non valet fideicõmissum sine hæredis institutione, vt C. de testa. l. non codicillum. nisi testator tunc expresserit, quòd non voluit facere testamẽtum, vt l. fin. C. de codicillis. aut aliâs cõstaret de sua voluntate, vt l. Scæuola. ff. ad Trebellianum.

6 ¶ Notandum † quartò, quòd licet hæres non potest institui ex certo die,

die,vt suprà de hæredi.instituen. §.hæres.fideicommissum tamen potest relinqui ex certo die,vt hîc. Et ratio diuersitatis est, quia si hæres institueretur ex certo die,tũc testator decederet partim testatus,& partim intestatus,contra l.ius nostrum.ff.de reg.iuris.sed hoc non contingit ex eo,quòd fideicõmissum relinquitur ex certo die ¶ Notandum
7 †quintò circa §.restituta, quòd ille qui est semel hæres, semper manet hęres.Ex quo elicitur,quòd illud,quod semel est,semper erit,ff.de minori.l.& si fine.§.sed quòd Papinianus.Et hoc est verum in incõmutabilibus,aliâs non: quia sunt in perpetuo motu, vt in Authen. de non alienan.§.vt autem.collatio.ij.Et quod hîc dicitur,quòd semper manet hæres,potest intelligi quo ad actiones dictas, quæ sunt infixæ ossibus suis,vt l.quis ergo casus.ff.de peculio.non autẽ, quo ad actio-
8 nes vtiles,vt hîc in vers.post quod. ¶ Notandum finaliter,†quòd fideicommissarius interdum habetur loco hæredis,& hoc secundum senatusconsul.Trebellianũ:interdum loco legatarij, & hoc secundum senatusconsul. Pegasianum, per quod datur hæredi quarta,vt posteà dicetur.Et actiones vtiles & ciuiles transeunt in fideicommissarium, non solùm iure ciuili,sed etiam iure prætorio,vt C.commu. de leg.l.ij.& actiones prætoriæ,vt ff.de actio.& obliga.l.in honorarijs. & l.j.§.quamuis.ff.eo. ¶ Opponitur primò sic contra, prædicta, & videtur, quòd olim ex senatuscon. Trebelliano, non omnes actiones competentes hæredi, & in hæredem dabantur fideicommissario, & in eum, vt hîc dicitur in §.restituta.per §.ergo.infrà eo.Solutio.Iste textus loquitur,quãdo restituebatur tota hęreditas.Sed §.ergo.loquitur,quãdo pars hæreditatis remãsit apud hæredẽ rogatũ restituere.¶ Oppo-
9 nitur †secundò,& videtur ad idem,quòd actiones prętoriæ non dabãtur fideicõmissario,per §.pœnales.infrà de actionibus. Solutio. Duplices sunt actiones prætorię.Nam quędã sunt persecutorię,de quibus intelligitᷣ,quod dictũ est in vltimo notabili,s. quòd transeunt ad fideicommissarium & quędam sunt pœnales, de quibus intelligitᷣ §.in oppositum allegatus.

§. Sed quia hæres.

1 *Senatusconsulti Pegasiani usus.& nu.2.*
3 *Quarta, est multiplex.*
4 *Hæres si fuerit rogatus restituere non plus,quàm dodrantem,tunc onera sine stipulatione diuidebantur inter hæredem & fideicommissarium pro rata parte.Secus,si plus.*
5 *Stipulatio inter emptorem & uenditorem hæreditatis,qualis.*
6 *Onera qualitater spectent ad legatarium.disting.*
7 *Hæres rogatus restituere hæreditatẽ, põt recusare aditionẽ hæreditatis.*

Iudex

8 *Iudex an possit recusari ut suspectus.*
9 *Senatusconsulta Trebel. & Pegasianum, quando habeant locum.*

1 Quia tamen † per senatusconsultum Trebellianũ rogatus restitue re, nihil retinebat, propter quod sæpe recusabat adire hæreditatem. & ita extinguebantur fideicõmissa, ideò posteà inuentũ est senatusconsultum Pegasianũ, per quod rogatus, retinebat quartã partẽ, & onera hæreditaria manserunt apud ipsum rogatũ, nisi stipularetur à fideicõmissario, quòd pro rata sua onera supportaret. tunc ibi, ergo. Et ergo quando rogatus non restituebat vltra dodrantem, tunc ex senatusconsulto Trebelliano diuidebantur onera pro rata inter hæredem rogatum & fideicõmissariũ: sed quando restituebat rogatus plus, quàm dodrantẽ & voluntariè adibat hæreditatem, tunc ex senatuscõsulto Pegasiano omnia onera manserunt apud ipsum hæredẽ rogatum, nisi prouidisset sibi per stipulationẽ. tunc ibi, sed si recuset. Sed si coactus adiuit hæreditatem, vt restitueret, tunc ex eodem senatusconsulto Pegasiano sine stipulatione omnia onera transibant ad fideicommissarium, & in hoc casu cõcurrebat vtrunq; senatuscõsultum. Hoc dicit. ¶ Notandũ pri-
2 mò † circa §. sed quia. quòd sicut per l. Falcidiã detrahitur quarta à legatis, sic ordinatum fuit olim, vt detraheretur quarta à fideicõmissis per senatuscõsultum Pegasianum, quę detractio hodie fit per senatusconsultum Trebellianum, vt dicetur infrà eo. in §. sed quia stipulatio-
3 nes. Ex † quo aduertendũ est, quòd multiplex est quarta. Nam quędam est, quæ debetur ascẽdentibus & descẽdentibus, & quibusdã collateralibus, quæ vocatur legitima, & interdum vocatur debitum bonorũ subsidium, vt C. de inoff. dona. l. si totas. & de ista quarta, & quomodo hodie est aucta ad trientẽ vel ad semissem, dixi suprà, de exhære. libe. circa primũ §. in primo notab. Alia est quarta Falcidiæ, de qua dictũ est suprà in tit. proxi. Tertia est Trebellianica, quæ fuit introducta per senatuscon. Pegasianum, sed hodie attributa est senatuscon. Trebelliano, vt infrà eo. §. & quia stipulationes. Est & alia quarta, quæ debetur filio arrogato, de qua etiam dictũ est suprà de adoptio. in §. cum autẽ. Est etiam quarta, de qua habetur in Authẽ. vt liceat ma. vel a. §. quia verò. in duplici casu. Primus est, si quis duxit mulierẽ in domũ suam, & dixit eam esse suam vxorẽ, postquã autem cognouerat eam expellebat ipsam, ille tenetur dare ipsi mulieri quartam partem bonorum. Secundus casus, quando vir diues moritur ante vxorem suam quæ inops est & indotata, tunc talis mulier debet habere quartã partem bonorum, Authen. prætereà. C. vnde vir & vxor. ¶ Notandum
4 † secũdò, quòd ex senatusconsul. Trebelliano, quando scilicet hæres rogatus fuit non plus, quàm dodrantẽ restituere, tunc onera sine stipulatione diuidebantur inter hæredem & fideicommissarium pro rata parte

parte. Sed quando rogatus erat plus restituere, quàm dodrantem, tunc ex senatusconsulto Pegasiano necessariæ erant stipulationes, vt fideicōmissarius pro parte sua onera sua supportaret. Et interdum fiebant stipulationes tales, quales inter venditorē & emptorem hæreditatis solent fieri, & hoc præcipuè, quādo rogatus erat totam hæreditatem re-
5 stituere. † Stipulatio autem inter emptorem & venditorem hæreditatis, talis est, vt venditor promittat emptori restituere, quicquid ad eum ex hæreditate peruenerit, & emptor promittat admittere omnia onera hæreditatis, vt ff. de pecu. l. si creditor. & ff. manda. l. hæredem. §. fina. vbi dicitur, quòd in emptorem hæreditatis non transeunt actiones,
6 nisi quæ tunc temporis competebant. ¶ Notandum † tertiò, quòd ad sciendum, qualiter hodie onera spectant ad legatarium, sic distinguendū est: Quia aut legata est pars hæreditatis sub nomine quotæ, & tunc aut testator dixit, lego partem hæreditatis, & tunc onera spectant ad legatarium pro parte sua, & ita intelligitur l. cùm filius. §. j. ff. de lega. ij. Aut dixit, lego bona mea, vel partem bonorum meorum, & tunc legatarius non præcisè supportat onera, sed hęres deducit tantum, quantum est æs alienum, vt l. ij. §. si autem. ff. de lega. ij. Sed si legata sit res singularis, tunc legatarius non supportat aliqua onera. Et hoc verum est, si hæres de residuo posit debita soluere, & fecit inuentarium, vt notatur in l. fina. C. de iure deliber. §. & si præfatam. in verbo Falcidiæ.
7 ¶ Notandum † quartò circa §. sed si recuset. quòd hæres rogatus restituere hæreditatem, potest recusare aditionem hæreditatis, quia habet eam suspectam, & non oportet, quòd explicet causam suspicionis, quia variæ sunt voluntates hominum. Nam aliqui non volunt subire negotia aliena, aliqui timēt vexationes, aliqui æs alienū. Et quòd non oporteat explicare causam, dicitur in l. quia poterat. ff. ad Trebellia-
8 num. † Sic etiam potest iudex recusari tanquàm suspectus sine explicatione causæ, & hoc est verum iure ciuili, vt notatur in l. apertissimi. in verbo, recusare. C. de iudicijs. De iure tamen canonico, si recusetur iudex ordinarius, vel delegatus suspectus, oportet explicare causam, & tunc eliguntur arbitri, qui cognoscunt de causa suspicionis, & non de causa principali, vt in c. suspicionis. extrà de offi. iud. deleg. & in c. secundò requiris. & in c. cùm speciali. extrà de appel. & causa suspicionis ante omnia debet proponi, quia si proponerentur prius aliquæ exceptiones, tunc proponens videretur in iudicem consentire, vt not. per Bart.
9 in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando hæres rogatus cogebatur adire hæreditatem, & restituere, tūc concurrebant ambo senatusconsulta, scilicet Trebellianum & Pegasianum. Nam ex Trebelliano nihil habebat hæres rogatus restituere, & ex Pegasiano cogebatur adire & restituere.

C §. Sed

§. Sed quia stipulationes.

1 *Summarium huius §.*
2 *Senatusconsultum Pegasianum, ad quid reiectum.*
3 *Trebellianica dicitur hodie, quæ prius Pegasianica.*
4 *Hæres si soluat integrè legata, per errorem facti, & non iuris, repetit ex fideicommissis.*
5 *Hæres rogatus restituere, potest ante restitutionem creditoribus & legatarijs petentibus soluere, & tantum de hæreditate retinere, quantum de suo expendit.*
6 *Restitutio, fieri potest re & uerbo.*
7 *Fideicommissarius duobus casibus est dominus, ante restitutionem.*
8 *Fideicommissarius an & quo casu debeat cauere hæredi de indemnitate.*
9 *Fideicommissarius potest compellere hæredem institutum in parte hæreditatis, ut adeat & restituat.*
10 *Ius idem an sit de toto ad totum, quod de parte ad partem.*

1 Summatur sic: † Reiecto senatusconsulto Pegasiano, hodie hæres rogatus restituere plus, quàm dodrantem hæreditatis, retinet quartam, vel supplementum eius, vel repetit eam, si totum fideicommissum soluerit, actionibus pro rata parte diuisis inter hæredem & fideicommissarium. Et si voluntariè restituit totam hæreditatem, non volens habere quartã, tunc omnes actiones transeũt ad fideicõmissariũ, & cõtra. Et si hæres noluerit hæreditatẽ adire, cogitur eam adire & restituere & tunc nõ habet lucrũ neq; damnũ, & istud totũ fit ex senatuscõsulto Trebelliano. tunc ibi, nihil interest. Et quod dictũ est de hærede instituto in asse, rogato totã hæreditatẽ vel partem eius restituere, idem dicendũ est, de hærede instituto in parte hæreditatis, & rogato totam illam partẽ, vel partẽ illius partis, in qua institutus est, restituere. Hoc di-
2 cit, & patet intellectus text. ¶ Notandũ † primò, quòd dominus Iustinianus reiecit senatuscõsul. Pegasianũ propter duo. Primò, quia stipulationes quæ ex eo fiebant, fuerũt captiosæ in quibusdã casibus, vt dicitur, scilicet propter solennitatẽ verborũ in eis obseruandam, etiam quando fideicõmissarius nõ fuit soluẽdo, fuerũt stipulationes illæ inutiles: vel potest etiã dici, quòd istæ stipulationes fuerunt captiosæ, quia interdũ fiebant stipulationes, sicut inter hæredẽ & partialẽ legatarium, & interdũ sicut inter venditorẽ & emptorẽ hæreditatis, vt suprà eo in §. ergo. & ista faciebant hęredi magnã difficultatẽ. Secundò, quia difficultas proueniẽs ex multiplicitate est in legibus vitãda, & simplicitas est amplexãda, ad quod iste text. sæpè alleg. sic infrà de legi. agna. succes. §. nos verò. & per simplicitatem intelligitur hîc rectitudo hominis ad procedendũ bona fide, & non fatuitas, vt in l. seruus. ff. quod vi aut clàm.

clam. Sic etiã veritas est amica legibus, vt c. veritatis. extrà de iureiurã. & dolositas seu falsitas est inimica legib⁹, vt ff. de dolo. l. j. nisi esset bonus dolus, vt notaĩ in d. l. j Et ex isto tex. eliciĩ, quòd allegationes sunt in sententia repetẽdæ, quia Iustinianus hîc dicit causam, quare reijcitur senatusconsultũ Pegasianum, facit l. ij. C. de senten. ex pericu. recitan.

3 ¶ Notandũ † secundò, quòd hæres rogatus restituere plus, quàm dodrantẽ hæreditatis, hodie retinet quartã ex senatusconsulto Trebelliano, & ideò nũc vocatur Trebellianica, quæ prius dicebaĩ Pegasianica, & sicut Falcidia retineĩ deducto onere hęreditatis, vt suprà titu. proxi. §. fin. sic etiã Trebellianica, vt l. & sine scriptura. C. ad Trebel. & retinetur ista quarta, etiam cõtra voluntatẽ testatoris, vt C. ad l. Falcid. l. si vt allegas. & hoc iure isto & iure Codicis, non autẽ sic iure Authenticorũ, vt in Authẽ. de hære. & falci. §. si verò expressi. colla. j. & sic etiã tenet Bart. in l. Marcellus. ff. ad Trebel. vbi etiam vult, quòd hæres retinet istã quartã, licet nõ fecerit inuẽtariũ, & hoc dicit in d. l. Marcellus. in §. quod autẽ. Et licet Ioan. And. in c. si pater. de testa. in vj. videatur velle, quòd ista quarta Trebellianica etiã detrahitur ex fideicõmisso ad pias causas, Bart. tamẽ in d. l. Marcellus. dicit contrariũ, quia in quibuscũq; cessat Falcidia, etiã cessat Trebellianica, & ad hoc allegaĩ d. l.

4 Marcellus. ¶ Notandũ † tertiò, quòd sicut hæres soluens integrè legata per errorẽ facti, & nõ iuris, si sint vltra dodrantem, repetit ea vsq; ad quartã suam: sic etiã fit repetitio ex fideicõmissis, vt C. ad l. Falcid. l. error. & hoc vult hîc tex. quãdo dicit, vel repetere solutũ. ¶ Notandum

5 quartò, † quòd hæres rogatus restituere potest ante restitutionẽ creditoribus & legatarijs petẽtibus soluere, & tantũ de hæreditate retinere, quantũ soluit, si scilicet soluit de suo: & si tamen totã hæreditatẽ rogatus est restituere, pro quarta parte sua nihil teneĩ creditoribus vel legatarijs. si tamẽ institutus sit in aliqua quota hæreditatis, tũc tenetur pro quota sua creditoribus & legatarijs, nisi quo ad illud, quod habet supra quartã, vt notatur in l. j. §. fin. ff. eodem titu. ad senatusconsul. Trebel.

6 ¶ Notandũ † quintò, quòd restitutio potest fieri re & verbo. Re hoc modo, scilicet, si pmittat hæres fideicõmissariũ possidere, & tenere hęreditatẽ, vel res hæreditarias, eo aĩo, vt sint sibi restitutæ. Verbo sic, vt si dicat hæres, Sum contẽtus, quòd habeatis talẽ hæreditatem, vel tales res, licet corporaliter non tradã vobis. Et post restitutionẽ est fideicõmissarius dñs, & nõ antè. ff. ad Trebel. l. facta. qa ante restitutionẽ hæres omnia facit, etiã manumittit seruos, qđ nõ faceret, si alius esset dñs,

7 vt l. Marcellus. §. res. ff. ad Trebel. † In duobus tamẽ casib⁹ fideicõmissarius est domin⁹ ante restitutionẽ: Primus, si hęres sit absens: Secũdus, si testator decedit sine hærede. l. sancimus. C. ad Trebell. §. cùm autẽ.

8 ¶ Notandũ † sextò, quòd qũ hęres rogatus cogitur adire hęreditatẽ &

reſtituere,tunc fideicõmiſſarius debet ei cauere de indẽnitate,non ſolùm in præſenti,ſed etiã in futurũ,vt ff.eo.l.cùm hæreditas.licet etiam hæres de futuro habeat exceptionẽ, vt ff.eod.l.j. §.quanquàm.& petitur iſta cautio per officiũ iudicis,ſi fideicõmiſſarius vniuerſalis cõpellat hæredẽ adire & reſtituere:non autẽ,ſi ſit fideicõmiſſarius ſingularis,vt ff.eodẽ.l.nam quod. §.non omnis. Idem eſt,ſi procurator ipſius fideicõmiſſarij compellat hæredem,& non ſufficit cauere de rato. Ex quo patet,quòd licet hæreditas non poteſt adiri per procuratorem, vt l.per procuratorem.ff.de acquirẽ.hæred. fideicõmiſſum tamen poteſt peti per procuratorẽ, vt eſt mirabilis caſus in l.cùm mulier. §.ex affe. ff.de iure dotium. ¶ Notandum † finaliter circa §.nihil. quòd fideicõmiſſarius poteſt compellere hæredem inſtitutum in parte hæreditatis, vt adeat & reſtituat, ſicut inſtitutũ in tota hæreditate : ſed in hoc caſu debet iſte fideicõmiſſarius recipere totam hæreditatem, ex quo hæres eam non vult habere,quia timet onera. Sic etiam ſi ſunt duo fideicõmiſſarij,& vnus vult compellere hæredem,& alius non vult, tunc cõpellens ſimiliter debet recipere totam hæreditatem,vt l.cogi.§.ſi quis hæres.ff.ad Trebellia. Et ex iſto patet,quòd idem eſt de parte quo ad partem:ſicut de toto,quo ad totum,facit l.quæ de tota.ff.de rei vendica.& l.ſi ſeruus.ff.de acquir.hæred.& l.qui ſcit.in princi.ff.de vſufruc. ¶ Opponitur primò contra prædicta,& videtur, quòd fideicõmiſſarius ante reſtitutionẽ factam,ſit dominus fideicõmiſsi, per l.fin.§.fina. C.cõmu.de lega.vbi dicitur,quòd datur ſibi rei vẽdicatio,quæ ſolùm datur domino. Solutio. Illa lex loquitur dẽ fideicommiſsis poſt reſtitutionem:vel poteſt dici,quòd loquitur de rebus alienatis,ad quas datur fideicõmiſſario vtilis rei vendicatio ante reſtitutionem, & hoc eſt ſpeciale. ¶ Opponitur † ſecundò,& videtur,quòd non ſit idem de toto ad totum,ſicut de parte ad partem per l.ex mille. ff.de euictio. Solutio. Iſtud intelligitur,quando vtrinq; eſt eadem ratio,& ſic non eſt in illa l.ex mille.quia euicta vna parte,poteſt alteri accreſcere,quod non eſt euicto toto,quia nihil remanet cui poſſet accreſcere.

(margin numbers in the paragraph above: 9 beside "ff.de iure dotium. ¶ Notandum"; 10 beside "ſpeciale. ¶ Opponitur")

§. Si quis una.

1 *Summarium huius §.*

2 *Hæres poteſt inſtitui in re principali,ſeu certa, uel incerta quantitate. Et tunc habetur loco legatarij. Limit.*

3 *Trebellianica,ubi,& quomodo poſsit deduci.*

4 *Venientes ab inteſtato,an poſsint grauari per fideicommiſſum.*

5 *Legata,poſſunt relinqui ſine teſtamento,& nullo alio modo.*

6 *Onerari non poteſt quis in plus,quàm ſit honoratus.*

7 *Teſtes quot requirantur in codicillis,uel alia ultima uoluntate.*

Fideicom

8 *Fideicommissarius, quid agere debeat, si hæres negat fideicommissum esse relictum.*
9 *Iuramentum, quo casu detur inuito.*
10 *Fideicõmissa & legata, an sint soluenda, etiam testamentc minus solenni.*
11 *Legata, quando cœperint solui ex necessitate.*
12 *Pegasianum Senatusconsultum, ad quid inuentum. Et nume. 13. Et à quo, cúrue sublatum. nume. 14.*

1 Hæres † institutus, cui relinquitur certa res vel quantitas, licet contineat maiorem partẽ hæreditatis, rogatus restituere reliquam partem hæreditatis, habebit illam rem vel quantitatẽ sine aliquo onere hæreditario, sed omnia onera, vt actiones creditorũ, transferuntur ad fideicõmissarium: sed si sibi relinquatur pars hæreditatis per modũ quotæ, tũc tenetur ad onera hæreditaria pro rata suæ partis. tũc ibi, præterea. Et potest fideicommissum relinqui ab intestato, & sicut aliquis potest rogare institutũ, vt alteri restituat in toto, vel in parte, illud in quo institutus est, ita potest rogare fideicõmissarium, id est, illum, cui restituitur, vt ille vlterius similiter alteri restituat. tunc ibi, & quia prima. Et si fideicõmissum relictũ sit, non in scriptura, vel corã paucioribus testibus, quàm quinq;, & hæres negat fideicõmissum relictum esse, tunc fideicõmissarius potest deferre hęredi iuramentũ, sed ipse fideicõmissarius primò debet iurare de calumnia, & tunc hæres debet iurare, quòd nihil audiuit à testatore de isto fideicõmisso, & si non velit iurare, cogitur soluere: nec prodest sibi, quòd confugiat ad subtilitatẽ iuris, & dicat testamentũ non fuisse solenne, & ideò nõ deberet solui. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò circa §. si quis vna. quòd aliquis potest institui hæres in re particulari seu certa, vel in certa quantitate, & tunc ille habetur loco legatarij, vt C. de hæredi. instituend. l. quotiens. quod verum est, si sit alius cohæres, cui scilicet hæreditas pertinet: nam si non esset alius cohæres, tunc institutus in re certa esset hæres vniuersalis, vt ff. de hæredib. instituend. l. j. §. finali. Et Trebellianica etiam habet locum in isto hærede particulari, vt l. si legatus. §. multum interest. ff. eodem. Et ideò si ista res certa sit minor, quàm quarta, tunc potest petere vel retinere vsque ad supplementum, vt ff. eodem. l. j. §. si hæres ex præcepto. & iste non tenetur ad onera, nisi quando pars fideicommissarij ad illa sustinenda non est sufficiens: nam tunc ex æquitate tenetur ad subsidium, vt suprà eodem. circa §. & quia stipulationes. tactum est in quarto notabili. Et si iste cogatur hæreditatem adire & restituere, tunc perdet illam rem, quæ sibi relicta est, vt l. ita ta-
3 men. §. si perceptis. ff. eodem. Et † ex isto patet, quòd Trebellianica potest deduci in re aliqua certa ex iudicio testatoris: hoc etiam potest

fieri ex voluntate fideicõmissarij, vel etiã per declarationẽ iudicis assi gnantis vnã rem pro cõmodiori diuisione, vel etiã si in alijs rebus nõ posset cõmodè diuisio fieri, quia scilicet sunt incorporales, vt notatur
4 in l. filiũ. C. fami. ercis. ¶ Notandum † secundò circa § preterea, quòd venientes ab intestato, possunt grauari per fideicõmissum: quia præsumitur, quòd ipsi habent hereditatẽ ex tacita voluntate defuncti, qui potuisset eam eis auferre, & non fecit, vt l. conficiuntur. § j ff. de iure co. dicil. Et potest istud fideicõmissum fieri nõ solũ sub nomine proprio, sed etiã sub nomine appellatiuo, vt dicendo, Quisquis mihi hæres erit, ille restituat totã hæreditatẽ vel partem vel illam rem tali, & per hoc intelliguntur hæredes nõ solùm tam nati, sed etiã nascituri, vt l. si quis.
5 ff. de iure codicillorũ. ¶ Notandum † tertio, quòd istud quod dicitur in tex. hîc, cũ aliòquin sine testamento legata nõ valeant, vt mihi apparet, sub correctione, potest sic exponi, quòd legata isto modo possunt relinqui sine testamẽto, & nullo alio modo, quia dicitur, non valeant, quãuis glo. super illo verbo, non valeant, dicat aliũ intellectum, & etiã quidã doctores, dando talem expositionẽ, quòd istud dicatur non iure Digestorũ seu Institutionũ, sed iure antiquissimo. ¶ Notan
6 dum † quartò, quòd aliquis potest onerari in tantũ, in quanto est honoratus, & non plus, vt infrà titulo proxi. § . hoc solùm. & C. cõmu. de leg. l. j. § . fi. Et ideò fideicõmissarius potest rogari, vt alteri restituat, & si sit fideicõmissarius particularis, non detrahit Trebellianicã, vt d. l. j. secus si sit vniuersalis vt notatur in l. pen. § . fi. C. ad Trebell. in verb.
7 ipso iure. ¶ Notandum † quintò, circa § . & quia prima, quòd licet in testamento requirantur septem testes vel plures, vt suprà de testa. § . j. dictum est, tamẽ in codicillis vel alia vltima voluntate, vt in legatis vel fideicõmissis, vel in donatione causa mortis, sufficiũt quinq; testes, C. de codicil. l. fi. & hoc iure ciuili. iure aũt canonico in omnibus istis sufficiunt duo testes, vt notatur in c. cùm esses. extrà de testa. Et ratio diuersitatis est, quia ius canonicũ attendit legem euangelicam, secundũ quam, in ore duorũ vel trium, stat omne testimonium, quia præsumit homines non velle mentiri: sed ius ciuile attendit cupiditatẽ hominũ propter quã multa falsa & fraudes cõmittuntur, & maximè in testamẽtis, vbi agitur de hæreditate, & ideò secundum illud ius ciuile requiruntur plures testes, quia licet vnus vel duo vellent cõmittere falsitatem, præsumitur tamen quòd non omnes in tanto numero velint illud malum facere, & ita notatur per Sali. in sententia, in d. l. fi. C. de codicillis.
8 ¶ Notandum † finaliter, quòd quãdo hæres negat fideicõmissum esse relictum, tunc fideicõmissarius primò debet iurare de calumnia: quod quidẽ iuramentũ olim fiebat in quolibet casu, & in quolibet capitulo, vt C. de iura. calũ. l. ij. hodie tamen sufficit semel fieri, vt in Authẽ. de his, qui

his,qui ingrediuntur ad appel. §.fi.colla.v. Et tunc ipse fideicõmissarius defert hæredi iuramentũ,vt ipse scilicet iuret, quòd nihil audiuit à testatore de isto fideicõmisso:& si nõ velit iurare,cogitur soluere. Et ita est hîc casus, vbi quis cogitur iurare vel succũbere. ¶ Opponitur
9 †primò sic,& videtur,quòd iste hæres non debet cõpelli ad iurandũ, quia iuramentũ non datur inuito,vt C.de iureiuran.l.fi. Solutio. Illa lex verũ dicit regulariter,sed in isto casu est speciale,& ratio specialitatis est,ne depereat vltima voluntas testatoris,quæ est multum fauo
10 rabilis. ¶ Opponitur †secundò,& videtur , quòd nõ bene dicitur hîc, quòd legata vel fideicõmissa sunt soluẽda, quãuis relicta sunt in testamento minus solenni.per l.si veritas.C.de fideicõmis.& l. non dubiũ. C.de testamentis.§.illud.Solutio. Illa lex loquitur, quando hæres in principio confitetur legata vel fideicõmissa esse relicta , quia tunc nõ tenetur.si testamentũ sit minus solenne,id est,deficiat in substantiali bus testamenti,quia tunc est nullum. Sed iste tex.loquitur,quando primò negauit aliquid esse relictum,& posteà confitetur vel vincitur probationibus:sed dicit tunc,quòd testamẽtum non fuit minus solẽne,& licet ex testamento tali non teneretur modò , tamen tenetur propter mendaciũ suum,vt in Authen.de trien & semis. §. studium. & §.illud
11 quoq;.colla.iij. ¶ Potest autem †iste titulus cõprehendi quibusdã breuibus conclusionibus : quarum prima, quòd tempore primi Augusti, fideicõmissa inceperunt solui ex necessitate , quia prius nõ soluebãtur nisi ex honestate,vt in §.j.Secunda cõclusio est,quòd fideicõmissum est,quãdo hæres instituitur qui hæreditatem totã vel partẽ.purè , vel sub conditione alteri restituere rogatur.§ in primis.Tertia est , quòd olim per senatusconsul.Trebellia.rogatus restituere totam hæreditatem,nihil recipiebat, & omnes actiones ad fideicommissarium. trans
12 ferebantur,& posteà vtiles tantũ. §.restituta.† Quarta est,quòd ideò inuentum est senatusconsultum Pegasianum, per quod rogatus detraxit quartam,sed onera manserunt apud ipsum rogatum,nisi sibi prouideret per stipulationẽ de oneribus diuidẽdis, §.& quia hæredes.Quinta conclusio est,ergo quando quis rogatus fuit,non plus quàm dodrãtem restituere , per senatusconsultum Trebellia. diuidebantur onera pro rata inter rogatum & fideicõmissarium : sed quando rogatus fuit, plus quàm dodrantem,vel totam hæreditatẽ restituere, & voluntariè restituit.habebat quartam cum adiutorio stipulationis,de oneribus di
13 uidendis. §.ergo. Sexta est,† quòd quando rogatus nolebat adire hæreditatem & restituere,tunc cogebatur per Pegasianum , & non habebat lucrum neque damnum,sed omnia onera transferebãtur ad fidei
14 commissarium. §. sed si recuset. † Septima est , quòd authoritate Iustiniani , detractio quartæ , & compulsio de hæreditatis aditione,
 fiunt

fiunt ex ſenatuſconſul. Trebel. excluſo totaliter Pegaſiano, §. & quia ſtipulatio. Octaua eſt, quòd inſtitutus in parte hæreditatis & reſtituere rogatus, proportionabiliter detrahit quartã, ſicut inſtitutus in aſſe, & etiam ſic cõpellitur, §. nihil. Nona concluſio eſt, quòd cui relinquitur certa res, vel quantitas, vt reliquam hæreditatẽ reſtituat, non ſuſtinet aliqua onera: ſed ſi ſibi relinquitur quota, habet ſubire onera pro rata ſua, §. ſi quis vna. Decima cõcluſio eſt, quòd fideicõmiſſum põt ab inteſtato relinqui, & fideicõmiſſarius poteſt grauari, vt fideicõmiſſum reſtituat alteri, §. præterea. Vndecima & fina. concluſio eſt, quòd negans fideicõmiſſum eſſe relictum, cópellitur iurare, vel ſoluere, præſtito prius per fideicõmiſſariũ iuramento calumniæ. §. & quia prima.

DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSVM RELICTIS.

TITVLVS XXIIII.

Continnatur ſic: Dictũ eſt ſuprà de fideicõmiſsis vniuerſalibus: Hîc conſequenter tractatur de fideicõmiſsis ſpecialibus ſeu ſingularibus, & ideò rubricatur iſte titulus, de ſingulis rebus.

§. *Poteſt tamen quis etiam ſingulares.*

1 *Summarium huius §. ex ſententia Nicaſij.*
2 *Legari poteſt à legatario hodie: olim minus.*
3 *Res aliena, an poſsit per fideicommiſſum relinqui.*
4 *Grauari non põt quis plus, quàm ſit honoratus. Limit. nu. 9. 10. 11. 12. 13.*
5 *Libertas an poſsit relinqui ſeruo alieno.*
6 *Libertas directa poſsit ne in teſtamento, uel in codicillis teſtamento confirmatis relinqui.*
7 *Orcinus, quis.*
8 *Fideicommiſsi uerba, quæ.*
14 *Quod differtur, an auferatur.*

1 Summatur ſic: Res † ſingulares, tam propriæ, quàm alienæ, poſſunt per fideicõmiſſum relinqui, ab hærede vel legatario præſtandæ. quãuis à legatario non poſsit legatum relinqui, & poteſt legatarius vel fideicõmiſſarius grauari, vt non ſolùm illã rem, quæ ſibi relinquitur, reſtituat: ſed etiã aliam ſuam vel alienam. & nemo poteſt plus grauari, quàm honoratus eſt, tunc ibi, cum autẽ aliena. Et quando relinquitur per fideicõmiſſum res aliena, cogitur rogatus illam rem acquirere, & fideicõmiſſario dare, vel æſtimationẽ eius ſoluere, poteſt etiã libertas tam ſeruo proprio, quàm alieno, per fideicõmiſſum relinqui: & ſi relinquatur alieno ſcilicet ſeruo, cuius dominus non vult eum vendere, ad quod etiam nõ cogitur, niſi ipſi domino ſit aliquid relictum, vt illum

ſeruum

seruum vendat ab eo, qui voluit seruũ esse liberum, tamen non extinguitur fideicõmissum, sed differtur, quia fortè alio tẽpore iste seruus erit venalis: tũc ibi, qui autem. Et seruus manumissus ex fideicõmisso, non fit libertus testatoris, sed manumittentis: sed si directè detur libertas ex testamẽto, tũc fit libertus testatoris, & vocatur orcinus, ad quod requiritur, quòd sit seruus testatoris, tempore factionis testamenti, & tempore mortis testatoris: est enim directa libertas, quæ nõ datur per alium. Et sunt verba fideicõmissi, peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ cõmitto, quorũ vnũquodq; tantum valet, quantũ omnia simul. Hoc
2 dicit. ¶ Notandum primò, † quòd licet hîc dicatur, quòd à legatario legari non potest: hoc non est verum hodie, sed iure antiquo, quando legata & fideicõmissa non erant exæquata: nam hodie quilibet habẽs cõmodum, potest grauari, vt C. cõmunia de leg. l. j. §. & hæc dispo-
3 suimus. ¶ Notandum † secundò, quòd quando hîc dicitur, quòd res aliena potest per fideicõmissum relinqui, debet intelligi, si illa res sit in cõmercio nostro, aliâs non valet fideicõmissum, vt dictum est suprà etiam de legatis, in §. non solũ. Etiam distinguendum est hîc sicut ibi,
4 aut testator sciuit rem alienã esse, aut ignorauit. ¶ Notandũ † tertiò quòd nemo potest plus grauari, quàm sit honoratus, vt hîc, & ff. de lega. j. l. plane. §. fi. nec legatarius vel fideicõmissarius rei singularis potest detrahere quartam, vt ff. ad legem Falcidiã l. lex Falcidia si interuenerit. §. nunquàm. nisi in tribus casibus. Primò, si ipsi legatario vel fideicõmissario non sit detracta quarta. Secundò, si hæres sit coactus adire hæreditatem & restituere. Tertiò, si hæres ex gratia restituit totum fideicõmissum, vt in dicto §. nunquàm. notat gl. & in l. j. §. deniq;
5 & ibi Bar. ff. ad Trebel. & per Ang. hîc. ¶ Notandum † quartò, circa §. cùm autẽ aliena, quòd licet in alijs rebus alienis relictis, distinguatur, an sciuerit testator rem alienã esse, an ignorauerit, vt suprà eodẽ, in secundo notabili dictũ est: tamen quãdo relinquitur libertas seruo alieno, non est opus ista distinctione, propter fauorem libertatis, vt ff. de fideicõmissa. liberta. l. Paulus. secundo responso. & si dominus nõ vult vendere seruũ, vel vult vendere plus iusto pretio, si ipse dominus nihil recepit à testatore, vt venderet talem seruũ, non potest ad hoc cogi, & tamen nõ extinguitur fideicõmissaria libertas, sed differtur, quia fortasis tempore futuro continget casus redimendi seruũ illum, vt tũc habeat libertatem, vt patet ex isto tex. ibi, quòd si non vendat. ex quo eliciuntur tria. Primum, quòd idẽ est non velle vendere, & velle plus iusto pretio vendere, vt ff. de lega. iij. l. nõ dubiũ. §. fi. suprà de leg. §. non solùm. notabili tertio. Secundum, quòd si aliquis recepit aliquam rem, sub illa cõditione, quòd ipse debeat aliam rem suã vendere, ille compelletur ad vendendũ, vt C. de fideiuss. l. deberi. & l. si te donatam.

Tertium est, quòd illud, quod differtur nõ aufertur, facit ff. de iudicijs. l. cùm furiosus. & inspicitur quod contingere potest, ff. de iurisdic. om.
6 iudi. l. si idem. §. fin. ¶ Notandum † quintò, circa §. qui auté. quòd di. recta libertas potest dari in testamento, vel in codicillis testamẽto cõ firmatis, vt ff. de manum. testamẽ. l. libertates & si plures hæredes insti tuti sint, competit libertas relicta, post quàm vnus adiuerit hæreditaté,
7 vt ff. de manum. testamen. l. testamento. el. j. Et vocatur † directè ma. numissus ex testamẽto orcinus, ab orcus, quod significat morté, prout Horatius habet epistolarum lib. secundo. in calce, sic dicens:

Quid uici prosunt aut horrea, quid ue Calabris?
Saltibus adiecti Lucani, si metit orcus,
Grandia cum paruis non exorabilis auro?

Dicitur ergo talis orcinus, quia à moriẽte est manumissus: dicitur er- go orcinus, quasi manumissus ab eo, qui descẽdit ad orcũ. ¶ Notandũ
8 † finaliter, quòd verba fideicõmissi sunt, peto, rogo, &c. & non solùm illa quæ hîc enumerantur, sed quæcunque alia ad hoc apta, vt l. omne verb. C. cõmu. de lega. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd ali- quis potest plus grauari quàm sit honoratus, per l. Imperator. §. si cen tum. ff. de lega. ij. Solutio. Istud est regulare quod hîc dicitur: fallit ta-
9 men in quibusdam casibus. † Primò, si quis rogatus sit de quantitate post tempus restituenda, quia tunc tenetur ad tantũ, quãtum interim fuisset receptum ex vsuris, vt l. Imperator. allegata in oppositũ: hodie tamen habetur consideratio ad honestũ lucrũ cùm hodie vsuræ sint
10 prohibitæ, vt in c. per vestras, extrà de dona. inter vir. & vxo. † Secun dò fallit, si relicta sit alicui res aliqua, vt ipse restituat alteri rem suam meliorem, & ipse recipit rem sibi relictam, tunc enim in veritate plus grauatur, quàm est honoratus, vt dicto §. si centũ. versi. enimuerò. ta mẽ præsumptiuè nõ est plus grauatus, quia præsumitur, quòd ipse plus
11 æistimauit illã rem sibi relictã, quàm aliã rem alteri restituẽdã. † Ter tò, si relictus est fundus, quia tunc tenetur rogatus restituere fundum cũ fructibus medio tẽpore perceptis, vt ff. de leg. j. l. filiusfami. §. apud
12 Marcellum. † Quartò, si relictę sunt duæ res alternatiuè, & ipse elegit
13 viliorem rem, vt ff. de lega. j. l. planè. §. si cu. † Quintò. si plus graua- tur ex natura rei, vt quia quota sibi relicta est exhausta legatis, vt l. Imperator. §. cùm quidã. ff. de lega. ij. sed contra hoc est hodie reme-
14 dium per beneficiũ inuentarij. C. de iure delibe. l. fi. ¶ Opponitur † se- cũdò, & videtur, quòd illud quod differtur, non aufertur per l. scimus. C. de inof. testa. & per l. si vsusfructus. §. fi. ff. de vsufru. Solutio. Istud intelligitur, qũ nõ põt alicui imputari mora vel culpa, vel etiã qñ non est limitatum ad certum tempus: & ita intelliguntur iura contraria.

DE COD

DE CODICILLIS.

TITVLVS XXV.

1 *Codicilli, habent naturam testamenti.*

2 *Codicilli, possunt fieri per scripturam, uel nuncupatiuè.*

Ontinuatur sic: Dictum est suprà de testamẽtis & acciden tibus testamẽti, sed quia etiã fiũt codicilli in breuiori char
1 tula quàm test menta, qui quidem † codicilli habent se ad testamenta, sicut scapha ad nauem, quę scapha licet non sit nauis magna, est tamen nauis, vt ff. de fun. instruct. l. fin. sic licet codicillus non sit testamentũ, habet tamen naturã testamẽti, vt l. fin. C. eo.
2 Et possunt † codicilli fieri per scripturã vel nuncupatiuè, vt notaẽ in rubrica. C. e. & l. fi. C. de bon. libe. in prin. l. generali. C. de sacrosan. ec. & l. fi. §. fi. C. eo.

§. *Ante Augusti tempora.*

1 *Codicillorum ius, quandudum, & quorsum introductum.*

2 *Codicilli possunt fieri quatuor modis.*

3 *Hæreditas non potest directè dari, nec etiam adimi in codicillis.*

4 *Hæreditas potest dari in codicillis, per fideicommissum.*

5 *Decedere potest quis cum pluribus codicillis, non contrarijs.*

6 *Codicillos an possit facere, qui non potest facere testamentũ. dist.*

7 *Testes quinque, sufficiunt in codicillis.*

1 Summatur sic: Ante † tẽpus Augusti ius codicillorũ non fuit in vsu, sed quia August. impleuit voluntatẽ Lucij Lentuli scriptã in codicillis, & Trebatius consuluit Augusto, quòd diceret ius codicillorũ ciuibus esse necessariũ, vt qui non possent facere testamentũ, saltem facerent codicillos, ideò ius codicillorũ est introductũ, tunc ibi. nõ tantùm. Et potest intestatus fideicõmissum relinquere in codicillis, & licet codicilli facti sunt ante testamentũ, non tamẽ intelligunẽ reuocari per testamentũ, nisi testator hoc expresserit. tunc ibi, codicillis. Sed non põt hæreditas directè dari, nec adimi in codicillis, nec cõditio hæredi instituto apponi, nec substitutio directa fieri: sed per fideicõmissum põt hęreditas in codicillis relinqui, & põt vnus plures codicillos facere: nec re
2 quirunt solennitatẽ. h. d. ¶ Notandũ † primò circa §. primũ & secundum, quòd codicilli possunt fieri quatuor modis. Primò, ante testamentum. Secundò, post testamẽtum. & vtroq; valent, si exprefsè non reuocẽtur, & de istis casibus duobus notatur C. eo. l. siue in initio. Tertiò, fiunt codicilli cum testameto, vt quãdo testator dicit: Si nõ valeat iure testamẽti, valeat iure codicillorũ, & solet addi, vel cuiuscunq; vltimæ volũtatis. Quid aũt hęc clausula opereẽ, not. per Bar. in l j. ff. eo. Quarto modo, fiũt codicilli ab intestato, sine aliquo testamẽto, antè vel pòst, vt l. cõficiuntur. ff. eo. & isti codicilli confirmanẽ per aditio-

nem

nem hęreditatis, à venıẽtibus ab inteſtato, vt ff.de fideicom liber.l.j.
3 ¶ Notandũ † ſecundò, circa §.codicillis, quòd hæreditas directè non
põt dari, nec etiã adimi in codicillis. Et ratio dicĩ in tex.ne confundat
ius teſtamẽtorũ & codicillorũ, habẽt enim diuerſa nomina, & ſic etiã
debent habere diuerſam efficaciã, vt C.eo.l.ſi idem. & ideò nec exhę
redatio nec ſubſtitutio directa fieri, nec cõditio hęredi inſtituto appo
ni põt in codicillis: quod tamen directũ eſt, in codicillis obliquaĩ, vt.l.
Scęuola.ff ad Trebellia.& cõditio hæredi appoſita in codicillis, habeĩ
pro nõ adiecta, & eſt inſtitut.pura vt ff.de cõdit.inſti.l.pe.§.vlt. ¶ No
4 tandum † tertiò, quòd hæreditas per fideicõmiſſum põt dari in codic.
lis, ſiue detur immediatè ſiue mediatè, vt ff.eo.l.ij.§.fi.& tunc habetur
ratio Trebellianicæ. Relictum aũt in codicillis, ſecundũ quoſdã petẽ
per conditionẽ ex lege, vt ff.de condi.ex lege.j. vel ſecundũ quoſdam
vtili actiõe ex teſtamẽto, quia codicilli ad inſtar teſtamẽti inuẽti ſunt.
ff.eo.l.ij.§.j.vel ſecundũ quoſdam, per officium iudicis, vt C.eo.l.ij.
Sed dicit Io.Fab. quòd ſi codicilli confirmati ſunt in teſtamẽto, petiĩ
relictum in eis actione directa ex teſtamẽto, aliâs vtili actione ex te-
5 ſtamento.l.ab inteſtato.ff.eod. ¶ Notandũ † finaliter, quòd licet quis
non põt decedere cum pluribus teſtamentis, vt ſuprà quib.mod.teſta
infir.§.poſteriori.põt tamen decedere cum pluribus codicillis, non cõ
trarijs, vt hîc, & C.eo.l.cùm proponatis. & ſi contrarij ſunt, ſtatur po-
ſteriori. Et ratio, quia teſtamentũ continet plenam voluntatẽ teſtato
ris: & ideò vnum teſtamentũ non compatitur aliud, facit §.interdum.
ſuprà de curat.vbi habenti tutorẽ tutor non datur: ſed codicillus non
cõtinet plenam voluntatẽ illius qui facit codicillos. ¶ Opponiĩ primo
ſic, contra prędicta, & videĩ, quòd non bene dicitur in j.§.in fin.quòd
illi, qui non poſſunt facere teſtamentũ, poſſunt facere codicillos: per l.
6 diui.§.codicillos.ff.eod. Solutio. Duplex † eſt impotentia, ſcilicet iu-
ris & facti, tunc dicitur quòd ille qui non põt facere teſtamentũ impo
tentia iuris, non põt etiam facere codicillos, vt in l.allega.in contrarium
ſed qui non põt facere teſtamentũ impotentia facti, ſ. quia non habẽ
ſufficientes teſtes, aut ſimili modo, ille bene põt facere codicillos: facit
7 pro iſta ſolutione l.conficiunĩ.§.codicilli.ff.eo. ¶ Opponitur † ſecun
dò, & videtur, quòd nõ bene dicĩ in fine vltimi §.quòd codicilli nul-
lam ſolennitatẽ deſiderant, per §.penul.ſuprà de fideicom.hæred.So-
lutio. Hoc quod hîc dicĩ, ſanè eſt intelligendũ, vt.ſ. codicilli non re-
quirunt tantã ſolennitatẽ, ſicut teſtamentũ. Nam quãdo codicilli ſiũt
in ſcriptis, requirũtur teſtes, & ſubſcriptiones & ſigna teſtiũ, ſed nõ tot
ſicut in teſtamẽto, ſufficiũt enim quinq; teſtes: & ſimiliter dicendũ eſt
de ſubſcriptionibus & de ſignis, vt l.fin. C.eod.

FINIS SECVNDI LIBRI.

LIBER TERTIVS, DE HAEREDITATIBVS QVAE AB INTESTATO DEFERVNTVR.

TITVLVS PRIMVS.

SVPRA in §. finali, per quas personas nobis acquiritur, promisit dominus Iustinianus, quòd primò tractaret, qualiter hæreditas acquirit ex testamento, & posteà qualiter defertur ab intestato. Cùm igitur iam expeditũ sit primum, restat tractare de secundo, videlicet qualiter hæreditates deferuntur ab intestato, & ideò rubricatur iste titulus, de hæreditatib. quæ ab intestato deferũtur. ¶ Notandũ igitur circa rubricam, quòd ista rubrica est generalior, quàm nigrum, quia in isto titulo solùm tractatur, qualiter sui heredes ab intestato succedũt. sed hoc non est inconueniẽs, simile enim habetur C. de rebus credi. & iureiur. vbi in nigro non tractatur de rebus creditis. Simile etiam est C. de relig. & sump. fune. & de ludo aleæ. de isto etiam dictum est suprà de iustitia & iure.

§. Intestatus decedit, qui.

1 *Intestatus, quis, quando, & quotupliciter dicatur decedere. uide per discursum, nu. 2. 3. 4. 5. 6.*

7 *Quæstio, in puncto iuris.*

8 *Præpositus an debeat succedere clerico pupillo decedenti: stante statuto, quòd præpositus succedat omnibus clericis moriẽtibus ab intestato.*

1 Summatur sic: Ille † dicitur decedere intestatus: qui non fecit testamentum, vel fecit sed nõ iure: vel fecit iure, sed posteà ruptum vel irritum factum est, vel nemo ex eo hæres est: & prima causa succesionis ab intestato, iure ciuili pertinet ad suos hæredes. h. d. & patet intelle-
2 ctus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd ex isto tex. elicit, quòd quinq; modis aliquis decedit intestatus. Primò, si testamentũ non fecit, quod potest contingere dupliciter: aut quia non voluit, aut quia non potuit, vt pupillus & furiosus, & alij, de quibus suprà dictũ est, quibus non est permissum testamentũ facere, per totum titulum. An tamẽ pupillus dicatur decedere intestatus, statim posteà dicetur in sequenti notabili.
3 † Secundò dicitur quis decedere intestatus, quia licet testamentũ fecit, non tamen iure fecit, quia deficit numerus testium, aut aliæ solennitates ad substantiam testamẽti requisitæ, vt suprà de testam. §. sed cùm
4 paulatim. & §. fin. † Tertiò, licet fecerit testamentum iure, hoc tamen posteà ruptum est per arrogationem vel adoptionẽ, quasi agnatione posthu-

posthumi,vt suprà quib.mod.testa.infir. §.j. vel etiam per agnatio-
5 posthumi,vt suprà de exhæredati.liberorũ. §.posthumi. † Quart,
quia irritum factũ est testamẽtum, veluti per capitis diminutioné,
suprà quib.modis testaméta infirmãtur. §.alio quoq;. & licet glo.
dicat,quòd istis modis addũtur duo alij modi,scilicet quãdo testa-
tum rescinditur per querelã inofficiosi,vel per contratabulas,vt C.
coll.l.vt liberis.põt tamen dici,quòd isti modi duo comprehenduntur
sub modis hîc numeratis, videlicet quãdo testamentũ est ruptum vel
6 irritum factũ. † Quintò dicitur quis decedere intestatus,quia licet te-
stamentum sit factum.tamẽ nemo ex eo adiuit hereditaté,vt hic & se-
cundum glo hîc in verbo,ruptum.refert,vtrum testamentũ sit ruptũ,
an ab initio nullum:quia si sint facti codicilli,& in eis legata relicta,te-
stamento rupto non debentur legata in codicillis relicta, vt C.de co-
dicil.l.j. Sed si testamentũ ab initio sit nullũ, omnino debétur legata
in codicillis relicta,vt suprà de fideicõ.hæred. §. preterea & ff.de iure
codicil.l.si quis à se.secundo respon.hodie tamen in vtroq; casu.i siue
sit ruptum siue sit nullum testamentũ,debétur legata in codicillis.Au
7 then.ex causa. C.de libe.præte. ¶ Notandum † secũdò,extra textum
& glo. quòd Doctores tractãt hîc duas quæstiões.Posito enim quòd
statutum sit Coloniæ,quòd præpositus in summo succedat omnibus
clericis morientibus ab intestato,vel qui moriũtur intestati:tunc pri-
ma quæstio est. Moritur clericus,qui tantum fecit codicillos,an præ-
positus debeat illi succedere? & apparet quòd sic,per istum textũ.quia
nemo est illi hæres ex codicillo, quia hæreditas nõ potest in codicillis
dari,vt suprà de codicil. §.codicillis. Sed cõmuniter ex benignitate &
æquitate canonica Doctores contrariũ tenẽt,vt notatur in c.cùm ti-
bi.extrà de testam. quia iste sic decedés,vult hæreditaté suam pertine-
re ad legitimos hæredes,facit l.conficiuntur.in prin.ff.de iure codicil-
lorum.& ista opinio est communior & apparet melior. Dato tamen
quòd præpositus succederet,teneretur ad solutionem legatorũ in co-
dicillis relictorũ,vt §.præterea.suprà de fideicõmiss.hæredi. Secunda
8 † quæstio,stante eodé themate,Si clericus pupillus decedat,an Præpo-
situs debeat sibi succedere?& dicit Bar.in l.j.ff. de suis & legit. hæred.
& quidã alij Docto.quòd sic,quia secundũ communé modum loquẽ-
di,pupillus decedit intestatus,& ad cõmunem modum loquendi atten-
dendum est,l.librorum. §.quod tamen Cassius.ff.de leg.iij. Sed Ioã.
Fab.& Iaco.de Lig.& plures alij Docto. sunt in contraria opinione,
& mouentur hac ratione,quia pupillus impropriè dicitur decedere in-
testatus, quia intestatus est participium, denotans priuationem actus,
præsupponens potẽtiam,sed potentia testandi non est in pupillo,& sic
non decedit propriè intestatus,cùm priuatio sit respectu habitus:dici-
tur

tur tamen pupillus intestabilis, quia hoc est nomẽ negans tantùm potentiam.ita vt valeat tantũ, sicut non valens testari, supra § præterea. quibus non permis.fac.testam. Et quia vbi est verbum duo significãs, vnum propriè, aliud impropriè, in materia odiosa restringitur ad significationem propriam, vt ff. de libe.& posthu.l.cùm quidã. & istud statutum est odiosum contra rationem & ius commune, quæ volunt, quòd hæreditas deuolui debet ad proximos, vt patet per totum hunc titulum.ergo debet intelligi de his, qui propriè decedunt intestati, vide licet qui possunt facere testamentum. Salice.autẽ in l. cùm antiquioribus. C.de iure deliber. sic distinguit. quia vel dicitur in statuto: Si quis intestatus decedit, succedit Præpositus, & tunc nõ comprehẽditur pupillus. vel dicitur in statuto: Si quis decedit abintestato. & tunc cõprehenditur pupillus. facit l. generaliter. C.de conditio.instiu. & substitu. Videtur tamen quòd opinio Io. Fab. sit tutior, & æquitati magis cònsona.

§. Sui autem hæredes.

1 *Hæres suus ut quis sit, duo requiruntur.*

2 *Pronatus quis dicatur. & an sit suus hæres.*

3 *Liberi legitimi & adoptiui. an & quatenus differant.*

4 *Hæredes alienos, non ex suo sanguine instituentes, an peccent. distin.*

5 *Filius quomodo olim per dationem, aut oblationem Curiæ, efficiebatur legitimus successionis. tamen iure an gaudebat. nu. 6.*

7 *Instrumentum dotale, quod dicatur. Et an sine eo matrimonio ualeat.*

8 *Legitimati per subsequens matrimonium, sunt plus priuilegiati, quàm alij legitimati.*

9 *Descendentes omnes, possunt dici liberi.*

10 *Emancipationis & patriæ potestatis differentia an hodie sublata.*

Summatur sic: Sui hæredes dicuntur, qui in potestate morietis sunt, siue sint naturales & legitimi simul, siue legitimi tantùm, id est, adoptiui, siue naturales tantùm liberi, per oblationem curiæ, vel per subsequens matrimonium legitimati. Ad hoc tamen, quòd nepotes vel neptes ex filio, vel pronepotes ex nepote, & sic deinceps, per lineã masculinam descendẽtes, vtriusq; sexus, sint sui hæredes requiritur quòd nemo præcedens in gradu, sit in potestate morientis. Hoc dicit, & patet
1 intellectus textus. ¶ Notandũ † primò, circa § sui, quòd ad hoc, quòd aliquis sit suus hæres, duo requiruntur. Primò, quòd sit in potestate illius, cuius est suus hæres, vt hîc. Secundò, quòd nemo præcedens eum in gradu, sit in potestate illius, sed vel est mortuus, vel aliâs exiuit potestatem eius, scilicet per capitis diminutionem, vel per emancipationem, vt hîc in §. ita demum. Et per emancipationẽ filij, fit, quòd nepos qui post mortem aui caderet in potestatẽ sui patris, efficitur mortuo

auo

auo sui iuris, vt l. si pater. el iij. ff. de adoptio. Patet ergo, quòd nepos ex filia, nō potest esse suus hæres: quia non est in potestate, vt suprà de patria potestate. §. fin. hodie tamen emancipati succedūt cū suis hæredibus, vt infrà eo. §. emancipati. similiter etiam nati ex filia, vt infrà eo. §. item vetustas. quia hodie differentia emācipationis & patriæ potestatis & etiā sexus, sublata est, quantū ad successiones. l. maximū vitiū.
2 C. de libe. præte. ¶ Notandum secundò, quòd † pronatus potest dici, qui natus est in quarto gradu, qui vocatur alio nomine abnepos: vel melius, omnes vocantur pronati descendētes post pronepotem. Et dicūtur pronati, id est, procul nati, & possunt isti esse sui hæredes, vsq; in infinitū, vt in Authē. de hæredi. ab intesta. veniē. §. j. colla. ix. ¶ Notan-
3 dum † tertiò, quòd inter naturales & legitimos liberos & adoptiuos qui sunt legitimi tantū, non est differentia, quantum ad hoc, quod est esse suū hæredē, vt hîc: sed magna est differētia quādo sunt emancipati, quia naturales & legitimi emancipati, succedunt iure prætorio, licet nō iure ciuili, sed adoptiui emancipati nullo iure succedūt, vt ff. de suis
4 & legi. hæred. l. j. §. suos. & infrà eo. §. minus. ¶ Notandum † quartò, quòd ex isto apparet, quòd licet illi qui instituunt hæredes non de suo sanguine, peccent, quia ex isto tex. videtur, quòd illi de sanguine debēt esse hæredes, ad quod facit l. fin. C. de codicil. de quo etiā est notabilis glo. in ver. simili modo. in l. si quis ad declinandū. C. de episco. & cler. vbi etiam allegaē, quod habetur xvij. q. iiij. c. fin. qui exhæredato filio vult alium facere hæredē, alium quærat cōsultorem, non Augustinū. Dicit tamen Ioan. Fab. quòd si facit hoc ex rancore, tunc peccat, sed si faciat ex bona affectione, non videtur peccare, quia facit legis permissione, dūmodo tamē relinquat filijs aut alijs de sanguine suo legitimā eis debitā, vt suprà de inoffi. testa. per totum. nisi illi de sanguine essent pauperes, & indigētes, quia tunc facere videreē cōtra officium pietatis & ita notatur per Canonistas in c. officij, extrà de pœnit. & remiss.
5 ¶ Notandū † quintò circa §. quibus, quòd olim ciuitates habebāt curias suas, in quibus expediebanē negotia, in Authen. de defen. ciuita. nulla. in versi. & officiales prouinciæ &c. colla. iij. & istæ curiæ incūbant officialibus. Si ergo aliquis habebat filium naturalē tantū, & dabat illum tali curiæ in vita sua, vel disposuit hoc in testamēto suo, talis filius efficiebatur legitimus, vt in Authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. quod verò. & l. si quis, & l. quoniam. C. de naturalib. liberis. Idem erat
6 si post mortem patris filius seipsum obtulit curiæ. Sed † per istam legitimationē filius non succedit cum alijs naturalibus & legitimis, sicut nec etiam per legitimationem factam per rescriptum principis, de quo C. de naturalib. liber. l. j. quia ista legitimatio non facit præiudicium alijs agnatis, quibus ius quæsitum est, de quo Barto. in l. Gallus. §. & quid

quid si tantum.ff.de libe.& posthu. Et istud verũ est de rescripto principis,quando princeps non dixit expressè,quòd voluit talem legitimatum cum alijs succedere:nam si hoc dixisset, quãuis etiam spurius,succederet cum alijs in bonis patris,sed non aliorum consanguineorũ, vt l.si te parens. C.de suis.& legi.hæred. In dubio ergo præsumitur,quòd princeps non voluit alijs præiudicare. Ex quo elicitur vnum,quod est valde notabile, scilicet si sit dispẽsatio quæ habet duplicem intellectũ, & vnus intellectus est præiudicialis,& alius non,vel minus præiudicialis,tunc tenẽdus est ille intellectus,qui non est præiudicialis, vel minus præiudicialis.faciunt quæ notantur in c.Abbate.extrà de verb.signifi. vt suprà etiam dictum fuit de significatione propria & impropria ter-
7 minorũ.in fin. §.præcedentis.in ij.notabi. ¶ Notandum † sextò,quòd instrumentũ dotale seu nuptiale,dicit esse illud,in quo scriptũ est matrimoniũ contractum esse inter tales,puta Titium & Bertham,& dotẽ datã esse. Et licet Placen.dicat,quòd in casu istius tex. non valeat matrimoniũ sine huiusmodi instrumẽto,melius tamẽ dicitur,quòd valet, vt in Authen.de nuptijs. §.nuptias.colla.iiij. verũ tamen est,quòd sine huiusmodi instrumẽto filij non fiunt legitimi,vt in Authen.de trien.& semis. §.fina.colla.iij.& facto huiusmodi instrumento,non solùm filij posteà nati,sunt legitimi: sed etiam antè nati,quia illi dant posteà natis occasionẽ legitimationis,vt dicitur hîc in tex. Quod sic debet intelligi:nam aliqui assumunt cõcubinam,& si possunt ex ea proles procreare,procedunt ad matrimoniũ: si non,repellunt eam,quod in vxore est prohibitũ,vt in Authen.quib.mod.natu.effic.leg. §.quoniam. nec refert an post instrumentũ dotale sint aliqui nati , & viuant cũ anterioribus,an nulli nati sint: vel nati sunt,sed posteà mortui,vt hîc in fin. §. & C.de natura.libe.l.nuper. & l.cùm quis.nec refert etiam an sint alij etiam sine ipsorũ cõsensu filij ex alia vxore mortua. Nec etiam refert, an ista cõcubina sit libera,vel liberta,vel serua,id est,ancilla ab eo manumissa,vt secum posteà matrimonium contrahatur,vt in Authen.de incest.nupt. §.fi.& in Authen.de filijs ante dota.instru.na.per totum ti-
8 tulũ.colla.iij. Patet † ergo,quòd legitimati per subsequens matrimonium,sunt plus priuilegiati , quàm alij legitimati, quia succedunt etiam cum prioribus legitimis, post quorum natiuitatem ipsi sunt legitimati, quod non est in alijs legitimatis per oblationem curiæ , vel per rescriptum principis,vt suprà in proxi.notabili circa finem, nisi princeps hoc
9 expresserit. ¶ Notandum † finaliter circa §.ita demum. quòd omnes descendentes possunt dici liberi,impropriè tamen vocantur liberi post trinepotem,vt ff. de gradi. l.iurisconsultus. §.parentes. & ff.de verbo. signific.l.liberorum. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd si differentia emancipationis,& patriæ potestatis sit hodie sublata,tũc frustra

10 tractatur de suis hæredibus. Solutio. Licet † in multis ista differentia hodie sublata sit, tamen adhuc vtile est scire, qui sunt sui hæredes, nam hodie sui hæredes transmittũt hæreditatem, etiam ante aditioné, quod non faciunt emancipati, vt l. iij. C. de iure delibe. & infrà §. emancipati eod. tit. in primo notabili. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd non bene dicitur hîc, quòd ad suum hæredem requiritur, quòd nemo præcedés eum in gradu, sit in potestate, quia posito casu, quòd quis habeat vnum filium in potestate, & ex alio filio nepotem etiam in potestate talis nepos patre suo mortuo est suus hæres, vt infrà eo. §. cùm filius à tamen alius præcedens eum in gradu, scilicet filius, qui est patruus ipsius nepotis, etiam est in potestate. Solutio. Istud intelligitur de eo, qui præcedit in recta linea: vel potest dici, quòd iste nepos obtinet locum patris sui, & ita patruus suus eum non præcedit.

§. Posthumi quoq; si.

1 *Summarium huius §. ex Nicasij sententia.*

2 *Posthumus, quando habeatur pro iam nato. Et quotupliciter dicatur posthumus.*

3 *Pupilli & furiosi, possunt esse sui hæredes.*

4 *Dominium, dicitur quasi continuari. Inter diuersa autem fit continuatio.*

5 *Filius, captus ab hostibus, an sit in potestate patris. & nume. 14.*

6 *Accusatore uel accusato mortuo, non transeunt delicta contra hæredes:* 7 *fallit quinque casibus. nume. 7.*

8 *Condemnari crimine perduellionis, an posit quis post mortem,*

9 *Duellum, an sit licitum, aut quo iure. & nume. 11.*

10 *Perduellis, quàm variè fiat.*

12 *Damnati memoria, an moriatur. Et qualiter. nume. 13.*

1 Summatur sic: † Posthumus qui in potestate parentis nascitur, potest esse suus hæres, & etiam ignorantes possunt esse sui hæredes, vt pupillus & furiosus, etiam sine authoritate tutoris, vel curatoris: quia dominium quasi continuatur inter defunctum & suum hæredem. tũc interdum. Et qui tempore mortis non est suus hæres, interdum post mortem fit suus hæres, vt filius captus ab hostibus moriente patre, post mortem patris reuersus: & econtrà, qui est suus hæres tépore mortis, interdum post morté desinit esse suus hęres, vt si pater post mortem

2 iudicetur reus perduellionis. Hoc dicit. ¶ Notandum primò † circa posthumi. quòd quando agitur de cõmodo ipsius posthumi, tunc habetur pro iam nato, vt ff. de statu homi. l. qui in vtero. Et dicitur posthumus propriè & impropriè: propriè, qui nascitur post humationem patris, id est, post mortem eius: sed impropriè dicitur posthumus, qui nascitur post factum testamentum, vt ff. de iniu. rup. irri. testam. l. iij. § j.

¶ Notand

3 ¶Notandum †secundò, quòd ad suitaté hæredis non requiritur scientia, quia ex quibus causis acquiritur hæreditas, ex his etiam acquiritur suitas, ad quod iste text. solet allegari: & ideò pupilli & furiosi possunt esse sui hæredes, & fiunt statim post mortem parentis. Et de iure ciuili suus hæres non potest abstinere ab hæreditate, sed ius prætorium dat ei licentiam abstinendi, vt suprà de hære. qualit. & differ. §. sui. Et licet pupillus sine authoritate tutoris, potest fieri suus hæres: non tamen potest fieri hæres alicuius extranei, nisi interueniat tutoris authoritas, & actus ipsius pupilli, nisi pupillus esset infans: quia tunc sufficeret authoritas tutoris, vt l. potuit. & l. si infanti. C. de iure delib. ¶Notandũ tertiò, †quòd dominium dicitur quasi cõtinuari, & non dicitur cõtinuari inter defunctũ, & suum hæredé: quia continuatio fit inter diuersa: sed pater & filius, vel defunctus & suus hæres, fictione iuris sunt vna persona, vt C. de impub. & alijs substi. l. fin. §. fin. vt vult hîc glos. Sed Ioan. Fab. dicit aliam rationẽ: scilicet, quia suus hæres, id est, filius vel nepos, fuit quasi dominus in vita parentis, vt l. in suis. ff. de liber. & posthum.

4

5 ¶Notandũ † quartò circa §. interdũ. quòd filius captus ab hostibus, non est in potestate patris: quia est seruus hostiũ, vt suprà de iure perso. §. serui primo. Si tamẽ post mortem patris reuertatur ab hostibus, dicitur esse suus hæres: quia ius postliminij fingit eum semper fuisse in potestate patris: vt suprà quib. mod. ius pat. potes. sol. §. si ab hostibus.

6 ¶Notandũ † quintò, quòd regulariter mortuo accusatore vel accusato, non transeunt delicta contra hæredes, nec quantum ad crimen, nec quantũ ad pœnam, vt ff. de accusa. l. ex iudiciorũ. siue fuerit crimen publicum, siue priuatũ, vt notatur in eadẽ l. ex iudiciorum. Fallit tamen

7 istud, †primò in crimine læsæ maiestatis, præcipuè in duobus casibus, scilicet si quis fuerit molitus cõtra principem vel contra rempublicam, vt ff. ad l. Iul. maiest. l. fin. Fallit secundò, in crimine legis Iuliæ de residuis, quæ lex punit illos, qui cõuertunt in vsum proprium pecuniam superfluam ex administratione officij publici, vt infrà de pub. iud. §. sunt prætereà. & ibi bona glo. Fallit tertiò, in crimine legis Iuliæ peculatus, quæ lex punit subtrahenté rem sacram, vel religiosam, vel etiam pertinentem ad rempublicam, vt infrà de publi. iudic. §. item lex peculatus. Fallit quartò, in crimine legis Iuliæ repetundarũ, quæ lex punit iudicẽ corruptum, vt infrà de publi. iud. §. sunt prætereà alle. Fallit quintò, in crimine apostatatus, vt C. de aposta. l. ij. & de istis latius in d. l. ex iudi-

8 ciorũ. in tex. & glo. in verb. maiestatis. ¶Notandũ †sextò, quòd dicitur hîc in text. quòd aliquis potest post mortem condemnari perduellionis reus, & hoc sic debet intelligi, quia quandocunque aliquis diffamabatur de crimine læsæ maiestatis, præcipuè in duobus casibus prædictis, tunc per duellum cõsueuit fieri purgatio, & ideò damnatus de isto

crimine,dicit perduellionis reus, quia olim crimen tale consueuit pro-
9 bari per duellum,quando aliâs fuit dubium. † Et quanuis aliqui dicat
duellum esse licitum secundũ iura Romana, quæ sæpe faciunt mētio-
nem de duello , vt ff.ad leg. Aquil.l. qua actione. §.si quis in collu-
tione. melius tamen dicitur , quòd duellum non est licitum,etiam iure
Romano,vt C.de gladiat.l.j.lib.xj. & multò minus iure canonico,
in c.j.& ij.extrà de clericis pugnan.in duello.& isto iuri canonico po-
standum est,quia hîc vertitur periculũ animæ, vt in c.fina.de præscri-
10 ptio.& c.j.extrà de no.ope.nuntia. ¶ Notandum † septimò,quòd cri-
men perduellionis alio modo dicit,vt dicit glos.super illo verbo,q-
fit per hostes principis,vnde qui hostiliter principem persequuntur v
rempublicam,ducendo cōtra eum exercitum, perduelles,id est, hos-
vocantur:& sic quos veteres vocabant perduelles,nos appellamus ho-
stes,vt in l.quos nos.ff.de verb.significa. Dicit tamen Bald.quòd aud-
ab Imperatore & Cardinali Bononiensi , quòd quinq; sunt necessa-
ad duellũ. Primò,quòd deficiant aliæ probationes. Secundò,quòd
cui indicitur,sit suspectus de crimine : super quo duellum indicitur.
secundũ hoc dicit Ioã.Fab.quòd seruatur in regno Franciæ,vbi du-
la admittuntur,licet magnæ sint circa ea constitutiones. Tertiò,q-
superior vel par indicat. Quartò,quòd quis incipiat à bello armorũ,
id est,quòd prius in iudicio de illo crimine non fuerit litigatum. Q-
tò,quòd fiat cum authoritate superioris,qui istis locum assignet: a-
11 Ioan.Fab. quòd † consuetudo qua in Francia duellum admittitur,
corruptela,non excusans à peccato, arg.in Authen.vt nulli iudi.co-
ix.§.j.Nicolaus tamẽ de Lyra,primi Regum xvij. dicit, quòd du-
videtur duella in omni casu damnare,cùm Christianissimi princip-
Carolus Magnus , sanctus Ludouicus Franciæ reges ea admiserint
multi Archiepiscopi temporalẽ habentes iurisdictionẽ, ea adhuc in
ris suis admittant,prout ibi diffusè declarat,soluens argumenta,q-
12 oppositum cōmuniter fiunt. ¶ Notãdum finaliter, † quòd dicitur
notanter,quòd memoria eius damnatur,quia mortuus non potest
mnari,nisi à domino Deo,vt ff.quæ senten.sine appel.rescind.l.p-
13 Sed memoria mortui bene potest condemnari hoc modo: † Pron-
tio talem cōmisisse crimen læsæ maiestatis,contra principem vel re-
publicam,& ideò bona sua debere inferri fisco : & ita etiam defunct-
potest post mortẽ diffamari, vt suprà quib.manumit.non licet.§.j.
alienationes factæ ab eo,qui sic condẽnatur,non valent à tẽpore co-
missi delicti,vt C.ad l. Iul.maiesta.l.quisquis.§.emancipationes.&
de dona.l.donationes.§.fina. Præscribitur autẽ in iure in hoc crimine
de dãnando memoriam defuncti quinquẽnio,vt dicit Ioan.de Pla-
14 cut in crimine hæresis.l.ij.C.de aposta. ¶ Opponitur † sic,& videtur,
quòd

quòd filius captus ab hostibus, non fit suus hæres post mortem patris, per l. lex Cornelia. ff. de testamentis. Solutio. Ille filius captus ab hostibus non fuit reuersus, sed fuit ibi mortuus: hîc autem loquimur de illo, qui post mortem patris est reuersus.

§. Cùm filius.

1 *Nepotes & neptes ex filio, succedunt in locum patris sui, in stirpes, & non in capita. & nume. 2. 3.*

4 *Nepotes & neptes succedere in stirpes, & non in capita, quomodo intelligatur.*

1 Summatur sic: Nepotes † & neptes ex filio, succedũt in locum patris sui, in stirpes, & non in capita. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ No
2 tandũ † primò, quòd dicitur hîc de nepote vel nepte ex filio, & non ex filia, quia in illis isto iure nõ habet veritatẽ, quòd hîc dicitur, vt infrà eo. §. diui. quãuis nouo iure in eis etiam idẽ sit, vt infrà eo. §. itẽ vetustas. & §. diui. infrà eo. & in l. lege. C. de legi. hæredi. ¶ Notandũ secundò,
3 † quòd quando hîc dicitur, quòd nepotes & neptes succedũt in locum patris sui, vt etiam in Authent. quib. mod. natu. effic. sui. §. ergo. non solùm habet locũ in successione ab intestato, titulo hæreditario. Secus, si titulo fideicõmissario: sed etiam quando vocantur ad bonorũ possessio. contra tabulas, vt ff. de bon. posses. contra tabu. l. j. §. vocantur.
4 ¶ Notandũ tertiò, quòd cùm dicitur, nepotes † & neptes succedere in stirpes, & non in capita, debet sic intelligi, quòd si ex vno filio sint tres vel quatuor proles, illæ debẽt inter se habere partẽ, quam pater earum habuisset si vixisset, & ideò si ex duobus filijs mortuis relictæ sunt proles, ex vno vna vel duæ, & ex alio tres vel quatuor, illę tres vel quatuor non debẽt plus habere, quàm vna vel duæ: vt hìc, & in l. nepotes. C. de suis & legi. hæred. & in Authen. de hære. ab intest. §. j. colla. ix. Et ideò videtur ex isto tex. quòd dictum Azo. in summa sua non sit verũ, quo dicit, quòd quando nepotes succedunt sine patruis suis, tunc succedunt in capita, & non in stirpes. Ioã. Fab. tamen hîc dicit dictum Azo. stare cum isto tex. quia text. iste intelligẽdus est, quando nepotes succedunt alicui ascendẽti: sed dictum Azo. intelligendum est quando succedunt alicui collaterali. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd nepotes vel neptes non succedunt in locum patris sui, per §. totiens. infrà de serui. cogna. & per §. si plures. infrà titulo proximo. vbi dicitur, quòd proximior in gradu, excludit vlteriorem. Solutio. Illi §§. intelliguntur, quando vlterior in gradu succederet ex propria persona: sic autem nõ est hîc: quia isti succedunt ex persona patris sui.

§. Cùm autem quæritur.

1 *Filio exhæredato, an exhæredetur filius ex eo.*

2 *Nepos conceptus post mortem aui, an succedat auo.*
3 *Nepos fit suus hæres auo: etiam si desineret esse hæres.*

Summatur sic: Videndum est interdum, quis sit suus heres tempore destituti testamenti, vt si quis habeat filiũ, & ex eo nepotem, & filium exhæredauit, instituendo extraneum hæredem, & filio mortuo, institutus hæres non vult vel non potest esse hæres, tunc nepos fit suus hæres quãuis natus sit post mortem aui, si tamẽ ex eo viuo sit cõceptus: sed si post mortem aui sit conceptus, tunc non potest esse suus hæres, sicut adoptatus à filio emancipato non computatur inter liberos: & ideò etiam neuter istorum potest petere bonorũ possess. quasi pro-
1 ximus agnatus. hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ex isto tex. e-tur, quòd exhæredato filio nõ exhæredatur nepos ex eo. Elicitur etiam ex isto tex. quòd per exheredationẽ non soluitur patria potestas, quãdiu viuit filius exhæredatus, nepos ex eo non potest esse suus hæ-
2 res ipsi, auo. ¶ Notandum † secundò, quòd si nepos conceptus sit post mortem aui, tunc nullo modo succedit auo, quia non attinet sibi naturaliter, vt hîc, & l. j. §. si quis proximior. ff. vnde cogna. & in l. si e. filio exhæredato. ff. de iniust. rup. irri. testa. Ex quo colligitur, quod aliquis banniatur cum filijs & nepotibus, quòd illi qui non sunt conce-pti tempore promulgati banni, non sunt bãniti. & ita notatur per B. in l. Titius. ff. de suis & legi. hære. sed si dictum esset, cum suis post. tunc isti includerentur, vt l. iurisconsultus. ff. de gradi. affini. & cog-
3 nomi. ¶ Notandum † finaliter, quòd sicut nepos fit suus hæres au. isto casu, si institutus hæres non vult vel non potest fieri hæres, ita etiam esset, si desineret esse hæres: quia testamentũ esset expugna. per querelã inofficiosi, vnde licet olim, quando filius moriebatur an-te aditam hæreditatem, non transmittebat querelam nõ præparatam, hodie tamẽ siue moriatur ante aditam hæreditatem, siue post, ea trans-mittit. l. sancimus. C. de inoffi. testa. §. penul. & l. si quis filiũ eo. C. ponitur sic, & videtur, quòd nepos cõceptus post mortem aui, de. sibi succedere, quia si fundus detur alicui in emphyteosim, pro se & filijs suis & nepotibus, tunc ius emphyteoticum pertinebit etiam ne-potes illius, qui post mortem eius sunt cõcepti, per l. Paulus. §. Pa. respondet. ff. de bon. liber. Solutio. Speciale est in successione hære-tatis, vt illi, qui concepti sunt post mortẽ eius, de cuius hæreditate ag-tur, non succedant neq; iure ciuili, vt hîc dicitur, neq; etiam iure præto-rio, vt vult gl. hîc super verbo, tetigit. sed secus est in successione alio-rum iurium, vt in l. in contrarium allegata.

§. Emancipati autem.

1 *Emancipati, an & qu . ure succedant.*

Emancipa

2 *Emancipatus, & suus hæres, quot modis hodie differant.*
3 *Aequitas præponitur rigori. Et quando aliâs. disting.*

Summatur sic: Emancipati iure ciuili, nõ succedunt, sed iure prætorio succedunt. per bono. posses. vnde liberi, siue soli sint, siue cum suis hæredibus. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandum primò,
1 † quòd emancipati hodie etiam succedunt de iure ciuili, vt in Authen. in successione. C. de suis & legit. hære. per quam Authen. etiam hodie sublata est differentia emãcipationis & patriæ potestatis, suprà §. emã
2 cipatos. de exhæred. libe. † Quo ad multa tamen permanet adhuc hodie differentia inter emãcipatum & suum hæredem. Primò, quia suus hæres trãsmittit hæreditatẽ non aditam ad quoscunq;. suprà §. sui. eo. tit. in pen. oppo. sed emancipatus solùm ad descendentes, vt C. de his, qui ante aper. tabu. l. vnica. Secundò, quia suus hæres non potest pecuniam mutuò accipere, sicut emãcipatus, ff. ad Macedo. l. j. Tertiò, quia suus hæres non potest testamentum facere, nisi de castrensi, vel quasi, emancipatus autẽ potest. l. penul. C. qui testa. facere possunt. Quartò, quia suus hæres nõ potest sine authoritate patris in iudicio stare: emãcipatus autem potest, C. de bo. quæ libe. l. fina. §. necessitate. Quintò, quia suus hæres non potest habere tutorem, sed emãcipatus potest, suprà de tute. §. permissum. Sextò, si suus hæres recipiat officium publicum, de consensu patris, obligatur pater ipso iure, sic autem nõ est de emãcipato, nisi pater expressè se obligauerit, vt ff. ad municipa. l. ij. Septimò, quia suo hæredi impuberi potest substitui pupillariter, & emancipato non, vt ff. de vulga. & pupil. substitut. l. ij. Octauò, quia suus hæres sine causa potest querelare testamentum patris, emancipatus autẽ præteritus nõ põt, nisi cũ causa, vt est gl. singularis in §. exhæredatos. in Authen. de hæred. & falci. colla. j. Nonò, quia pater ascribẽs legatũ, vel hæreditatẽ suo hæredi in testamento alicuius, incidit in falsum, vel quasi falsum, non autem si ascribat emancipato, vt ff. de fal. l. impuberum. §. j. Decimò, quia suus hæres abstinens ab hæreditate infra triennium potest pœnitere rebus hæreditarijs non distractis, sed emancipatus non, C. de repud. hæred. l. fi. Et ita notatur per Ang. in l. Gallus. §.
3 sed quid si tantũ. ff. de lib. & posthu. ¶ Notandum † secundò ibi, naturali æquitate, quia æquitas præponitur hîc rigori iuris. quãdo autẽ vel rigor vel æquitas præponi debet, notatur per Canonistas in c. fi. extrà de transa. in ver. æquitate. & in c. j. eo. tit. & in l. j. C. de legibus. & per legistas in l. placuit. C. de iudi. Et põt sic distingui: Quia aut ius rigoris & ius ęquitatis disponũt vniformiter, & tũc vtrũq; est seruãdũ, vt in c. cũ venissent. extrà de eo, qui mittitur in possessio. cau. rei seruã. Aut disponũt difformiter, & hoc vel est in diuersis casibus, & iterũ seruã-

dum est vtrũq;,vt in c. cùm apostolicam.extrà de his, quæ fiunt à præ la.sine consen.capit. Aut in eodem casu,& tunc vel est in materia arbitraria,& æquitas præponitur,vt in dicto c. fi.extrà de transac. Vel est in materia non arbitraria,& tunc aut neutrum est scriptũ, & præponitur æquitas,aut vnũ tantũ est scriptum,& aliud non,& præponitur ius scriptũ,nisi iudex esset talis,quòd posset ius scriptum mutare,vt c.fi.a. extrà de pœnis. Vel vtrunq; est scriptum,& tunc vel vtrũq; est generale,vel vtrũq; speciale,& in vtroq; casu præponitur id,quod est posterius,vt in c.super quæstionum.extrà de offi.deleg. Si autem dubitetur quod sit posterius,præponitur ius æquitatis. Vel vnum est generale & aliud speciale,& præualet speciale,per regulã generi.de reg.iur.li.vj.

§. At hi,qui.

1 *Summarium huius §.*

2 *Emancipati à patre naturali, & ab alio adoptati,an admittuntur,& quo iure,ad patris naturalis successionem.*

3 *Emancipati à naturali,& ab alio adoptati,an possint querelare testamentum,in quo sunt præteriti.*

4 *Filius à patre naturali emancipatus, & moriente patre existens in potestate patris adoptiui,potest à patre naturali in testamento institui.*

5 *Hæredes sui,& emancipati,præteriti, an uocentur simul ad eandẽ possessionem bonorum. Et qualiter.*

1 Summatur sic: † A naturali patre emancipati, & ab alio adoptati,si viuo patre naturali à patre adoptiuo emancipentur,tunc succedunt patri naturali,ac si nunquã fuissent adoptati,sed respectu patris adoptiui sunt tanquã extranei: si verò emãcipentur à patre adoptiuo,post mortem naturalis patris,tunc neutri succedunt:non adoptiuo,quia etiã tunc respectu patris adoptiui sunt tanquã extranei, nõ etiam patri naturali, quia sic dispositio bonorũ patris naturalis esset in potestate patris adoptiui,quod esset iniquum:& ideo minus iuris habẽt filij adoptiui,quàm naturales,scilicet & legitimi:nam licet naturales emãcipati non succedant iure ciuili,succedunt tamen iure prætorio. Et ratio est,quia licet desinant esse sui hæredes,non tamen desinunt esse filij,cũ ius ciuile non possit ius naturale destruere:sed adoptiui emancipati, neq; iure ciuili neq; iure prætorio succedunt,quia per emancipationem desinunt esse filij,filiatio enim acquisita per adoptionem, quæ est de iure ciuili, per aliud ius ciuile,scilicet per emancipationẽ,destruitur. tunc ibi,eadẽ. Et sicut isti non succedũt ab intestato,sic etiã non admittuntur ad rũpendum testamentũ patris naturalis,vel adoptiui, per contratabu. quamuis in illo testamento sint præteriti. Hoc dicit,& patet intellectus textus.

2 ¶ Notandũ † primò,quòd à patre naturali emãcipati, & ab alio adoptati,

ptati, si à patre adoptiuo post mortem patris naturalis emancipentur, non admittuntur iure pretorio ad patris naturalis successionem, vt hîc dicitur: istud tamen intrà eo. §. admonēdi. limitatur, scilicet, si pater naturalis habeat alios liberos, vel agnatos: nam illis non existentibus isti admittuntur, non per vnde liberi, sed per vnde cognati, vt in alleg. §. statim dicetur. Et licet emancipati à patre adoptiuo, sibi non succedāt, si tamen fiant sui iuris per mortem patris adoptiui, tunc succedunt sibi, & ius agnationis permanet inter eos & naturales filios illius adoptiui patris non emancipatos, & isti adoptiui etiam succedunt illis naturalibus filijs, sicut naturales fratres, vt l. si filium naturalem. ff. de gradibus
3 affinitatis. ¶ Notandum † secundò, circa §. eadem, quòd sicut à patre naturali emācipati, & ab alio adoptati, si post mortem naturalis patris emancipentur à patre adoptiuo, non succedunt ab intestato, neq; patri naturali, neq; patri adoptiuo: sic etiā si pater naturalis vel adoptiuus fecit testamentū, in quo isti sunt præteriti, non possunt tale testamētum contratabulare. Ex quo patet, quòd ius rumpendi testamentū per cōtratabulas, regulatur per causam intestati, vt qui non potest succedere ab intestato, ille etiā nō potest testamentū rumpere per cōtratabulas, vt l. pater filium. ff. de inof. testa. Et istud verū est negatiuè, vt iam dictum est, sed non est verū affirmatiuè, vt scilicet ille, qui succedit ab intestato, posset testamentum per contratabulas rumpere, quia collaterales post fratres bene succedunt ab intestato, & tamen non possunt
4 testamentum rumpere. ¶ Notandum † tertiò, pro intellectu gl. super verb. institutis, quòd filius à patre naturali emancipatus, & moriente patre existens in potestate patris adoptiui, potest à patre naturali in testamento institui, & alius emancipatus non existens in potestate alicuius præteriti, & tunc non datur isti instituto hæc bonorum posses. nisi præteritus rumpat testamentū, & præparet ei viam. Et hoc est, quod dicitur, quòd iste institutus non succedit, nisi præteritus cōmittat edictum, vt ff. de contratabu. l. iij. §. si quis ex liberis. & si iste præteritus non vult vti iure suo, habet institutus hæreditatem iure per cōtratabulas: sed habet eam effectu, secundū tabu. vt ff. de contratab. l. si post. §. fi. Et dicitur filius præteritus, quāuis relictum sit sibi legatū, quod valet tantū sicut legitima sua, vel plus, quia oportet, quòd habeat legitimam hodie iure institutionis, vt Authen. nouissima, C. de inoffi. testamen. Si tamen relictum sit legatum, & nullus alius institutus est, intelligitur relictum iure institutionis, & ita tunc non censetur præteritus, vt notant docto. in l. cogi. versi. & generaliter. ff. ad Trebellianum. Vel si testator dicat, Relinquo filio meo centum, pro legitima sua, vel pro Falcidia, censetur relictum iure institutionis, vt no. Bar. in l. vnde & si
5 parens. C. de inoffi. testa. ¶ Notandum † finaliter, quòd si sui hæredes

 & emanci

& emancipati ſint præteriti, tunc vocantur ſimul ad eandé bonorum poſſeſsionem, ſcilicet per contratabu. quod aliqui dicunt eſſe verum, vt Azo, ſi emancipati cõmittant edictum, & quòd aliâs ſui hæredes nó admittuntur ad hæreditatem, vt ff. de contratabu. l. iij. §. ſi quis ex liberis. Sed alij dicunt & melius, vt apparet, quòd ſui admittũtur, licet emãcipati non cõmittant edictum, quia ſui habent duplex remedium, poſſunt enim dicere teſtamentum nullum, vel poſſunt contratabulare, vt ff. de lega. preſtan. l. ſi duo. ¶ Opponitur ſic, & videtur, quòd exiſtens in adoptiua familia, tempore mortis ſui patris naturalis, bene admittitur ad ſucceſsionem per vnde liberi, per l. iij. §. ſi quis filio. ff. de cõtratabu. Solutio. Illa lex loquitur de eo, qui non fuit perfectè adoptatus & ſic adoptatio non nocuit ſibi in ſucceſsione. Vel poteſt dici, & melius, quòd illa lex loquitur vbi nepos ex filio non exiſtente in poteſtate patris ſui, datur in adoptioné auo, quia talis ſuccedit. Sed iſte tex. loquitur quando quis adoptatur ab extraneo.

§. Admonendi.

1 *Emancipati à patre adoptiuo, poſt mortem naturalis patris, an & quo caſu ſuccedant per, unde cognati. & nu. 2.*

3 *Emancipati à patre adoptiuo, poſt mortem naturalis patris, an poſſint dici cognati, iure ciuili: aut prætorio, aui quæ dicantur.*

4 *Emancipati poſſunt dici ſui hæredes, iure prætorio.*

1 Summatur ſic: Licet † emancipati à patre adoptiuo poſt mortem naturalis patris, non ſuccedant per vnde liberi, & vel per vnde legitimi: ſi tamen neq; liberi neq; agnati exiſtant, tunc ſuccedunt per vnde
2 cognati. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd iſte §. limitat §. at hi, ſuprà eodé. ¶ Notandum ſecundò, quòd
3 iſti non poſſunt † dici cognati iure ciuili, quia illo iure emãcipati ſunt incogniti, vt ſuprà eo. §. emancipati. nec etiam iure prætorio habentur vt liberi, vt ſuprà eod. §. at hi. nec etiam vt legitimi ſeu agnati, vt infra titulo proxi. §. j. ſed iure prætorio vocantur inter cognatos, vt hic. Ex quo patet, quòd illi qui non admittuntur ad ſucceſsionem ex primo aut ex ſecundo capite, poſſunt admitti ex tertio capite: iſtud tamen hodie mutatum eſt, vt C. de adoptio. l. cum in adoptiuis. ¶ Notan-
4 dum † tertiò, quòd licet emancipati nó ſint ſui hæredes iure ciuili, poſſunt tamen dici ſui iure prætorio, vt ſuprà eod. §. emancipati. & legitimi dicuntur agnati, qui ſcilicet deſcendunt ex maſculis, vt infrà titulo proxi. §. j.

§. Sed ea omnia.

1 *Pater adoptiuus, an teneatur filium adoptiuum in teſtamento ſuo inſtituere, aut legitimè exhæredare.*

2 *Filius datus in adoptione extraneæ personæ, non potest uocare patrem suum adoptiuum in iudicium sine uenia.*

Summatur: Correctis istis iuribus, hodie filius adoptiuus retinet omnia iura in bona patris naturalis, ac si nõ esset adoptatus, nisi in casu, quo scilicet succedit patri adoptiuo ab intestato: & põt pater adoptiu⁹ eum in testamento suo præterire, nec iste filius adoptiuus iure ciuili, aut prætorio, habet aliquid in bonis patris adoptiui, si sit præteritus. & hoc etiam est verum, licet sit adoptatus ex tribus filijs, secundũ senatuscon. Sabinianum, quia nec quarta, nec aliqua actio ad eam sibi cõpetit: si tamen parẽs naturalis aliquem adoptauerit, tunc ille filius adoptiuus habet omnia iura in bonis patris adoptiui, sicut arrogatus in bo
1 nis arrogatoris. Hoc d. ¶ Notandũ primò, quòd † quando textus hîc dicit, quòd pater adoptiuus non tenetur filium adoptiuũ in testamẽto suo instituere neq; exhæredare, hoc debet intelligi, quãdo filius datus est in adoptionẽ extraneæ personæ, nam tunc bene succedit patri adoptiuo ab intestato, vt hîc dicitur: non tamen succedit alijs à patre adoptiuo, videlicet liberis naturalibus vel agnatis, vt C. de adoptio. l. pen. §. & ideò sancimus. & notat glo. in verbo, tãtummodo. Sed si aliquis datus sit in adoptionem parenti naturali, videlicet auo materno, vel in casu paterno, vt suprà de adopt. §. sed hodie, dictũ est, tũc pristina iura seruãtur, vt hîc dicitur, id est, talis pater adoptiuus tenetur illum filium in testamẽto suo instituere vel legitimè exhæredare, aliôquin annullat̃ vel rumpitur testamentũ eius, ac si esset filius naturalis, propter duplex vinculũ, scilicet naturale & legitimũ, hoc est, adoptionis, quod in ista persona concurrit, vt vult iste textus: & tunc pater suus naturalis nõ tenetur eum instituere vel exhæredare: & si iste pater adoptiuus velit istum filium emãcipare, tenetur sibi dare quartã, sicut arrogator filio arrogato. & hæc habentur & notãtur in l. cùm in adoptiuis. in verbo, reuerti. C. de adoptio. de ista tamen quarta, glo. ibi, in verb. reuerti, videtur contrariũ sentire: & ita etiam dicit hîc Iaco. de Rauen. sequens illam glo. sed glo. nostra hìc in verbo, vocantur, tenet hoc quod di-
2 ctum est de quarta. ¶ Notandum † secundò, quòd quãdo aliquis datus est in adoptionẽ extraneæ personæ, tunc iste filius non potest vocare patrem suum adoptiuum in iudicio sine venia. ff. de in ius vocan. l. cùm adoptiuum. & non tenetur iste pater adoptiuus ad alimenta filij l. in rebus. §. possunt. ff. cõmoda. nisi quando facit sibi operas, vt ff. de adoptio. l. ordinari. Dicit tamen Io. Fab. quòd si pater naturalis egeat tunc iste pater adoptiuus tenetur ad alimenta, quia ius alimentorũ est plus priuilegiatũ, quàm ius successionis ab intestato: sed iste succedit ab intestato, vt hîc dicitur: ergo à fortiori debentur sibi alimenta, maximè in casu dicto, scilicet si pater egeat, argu. l. penul. ff. de lib. ag.

¶ Oppo-

¶ Opponitur sic, & videtur, quòd non bene dicit in textu, quòd filius adoptiuus retinet iura patris naturalis, ac si in potestate eius permansisset, maximè si intelligatur, quãdo datur in adoptionẽ extraneæ personæ, quia tunc in veritate permansit in eius potestate, vt suprà de adoptio. §. sed hodie. Solutio. Textus hîc loquitur, referendo se ad factũ quia licet iure permaneat in potestate patris naturalis, facto tamen videtur transire ad potestatem patris adoptiui.

§. Item uetustas.

1 *Iura corriguntur circa eos, qui sunt ulterioris gradus.*

2 *Ius antiquum peccauit, uocando progenitos ex masculis solos ad successionem, & excludendo progenitos ex fœminis.*

Summatur sic: Veteri iure soli nepotes & neptes ex masculis descendentes, admittebantur ad successionem suorũ hæredum, & præponebant agnatis: descendẽtes aũt ex fœminis, non succedebãt auię vel proauiæ paternæ vel maternæ, vel auo aut proauo, nisi post agnatos. h. d.
1 & patet intellect. tex. ¶ Notandum † primò, quòd prius correcta sunt iura circa liberos naturales & adoptiuos primi gradus, sed iam corriguntur iura circa eos, qui sunt vlteriores gradus, suprà §. cum filius. eo
2 dem. ¶ Notãdum † secũdò, quòd istud ius antiquum bene fecit anteponendo progenitos ex masculis, sed non bene fecit vocando eos solos, & excludendo progenitos ex fœminis, ad successionem.

§. Diui autem.

1 *Descendentes ex masculis, præferuntur descendentibus ex fœminis.*

2 *Descendentes ex fœminis, succedunt, duobus casibus: etiam sine aliqua diminutione, sicut descendentes ex masculis. nu. 3.*

Quia diui principes nõ passi sunt illam iniuriã naturæ, idcirco correxerunt istud antiquũ ius, & ordinauerũt, quòd descendentes ex fœminis succederẽt cum descendentibus ex masculis, abstrahendo ab eis tertiam partẽ illius, quod mater eorum vel auia habuisset, vel pater seu auus paternus vel maternus, si fœmina mortua sit, de cuius hæreditate agitur, vt scilicet succedant in locum patris vel matris, sicut dictum est
1 de nepotibus & neptibus ex filio mortuo. h. d. ¶ Notandum † primò, quòd illi, qui descendunt ex masculis, præponuntur descendẽtibus ex fœminis natura & etiam suffragio veteris legis, & duo vincula fortiora sunt quàm vnũ, vt dictum est suprà de adoptio. in §. sed hodie. circa fi. & suprà eo. in §. sed ea omnia circa fin. Et ideò isti principes dabant descendẽtibus ex masculis parum plus, quã descendẽtibus ex fœminis, vt hîc dicitur: & ex isto patet, quòd parũ seu paulò, ponitur pro tertia parte, vt hîc, & in Authẽ. de exhib. & introducẽ. reis. §. sancimus.
2 ¶ Notandũ † secũdò, quòd hîc tanguñt duo casus de successione descenden-

ſcendentium ex fœminis. Vnus eſt, quãdo moritur maſculus, quia tunc nepotes & neptes deſcendentes ex filia, & ſic deinceps, ſuccedunt cum diminutione tertiæ partis. Alius caſus eſt, quãdo moritur fœmina, quia tunc deſcendẽtes ſiue ex maſculis ſiue ex fœminis, ſuccedunt cum di-
3 minutione tertiæ partis. ¶ Notandum † tertiò, quòd aliqui dixerunt iſtum §. corrigi in §. proxi. ſequẽti, vt Martinus: ſed Bulga. dicit, quòd ille. §. loquitur in alio caſu, & hoc apparet melius, ſed iſte §. corrigitur in Authen. de trien. & ſemiſ. §. neq; illo. collat. iij. & ſic hodie deſcendentes ex fœminis ſine aliqua diminutione, ſuccedunt ſicut deſcendentes ex maſculis.

§. Sed nos.

1 *Ius antiquum corrigitur, quo nepotibus ex filia deſcendẽtibus, agnati abſtraxerunt quartam partem ſubſtantiæ defuncti, in ſucceſsione.*
2 *Hic §. quid differat à §. diui. ſuprà eodem.*
3 *Deſcendentes per fœminas, hodie ſuccedunt, uſq; in infinitum, excluſis collateralibus.*

1 Summatur ſic: † Ne tranſuerſales ſint potiores, quàm recta linea deſcendẽtes, correctum eſt per dominũ Iuſtinianũ quoddã ius antiquũ, quo nepotibus ex filia deſcendẽtibus, agnati abſtraxerũt quartã partem ſubſtantiæ defuncti in ſucceſsione. h. d. & patet intellectus textus.
2 ¶ Notandũ † primò, quòd iſte §. differt à §. diui. ſuprà eod. quia ille loquitur inter deſcendẽtes ex maſculis & ex fœminis, vt ſcilicet ex fœminis deſcendentes minus habeant tertiam partem, vt ibi dictum eſt. Sed iſte §. loquitur inter agnatos & deſcendẽtes per fœmininũ ſexum, qui quidem agnati abſtraxerũt iſtis quartã partem. Et ita patet, quòd opinio Bulgarij præualet opinioni Martini, de correctione §. proxi.
3 præcedentis. ¶ Notandũ † ſecundò, quòd non ſolùm deſcendẽtes per maſculos, ſed etiã per fœminas hodie ſuccedunt, vſq; in infinitũ, ſiue ſint in poteſtate, ſiue emancipati, in totum ſuccedũt, excluſis collateralibus, vt in Authen. de hæredi. ab inteſta. venientib. §. j. colla. ix. & in Authen. in ſucceſsione. C. de ſuis & legit. hæred. & l. §. C. eod.

§. Quam constitutionem.

1 *Deſcendentes ex filia, cum ſuis auunculis, ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita. & nu. 2.*

1 Summatur ſic: Sicut † nepotes vel pronepotes, & deinceps, ſuccedũt alicui de deſcendẽtibus in locum patris ſui, in ſtirpes & nõ in capita: ſic etiam deſcẽdẽtes ex filia, ſuccedũt ſine diminutiõe alicuius partis. h. d.
2 & patet intellectus text. ¶ Notandũ † primò, quòd iſte §. videtur corrigere §. proxi. precedentẽ, quanuis glo. hîc aliter dicat: quia tex. dicit, quam conſtitutionẽ. & ſtatim ſubiungit correctionem. Poſſet etiam dici

dici, vt mihi apparet, quòd hîc corrigitur vterq; §. scilicet de diminutione tertiæ partis & quartæ partis, quia dicit textus: sine vlla diminutione: & vt apparet, nõ solùm loquitur in successione quo ad hæreditatẽ ascendentis inter descendentes, sed etiam inter agnatos & descendentes. Et sicut nepotes ex filio præmortuo, succedũt cum patruis suis in stirpes, & non in capita, vt suprà eod. §. cum filius. sic etiam descẽdẽtes ex filia cum suis auunculis, vt hic dicitur, & nota. in Authen. in successione. C. de suis & legiti. hæredi. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd isti succedunt in capita & non in stirpes, per §. hoc etiam addẽdum. infrà tit. proxi. Solutio. Ille §. loquitur in collateralibus, & corrigitur in Authen. de hæredi. ab intesta. §. huiusmodi. Iste autem §. loquitur in descendentibus: qualiter autem illi succedant in capita, Doctores diuersimodè loquuntur, vt ibi dicetur.

DE LEGITIMA AGNATORVM SVCCESSIONE, TIT. II.

Dictum est suprà de successione suorum hęredum, & eorum qui loco suorum hæredum sunt, & quia post suos hęredes succedunt agnati, idicirco sequitur hîc de legitima agnatorum successione, & vocantur agnati legitimi. Sed opponit sic, contra istam continuationẽ, quia post suos hæredes succedũt parẽtes, ergo non agnati. & ideò duo tituli sequentes, scilicet de senatuscõ. Tertylliano, & Orficiano, deberent præcedere istum titulũ. quòd autem parentes præcedunt, patet in Authen. de hæredib. ab intesta. venientibus. per totum colla ix. Solutio. Ista continuatio est bona, habẽdo respectum ad leg. xij. tabularũ, secundũ quam agnati succedũt statim post suos hæredes, sed habendo respectũ ad ius nouum, scilicet Authẽticorum. continuatio non est bona, vt conuincitur ex his quæ in oppositum allegata sunt. & illi titu. in veritate pręcederẽt istum, facit l. j. §. post suos. ff. de suis & legiti. hæredi.

§. Si nemo suus.

1 *Hæredibus suis deficientibus, & hi, qui loco suorum hæredum sunt, succedunt proximi agnati. Item, emancipati, iure prætorio. nu. 2*

3 *Agnati & agnatæ immediatè succedunt post suos hæredes, qui sunt in proximiori gradu. his autem deficientibus, cognati.*

4 *Fratres ex eodem patre, sunt sibijnuicem agnati, & uocantur consanguinei, item germani: alij autem agnati, non sunt consanguinei.*

5 *Consobrini, qui dicantur.*

6 *Natus post mortẽ patris, etiã est agnatus. & habet omnia agnatiõis iura.*

7 *Pluribus quandocunque quid conceditur, intelligitur concessum secundum ordinem*

ordinem & dignitatem cuiusque.
1 Deficientibus † suis hæredibus, & his qui loco suorũ hæredũ sunt, seu hæreditatem non amplexantibus, tunc ex l. xij. tabul. succedunt proximi agnati, scilicet collaterales per virilem sexũ nati, licet etiam nascan
2 tur post mortem patris. h. d. ¶ Notandũ † primò, quòd loco suorũ hæredum sunt emancipati iure prætorio, vt suprà tit. prox. §. emancipati. sed per constitutiones principũ, loco suorum hæredũ sunt illi, de qui
3 bus dictum est suprà tit. prox. in §. quibus. ¶ Notandũ † secũdò, quòd ex leg xij. tabu. agnati & agnatæ immediatè succedunt post suos hæredes, qui sunt in proximiori gradu, quod attẽdendũ est, tẽpore mortis in successione ab intestato, quando non est factum testamentũ, sed si factum sit testamẽtum, tunc videndũ est quis sit proximus tẽpore destituti testamẽti, vt suprà tit. prox. §. cum aũt queritur. Deficientibus autem istis, eadem lege succedũt cognati, infrà de success. cognato. in prin. Sed hodie simul succedũt agnati & cognati, vt Authen. cessante. C. de suis & legi. hæred. & infrà de successi. cognatorũ, §. fin. ¶ No-
4 tandum † tertiò, quòd fratres ex eodẽ patre sunt sibijnuicem agnati, & vocantur etiam consanguinei: alij aũt agnati non sunt consanguinei, vt ff. de suis & legiti. hęred. l. ij. in prin. vocantur etiam isti fratres germani, quasi ex eodẽ germine nati, vt infrà eo. §. nos verò. in fi. Sed filij fratrum vocãtur fratres patrueles, id est, ex patruis nati, qui etiã vocan
5 tur consobrini, vt hîc in tex. sed hoc † est impropriè, quia consobrini propriè dicũtur ex sororibus nati, quasi consororini, vt infrà de grad. cogna. §. quarto gradu. Et istud est notandũ propter statuta, in quibus termini debent propriè accipi, nisi cõmunis vsus loquendi esset in contrarium, vt not. per Bar. in l. j. ff. de suis & legiti. hæredi. ¶ Notan-
6 dum † quartò, quòd ille qui nascitur post mortẽ patris, etiam est agnatus, & habet omnia iura agnationis, vt hîc dicitur: si tamen esset conceptus post mortẽ, videlicet aui, tũc nõ succederet vt agnatus ex persona sua, vt ff. de suis & leg. hæred. l. Titius. & vnde cogna. l. j. §. si quis proximior. & dictum est suprà tit. prox. §. cùm aũt quæritur. Et possunt agnati etiam dici cognati, quia cognatio est genus ad agnationẽ & ad cognationem in specie, de quo dictũ est suprà de legit. agnat. tutela.
7 §. sunt aũt agnati. ¶ Notandũ † finaliter ex fine tex. quod hîc elicitur quòd quandocũq; cõceditur aliquid pluribus, hoc intelligitũ cõcedi secundum ordinem & prælationẽ quem habent inter se, quia licet post suos hæredes succedũt agnati, nõ tamen omnes, sed solùm proximiores. fa. l. si quando. C. de inoffi. testa. & notatur per Bar. in l. Gallus. §. sed quid si tantum. ff. de libe. & posthu. vt si Papa cõcedat gratias ad beneficia omnibus de vniuersitate, tunc Doctores debẽt præferri licẽtiatis, & sic consequẽter, secundũ ordinẽ quem habent inter se: & hoc
est

est quod vult l.fina. C.de tyro. lib.xij. vbi dicitur, Nec enim patimur quẽquam excellentiorem gradum obtinere, cui laborum prolixitas, & stipendiorum prolixitas non suffragatur.

§. Per adoptionem.

1 *Agnatio acquiritur etiam per adoptionem. Et quid hodie. nu. 2.*

Summatur sic: Ius agnationis etiam acquiritur per adoptioné. Hoc
1 dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum, quòd † per adoptioné etiã acquiritur agnatio, non solũ filijs, sed etiam alijs agnatis, qui vlterior gradu distant. & hoc fuit verum olim per quãlibet adoptionem, quia filius adoptiuus transiuit semper in potestatem adoptantis, vt suprà de
2 adoptio. §.j. Hodie † autem istud non est verũ, nisi de adoptione per quã adoptiuus transit in potestatem adoptantis, de quo dictum est suprà de adoptio. §.sed hodie. verum tamẽ est, quòd filius adoptiuus non fit agnatus respectu emancipatorũ, vt ff. de gradibus affini. l. si filius qui tamen nõ transit in potestatẽ adoptantis, succedit illi ab intestato suprà titu. proxi. §.sed ea. & d. §.sed hodie. sed non succedit agnatis illius, scilicet adoptantis, vt C. de adoptio. l. penul. §.sed si quidem.

§. Cæteri autem masc.

1 *Masculi etiam longissimo gradu distantes, admittebantur ad successionem agnatorum: fœminæ non, ultra sorores. Et quo id iure. nume. 2. quam ob rem. nume. 3.*

4 *Gradus decimus, dicitur longissimus.*

1 Summatur sic: † Masculi etiam longissimo gradu distantes, admittebantur ad successioné agnatorũ: fœminæ autẽ non admittebantur vltra sorores, quia cõmodius videbatur hæreditates manere apud mascu-
2 los. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd istud non est de iure legis xij. tabularum, vt patebit infrà §. proxi. sed de iure mediæ prudentiæ.
3 ¶ Notandũ † secundò, quòd ideò, istud ius fuit cõstitutũ, quia nomen & progenies conseruatur in masculis, & propter hanc causam hodie aliquæ ciuitates & loca habent statuta, quòd fœminæ non succedant, sed debent esse cum dote sua contentæ, vt cõmuniter fit in Italia &
4 alijs locis. ¶ Notandum tertiò, † quòd longissimus gradus dicitur decimus, vt infrà de successio. cognatorum. §. fin.

§. Sed quia.

1 *Masculi & fœminæ, æqualiter uocantur, si descendant per uirilem sexum ad successionem agnatorum, secundum sui gradus prærogatiuam. Et quid hodie præterea. nu. 6.*

2 *Iura quatuor, circa agnatorum successionem, quæ uide per discursum numero. 3. 4. 5.*

1 Quia † iniquum erat, fœminas post sorores omnino excludi à successione

cessione agnatorũ,quod non fiebat ex lege xij.tabul.sed per mediam iurisprudẽtiam,idcirco prætores hoc ius corrigẽtes, vocabãt fœminas etiam vltra sorores ad successionẽ agnatorum, deficiẽtibus agnatis & proximioribus cognatis:sed ordinatione domini Iustiniani,masculi & fœminæ æqualiter vocantur,si descendant per virilẽ sexum ad successionem agnatorum,secundum prærogatiuam sui gradus. Hoc dicit.

2 ¶ Notandũ †primò,quòd hîc tanguntur quatuor iura. Primũ est, ius legis xij.tabul.secũdum quod tam masculi quàm fœminæ per virilem sexum descẽdentes,vocabantur ad successionem agnatorum,quia ista lex xij.tabu.amplexa est simplicitatẽ legibus amicã: qualiter autẽ hoc intelligitur,dictum est suprà de fideicõmiss.hæred. §.sed quia stipulationes.& istud ius tangitur hîc,& hoc quidem lex xij.tabu. † Secũdum
3 ius est mediæ prudẽtiæ,quòd excludebat omnes fœminas à successione agnatorũ præter sorores,& de illo iure loquebatur §.precedens, & hoc ius tangitur hîc,media autẽ iurisprudenia,& vt dicitur hîc in textu ista media iurisprudẽtia fuit iunior lege xij.tab.sed dispositione imperiali anterior,quod sic debet intelligi, quòd istud ius fuit inuẽtum post leg.xij.tabul.sed Imperator reputabat istud ius dignius, quàm ius legis
4 xij.tabu.vt C.de suis & legi.hære.l.xij.tab. † Tertium ius fuit,ius prætorium, quo fœminæ etiam vltra sorores admittebantur ad successionem agnatorũ,non simpliciter,sed deficientibus agnatis & proximioribus cognatis:& istud ius tangitur hîc in princip. §.& quia sane.& ibi,
5 donec prætores. Quartũ † ius fuit domini Iustiniani,quo tam masculi, quàm fœminæ per virilem sexum descendẽtes,non solùm deficiẽtibus agnatis,sed æqualiter,salua tamen gradus prærogatiua, vocañ ad suc
6 cessionẽ agnatorũ,& istud ius tangiĩ hîc,ibi,nos verò. Sed † hodie est quintũ ius,quod hîc non tãgitur, quo scilicet nõ solùm agnati & agnatæ,sed etiam cognati & cognatæ simul succedũt,& æqualiter secundũ gradus prærogatiuã,vt in Auth.de hær.ab inte.ven. §.reliquũ.col.ix.

§. *Hoc etiam addendum.*

1 *Filius & filia, & non ulteriores, sororis germanæ, uel uterinæ succedunt etiam auunculo suo, & econtrà. diuidendo hæreditatem in capita: non extantibus fratribus alijs uel sororibus defuncti. & nume.2. Quod hodie correctum.nume.3.*

4 *Successio an sit facienda in capita,an in stirpes.disting.*

5 *Germani,qui dicantur. Qui consanguinei tantùm. Qui uterini. Et quomodo sibijnuicem succedant.*

1 Non † solũ fratris filius & filia succedunt patruo suo,& econtrà: sed etiã filius & filia, & nõ vlteriores sororis germanæ vel vterinæ succedunt auũculo suo,& econtrà: diuidẽdo hæreditatẽ in capita,& non in

ſtirpes, non extantibus alijs fratribus vel ſororibus defuncti: quia illi
2 præcedũt iſtos in ſucceſsione. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd
re iſto non ſolùm filij & filiæ fratris mei, & deinceps nepotes & prone-
potes, qui ſunt agnati mei vel agnatæ, veniunt ad ſucceſsionẽ meam, &
ecõtra, ego ad ſucceſsionem eorũ, quãdo ſcilicet ſunt proximi mei, vt
mortuo fratre meo ſi nõ ſuperſit ſoror mea vel alius frater, veniũt fi-
lij ſui, & deficientibus filijs veniunt nepotes: ſed etiam filius & filia ſororis
meæ germanæ vel vterinæ, ſed non vlteriores, nã ſorore mea mortua
& filijs & filiabus ſuis, nemo ſuccedet mihi ex parte ſororis meæ, vt C.
de legi. hæred. l. fina. §. ſed neq;. & ſic econtrà, ego ſuccedo eis, ex qui-
3 poteſt clarius intelligi iſte text. ¶ Notandũ † ſecundò, quòd iſtud iure
hodie corrigitur in duobus. Primò, quia hodie nõ ſolùm ſuccedũt filius
& filia ſororis meæ, ſed etiam vlteriores, vt in Authenti. ceſſante. C. de
legi. hæred. Secundò, quia exiſtẽtibus fratribus vel ſororibus, filius aut
filia alterius fratris vel ſororis, bene ſuccedit defuncto patruo vel auun-
culo, cuius contrarium hîc dicitur: illis enim exiſtentibus, cæteri grad.
remanẽt ſemoti, id eſt, excluſi, ſecundũ iſtum text. vt patet in alleg. Au-
4 then. ceſſante. ¶ Notandũ † tertiò, quòd ad ſciendũ an iſti debeãt ſuc-
cedere in ſtirpes vel in capita, ſic eſt diſtinguẽdum, quia vel ſuccedunt
filij aut filiæ cũ patruis vel cum auunculis ſuis, & tunc ſuccedunt in ſtir-
pes, & non in capita, vt titu. proxi. §. fin. & in Authen. ceſſante. C. de le-
gi. hæred. vel ſuccedũt ſine patruis vel auũculis inter ſe patruo vel auun-
culo ſuo, & tunc ſunt opi. Doct. Azo enim dicit, quòd tunc ſuccedunt
in capita, & non in ſtirpes, per iſtum text. & per Authenti. ceſſante. Sed
Accur. videtur velle, quòd ſuccedunt in ſtirpes, per §. reliquum. in Au-
then. de hæred. ab inteſta. venien. Opinio Azo. eſt cõmunior, & in ea
opinione ſunt Goffr. Iaco. de Arena, Dynus, & etiam Cyn. & Bulga-
rus: plures etiam ſunt in opinione Accurſ. & ideò iſte punctus requirit
5 imperialem diſcuſsionẽ. ¶ Notandũ finaliter, † quòd germani ſeu ger-
manæ fratres vel ſorores dicuntur, qui ſunt ex eiſdem patre vel matre.
Conſanguinei tantùm ſunt, qui ſunt ex eodẽ patre: ſed vterini tantùm
ſunt, qui ſunt ex eadẽ matre. Hodie igitur fratres & ſorores vtrinq; con-
iuncti, ſuccedũt ſibijnuicem in capita, ſed filij eorũ ſi inter ſe ſuccedant,
ſuccedunt etiam in capita, ſed ſi cũ patruis vel auunculis, in ſtirpes, vt di-
ctum eſt. Sed fratres vel ſorores conſanguinei tantùm, vel vterini tan-
tùm, ſi ſimul concurrant, tunc cõſanguinei ſuccedũt in bonis patris, &
vterini in bonis matris, & alia bona diuidũt æqualiter, vt l. de emanci-
patis. C. de legiti. hæredi. Sed ſi defunctus ſit aliquis, qui habeat fratres
aut ſorores vtrinq; cõiunctos, & alios ex vna parte cõiunctos tantùm,
tunc vtrinq; coniuncti præferentur alijs, quia ſunt duplici vinculo con-
iuncti, quod fortius eſt vno, vt l. poſt fratres. C. de legi. hæred.

§. Siplu

§. Si plures sint.

1 *Gradu proximior, prior est in successione. Limit. nume. 4.*
2 *Gradus proximitas, quo tempore attendatur. disting.*
3 *Qualitas adiecta uerbo, debet intelligi. secundum tempus uerbi.*

Summatur sic: Pluribus gradibus agnationis existentibus, succedit ille, qui est in proximiori gradu, siue vnus sit, siue plures: & proximitas gradus attenditur tempore mortis, si non sit factum testamentum, sed facto testamento attenditur tempore destituti testamenti. Hoc dicit.

1 ¶ Notãdum † primò, quòd ex isto text. patet, quòd qui proximior est gradu, prior est in successione, concor. l. ij. §. hæreditas. ff. de suis & legi. hæred. & licet lex loquatur in singulari numero, intelligitur tamen etiam in plurali, vt si sint plures in proximo gradu, similiter succedũt, nam indefinita in iure æquipollet vniuersali. l. §. si. ff. si quadrup. paup. fecisse dicatur. & singularis numerus exponitur per pluralem, maximè quando hoc videtur esse de intentione legislatorum: & seruit istud in multis, nam si factum esset proclama, quòd quicunq; primò intrauerit tale castrũ, habebit centum florenos, & multi simul intrant, vt nõ constet, quis sit primus, debẽt simul habere centũ florenos, & inter se facere partes, vt l. si finita. §. cùm autẽ plures. ff. de dam. infec. Licet aliqui dicant, quòd nullus debet habere, quia seipsos impediunt, per l. si fuerit. §. item. ff. de reb. dub. quia illa lex loquitur in testamẽtis. Alij etiam dicunt, quòd quilibet debet habere centũ. per l. qui filiabus. §. j. ff. de leg. j. sed prima opinio verior est, & de isto notaĩ per Bart. in l. hoc articu-
2 lo. ff. de hæred. instit. ¶ Notandum † secundò, quòd proximitas attenditur tempore mortis illius, de cuius hæreditate quæritur, si non sit factum testamentũ, vt l. ij. §. interdum. ff. de suis & legi. hæred. sed si factum sit testamentũ, tunc attenditur tẽpore destituti testamẽti, vt hîc
3 in tex. Ex quo patet, quòd † qualitas adiecta verbo, debet intelligi secũdum tempus verbi, quod facit ad intelligendũ multa: nam si sit statutũ, quòd dominus debet satisfacere pro delicto famuli sui, hoc non debet intelligi de delicto quod commisit ille antè, quàm fuit famulus, sed de delicto cõmisso tẽpore, quo fuit famulus. Idem est, si sit statutũ, quòd iunior canonicus debeat cõferre præbendam vacantem, & vacet præbenda, & antè, quàm cõferatur, superueniat alius canonicus, tunc ille superueniens non debet conferre, sed qui fuit iunior tẽpore quo vacabat, facit not. per Bart. in l. Titius. §. vsq;. ff. de testa. mili. ¶ Opponitur sic, & videĩ, quòd proximior in gradu nõ semper præferatur in successione, quia filius succedit cum patruo suo, alteri patruo suo defuncto, cùm tamẽ patruus sit in secũdo gradu, & fili9 in tertio gradu. Solutio. Istud
4 † intelligiĩ, quando quis succedit ex propria persona sua, iam iste filius

succedit ex persona patris sui, vt Authen. cessante. C. de legi. hæred.

§. Placebat.

1 *Ordines & capita, debent considerari in successione. quæ sunt quatuor.*

2 *Successorium edictum, potest procedere de ordine in ordinem, uel de gradu in gradum.*

3 *Ius triplex, circa successiones agnatorū, quæ percurrit ordine Nicasius.*

Summatur sic: Olim iure ciuili excluso primo gradu agnationis, non admittebatur agnatus secundi gradus, sed transibat hæreditas ad cognatos: posteà autem iure prætorio admittebatur agnatus secundi gradus, non tamen iure agnationis sed cognationis. Et post hoc dominus Iustinianus correxit ista iura, vt scilicet agnatus succederet de grad. in gradum, propter duas rationes. Prima est, quia absurdum erat, quod cognati succederent de gradu ad gradum, & non agnati. Secunda ratio, quia agnati succedunt de gradu ad gradum in onere tutelæ. Ergo etiam sic debent succedere in emolumento recipiendæ hæreditatis.

1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd pro intellectu istius tex. aliqua sunt præmittenda. Primò, quòd in successione debent considerari ordines seu capita, & gradus ordinis seu capita sunt quatuor, scilicet vnde liberi, vnde legitimi seu agnati, & vnde cognati, & vnde vir & vxor: & in istis ordinibus seu capitibus reperiunt gradus, nam in ordine vnde liberi, primus gradus est filiorum, secundus nepotum, tertius pronepotum, & sic consequenter: similiter in ordine vnde legitimi seu agnati sunt gradus, scilicet filij, nepotes, pronepotes, & sic deinceps: & ita etiam in ordine cognatorum, vt ff. si tabu. testamen. nullæ extant. l. j. prim.

2 responso. Secundò † præmittendum est, quòd successorium edictum potest procedere de ordine in ordinē, vt si deficiant agnati primi gradus, veniant cognati: vel potest procedere de gradu in gradū, vt si deficiat agnatus primi gradus, veniat agnatus secundi gradus, vt ff. de succes. edic. l. j. §. quibus.

3 ¶ Notandum † secundò, quòd istis sic præmissis intelligitur hîc in isto textu triplex ius. Primum fuit ius ciuile legis xij tabularum, secundum quod agnati non succedebant de gradu ad gradum, seu de persona ad personam, sed deficiente primo gradu, pertinebat hæreditas non ad secundum gradum, sed ad alium ordinem, scilicet cognationis, & hoc tangitur hîc in principio textus. Secundum ius fuit prætorium, secundum quod agnatus secundi gradus admittebatur ad successionem deficiente primo: non tamen iure agnationis, sed iure cognationis, & hoc si nullus cognatus erat proximior in gradu, & hoc ius tangitur hîc, quod iterum prætores. Tertium ius fuit Iustiniani, qui constituit quòd agnati succederēt de gradu ad gradum, propter duas rationes, quæ ponuntur hîc in textu, & tactæ sunt in summario, & hoc ius po

ius ponitur ibi, sed nos. Hodie autem istud non habet dubium, quia agnati & cognati simul succedunt secundum proximitatem gradus, vt agnati primi gradus & cognati eiusdem gradus, primo admittuntur, & sic etiam secundi gradus, & deinceps, in Authenti. de hæredibus ab intesta. venien. §. reliquum.

§. Ad legitimam.

1 *Parens hodie indifferenter succedit liberis emancipatis, olim secus.*
2 *Fiducia quando dicatur contracta.*
3 *Pater non desinit esse agnatus, aut iura agnationis perdit, per emancipationem filij.*
4 *Correlatiuorum idemne semper iudicium. disting.*

1 Summatur sic: Licet † olim parens non admittebat ad successionem liberorum emancipatorum, nisi expressè fuerint emancipati cum contracta fiducia, hodie tamen omnis emancipatio intelligitur facta cum contracta fiducia, & ideò hodie indifferenter parens admittitur ad successionem liberorum emancipatorum. Hoc dicit, & patet intellectus
2 text. ¶ Notandum † primò, quòd contracta fiducia est, quando pater emancipans filium suum reseruat sibi ius succedendi, si turbato ordine filius moriatur ante patrem, facit glos. in l. nam & si. ff. de inoffic. testa. Et istud olim debebat fieri expressè: aliòquin pater nō succedebat: sed hodie omnis emancipatio intelligitur facta cum contracta fiducia, vt
3 hîc dicitur. ¶ Notandum † secundò, quòd licet per emancipationem filius desinit esse agnatus patris, & perdit ius agnationis, nec iure ciuili patri succedit, vt suprà tit. proxi. §. emancipati. tamen pater nō desinit esse agnatus, nec perdit iura agnationis respectu filij, vt l. filius. ff. de suis & legit. hæred. Et ex illo patet ratio istius text. quare scilicet pater etiam iure ciuili succedit filio emācipato, cum tamen illo iure filius nō
4 succedit sibi. ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd iste text. non potest stare, quia correlatiuorum idem est iudicium, vt C. de edic. diui Adri. tollen. l. ij. ergo si pater succedat filio, etiam filius debet succedere patri. Solutio. Correlatiuorum idem est iudicium ab initio, sed non semper ex post facto, vt hîc: nam per emancipationem perditur ius agnationis filij respectu patris, sed non econtrà, vt dictum est.

DE SENATVSCONSVLTO TERTYLLIANO. TITVL. III.

Continuatur sic: Dictum est suprà de successione agnatorum: Consequēter dicendū est de successione cognatorū, & quia inter matrem & liberos suos est agnatio, vt infrà de succes. cogn. in princ. idcirco primò videndū est, quomodo

mater succedit liberis suis, quod fit per senatuscõsultũ Tertyllianum, & ideò iste titulus rubricatur, de senatusconsulto. Tertylliano.

§. Lex xij. tabularum.

1 *Successionis maternæ quatuor iura, respectu filij uel filiæ. Quæ discurrit, ibidem. & nu. 2. 3. & 4.*
5 *Masculorum progeniem præponi, lege. xij. tabu. quomodo intelligatur.*
6 *Episcopi. qui: & unde dicti.*
7 *Sexus fœminini necessitudo, id est cognatio.*

Summatur sic: Lege xij. tabularum cognati nullo modo succedebant, ita quòd etiam non esset successio inter matrẽ & filium vel filiã, sed prætores dabãt istis personis successionẽ per bon. pos. vnde cognati. Hoc dicit, vsq; ad §. sed hæc. & patet intellectus tex. ¶ Notandũ † primò, quòd in isto titulo tanguntur quatuor iura de successione matris respectu filij vel filiæ. Primum est ius xij. tabularum, secundum quod mater non succedit filio, nec econtrà, & illud ius tangitur hîc in principio istius §. Secũdũ † est ius prętoriũ, per quod mater succedebat filio per bonorum possessio. vnde cognati, scilicet deficientibus agnatis, & hoc ius tangitur hîc in versi. nisi quod prætores. Tertium † est ius senatuscõsulti Tertylliani, per quod mater ingenua habẽs tres liberos, vel liberta habens quatuor, admittitur ad successionem filij sui defuncti etiam si talis mater adhuc sit in potestate parentis sui, cuius iussu debet hæreditatẽ adire. Et istud ius tangitur infrà eo. §. proximo, ibi, postea autem senatusconsulto Tertylliano, & secũdum istud ius liberi ipsius defuncti, excludebant matrem defuncti, quæ est auia ipsorum liberorum. Similiter pater excludit matrẽ, ita etiam frater consanguineus excludit matrem: sed soror consanguinea admittitur cum matre, & ista tanguntur infrà eod. §. præferuntur. Quartum, ius † est domini Iustiniani, secundum quod mater indistinctè siue sit ingenua siue liberta & quãuis solùm vnum filium habeat vel filiam, admittitur ad eius successionẽ. Et istud ius tangitur infrà eo. §. sed nos. Sed extra tex. istud esset quintum ius, quod hodie habet locum, pro quo sic est distinguendum: quia moriente aliquo, tunc vel habet liberos vel non. Primo casu succedunt liberi omnibus alijs exclusis, vt Auth. cessante successione. C. de legiti. hæred. & Authen. in successione. C. de suis & legiti. lib. si non habet liberos, tunc vel habet ascendentes solùm, vel ascendẽtes cum collateralibus. Primo casu pater & mater æqualiter succedunt exclusis alijs vlterioribus, vt Authẽ. defuncto. C. ad Tertyllia. sed si sint ascendentes cum collateralibus, vtputa pater, mater, frater & soror, tunc aut isti collaterales sunt vtrinq; cõiuncti ipsi defuncto, vel non. In primo casu, succedũt similiter cũ ascendentibus proximioris gradus, exclusis

clusa omni differentia sexus in viriles portiones, vt in d. Authen. defuncto. & pater in ista portione fratris, non habet vsumfructum, vt Auth. item hæreditas. C. de bo. quæ libe. sed si collaterales non sunt vtrinq; coniuncti, tunc non succedunt cum ascendẽtibus, vt in d. Authẽ. defuncto. si verò collaterales sint soli, tunc succedunt sicut dictum est suprà
5 tit. proxi. § hoc etiã addendũ. in ij. no. ¶ Notandum † secundò, quòd quando tex. dicit hîc quòd lex xij. tabu. præponebat masculorũ progeniem, hîc intelligitur de masculis agnatis, de quibus suprà tit. proximo. § j. dictũ est. & istud verbum præponebat, capitur hîc impropriè: quia lex xij. tabu. nullo modo vocabat cognatos. & ita non præponebat propriè agnatos cognatis, quia sic cognati sequerentur post agnatos, ex quo etiã patet, quòd ille qui non habet sub se clerũ vel populũ,
6 impropriè dicitur episcopus. † Dicitur enim episcopus ab ἐπὶ, quod est supra, & σκόπειν, græcè, quod est intendere vel speculari latinè, quasi superintendens vel superspeculator, curam aliorũ gerens, xxj. dist. c. cleros. & viij. q. j. ca. qui episcopatum &c. sed talis neminem habet, cui superintendat, de quo etiã in c. plerisq; in cle. de electio. ¶ Notandum
7 † finaliter, quòd quãdo in tex. dicitur per fœminini sexus necessitudinem, exponi debet. i. cognationem, nam cognati dicũtur necessarij. ff. de iusti. & iure. l. fin.

§. Sed hæ iuris.

1 *Ius angustiosum.*
2 *Matrem succedere in solatium liberorum amissorum, quomodo accipiatur.*
3 *Auia, quando succedat.*
4 *Fœmina, an habeat ius liberorum.*
5 *Mulier an possit testari uel codicillari cum patris consensu.*
6 *Filius an debeat adire hæreditatem iussu parentis sui.*

Summatur: Post istud ius Claudius princeps dedit matribus successionẽ filiorũ amissorũ in acie principis, & debet intelligi in bello ad earũ solatiũ, sed posteà venit senatusc õsultũ Tertylhanũ, secundũ quod mater ingenua habẽs tres liberos, & libertina quatuor, succedebat filio vel filię, quãuis ipsa mater esset in potestate sui parẽtis, cuius iussu debe
1 bat talẽ hæreditatẽ adire. Hoc d. ¶ Notandũ primò, quòd † ius aliquãdo dicitur angustiosum, vt hîc, & infrà de succes. lib. in prin. & ff. quod
2 quis. iuris sta. l. iij. ¶ Notandũ † secundò, quòd cũ dicitur hîc Claudiũ statuisse matrẽ succedere in solatiũ liberorũ amissorũ, hoc debet intelligi in acie principis, qui dicuntur viuere in gloria, vt suprà de excus. tuto. § j. & dicũt aliqui Claudiũ statuisse generaliter matrẽ succedere, vt C. de inoffic. testa. l. liberi. sed primum melius est. ¶ Notandum
3 † tertiò, quòd licet hîc dicatur auiam non succedere, hodie tamen

etiam succedit, vt in Authē. de hæredi. ab intesta. veniē. §. consequēs.
4 col. ix. ¶ Notandum † quartò, quòd licet fœmina non habeat liberos in potestate, vt suprà de adoptio. §. fœminæ. dicitur tamen liberos habere seu ius liberorū habere, vt hîc in tex. & habet mater tres liberos, etiam si peperit geminos, vt ff. de verb. signi. l. cum enixa. ¶ Notandū
5 † quintò, quòd ex isto tex. habetur, quòd vxor potest remanere in potestate patris sui, & ideò non potest testari nec codicillari etiam cū cōsensu patris. Est tamē etiam in potestate viri, maximè, quo ad debitū carnis, & etiam quo ad operas, quia tenetur operari marito suo. vt ff. de ope. lib. l. sicut. Quomodo autē vxor sit in potestate patris, & quo modo in potestate viri, latius habetur xxxiij. q. v. c. mulierem. & istud est de iure Romanorū, secus autem de iure Lomgobardorū, vt C. de condi. inser. l. si vxor. & in Longobarda. quibus modis mulieri alienare permissum sit, l. j. & dicit Ioan. Fabri, quòd istud est de consuetudi-
6 ne in Francia. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando hîc dicitur, quòd mater debet adire hæreditatem iussu parentis sui, hoc intelligitur esse verum de iure antiquo, secundū quod omne quod acquirebatur per filium, acquirebatur patri: vt ff. de acqui. hær. l. qui in aliena. Hodie autem in solis profectitijs & non in aduentitijs requiritur iussus, vt C. de bo. quæ libe. l. fi. §. siue econtrario.

§. *Præferuntur autem.*

1 *Liberi qui excludant matrem.*

2 *Auus aut proauus an excludat matrem.*

Summatur sic: Eodem iure, scilicet senatusconsulti Tertylliani, liberi vtriusq; sexus, & pater & etiam frater consanguineus ipsius defuncti vel defunctæ, excludunt matrē, sed auus vel proauus non excludit matrem, si pater non sit in medio, soror autem consanguinea succedit simul cum matre. Et si sint fratres & sorores consanguinei, tunc hæreditas defuncti est eis cōmunis. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ No-
1 tandum † primò, quòd cum dicitur hîc liberos excludere matrem, hoc etiā verū est de liberis adoptiuis, inquātum velint succedere, vt ff. eo. l. ij. §. liberi. sed quod hîc dicitur patrem excludere matrem, hoc non est verū de patre adoptiuo, vt ff. eo. l. ij. §. sed neq; auus. ¶ Notādum
2 † secundò, quòd dicitur notanter in tex. quòd auus aut proauus nō excludit matrem, quando inter eos solos de hæreditate defuncti agitur, hoc est, quando pater non est in medio, nam tunc auus excludit patrē isto iure, vt ff. eo. l. æquissimū. §. j. & pater excludit matrem, vt hîc dicitur, ergo quando pater est in medio, auus excludit matrē. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd auus omnino debet excludere matrem, quia excludit patrē, vt in alleg. l. æquissimū. & pater excludit matrē, vt hîc
per

per regulam, si vnico vincentem te, tunc etiam vinco te. ff. de diuer. & tempo. prescrip. l. de accessionibus. Solutio. Illa regula habet veritatē, quando est eadem ratio vincendi te, & vincendi vincentē te: sic autē non est hîc, quia quando pater est in medio, tunc auus excludit patrē, & per cōsequens matrē tanquàm proximus agnatus, sed quādo pater non est in medio, tunc auus non habet illud ius, quia habuit ratione patris, & de isto notatur per Bar. in l. Claudius, ff. qui potio. in pig. hab.

§. Sed nos.

1 *Mater quomodo succedat filio suo defuncto, & excludat omnes alios exceptis fratribus & sororibus indifferenter. & nu. 2.*
3 *Mulieri non est liberum habere plures proles.*
4 *Mater succedens filio, olim, quid agere tenebatur.*
5 *Mater quo iure præponatur omnibus legitimis personis.*
6 *Senatuscons. Tertylliani correctio.*

1 Summatur sic: Cōstitutione † domini Iustiniani mater indistinctè succedit filio suo defuncto, & excludit omnes alios, exceptis fratribus & sororibus siue consanguineis siue cognatis. nam si cum matre sint tantū sorores, tunc mater succedit in medietatē, & sorores simul in alteram medietatē hæreditatis defuncti, sed si cum matre sit frater vel fratres vel etiam sorores cōsanguinei vel cognati, diuiditur hæreditas
2 inter eos secundum capita. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ista cōstitutio de qua hîc loquitur dominus Iustinianus, habetur C. de iure libero. l. ij. nō in C. quem nos habemus, quia ille factus est post istum librum Institutionū, sed in C. qui ante istum librum factus est, quem
3 non habemus. ¶ Notandū † secundo, quòd non est in potestate mulieris, habere aliquam vel plures proles: quia hoc dependet à potestate diuina. fa. c. nasci. lvj. dist. & si iste defectus esset imputandus, tunc potius imputaretur viro, quā mulieri, vt C. de legit. hæredibus. l. lege xij. tabularū. & ita patet, quòd casus fortuitus nō est alicui imputandus, ad
4 quod solet allegari iste tex. ¶ Notandum † tertiò, quòd secundū antiquas constitutiones, quando mater successit filio, tunc dabat tertiam quibusdam legitimis, scilicet patruo ipsius defuncti, vel filio patrui, vel eius nepoti, & non alijs legitimis personis. C. eo. l. fi. primo respōso. & ita debet intelligi iste tex. cùm dicit, quòd cōstitutiones abstrahebāt matri tertiam partem, & dabant certis legitimis personis, & in alijs cō-
5 trarium faciebant. ¶ Notandum quartò, † quòd isto iure mater præponatur omnibus legitimis personis in successiōe filij sui defuncti, etiā patri, nisi in vsufructu, quādo pater habebat defunctum in potestate, C. eo. l. fi. Hodie autem pater & mater æqualiter succedunt. Similiter etiam descendentes per lineam paternam & maternam, vt in Authen.

de hæredi.ad intesta.venien. §.consequens.colla.x. facit Authen.de

6 functo. C.eo.tit. ¶ Notandum † finaliter, quòd senatusconsultũ Tertyllianum corrigitur hîc in duobus. Primò, quia non admittebat matrem ad sucesſionem filij, nisi ingenua haberet tres liberos, & liberta quatuor, & hoc corrigitur hîc, cùm dicitur, & dedimus ius legitimum plenũ matribus &c. Secundò, quia frater consanguineus ex senatusconsulto Tertylliano excludebat matrẽ, suprà eo. §. preferuntur. versi. frater autẽ consanguineus, sed isto iure mater succedit cum fratre, siue consanguineo siue cognato, vt hîc in ver. quẽadmodũ. & in ver. si verò.

§. Sed quemadmodum.

1 *Summarium huius §. per Do. Nicasium.*

2 *Filio etiam uulgò quæsito mater succedit. & nu. 4.*

3 *Mater an semper teneatur petere tutorem filio.*

1 Summatur sic: Si mater † non petat tutorẽ filio suo impuberi tutorem non habenti, vel si tutorem habenti, qui tutor remotus vel excusatus est à tutela, infra annũ non petat alium tutorem in locum remoti vel excusati, priuatur succesſione filij sui impuberis defuncti, & succedit mater etiam filio vulgò quęsito, ex senatusconsulto Tertylliano.

2 Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum primò, † quòd licet filius sit vulgò quæsitus, tamen mater succedit sibi, vt hîc dicitur. Et ratio est, quia quãuis pater sit incertus, mater tamen semper est certa, vt l. quia mater. ff. de in ius vocando. ¶ Opponitur primò sic, & † videtur, quòd propter non petitionẽ tutoris mater nõ priuetur succesſione

3 filij, per l.ij. C. si aduersus delictum. Solutio. Istud fallit in tribus casibus. Primus, si casu fortuito mater impediatur petere tutorẽ, vt in l. sequenti alleg. & sufficit eam esse minorem tempore mortis mariti. Secundus, si mater sit minorennis, vt C. qui tuto. petant. l. cum matribus. Tertius casus, si filius moriatur pubes, vt C. qui tuto. petant. l. matres.

4 ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd mater non succedit filio vulgò quęsito, per l. si qua illustris. C. ad Orficianũ. Solutio Quòd istud fallit, quando mater est illustris, quia tunc nõ succedit filio vulgò quæsito, nec econtrà filius sibi, vt in l. in opposi alleg. & amplius patebit in sequenti titulo. Idem est, si esset natus ex damnato coitu, secus si ex concubina etiam illustri &c.

DE SENATVSCONSVLTO ORFICIANO. TITVLVS IIII.

1 *Mater succedit filio, ex senatusconsulto Orficiano.*

Continuatur sic: Dictum est suprà qualiter mater succedit filio ab intestato, hîc consequenter tractatur qualiter econtrà filius succedit matri, & quia ista succesſio datur ex senatusconsulto

sulto Orficiato, ideò iste titulus rubricatur, de senatusconsul. Orficia.
1 Et circa † rubricam notandum, quòd sicut ex l.xij. tabu. mater non succedit filio, sic nec filius matri, vt suprà titulo proximo. §.j.& ideò sicut inuentum est senatusconsul. Tertyllianum, quo mater succedit filio, sic inuentum est senatusconsul. Orficianum, quo filius succedit matri, de quo hîc videbitur.

§. Per contrarium.

1 *Matri ab intestato, qui succedant, ex senatusconsulto Orficiano.*
2 *Huius §. summa, duplex.*
3 *Filius succedit matri, ex senatusconsulto Orficiano, indifferenter, etiam si mater sit ancilla.*
4 *Filio & filiæ datur legitima hæreditas, ex senatuscon. Orficiano.*
5 *Nepotem admitti ad successionem auiæ, & sic deinceps, quomodo sit intelligendum.*

1 Ex senatusconsulto † Orficiano filij vel filiæ tantùm, & non vlterioris gradus descendentes, succedunt matri ab intestato, licet sit in alterius potestate, & excludunt alios agnatos & cognatos, l.j. C. eo.tit. sed ex constitutionibus patricialibus etiam nepos succedit auiæ, & pro
2 nepos proauiæ, & sic deinceps. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò quòd in isto §. tanguntur duo iura. Primum est ius senatuscõsulti Orficiani, quo filij & filiæ tantùm admittuntur ad successionem matrum, & nõ vlterioris gradus descendentes ad successionem ascendẽtium in linea materna, & hoc ius tangitur hîc in principio. Secundũ ius tangitur ibi, posteà. quo scilicet nepos admittitur ad successionem auiæ, & pronepos ad successionem proauiæ, & sic deinceps descendentes ad suc-
3 cessionem ascendentium in linea materna. ¶ Notandum † secundò, quòd in isto senatusconsulto Orficiano non attenditur differentia, an mater sit ingenua vel libera, sicut in Tertylliano, sed filius indifferenter succedit matri, vt ff. eodem l.j. primo responso. imò etiam licet mater sit ancilla, & facta est sibi mora in fideicommissaria libertate danda, filius succedit sibi, vt C. eodem. l. fina.
4 ¶ Notandum, † tertiò, quòd quando dicitur hîc in text. quòd tam filio, quàm filiæ data est legitima hæreditas, hoc non debet intelligi per l.xij. tabularum, quia illa lege filius excluditur ab hæreditate matris, vt suprà titulo proximo. §.j. sed debet intelligi, quòd datur hæreditas ex isto senatusconsulto Orficiano, quod tenet vicem legis,
5 vt infrà de exceptio. §. hæc exempli causa. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando hîc dicitur, quòd nepos admittitur ad successionem auiæ, & sic deinceps, hoc debet intelligi, si ille conceptus sit in vita il-

ta illius,de cuius hæreditate agitur.vt suprà de hæredita. quæ ab intestata.deferuntur §.cùm autem quæritur, & ibi dictũ est. ¶ Opponitur sic.& videtur,quòd ex senatuscõsulto Orficiano admittuntur ad successionem matris vlteriores descendentes post filios,quia tex.dicit liberi,& per liberos significãtur filij,nepotes & pronepotes,& deinceps, vt l.liberorũ.ff.de verbo.signific. Solutio. Liberi,ponitur hîc & capitur strictè,scilicet solùm pro filijs & filiabus, vt clarè patet hîc ex isto textu,sed ex constitutionibus principalibus:etiam nepotes & neptes,& deinceps,ad successionem auiæ vocantur. §.j.in fine.eo.

§. Sciendum autem est.

1 *Successiones,quæ dantur ex senatusconsulto Orficiano, non impediuntur per capitis diminutionem, sicut successiones,quæ dantur ex lege xij. tabu. & nu.2.*

3 *Filiorum alij sunt spurij,alij nefarij,alij incestuosi,alij nothi siue adulterini.*

4 *Spurius,tripliciter dicitur.& nu.5.6.*

7 *Nefarij filij, qui dicantur. Qui incestuosi, Qui manseres, Qui nothi,siue adulterini. ibid.*

8 *Filius vulgô quæsitus,an succedat matri.disting. numero. 9.10.11.12.13. 14.15.16.*

1 Summatur † sic:Successiones,quæ dantur ex senatuscõsultis Tertylliano & Orficiano,non impediũtur per capitis diminutioné,sicut successiones,quæ dantur ex lege xij.tabularũ, & filius vulgò quęsitus succedit matri ex senatusconsul. Orficiano. Hoc dicit,& patet intellectu

2 textus. ¶ Notandũ † primò,quòd istud primũ responsum intelligitur de capitis diminutione minima, nam per maximã & per mediam etiã tolluntur istæ successiones,vt suprà de capitis diminutione. §.quod autem.si enim liber fiat seruus,non succedit matri, ex senatuscon. Orficiano,sed successio,quæ datur ex lege xij.tabularum,etiam impeditur per minimam capitis diminutionem,vt ff.de capi. diminutio.l.tutelas. in qua l.ponitur ista regula,de qua fit hîc mentio. & ratio istius responsi est,quia per minimam capitis diminutioné non tollitur cognatio,& istæ successiones quę dantur per senatusconsulta, sunt inter cognatos: sed agnatio tollitur per minimam capitis diminutioné:& ideò successiones,quæ dantur ex lege xij. tabularum impediũtur, quia tales successiones sunt inter agnatos. De isto dictum est suprà de legit.agnato

3 rum tute. §.si. ¶ Notandum † secũdò,quòd filiorũ alij sunt spurij,alij nefarij, alij incestuosi, alij nothi siue adulterini. Spurius secundũ ius

4 ciuile dicitur tribus † modis. Primò, dicitur spurius de scorto natus,id est,de meretrice, sicut est vulgò quæsitus,qui patrem demõstrare nõ potest,propter multitudinem,sicut est filius publicæ meretricis, & sic propriè

propriè capitur,& dicitur à σποράς, græca dictione,quod idẽ est,quod vulgò conceptus,siue sparsus,vt ff.de statu hominũ.l. vulgò cõcepti. Vel dicitur à σπείρειν, quod est seminare,quia nihil aliud de patre, quã
5 semen refert.Secundò † dicitur spurius,vulgò quæsitus,non verè sed fictione,iuris,puta qui patrem certum habet,sed talem qualem secundũ Deum pudor est demonstrare, vt filius Monachi, vel Episcopi, quia ille videtur nõ habere patrem,qui eum honestè demonstrare non potest. §.fin.l.j.ff.quod cuius.vni.no.l. quoties.ff.de his qui satisda. co-
6 guntur.l.vulgo.de statu hominum. Tertiò,dicitur † spurius,qui natus est ex matre libera & patre seruo, in glo.verò de renunciatio. in ver. manseres.c.nisi cùm pri.dicitur quòd spurius est,qui natus est ex cõcu
7 bina.Nefarij sunt,† qui nati sunt ex cõsanguineis in linea directa ascẽdente vel descendẽte. §.ergo nõ omnes.suprà de nup. Incestuosi sunt geniti ex consanguineis in linea transuersali,in gradu tamen prohibito.Hi duo,nefarij & incestuosi,vocantur secundũ ius canonicũ manseres,vt in glo.c.nisi cùm pri.de renũtia,Nothi siue adulterini,dicuntur geniti ex adulterio,& hoc dupliciter,vel ex parte patris,& sic dicũtur adulterini,aut ex parte matris,& tunc propriè dicuntur nothi, quia sicut notha febris affligit,vt quartana,& tamen nõ est quartana,sic nothus præsumitur natus ex adulterio, & tamen non est. ¶ Opponitur primò:& videtur,quòd non bene dicitur in tex. quòd solæ successiones,quæ deferuntur ex lege xij. tabularũ, pereunt per capitis diminutionem,per l.fi ff. vnde liberi.Solutio.Snlæ debet exponi hîc vt excludat successiones quæ dantur per senatuscon. & non successiones prætorias,vel potest dici quòd si illa lex finalis loquatur de successionib⁹ quæsitis,tunc non tollũtur,sed si loquatur de quærẽdis,tunc bene tolluntur per capitis diminutionẽ. de isto latius per Bar. in l.capitis.ff. de
8 suis & legit.hæredi. ¶ Opponitur † secũdò,& videtur,quòd filius vulgò quæsitus,non succedit matri,per §.fin.in Authẽ. quibus modis no tura.efficiuntiur sui.Solutio. Ad sciendum successionẽ prænominato
9 rum filiorum † vel non successionẽ,sic distinguendum est,quia vel loquimur in feudis,& tunc nullo modo succedunt prænominati,sed solùm succedunt filij naturales & legitimi,vt in authen.si de feudo controuersia fuerit.c.naturales.colla.x.vel sermo est de alijs bonis,& tũc distinguẽdum est,quia vel sermo est de successione patris vel matris: si patris, tunc spurius primo modo dictus, nullo modo succedit, quia vulgò quæsitus est,& patrem demõstrare non potest, ergo non succedit.l.cum legitimè. in fi.ff.de statu hominũ,vbi dicitur quòd talis non
10 sequitur conditionẽ patris,sed matris.Spurius verò † secũdo modo dictus,qui est vel fictione iuris, in quantũ ius fingit eum vulgò quæsitũ, non succedit,sed iuris fictio præiudicat ibi veritati. §.qui ab hostibus.

suprà

ſuprà quibus modis ius patriæ poteſta. ſoluitur, ſicut eſt filius Monachi
11 vel Epiſcopi. Spurius tertio † modo, nõ ſuccedit patri, quia pater eius ſeruus, & ſic nihil habet, in quo poſſet ſuccedere filius, quia ſeruus non habet ſucceſſores, l. ſeruus. C. de ſucceſsio. ſic ergo patet, quòd patri nõ
12 poteſt ſuccedere. Si verò ſermo eſt de ſucceſsione † matris, tunc ſi ſpurius accipitur primo modo diſtinguendũ eſt, quia aut mater habet legitimos aut non: ſi non, tunc indiſtinctè ſuccedit matri ſicut legitimus, etiam ſi mater ſit illuſtris. Item ſuccedunt etiã auiæ, ſcilicet maternæ, nepotes, vulgò quæſiti. l. Modeſtinus. ff. vnde cog. l. ij. ff. eo facit glo. in verbo ſucceſſores. c. conſtitutus. de in integ. reſtit. item etiã ipſi fra-
13 tres inter ſe, d. l. ij. & l. iiij. eo. Si, verò † mater habet legitimos, tunc aut eſt illuſtris aut nõ: ſi non, tũc ſuccedit cum legitimis, ſi aũt eſt illuſtris tunc non ſuccedit, vt in l. ſi qua illuſt. C. ad ſenatuſcon. Orficia. & in illo caſu differt à naturali tantùm, quia ille ſuccedit, iſte nõ, & ratio ſpecialitatis in illuſtri eſt, quia maior caſtitas requiritur ratione nobilitatis. Ex quo dicit Imperator, caſtitatis amatores ſumus, in Authen. qui-
14 bus modis natura. efficiũtur legi. § . fi. Si verò † fuerint ſpurij ſecundo modo, id eſt, geniti ex damnabili coitu, vt ex presbytero vel moniali, tunc nec ſuccedunt patri nec matri, tam ab inteſtato, quàm in teſtamẽto, ita quòd ſi parentes vellent eos ſuccedere, aut inſtituere, aut ſi fuerint inſtituti, nõ poſſunt ſuccedere, Authẽ. ex cõplexu. C. de inceſtuo. nup. imò quod plus eſt, in deteſtationẽ criminis à ſuis parentibus & eorum hæredibus, non ſunt alendi, vt in § . fin. in Authen. quibus modis natura. efficiuntur ſui, colla. viij. & ita tenuit Franciſ. de Zaba. & conſuluit, vt in c. cùm haberet. de eo. qui duxit in matrimoni. & idem tenet
15 Io. de Pla. Natus verò ex ſoluta & viro coniugato, † non ſuccedit patri, ſed matri: quia coitus ille non punitur, & ſic nõ eſt accuſabilis, vt in l. j. C. de adulter. vt tenet hîc Placen. licet alij dicant & adulterinos, qui generantur ex cõiugato & ſoluta, & nothos, qui generantur ex coniu-
15 gata & ſoluto, non ſuccedere patri aut matri. Natus † verò ex concubina, non obſtãte quòd ius canonicũ reprobat concubinatũ, vt in cle. ad noſtrum. de hæreti. ſuccedit matri cum alijs legitimis, etiã ſi ſit illuſtris; vt notatur in d. l. ſi qua. C. ad ſenatuſcon. Orficianũ. & etiam ſuccedit patri in duabus vncijs, ſi pater nõ habeat alios legitimos vel vxorem, vt in l. licet. C. de natu. liberis. & in Authẽ. § . diſcretis. quibus modis natura. effic. leg. col. vij. & ſic ſecundũ ius canonicũ tales ſuccedũt, qa nullibi reprobat ſucceſsionẽ, vt vult etiã dñs Panor. in c. tanta. extra, qui filij ſint legi. De iſta materia plenè habebis poſteà diffuſam diſt. in tit. de ſerui. cog. § . repetitis itaq;.

§. Sed ſi ex pluribus.

1 *Hæreditatem nõ adeũtium portio, accreſcit adeũtibus. Et qualiter diuidatur*

tur inter eos.nu.3. Et quid requiratur, ut id possint.nu.4.

2 *Huius §. summa.*

1 Si ex pluribus † legitimis hæredibus aliqui sponte vel morte seu alia causa impediti non adeant hereditatem : tunc portio eorum accrescit alijs qui hereditatem adierunt,& transmittitur portio accrescés, etiam non adita,ad hæredes eorum quibus accrescit, si decedant antequam
2 adeãt.h.d. ¶ Notandũ † primò,quòd iste §.est cõmunis ad omnes titulos suprà positos,in hoc iij.libro,& nõ tantùm seruit isti titulo,& loquitur de succesione,quæ est inter legitimos hæredes, vt patet in tex. concor.l.j.§.si nemo.ff.eo.& l.vnica.§.in his itaq;. C.de cadu.tollẽ. Istud tamen etiam habet locũ in prætorijs succesionibus, vt ff.de bonorum posses.l.ij.iiij.& v.quia in illis etiã datur isto modo ius accre-
3 scendi. ¶ Notandum † secũdò, quòd ista portio accrescens diuiditur inter illos,quibus accrescit secundũ quotam portionis,quam habẽt ex iure hæreditario succesionis.vt C.de cadu.tollẽ.l.vnica.§.in his itaq;. nec est opus quòd isti adeant istam portionẽ accrescentem de nouo nisi augmentũ veniat ex alterius persona, puta serui,vt ff.de acquirẽ.
4 hæredita.l.si solus.j.respon. ¶ Notandum † tertiò,quòd ad hoc quòd isti debeant transmittere partem accrescẽtem ad hæredes, requiritur quòd ipsi adierint partẽ, quam habent iure hæreditario, vt C.de cad. tol.l.vnica.§.in nouissimo.nisi transmitterent ad suos hæredes, quia hoc fit licet nõ adierint partem prædictã, vt C.de his qui ante apertas tabu.l.j.

DE SVCCESSIONE COGNATORVM, TIT. V.

Dictum est suprà de succesione agnatorum, & quia post agnatos succedunt cognati, ideò tractatur hîc de succesione cognatorum,& ergo titulus iste sic rubricatur.

§. Post suos.

1 *Succesio ad proximum gradum cognationis,uenit post suos & legitimos hæredes,& qui loco eorum sunt.*

2 *Agnati & cognati hodie simul succedunt,contra hunc §.*

3 *Lex Anastasiana, quid adferret.*

Deficientibus suis heredibus, & qui loco suorũ sunt atq; agnatis& qui loco agnatorũ sunt,succedunt proximi cognati de iure prætorio, cum quibus etiam succedũt fratres & sorores emancipati,sed cum aliqua diminutione. Et excludunt isti fratres & sorores,emancipati,alios agnatos inferioris gradus, etiam capite non diminutos, & per conse-
1 quens etiam cognatos.h.d. ¶ Notandũ † primò,quòd post suos & legitimos heredes,& qui loco eorũ sunt,venit succesio ad proximũ gradum

dum cognationis, siue vnus siue plures sint in illo gradu, & attenditur proximitas eo tempore, quo bono. pos. defertur, vt ff. eo. scilicet vnde cognati. l. j. §. proximus. & § gradatim. & non datˉ ista successio inter seruos, licet etiã posteà fiant liberi, vt dicta l. j. in §. pertinet. sed bene datur liberis adoptiuis, quia qui agnascuntur, possuut etiã cognasci, vt
2 d. l. j. §. cognationẽ. ¶ Notandum † secundò, quòd iste. §. hodie non habet locum, quia agnati & cognati simul succedunt, cũ sublata sit differentia agnationis & cognationis, & patriæ potestatis & emancipationis, vt in Authen. de hære. qui ab intestato veniũt. §. j. colla. ix. ¶ No-
3 tandum † tertiò, quòd lex Anastasiana dabat successionem fratribus & sororibus emancipatis cum fratribus & sororibus integri iuris constitutis, id est, non emancipatis seu non passis capitis diminutionẽ, cum diminutione tamen scilicet tertiæ patriæ fortassis. & dico notanter fortassis. quia non est certũ de ista diminutione, cũ non habeamus istam legem, de ea tamen fit mentio C. de legit. hæredibus. l. fin. § cùm igitur. & l. iiij. de legitima tute. & ibi ista lex corrigitur, quia isti fratres & sorores hodie succedunt cum alijs sine aliqua diminutione.

§. Eos etiam, qui per.

1 *Successio per unde cognati, datur etiam cognatis collateralibus, ac etiam liberis adoptiuis, & uulgò quæsitis. Et qualiter adoptiui. remissiue nume. 2.*

3 *Spurij & uulgò quæsiti, non habent cognatos, neque consanguineos.*

1 Summatur sic: Successio † per vnde cognati, datur etiam cognatis collateralibus, & datur etiam liberis adoptiuis, quo ad hæreditatem parentum naturalium, datur etiam vulgò quæsitis, nam isti non habent agnatos neque consanguineos. Hoc dicit, & patet intellectus textus.
2 ¶ Notandum primò, † quòd qualiter liberi adoptiui per istud ius succedunt parentibus naturalibus, magis distinctè dictum est suprà de hæredita. quæ ab intestato deferuntur. §. admonendi. hodie tamen succedunt iure ciuili, vt C. de adoptio. l. cùm in adoptiuis. ¶ Notan-
3 dum † secundò, quòd quo ab successionem, vulgò quæsiti & spurij non habent agnatos neque consanguineos, vt hîc & ff. vnde cognati. l. si spurijs. Nec spurius etiam est cognatus respectu patris, vt in dicta l. si spurius. sed quo ad matrimonia. habent isti consanguinitatem & affinitatem, quia etiam contrahuntur ex illicito concubitu, vt c. discretionem. & c. penul. extrà de eo qui cogno. consangui. vxoris suæ & ff. de gradibus. l. non facilè. §. affines. sed succedunt isti matri, vt dictum est suprà, titulo proximo. §. iij. & etiam inter se, si nati sint ex eadem matre, non autem si ex diuersis matribus, vt l. hac parte. ff. vnde cognati.

§. Hoc

§. Hoc loco & illud.

1 *Successio datur agnatis, usque ad decimum gradum: cognatis uerò, usque ad sextum.*

2 *§. Iste communis est ad hunc titulum, & titu. de legit. agnat. succes.*

3 *Cognati succedunt usque ad sextum gradum, iure prætorio.*

1 Summatur sic: Succesio † datur agnatis vsq; ad decimum gradum, sed cognatis solùm datur, vsq; ad sextum gradum, nisi nati sint ex sobrino vel sobrina, quia illis datur vsq; ad septimũ gradum. Hoc dicit,
2 & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd iste §. est cõmunis ad istum titulum, & ad titulum suprà de legi. agna. succes. Simile dictum est suprà, titulo proxi. §. fin. & infrà §. fin. de serui. cog. ¶ Notan
3 dum † secundò, quòd quando textus hîc loquitur de agnatis, tunc dicit siue succedant ex leg. xij. tabularũ, siue iure prætorio. Sed quando loquitur de cognatis, tunc solùm dicit eos succedere iure prætorio, quia ex leg. xij. tabularum cognati non succedunt, vt suprà ad Tertyll. §. j.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd de iure Codicis cognati succedunt cum agnatis, vsq; ad x. gradum, quia simul vocantur hodie ad succesioné: vt in Authen. in succesione. C. de legi. hæred. Iure tamen Authenticorum, solùm succedunt vsq; ad septimũ gradum: vt in Authenti. de succesio. feud. c. hæc ratio. collat. x. & in iure patronatus solùm, vsque ad quintum gradum, vt infrà, de succesio. liber. §. sed nostra constitutio.
5 ¶ Opponitur † primò sic, & videtur, quòd etiam isto iure succesio nõ datur agnatis neq; cognatis, nisi vsq; ad quintum gradum, per l. ij. §. fi. ff. de vetera. mili. succes. Solutio. In illa l. datur succesio in castrensi peculio: & quia hoc ius est priuilegiatũ in vno, debet restringi in alio, vel potest dici, quòd illa lex loquitur de facto, licet aliud fuerit de iure. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd hîc inconuenienter dicatur, quòd nati ex sobrino vel sobrina succedant, vsq; ad septimũ gradum, quia plures sunt in septimo gradu, vt infrà titu. proxi. §. sexto gradu. ergo illi æqualiter debent succedere. Consequentia patet per simile. Solutio. Non est simile, quia isti respiciunt lineam transuersalẽ inferius, alij autẽ omnes superius, vt ff. vnde libe. l. scripto. ¶ Opponitur tertiò
6 sic, † & videtur, quòd cognati nõ debent trahi seu extendi ad agnatos, vt dictum est in tertio notabili, sed potius econtrà, per l. lege. C. de pactis super dote conuentis. & per § deinceps. in Authenti. de nup. colla. iiij. in quibus maius trahitur ad minus. Solutio. In illis text. fauorabile est maius trahi ad minus: sed in isto casu fauorabile est minus trahi ad maius, vt l. quæ religiosis. ff. de rei vendica. vel potest dici, quòd in illis cõstat partes in hoc cõuenisse, hîc autẽ constat de mente legis isto modo esse: quia omnis succesio, quæ datur per l. dicitur legitima. Cùm ergo leg-

go legitima extendatur, vſque ad decimum gradum, ſequitur, quòd de mente legis eſt, quòd cognati debent ſuccedere vſque ad illum gradum, in quo ſuccedunt agnati. Nam ex verbis legis ſucceſsio æqualiter data eſt agnatis & cognatis, quanuis ex verbis legis non habetur, an extenſio debeat fieri ad gradus agnatorum, vel cognatorum. Sed hoc habetur ex mente legis, vt dictum eſt.

DE GRADIBVS COGNATIONVM. TITVL. VI.

Continuatur ſic: Quia dictum eſt ſuprà de ſucceſsionibus, quæ deferuntur, ſecundum proximitatem graduum, idcirco neceſſarium eſt tractare de gradibus cognationum, ideo iſte titulus ſic rubricatur.

§. Hoc loco.

1 *Huius §. ſummarium, per dominum Nicaſium.*
2 *Actus quidam fiunt de iure ciuili, propter conſanguinitatem, aliqui etiam prohibentur, iiſdem de cauſis.*
3 *Cognatio, quid.*
4 *In cognatione quot lineæ imaginentur.*

1 Summatur ſic: Gradus † cognationũ poſſunt numerari aſcendendo & deſcẽdendo, & ex tranſuerſo ſeu à latere. In aſcendẽtibus & deſcendentibus incipitur à primo gradu, ſed in tranſuerſalibus ſeu collateralibus incipitur à ſecundo gradu, & numerantur hîc tres gradus, aſcẽdendo, deſcẽdendo, & ex tranſuerſo, quos non exprimo in hoc ſummario, quia clarè patent in textu, & videbuntur clarius poſteà in arbore. Hic
2 dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd iure ciuili fiunt aliqui actus propter conſanguinitatẽ, vt ſucceſsio ab inteſtato, datio tutelæ legitimæ: & aliqui actus prohibentur, propter conſanguinitatẽ, vt dare teſtimoniũ, idcirco neceſſarium eſt cognoſcere gradus cognationũ: vt ff. eo. l. Iuriſcõſultus. & quia in iure canonico prohibetur matrimoniũ, propter conſanguinitatẽ & affinitatem, idcirco etiam neceſſariũ eſt Canoniſtam gradus cognationũ cognoſcere: vt extra de conſang. & affin. per totum. ¶ Notandũ † ſecundò, quòd cognatio
3 eſt attinentia perſonarum, ex eo prouueniens, quòd vna propagatur ab alia, vel ambæ ab eadem, & eſt cognatio genus ad agnationem. Sed cognationem ſpecificè dictam, vt ff. eo. l. Iuriſconſultus. §. nomen cognationis. ¶ Notandum tertiò, † quòd in cognatione imaginãtur tres
4 lineæ, vna aſcendentium, videlicet parentum, vt aui, proaui, abaui, &c. Alia deſcendentium, videlicet liberorum, vt filij, nepotis, &c. Et tertia collateralium, videlicet fratrum, ſororum, patruorũ, auunculorũ, &c. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd pater & filius non faciant vnum gradum

gradum,quia persona addita personæ facit nouũ gradum, vt infrà eo. §.hactenus. Solutio. Verum est quòd persona addita personæ post primum gradum,semper facit alium gradum,sed pater & filius non faciunt duos gradus,sed vnum: & primum,sicut duæ columnæ distantes ex lateribus faciunt vnam fenestram, sed tertia columna adiecta facit aliam fenestram,& iste computus vendicat sibi locum de iure canonico,& ciuili: vt xxxv.q.v.c.ad sedem Apostolicam.

§. Quarto gradu.

1 *Nati ex fratribus & sororibus, possunt dici consobrini, sed impropriè. Et qui propriè dicantur consobrini.ibid.nume.3.*

2 *Patruus magnus,quis.*

Summatur sic: Quia satis clarè ponuntur exempla quarti,quinti & sexti graduum in textu,& posteà declarabuntur ad oculum in arbore.

1 ¶ Notandũ † primò ex isto textu,quòd nati ex fratribus & sororibus, possunt dici consobrini,propriè tamen consobrini dicũtur nati ex duabus sororibus,quasi cõsororini,& nati ex duobus fratribus,propriè dicuntur fratres patrueles,& filiæ sorores patrueles: nati autem ex fratre & sorore,dicuntur amitini, ita vt filij amitæ tuæ,vocent te consobrinum,capiendo tamen consobrinũ impropriè, & tu appellas eos amiti-
2 nos. ¶ Notandũ † secundò,quòd patruus tui patris est tibi patruus magnus,& auunculus tuæ matris est tibi auunculus magnus: auunculus autem patris tui potest dici tibi auunculus magnus,& patruus matris tuæ, patruus magnus,secundum aliquos: alij dicunt contrarium. Sed in isto est parua vis,quia nihil refert qualiter nominetur,quando cognoscitur
3 gradus. ¶ Notandũ † tertiò,quòd text.iste non procedit vltra sextum gradũ,quia post tritauũ ascendendo,& post trinepotem descendendo gradus non habent nomina imposita: sed ascẽdendo vocantur superiores,& descẽdendo inferiores seu posteriores, vt ff.eo.l.fin. §.parentes. nam plura sunt negotia,quàm vocabula,vt ff. de præscrip.verb.l.iiij.

§. Hactenus.

1 *Persona quòd addita personæ,faciat nouum gradum,intelligitur post primum gradum.*

Summatur sic: Ex numeratione istorũ sex graduũ faciliter possunt vlteriores gradus numerari, quia persona addita personæ semper facit nouũ gradũ: & quia visa fortius cõprehenduntur,quàm audita,idcirco solet hìc poni arbor cõsanguinitatis, vt gradus nõ solùm percipiantur auribus,sed etiã oculis. Hoc dicit,& patet intellectus text. ¶ Notandũ
1 † primò,quòd quando hìc dicitur,quòd persona addita personæ , facit nouum gradũ,hoc intelligitur post primum gradum,vt dictum est in

ſolutione oppoſitionis circa § .j. ſuprà eo. & debet etiam intelligi de perſona expreſſa per nomen appellatiuũ, Aliâs enim non eſſet verum, vt ſic: ego filius cũ patre meo facio gradũ, frater adiectus facit alium gradum, ſed ſi adijciatur alius frater, non facit alium gradum, quia decem fratres non faciunt, niſi primum gradum cum patre, & ſecundum inter ſe. Sed ſi addatur alia perſona per nomen appellatiuum, ſcilicet nepos, facit nouum gradum.

DE ARBORE CONSANGVINITATIS, MATERIA ELEGANS. ET arboris componendæ ratio.

1 *Probatio ad oculum, eſt firmiſsima omnium.*
2 *Cõſanguinitatis arbor, quomodo debeat formari: & quo ordine. & nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*
2 *Puncta rubea in compoſitione arboris conſanguinitatis, quid ſignent. Et quid nigra. nu. 4.*
13 *Conſanguinitas, quid. Et eius expoſitio. Et unde dicatur. nu. 14.*
15 *Sanguinis unitas, duplex eſt.*
16 *Linea, quid. Et quotuplex. nu. 17.*
18 *Linea collateralis, duplex.*
19 *Gradus, quid.*
20 *Cellula in arbore conſanguinitatis poſita, cur uacua remaneat.*
21 *Cellulæ in arbore conſanguinitatis poſitæ, incipiunt à duplici caſu: uariam inde trahentes denominationem.*
22 *Perſonarum diſtantia utroque iure, qua ratione cognoſcatur, in arbore conſanguinitatis, breuis ratio. ibid. & nu. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Et infrà arboris typus. poſt nu. 38.*
37 *Diſpenſationes, ſunt reſtringendæ.*
38 *Legatus habens diſpenſandi poteſtatem, in tertio & quarto gradu, non poteſt diſpenſare cum perſonis diſtantibus in linea æquali, tertio gradu à ſtipite.*

1 QVia de gradibus cognationũ dictum eſt, reſtat nũc declaratio arboris cõſanguinitatis, ad oculum, quia probatio † ad oculũ, alias vincit, xxvij. q. j. nec aliqua. & ex oſtenſione facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione, de donationibus. c. apoſtolicæ. verſus finem. Hinc eſt quòd agrorum menſuratio ſubijcitur oculis. xvj. q. iij. c. inter memoratos. de præſcriptionibus. c. quia iudicantes. C. finium regundorum. l. iij. ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de ventre inſpic. l. j. locorũ pudicitiæ, an mulier ſit virgo. inueſtigatio,

tio,de probationibus.propofuifti.an arcta.de fri.& male. & literæ Pa
2 pales,an veræ fint an falfæde crimine falfi. licet. ¶ Arbor † igitur con fanguinitatis pernecesfaria vtriufq; iuris ftudentibus, fic debet forma ri,vt primò ponantur cellulæ afcendentium, fecundò defcendentium, tertiò collateralium.Primò igitur protrahetur vna linea recta : in cu- ius medio ponetur vnus circulus vacuus, fupra quem circulum ponen tur quatuor circuli. In quorum primo fcribetur,pater & mater:& po- netur vnus punctus rubeus fuprà,& vnus niger infrà.In fecundo fcribe tur,auus & auia,& ponentur duo puncta rubea fuprà,& duo nigra in- frà.In tertio fcribetur,proauus & proauia,& ponentur tria puncta ru- bea fuprà,& tria nigra infrà.In quarto fcribetur , abauus & abauia , & ponentur quatuor puncta rubea fuprà,& quatuor nigra infrà. Simili- ter fub illo circulo vacuo ponentur quatuor circuli. In primo fcribe- tur filius & filia,cũ vno puncto rubeo fuprà,& vno puncto nigro in- frà.In fecundo fcribetur,nepos & neptis,& duo puncta rubea fuprà,& duo nigra infrà.In tertio,pronepos & proneptis,& tria puncta rubea fuprà,&tria nigra infrà.In quarto,abnepos & abneptis, & quatuor pũ
3 cta rubea fuprà,& quatuor nigra infrà. Et † fignificant rubea puncta, computationem,fecundum ius canonicum, quæ ideò ponuntur fuprà, quia ius canonicũ maximè in matrimonialibus,in quibus valde feruit cognitio graduum,excedit ius ciuile,extrà de fecun.nup.c.penul. & vl
4 timo.Nigra autem † puncta,fignificant computationem graduum,fe cundum ius ciuile , habito refpectu ad cellulam vacuam femper , quæ feruit ad fuccesfiones,quæ fiunt per mortem , & ideò defignantur per
5 nigredinem. Iftis † autem fic formatis in linea recta,procedendum eft ad lineas collaterales,& primò ad latus dextrum circuli,in quo reperi- tur pater & mater,protrahetur vna linea trãfuerfalis habens quatuor circulos. In quorum primo,ponetur frater. In fecundo,fratris filius. In tertio,fratris nepos,& in quarto,fratris pronepos. In primo circulo po netur fuprà vnum punctum rubeum,& infrà duo nigra. In fecũdo po nentur duo rubea fuprà,& tria nigra infrà. In tertio , tria rubea fuprà, & quatuor nigra infrà. In quarto,quatuor rubea fuprà,& quinque ni-
6 gra infrà. † Similiter ad finiftrum latus protrahetur vna linea, cũ qua tuor circulis. In quorũ primo,ponetur foror. In fecundo, fororis filius & filia. In tertio,fororis nepos & neptis.In quarto,fororis pronepos & proneptis:& ponentur puncta eodem modo,ficut pofita funt ad dex-
7 trum latus. Deinde,ad latus † dextrũ aui protrahetur vna linea tranf- uerfalis,habens quatuor circulos. In quorum primo , ponetur patruus & amita,& ponẽtur duo puncta rubea fuprà,& tria nigra infrà. In fecũ do ponetur frater patruelis & amitinus,& foror patruelis &amitina,& ponẽtur duo puncta rubea fuprà,& quatuor nigra infrà. In tertio, po-

netur, horũ filius & filia, & ponẽtur tria puncta rubea suprà, & quinq; nigra infrà. In quarto, horũ nepos & neptis, & ponẽtur quatuor rubea
8 suprà, & sex nigra infrà. Similiter † ad sinistrũ latus aui protrahetur vna linea transuersalis, habens quatuor circulos. In quorũ primo, ponetur auunculus, & matertera. In secũdo, cõsobrinus & consobrina. In tertio, horũ filius & filia. In quarto, horũ nepos & neptis, & fient puncta
9 sicut ad dextrũ latus. Deinde † ad latus dextrũ proaui protrahet linea trãsuersalis habẽs quatuor circulos. In quorũ primo, scribetur patruus magnus, & amita magna, & ponẽtur suprà tria puncta rubea, & infrà quatuor nigra. In secũdo, propior sobrinus & sobrina, & tria puncta rubea suprà, & quinq; nigra infrà. In tertio, horum filius & filia, & tria puncta rubea suprà, & sex nigra infrà. In quarto, horũ nepos & neptis,
10 & quatuor puncta rubea suprà, & septẽ nigra infrà. Similiter † ad sinistrum latus, protrahetur linea cũ quatuor circulis. In quorũ primo ponetur auũculus magnus, & matertera magna. In secũdo, propior sobrinus & sobrina. In tertio, horũ filius & filia. In quarto, horũ nepos &
11 neptis, & pũcta ponẽdo, sicut ad dextrũ latus sunt posita. Deinde † protrahetur linea ad latus dextrũ abaui cũ quatuor circulis. In quorũ primo, ponetur pro patruus & proamita, & ponẽtur quatuor rubea pũcta suprà, & quinq; nigra infra. In secũdo, horum filius & filia, & quatuor puncta rubea suprà, & sex nigra infrà. In tertio, horũ nepos & neptis, & quatuor pũcta rubea suprà & septẽ nigra infrà. In quarto, horũ pronepos, & proneptis, & quatuor puncta rubea suprà. & octo nigra infrà.
12 Similiter † ad sinistrũ latus, protrahetur vna linea cũ quatuor circulis. In quorũ primo, ponet̃ proauunculus, & promatertera. In scdo, horũ filius & filia. In tertio, horũ nepos & neptis. In quarto, horũ pronepos & proneptis, & ponentur puncta, sicut ad dextrum latus sunt posita.

13 Circa arborem consanguinitatis nunc formatam, notandum primò, quòd † consanguinitas est attinentia siue proximitas personarũ, ex eo proueniens, quòd vna descendit ab altera, vel ambæ ab vna tertia. In hoc quod dicitur, vna ab altera, tangitur consanguinitas in linea directa ascẽdentiũ & descẽdentiũ. Per hoc verò, quod dicitur, vel ambæ ab eadẽ, tangitur consanguinitas collateraliũ. Per hoc quod dicitur personarũ, pluraliter, notatur, quòd nõ nisi inter diuersas personas cõsanguinitas esse potest. Alij dicunt, quòd cõsanguinitas, est vinculũ personarũ ab eodẽ stipite descẽdentiũ carnali propagatione cõtractum, in qua diffinitione dicitur primò, ab eodẽ stipite descẽdentium, vt remoueatur affinitas: quia licet ibi sit vinculũ personarũ: non tamẽ est ibi cõsanguinitas: & dicitur carnali propagatione cõtractũ, vt remoueatur vinculũ spiritualis cognationis, & etiam adoptionis. Dici
14 tur † autẽ cõsanguinitas, quasi sanguinis vnitas, à con & sanguine, quia de com

de communi ſanguine deſcenderunt. Vnitas verò ſanguinis eſt duplex
15 †ſcilicet immediata & mediata: immediata eſt inter patrem & filium: mediata, inter patrem & nepotẽ, vel inter collaterales inter ſe. Et hoc modo ſtipes eſt in propoſito, vnde quis immediatius deſcendit carnali propagatione. Stipes verò cõmunis eſt ille, vnde aliqui plures pariter
16 immediatius deſcendunt. quaſi rami ex trunco. ¶ Notandum † ſecundò, quòd linea, eſt collectio perſonarũ ab eodem ſtipite, mediatè vel immediatè deſcendentium, gradus continens, & numeros graduum,
17 per puncta, vt ſuprà factum fuit, diſtinguens. Et diuiditur, † in rectam ſiue directam, & in collateralẽ ſiue tranſuerſalem. Linea recta eſt, quãdo vna perſona rectè & directè trahit ſanguinẽ ab alia mediatè vel immediatè, immediatè vt filius à patre, mediatè, vt nepos à patre. Et illa eſt aſcendentiũ, numerãdo à Phares aſcendendo vſq; ad abauũ, & eſt deſcendentiũ numerando à Phares vſq; ad abnepotẽ. Linea verò collateralis ſiue trãſuerſalis eſt linea, in qua vna perſona nõ ſic ſanguinem trahit ab altera, ſed vna ſtat alteri ad latus, vt duo fratres vel
18 ſorores, & ab eis deſcendentes. Linea † collateralis eſt duplex, ſcilicet æqualis, & inæqualis. Linea collateralis æqualis eſt, vbi duæ perſonæ collaterales in ſua linea æqualiter diſtant in gradu à cõmuni ſtipite eorum, vt duo fratres & eorũ filij: linea verò collateralis inæqualis eſt, vbi perſonæ collaterales in linea inæqualiter diſtant in gradu, à cõmu
19 ni eorũ ſtipite, vt Phares & filius fratris. ¶ Notandum † tertiò, quòd gradus, eſt habitudo diſtantiũ perſonarum, qua cognoſcitur quanta diſtantia duæ perſonę inter ſe differunt. & debet intelligi habitudo, id eſt, menſura, ſiue reſpectus, ſeu conſideratio diſtantiæ, inter perſonas, de quibus quæritur, quia gradus eſt menſura diſtantiæ. ¶ Notandum
20 † quartò, quòd ideò cellula vacua remanſit ſiue circulus, quia nõ poteſt in illo circulo ſcribi nomen appellatiuũ perſonale, quale eſt pater, filius, eò quòd perſona quæ ibi ponitur, interdũ eſt pater, quando comparatur ad deſcendentes, & interdũ filius, quando comparatur ad aſcẽdentes, & interdum frater, reſpectu proximiorum collateralium. Vel igitur cellula vacua remanſit, vt ſit quaſi ſedes vacua, cuiq; patens, ſit vir vel mulier, vt quiſq; homo cõputare volens ſuam cõſanguinitatẽ, ſciat ſe imaginariè ibi locandum, & ſic nõ tantùm vni, ſed infinitis de
21 bet deſeruire. ¶ Notandum † quintò, quòd cellulæ in arbore poſitæ, incipiunt à duplici caſu, ſcilicet nominatiuo & genitiuo. quæ à nominatiuo incipiunt, ſicut abauus, abauia, proauus, proauia &c. ſumunt denominationem à cellula vacua ſiue circulo: ſed à genitiuo incipientes, nomen recipiunt à cellula, ſiue circulo, per nominatiuum incipiente, immediatius in eadem linea ſuprà poſita, vt horum filius filia, eorundem nepos neptis &c. quod ideò fit, quia ibi deficiunt termini

proprij

proprij consanguinitatis incomplexi, & ergo oportuit complexè ex,
primi: à nominatiuo verò incipientes, sumunt nomen à cellula vacua
quia oportuit arborē describi in respectu ad aliquid, cum termini eius
sunt respectiuum, & conuenienter fit in ordine ad vnum, ad vitandam
confusionem, & quia illa cellula est media, ideò conueniētius respectu
eius fiebat, & quãuis ipsa sit vacua à nomine personali, vt suprà tactum
fuit: potest tamen fingi vnum nomen proprium, quod tamen non de-
bet inscribi, & sit gratia exempli Phares, qui est quintus ab Abraham
22 in linea saluatoris nostri Iesu Christi. ¶ Notandum † sextò, quòd de-
scendendo ad practicam istius arboris, ad cognoscendum distantiam
personarum vtroque iure, aliquæ ponendæ sunt regulæ. Et quia iux-
tacta in notabili secundo, duplex est linea, scilicet recta siue directa,
collateralis siue transuersalis. Primò, ponēda est regula de linea recta
quæ est ascendentium & descendentiū, quæ est ista: Quot sunt perso-
næ, de quibus quæritur intermedijs cōputatis, vna dempta, tot sunt gra-
dus inter eas vtroq; iure, canonico & ciuili. Exemplum in nostra arbo-
23 re: Si quæratur † quantum distat Phares ab auo, numerabitur à Phare
inclusiuè ad abauum exclusiuè, & quia ibi sunt quinque personæ, ide
vna dempta, distat ab eo quarto gradu vtroq; iure, à proauo tertio, ab
auo secundo. Similiter, si quæratur quantum distat Phares ab abnepo-
te suo, numerabitur à Phares: vt ibi sit vna persona descendendo ad fi-
lium, & sunt duæ ad nepotem, & sunt tres ad pronepotem, & sunt qua-
24 tuor, & ita distat Phares à pronepote suo quarto gradu. Debet † au-
in ista computatione semper vna persona demi. Ratio, quia oportet
vnam personam subsistere per se à principio, tanquàm terminum, quæ
se sola vel ad se non facit gradum, quia sicut consanguinitas, sic & gra-
dus non est, nisi vnius ad alterum: sed ab ipsa eundo, & gradiendo fa-
mus gradum, quemadmodum iturus stat primo in termino, & ibi sta-
do non facit gradum vel passum, sed vltra eundo. Debet ergo illa per-
sona, quæ est terminus, demi, quia non est gradus, sed principium gra-
25 duum. ¶ Deinde † videndū est de collateralibus. Pro quo oportet pri-
mò videre, quæ persona sit stipes illarū personarū, de quarū distantia
quærit, & est illa persona stipes, à qua descēdunt proxime, vt dictum
suprà, illæ personæ de quibus quærit. verbi gratia: Si quæratur quantū
distat Phares à propatruo suo, aut filio, nepote vel pronepote propatrui,
stipes est illa psona, quæ ponit in recta linea, à cuius latere venit circu-
lus vel cellula, in quo vel qua ponit propatruus, & est abauus. Similiter
si quærat quantū distat Phares à patruo magno cū alijs in eadē linea,
stipes est proauus, sic si quærat de Phares & de patruo, stipes est auus.
26 Ad sciendū † ergo istarū personarū distantiã, iure ciuili dat ista regu-
la vnica: Quot sunt psonę, numerādo à Phares, inclusiuè vsq; ad stipitē
exclusi

exclusiuè, & procedẽdo ad latus stipitis, vsq; ad personã, à qua distat, toto gradu distat Phares ab illa persona iure ciuili, verbi gratia: Si quęrãt quantũ distat Phares à patruo, numerabit à Phares, dicẽdo, vna persona, ascendendo cõsequenter, pater, duæ personæ, auus, tres, proauus, quatuor. & tũc procedet ad latus abaui, & reperit ibi, propatruus, dicẽdo, quinq;: & ita Phares & propatruus suus iure ciuili distãt in quinto gradu, Phares & filius propatrui in sexto, Phares & nepos propatrui
27 in septimo, Phares & pronepos eiusdẽ in octauo. Similiter † si quæratur quantum distat Phares à patruo magno iure ciuili, tunc stipes est proauus, numerabitur ergo sic, vt Phares sit vna persona, patrueli duę, auus tres. & tunc dimittetur stipes, & procedetur ad latus proaui, in primo circulo, & ibi reperitur patruus magnus, distãt ergo in quarto gradu, & Phares, & propior sobrinus in quinto, filius in sexto, nepos in septimo. Et ita faciliter potest exemplificari de aliis, scilicet, quando auus est stipes, vel quando pater est stipes. Et licet Doctores ponant de isto diuersas regulas, distinguendo de linea æquali & inæquali, per istam tamẽ vnicam regulam semper reperitur gradus iure ciuili. Necesse tamen est scire, quando personæ sunt in linea æquali, & quando in linea inæquali, propter ea, quæ statim dicentur. Sed ad sciendum
28 hanc distantiam † iure canonico, alia datur regula, etiam vnica, pro cuius intellectu scire oportet, quando quæritur de duabus personis, quæ persona distat remotius à stipite, tunc est ista regula, quòd numerando ab illa persona, siue ponatur in latere, siue in recta linea inclusiuè, quę remotius distat à stipite, vsque ad stipitem exclusiuè, toto gradu distant inter se iure canonico. verbi gratia: Si quæratur quantum distat Phares à propatruo, iure canonico, videndum est quis sit stipes istarum personarum, & est abauus. Deinde videndum est quis remotius distet ab abauo, an Phares, an propatruus, & clarum est quòd Phares remotius distat. Numerabitur ergo à Phares inclusiuè, vsque ad abauum exclusiuè, & reperiuntur quatuor personę, ergo Phares distat à propatruo iure canonico quarto gradu, & eodem gradu distat à fi-
29 lio, à nepote & à pronepote propatrui. Similiter si † quæratur quantum distat Phares à patruo magno, videndum est, quis sit stipes, & est proauus. Numerabitur ergo à Phares inclusiuè, vsque ad proauum exclusiuè, & reperiuntur tres personæ: ergo Phares distat à patruo magno in tertio gradu iure canonico. Eodem gradu distat à propiore sobrino, & à filio propioris sobrini. Sed si quæratur, quantum distat Phares à nepote propioris sobrini, videndum est, an Phares remotius distat à stipite, an iste nepos propioris sobrini, & reperitur, quòd nepos remotius distat. Numerandũ est ergo à nepote propioris sobrini inclusiuè, vsq; ad stipitem, scilicet proauum, exclusiuè, & reperiuntur

quatuor personę, ergo Phares distat à nepote propioris sobrini quarto
30 gradu, iure canonico. Similiter † si quæraẽ, quantũ distat Phares à patruo suo, vel videndũ est quis sit stipes, & reperiẽ quòd est auus. Numerabiẽ ergo à Phares inclusiuè, vsq; ad auum exclusiuè, & reperiuntur duę personæ, ergo Phares distat à patruo, suo secũdo gradu, iure cano-
31 nico, & eodẽ gradu distat à fratre patruele. ¶ Sed si † quæratur, quãtũ distat Phares à filio fratris patruelis? reperit, quòd iste filius remotius distat à stipite quàm Phares. Ergo numerandum est ab isto filio inclusiuè, vsq; ad stipitem, scilicet auum exclusiuè, & reperiuntur tres personæ, ergo Phares distat à filio fratris patruelis tertio gradu iure
32 canonico. ¶ Similiter † si quæratur, de Phares & de nepote fratris patruelis, reperitur, quòd nepos iste remotius distat à stipite. Ergo numerandum est ab isto nepote inclusiuè. vsq; ad stipitem. scilicet auum exclusiuè, & reperiunẽ quatuor personę. Ergo Phares distat à nepote fratris patruelis, in quarto gradu, iure canonico, & ita potest formari stipes pater, & eodem modo dicendum est. Et si quæratur de illis, qui ponuntur in sinistro latere, idem est, sicut de alijs dictum est.
33 ¶ Et quia † aliquis dubitare posſit, qualiter personæ positæ à sinistro latere distãt à personis positis à dextro latere, idcirco sciendum, quòd inter illas personas communiter non est aliqua attinentia, & sic non est quærendum de earum distantia. Nam auunculus meus, qui est frater matris meæ, non attinet patruo meo, qui est frater patris mei. Nam illæ personę quę ponũtur à sinistro latere, referunẽ ad matrẽ, vel auiam,
34 vel proauiã, & sic cõsequenter. ¶ Et † si tunc vlterius quæraẽ, qualiter distant personæ positæ à latere dextro inter se, tunc sciendũ, quòd si quęratur de distantia iure ciuili, tunc numerandũ est ab vna persona posita à latere, vsque ad circulum positum in linea recta. Deinde ascendeẽ vsq; ad stipitem, & procedetur lateraliter vsq; ad personam aliam de qua queriẽ. verbi gratia: Si quæratur quantum distat pronepos fratris Phares à pronepote propatrui ipsius Phares, numerabitur à pronepote fratris inclusiuè, vsq; ad circulum positum in linea recta, etiam inclusiuè. in quo circulo ponitur pater, deinde ascendetur vsq; ad stipitem vtriusque exclusiuè, qui stipes est abauus, & tunc procedetur ad latus abaui, vsq; ad pronepotem propatrui, & inueniuntur vndecim personæ, & ita isti distant iure ciuili in vndecimo gradu, & ita de alijs. Iure
35 autem canonico videndum est, an ęqualiter distent à stipite, si sit, numerandum est ab vna persona, vel ab alia indifferenter inclusiuè, vsque ad stipitem exclusiuè, vt verbi gratia: Si quæratur, quantum distat nepos fratris Phares, à nepote fratris patruelis ipsius Phares. est autem stipes istarum personarum auus, & ita æqualiter distant à stipite. Numerandum est ergo à nepote fratris Phares, vsq; ad auum exclusiuè, & inueniun-


ueniuntur quatuor personæ, & ita distant prædictæ personæ quarto gradu iure canonico. Sed si vna remotius distet à stipite, tunc numerandum est à remotiori, vsq; ad stipitem, vt prius dictum est, verbi gratia: Si quæratur quantum distat pronepos fratris Phares, à nepote fratris patruelis. Ex quo iste pronepos remotius distat ab auo, incipiendũ est ab illo numerando vsq; ad auum exclusiuè, & inueniuntur quinq; personæ. Distant ergo pronepos fratris Phares, & nepos fratris patruelis ipsius Phares, in quinto gradu, iure canonico, ergo nepos fratris patruelis ipsius Phares potest ducere vxorem proneptem fratris ipsius Phares. Et in ista computatione puncta non dicunt verum, vt manifestum est. Potest tamen ista computatio etiam resolui faciliter ad primam. Sed tunc oporteret arborem extendere, vt puncta quæ tunc ponerētur, dicerent verum. Hæc autem quæ dicta sunt, procedunt siue personæ distent in linea æquali, siue in linea inæquali, vt suprà etiam
36 dictum est. Necesse tamen est cognoscere, quæ † personæ distant in linea æquali, & quæ in linea inæquali, propter dispensationes impetrãdas. Nam si nepos fratris Phares vellet ducere proneptem ipsius Phares, oporteret sic narrare ad habendum dispẽsationẽ, quòd scilicet Titius petit ducere vxorem consanguineam suam Bertam, & Titius distat à stipite in tertio, & Berta ab eodem in quarto. Nam si diceretur sic: Titius petit ducere vxorem Bertam consanguineã in quarto gradu, & Papa dispensaret, non possent isti virtute illius dispensationis matrimonialis aliter coniungi, quia maior est proximitas, quãdo vna persona distat à stipite in tertio, & alia in quarto, quàm si ambæ distarent
37 in quarto. Et † dispensationes, quia fiunt contra ius cõmune, sunt restringendæ. Pro isto fa. c. quod dilectio. extrà de consanguinitate & affinitate, & hæc notantur ibi per Docto. quanuis alij teneant opposi
38 tum. Si † etiam esset aliquis legatus habens potestatem dispensandi in tertio & quarto gradu, ille legatus non potest dispẽsare cum personis distantibus in linea ęquali tertio gradu à stipite, hoc est, si ambę distẽt tertio gradu à stipite, sed solùm potest dispensare, vbi vna persona distat in tertio, & alia in quarto, vel ambæ in quarto à stipite, propter rationem iam dictam, & notatur istud per Docto. in d. c. quod dilectio. Si tamen vna persona distaret in primo, & alia in quinto, à stipite, possunt cõtrahere matrimonium sine dispensatione, vt frater Phares, potest ducere abneptem ipsius Phares.

SEQVITVR ARBOR CONSANGVINITATIS.

Author Arborem Consanguinitatis in contextu punctis uariè notauit m & distinxit. Cuius nos typum, simûlq; gradus numeris expressimus. Et id eadem omnino sententia, & commodiore usu.

ARBOR CONSANGVINITATIS.





pronepos
Horum fi lius filia.
frater pa truel & a mit. & so.
Frater.
Soror.
Cosobri nus, Con sobrina.
Horu fi lius filia
Eorundē pronepos pronept.
Eorund Nepos Neptis.
Horum fi lius filia.
Fratris fi lius filia.
Filius Filia.
Sororis fi lius filia.
Horū fi lius filia.
Eorund Nepos Neptis.
Horum Nepos Neptis.
Fratris Nepos Neptis.
Nepos Neptis.
Sororis Nepos Neptis.
Horum Nepos Neptis.
Frater Pronepos Proneptis
Sororis Pronepos roneptis
Pronepos proneptis
Abnepos Abneptis
LAR BRE DE CONSANG NITÉ DV DROIT CIVIL.

DE ARBORE AFFINITATIS, BREVIS ET COMPENDIOSA ENODATIO.

QVia ex consanguinitate causatur affinitas,ideò declarata arbore consanguinitatis,procedendum est ad arborem affinitatis.
1 Circa quam † notandũ est primò,quòd affinitas,est proximitas personarum,proueniens ex carnali coniunctione viri & mulieris, omni carens parentela. Dicitur notanter,viri & mulieris,& non viroris,quia licet affinitas iure ciuili nõ cõtrahatur, nisi ex iustis nuptijs.ff. de gradi.l.non facilè. §.sciendũ.iure tamen canonico contrahitur ex qualibet carnali cõiunctione viri& mulieris,vt notatur in c.discretionem. de eo,qui cogno.consangui.vxoris suæ. Et quia sæpius contingit dubitare de affinitate,iure canonico:ideò omnia quæ hîc dicentur
2 principaliter intelligenda sunt iure canonico. ¶ Notandum † secundò,quòd non contrahitur affinitas ex dicta carnali coniunctione, inter virum & mulierem,quia nunc cognoscens aliquam mulierem extra matrimonium,non posset posteà cum ea contrahere matrimonium, vt ff.de gradib. l.non facilè. §.affines. Nec etiam contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, quia duo fratres possunt contrahere cum duabus sororibus. & pater & filius cum matre & filia, vt in capitu.super his. de consanguinitate & affinitate. Sed contrahitur inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem
3 & consanguineos viri. ¶ Notandum † tertiò, quòd in affinitate sunt diuersa

diuerſa genera,& diuerſi gradus. Ad cognoſcendum genus affinitatis talis datur regula, quòd perſona addita perſonæ facit genus affinitatis. verbi gratia: Si frater tuus cognoſcat mulierem, illa eſt tibi affinis primo genere affinitatis. Et ſi illam mulierem alius, ſcilicet Titius, cognoſcat, tunc Titius eſt tibi affinis ſecundo genere affinitatis. Et ſi Titius cognoſcat aliam mulierem, illa eſt tibi affinis tertio genere affinitatis, & iſti ſunt tibi affines primo gradu, vt ſtatim patebit. Sed quia hodie affinitas non præſtat impedimentum matrimonio: niſi in primo genere, vt notat gloſ. capitu. non debet. de conſanguinita. & affinita. idcirco de affinitate ſecundi & tertij generis, non eſt facienda proſecutio, ſed ſolùm de gradibus.

4 ¶Notandum † ergo quarto, quòd de gradibus affinitatis talis datur regula, quòd quoto gradu conſanguinitatis aliquis attinet alteri, toto gradu affinitatis attinet illi perſona conſanguineo coniuncta carnaliter. vergi gratia: Si frater tuus cognoſcat muriem, tunc quia frater tuus attinet tibi primo gradu conſanguinitatis, ideò illa mulier attinet tibi primo gradu affinitatis. Et pro intellectu, & vt iſtud ad oculum demonſtretur, poteſt formari arbor affinitatis hoc modo: Primò,
5 † tradenda eſt linea recta, habens quatuor circulos, in quorum ſuperiore ſcribetur primus gradus. In ſecundo, deſcendendo ſcribetur ſecũdus gradus. In tertio, tertius gradus. In quarto, quartus gradus. Dein-
6 de † ad latus dextrum illius lineæ, ponetur etiam linea recta, cum quatuor circulis. In quorum ſuperiore ſcribetur frater. In ſecundo fratris
7 filius. In tertio, fratris nepos. In quarto, fratris pronepos. Deinde † vlterius ad latus dextrum illius lineæ, ponetur adhuc vna linea recta, cũ quatuor circulis. In quorum ſuperiore ſcribetur vxor fratris olim relicta. In ſecundo, vxor filij fratris. In tertio vxor nepotis fratris. In quarto, vxor pronepotis fratris. Et ad latus dextrũ illius lineę, ponetur vnus
8 circulus, in quo ſcribetur, relictus relictę fratris. Deinde † ad ſiniſtrum latus linæ prim poſitæ, quæ continet gradus, ponetur alia linea recta, habens quatuor circulos. In quorum ſuperiore ſcribetur ſoror. In ſecũdo deſcendẽdo, ſororis filia. In tertio, ſororis neptis. In quarto, ſo-
9 roris pronetis. Deinde ad † ſiniſtrũ latus illus lineę poneť alia linea recta etiã habens quatuor circulos. In quorũ ſuperiore ſcribeť, vir ſororis olim relictus. In ſecũdo, vir filię ſororis. In tertio, vir neptis ſororis. In quarto, vir proneptis ſororis. Et ad latus iſtius lineæ, ſicut ſuprà dictum eſt, ponetur vnus circulus, in quo ſcribetur, relicta relicti ſoro-
10 ris. Et ponitur † linea gradum in medio inter fratrem & ſororẽ cum ſuis deſcendentibus, ad denotandum, quòd affinitas oritur ex conſanguinitate, & ex vtroq; ſexu, & ſcribitur primus gradus, ſecundus gradus, & non apponitur affinitatis, ad denotandum, quòd iſti gradus poſſunt


possunt referri ad consanguinitatem, & ad affinitatem, & scribitur in linea finali ad dextrum latus in superiori circulo, vxor fratris olim relicta, quod non additur ad alias vxores descendentium à fratre, propter respectũ ad secũdum genus affinitatis. Nam si frater habet vxorem, illa vxor est affinis sorori istius fratris primo gradu, & primo genere. Et si frater ille moriatur, & vxor eius relicta contrahat cum alio viro, tunc ille vir attinet prædictæ sorori primo gradu affinitatis, in secundo genere. Si tunc moriatur ista vxor, tunc iste vir dicitur relictus relictæ fratris, qui ponitur ibi in circulo vnico, & posset fieri quæ-
11 stio: An iste vir potest † contrahere cum prædicta sorore? Olim non potuit quando affinitas protendebatur vsque ad tertium genus inclusiuè, sed hodie potest, quia non attenditur, nisi primum genus affinitatis, vt suprà dictum est. Eodem modo dicendum est, quare in superiore circulo finalis lineæ, ad sinistrum latus scribitur, vir sororis olim re-
12 lictus, & in circulo vnico, relicta relicti sororis. ¶ Notandum † sextò, quòd affinitas primi generis præstat impedimentũ matrimonio, sicut consanguinitas, ita quòd inter ascendentes & descendentes nullo gradu potest esse matrimonium. Et inter collaterales non potest esse matrimonium propter affinitatem, vsq; ad quartum gradum inclusiuè, vt notatur in c. non debet. de consangui. & affinita. Et est affinitas perpetuum impedimentum. Nam persona mortua, ratione cuius affinitas est contracta, adhuc non potest esse matrimonium inter affines
13 modo prædicto. xxxv. q. x. c. fraternitatis. ¶ † Notandum item, quòd quando patentes sunt affines, tunc filius interdum mutat attinentiam, & interdum non attinet, interdum etiam mutat gradum, & interdum neque mutat gradum neque attinentiã. verbi gratia: Si tu & ego sumus affines, quia egocontraxi cum consanguinea tua, tunc si procreem filium ex ista consanguinea tua, iste filius meus mutat attinentiam, quia ego sum tibi affinis, sed filius meus non est tibi affinis, sed consanguineus. Et si procreem filium ex alia muliere, ille non attinet tibi, neque consanguinitate, neq; affinitate. Et si tu consanguineus vxoris meæ, procreaueris filium, ille non mutat attinentiam, quia est mihi affinis. Sed si tu & vxor mea estis in linea æquali consanguinitatis, vel in linea inæquali, & tu est remotior, scilicet in tertio, & vxor mea in secũdo, tunc filius tuus mutat gradum affinitatis, quia tu es affinis meus in tertio gradu, & filius tuus in quarto. Sed si vxor mea est remotior, videlicet in tertio, & tu in secũdo, tunc filius tuus non mutat
14 gradum. ¶ Notandum † septimò, quòd ex consanguinitate oritur adhuc aliud impedimentum, quod vocatur, publicæ honestatis iustitia. Et est publica honestas, proximitas personarum, proueniens ex sponsalibus. Et istud impedimentum protenditur, sicut impedimentum consangui-

ſanguinitatis & affinitatis, vt inter aſcendentes & deſcendentes omni gradu, & inter collaterales vſque ad quartum gradum incluſiuè.

35 ¶Notandum finaliter, † quòd affinitas aliquando concurrit cum conſanguinitate, & aliquando cum publica honeſtate. Aliquando eſt ſola affinitas, & aliquando eſt ſola publica honeſtas. verbi gratia: Si frater meus cognoſcat conſanguineam meam, illa eſt mihi conſanguinea & affinis. Et ſi cognoſcat ſibi deſponſatam, illa attinet mihi affinitate, & publica honeſtate. Sed ſi frater meus deſponſauerit aliquam, & eam non cognoſcat, illa attinet mihi ſolùm publica honeſtate. Ex quibus patet, quòd ſi quis vxore ſua mortua velit contrahere cum conſanguinea mortuæ vxoris in gradu prohibito, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ. Et ſi impetretur talis diſpenſatio, hoc modo, Petit Titius contrahere matrimonium cum Berta, conſanguinea vxoris ſuæ mortuæ, in tali gradu, non obſtante affinitate, non valet diſpenſatio. Sed oportet, quòd dicatur non obſtante affinitate, eò quòd Titius cognouit conſanguineam Bertæ, nec obſtante publica honeſtate, eò quòd Titius deſponſauit dictam conſanguineam Bertæ, & illo modo valet diſpenſatio, & poteſt procedere matrimonium.

*

SEQVITVR ARBOR AFFINITATIS.


ARBOR AFFINITATIS.
Relictus relictæ fratris.
Relictare licti sororis.
Vxor fratris olim relicta.
Frater.
Primus gradus.
Soror.
Vir sororis olim relictus.
Vxor filij fratris.
Fratris filius.
Secundus gradus.
Sororis filia.
Vir filiæ sororis.
Vxor nepotis fratris.
Fratris nepos.
Tertius gradus.
Sororis neptis.
Vir neptis sororis.
Vxor ꝓnepotis fratris.
Fratris ꝓnepos.
Quartus gradus.
Sororis ꝓneptis.
Vir proneptis sororis.

DE COGNATIONE SPIRITVALI, COMPENDIOSA EXPLICATIO.

1 *Cognatio spiritualis, quid. Et unde oriatur. nume. 2.*

3 *Cognatio spiritualis, proueniens ex baptismo & confirmatione, interdum præcedit matrimonium: interdum sequitur. Et quid si præcedat. Quid itidem, si sequatur.*

4 *Cognatio spiritualis, habet treis species.*

5 *Cognatio spiritualis, tripliciter transmittitur ad aliam personam. Et quomodo. ibid. & nume. 6. Et quotupliciter. Et nume. 7. Fallit, nume. 8.*

9 *Cognationis spiritualis arbor qualiter formetur. in terminis. Ibid. & per nume. 10. 11. 12. 13. & 14. Item, eius typus. post nume. 19.*

15 *Cognationes spirituales septem oriuntur, quando leuatur puer in baptismo, â persona coniugata post matrimonium consummatum, habente unam prolem. Idem ex parte baptizantis. nume. 16.*

17 *Cognatio spiritualis, potest contrahi per procuratorem, ante contractum matrimonium. Potest etiam id Vniuersitas. nume. 18.*

19 *Cognatio spiritualis non contrahitur in Ecclesia, si puer fuerit baptizatus in domo. Et ubi contrahatur.*

CIrca materiam cognationis spiritualis, quæ impedit etiam matrimonium contrahendũ, notandum primò, † quòd cognatio spiritualis, est proximitas personarum, proueniẽs ex datione sacramenti, vel sacramentalis, vel ex tentione, vel susceptione ad illud. Nam sicut cognatio naturalis oritur ex generatione, per quã acquiritur esse naturale, sic cognatio spiritualis oritur ex regeneratione seu sacramẽti vel sacramentalis datione, per quam acquiritur esse gratiæ. xxx. q. j. c. omnes. & de cognatione spirituali. c. vltimo. ¶ Notandum secundò
2 † quòd cognatio spiritualis oritur ex duobus sacramentis, scilicet baptismo & confirmatione, & ex vno sacramentali, scilicet cathecismo, vt in c. quanuis. de cognatione spirituali. lib. vj. Sed quia cognatio spiritualis proueniens ex cathecismo, non dirimit matrimonium contractum, sed tantum impedit contrahendum, vt in c. contracto. de cognatione spiritua. & in c. per cathecismum. eodem titu. libro vj. & quia etiam cognita cognatione spirituali proueniente ex baptismo & confirmatione, faciliter cognoscitur cognatio spiritualis, proueniens ex cathecismo, idcirco de cognatione proueniente ex baptismo & confirma-
3 tione solùm fiet prosecutio. ¶ Notandum † ergo tertiò, quòd cognatio spiritualis, quæ ꝓuenit ex baptismo & cõfirmatione, interdũ præcedit matrimoniũ, & interdũ sequit̃. Si pręcedit matrimoniũ, tũc impedit cõtrahendũ, & dirimit contractũ, vt de cogna. spiri. c. veniens. Si aũt

ſequitur matrimonium, tunc non dirimit contractum, ſed impe-
ctionem debiti. verbi gratia: Si quis leuaret filium ſuum de ſacr-
te, vel teneret eum in confirmatione, ille non poſſet exigere de-
vxore ſua, matre videlicet illius filij, ſed exactus deberet red-
tractant Docto. in c. ſi vir. de cogna. ſpiri. Et iſtud eſt verum
ſine neceſsitate, vt xxx. q. j. c. ad limina. & ſcienter, vt in dicto ca.
Sed poteſt epiſcopus in iſto impedimento diſpẽſare, vt etiam po-
bitum exigere. Et in iſta opinione eſt maior pars doctorũ Can-
rum, & etiam Theologorum. Iſtud enim tenet S. Thomas in
ſcripto ſuo, ſuper diſtinctio. xxxij. Licet Cardi. in dicto c. ſi vir
contrarium, quia vt dicit, iſtud non reperitur aliquo iure proh-


4 ¶ Notandũ † quartò, quòd cognatio ſpiritualis non habet grad-
habet tres ſpecies. Quarum vna dicitur paternitas, & eſt inter ba-
tem, confirmantem, tenentem ſeu ſuſcipientem, & inter baptizat-
firmatum, & tentum ſiue ſuſceptum. Secunda ſpecies, dicitur com-
nitas, quæ eſt inter baptizantem, confirmantem, tenentem ſeu ſu-
tem, & inter patrem & matrem baptizati, confirmati, ſuſcepti ſe-
Tertia ſpecies, eſt fraternitas, quæ eſt inter baptizatum, confirm-
ſuſceptũ ſeu tentum, & inter proles baptizantis, confirmantis, ſu-
5 tis ſeu tenentis. ¶ Notandum † quintò, quòd iſta cognatio ſpiri-
dupliciter tranſmittitur ad aliam perſonam. Vno modo ad con-
per matrimonium carnali copula conſummatũ, verbi gratia: Si ſ-
ſcipiam filium tuum de fonte, vel teneam eum in confirmatione
illa cognatio ſpiritualis tranſmittitur ad vxorem meam prius ca-
ter cognitam. Et ideò vxore tua, & me defunctis, tu non potes
vxorẽ meam, quia licet ipſa non leuarit filium tuum, eſt tamen c-
ter tua propter me, vt in c. Martinus. de cogna. ſpirit. Et ratio e-
vir & vxor poſt carnalem copulam communicant ſibijnuicem
nes ſpirituales, non autem paſsiones ſpirituales. Et ideò ſi ſuſcep-
lium tuum, quem habes ex alia muliere, & nõ ex vxore tua, po-
mortuo contrahere cum vxore tua, quia quòd filius tuus à me
tus paſsiuè, non tranſit ad vxorem tuam, vt notant Docto. in c.
6 tinus. ¶ Dixi notanter, † quòd iſta cognatio tranſit ad cõiuge-
per carnalem copulam extra matrimonium non tranſit ſpiritua-
gnatio, vt notant Doct. in c. j. de cogna. ſpiri. lib. vj. Dixi etiam
ter, carnali copula conſummatum, ſcilicet matrimoniũ, quia ſi
ſponſaui mulierem, & ſuſceperim filiũ tuum antè, quàm cognou-
poteris tu me mortuo contrahere cum illa. xxx. q. iij. c. ſi quis
7 Secundò † tranſmittitur cognatio ſpiritualis ad aliam perſonã, ſcilicet
à patre baptizante, cõfirmante, ſuſcipiente ſeu tenente ad proles, &
ideo inter baptizatum, confirmatum, & proles baptizantis, confirman-
tis, &c.

tis,&c.non potest esse matrimonium.xxx.q.iij.c.Pitacio. & in c.ex literis.de cogna.spiri.siue istæ proles natæ sint antè,siue pòst,vt in c.tua nos.de cogna.spiri.Et etiam hoc verum † est,quanuis proles sint illegitimæ,vt in c.fin.de cogna.spiritu. non tamen econtrà transmittitur cognatio spiritualis à prole in patrē,& ideò si filius meus susceperit filiam tuam de fonte,vel tenuerit eam in cōfirmatione, ego possum cum illa contrahere,& ratio est, quia matrimoniū est edictum prohibitorium, c.cū apud de sponsa.quod non debet extendi ad personas,quæ in prohibitione non exprimuntur. ¶ Notandum † sextò,quòd arbor cognationis spiritualis potest sic formari:Primò poni debent superius tres circuli in illa situatione,sicut in arbore cōsanguinitatis ponuntur abauus, propatruus & proauunculus,& in circulo superiori scribetur,baptizās, confirmans,suscipiens seu tenens: & in circulo ad dextrum latus scribetur,filij baptizantis,confirmantis,suscipientis seu tenentis.In circulo ad sinistrum latus scribetur,vxor baptizantis,cōfirmantis, suscipientis seu tenētis. Inferius autē ponentur etiam tres circuli in illa situatione,sicut in arbore consanguinitatis ponuntur truncus,frater & soror, & in circulo,qui situatur loco trunci, scribetur,baptizatus,confirmatus, susceptus seu tentus.In circulo ad dextrum latus scribetur,fratres & sorores baptizati,confirmati,suscepti seu tenti , & in circulo ad sinistrum latus scribetͬ,pater & mater baptizati,confirmati,suscepti seu tenti. † Deinde à circulo superiori in quo ponitur baptizans , protrahentur tres lineæ, vna ad circulum in quo ponitur baptizatus,& scribetur in illa linea,impedimētum. Deinde,† alia linea ad circulum in quo ponitur fratres & sorores,& scribetur in linea,nullum impedimentum Deinde.protrahetur † tertia linea ad circulum,in quo ponitur pater & mater,& scribetur in linea,impedimentū.Deinde,† protrahentur etiam tres lineæ,ex illo circulo in quo scribitur filij baptizantis, vna protrahetur ad circulū in quo scribitur baptizatus,& scribetur in linea,impedimentum. Secūda, ad circulū,in quo scribitur fratres & sorores baptizati,& scribetur in linea,nullum impedimentū. Tertia protrahetur ad circulum,in quo scribitur pater & mater,& scribetur etiam in linea,nullum impedimentū. Deinde,protrahentur † tres lineæ ex circulo in quo scribitur vxor,vna ad circulū in quo scribitur baptizatus,& scribetur in linea, impedimentum.Secunda ad circulum in quo scribitur fratres,& scribetur in linea, nullū impedimentum.Tertia,ad circulum in quo scribitur pater & mater,& scribetur in linea,impedimentum. ¶ Ex prædictis † patet , quòd quando leuatur puer in baptismo à persona coniugata post matrimonium consummatum habente vnam prolem,oriūtur septem cognationes spirituales ex illa leuatione.Prima,inter leuantē & leuatum. Secunda,inter coniugē leuantis & leuatū. Tertia,inter prolem leuantis & le-

 uatum.

uatum. Quarta, inter leuantem & patrem leuati. Quinta, inter le-
tem & matrem leuati. Sexta, inter coniugem leuantis & patrem le-
16 Septima, inter coniugem leuantis & matré leuati. Et sic etiam n-
tur cognationes ex parte baptizantis, vt si baptizans habeat con-
& prolem, sicut dictum est. De leuante nascuntur etiã septem co-
tiones spirituales, & ita ex baptismo vnius pueri sunt xiiij. cognat.
spirituales, & multiplicantur istæ cognationes ad multiplicatio-
uantium, & etiam prolium leuantium seu baptizantium. Et eo-
do dicendum est in confirmatione de tenente & cõfirmante.
17 tandum † septimò, quòd cognatio spiritualis potest contrahi
curatorem ante contractum matrimonium, secus autem post
bi gratia: Facio leuare filium tuum per clericum meum, & effi-
gnatus spiritualis, secũdum communiter doct. in c. veniens. de
spirituali. Et dico notanter, ante contractum matrimonium, qu
cerem leuare filiũ vxoris meæ ex alio viro, non fierem cogna-
ris meæ, & possem exigere debitum, secundum dominum Pe-
isto modo concordat diuersas opiniones doctorum in hac m
18 in d. c. veniens. & vt ibi volunt docto. Potest etiam † vniuer-
procuratorem contrahere congnationem spiritualem, non qu
quia non habet animam, nec est baptizata, sed quo ad singulos
uersitate, etiam ante cõtractum matrimonium, secus autem p
dispositio concepta in vniuersitate resoluitur, vt concernat si
si actus non cadat in vniuersitatem, vt res potius valeat, quàm
facit. c. si sententia. & gl. super verbo, in vniuersitatem. in c. R
de senten. excõmunica. li. vj. Dico notanter, ante matrimon-
tractum, quia si bedellus vniuersitatis faceret leuari filium
procuratorem, nomine vniuersitatis, tunc contrahitur cogna-
tualis cum singulis de vniuersitate, sed non contrahitur inter
dellum & suam vxorem, quamuis ipse sit membrum vniuersi-
19 ¶ Notandum † finaliter, quòd si puer sit baptizatus in domo
pe contingit, tunc in Ecclesia non cõtrahitur cognatio spi-
lis, quia nõ reiteratur sacramentum, sed cognatio spiritua-
lis contrahitur in donatione sacramenti vel tentio
ne ad illud, vt suprà dictum est. facit. c. sicut
semel. lxviij. disting. sed in hoc casu
contrahitur cognatio spi-
ritualis in do-
mo.

SEQVITVR ARBOR COGNA-
TIONIS SPIRITVALIS.


Filij bapti. confirman. tenentis.
Baptizans. Confirmãs. Tenens.
Vxor baptizãtis, cõfir. tenentis.
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Nullum Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Nullum Impedimentum
Impedimentum
Impedimentum
Fratres et sorо.bapti. cõfirma. tenti.
Baptizatus. Cõfirmatus. Tentus.
Pater et mater bapt.confir.tenti.

DE SERVILI COGNATIONE.

TITVLVS VII.

Ontinuatur sic: Visum est suprà, qualiter succesio per cognationem seu agnationem defertur, ex quo posset aliquis dubitare an succesio etiã deferatur per cognationem inter personas seruilis conditionis. Et ideò tractatur hîc de seruili cognatione. ¶ Et circa rubricam notandum, quòd aliqui textus habent istam rubricam, & aliqui non. Et ratio est, quia tractatur hîc de succesione eorũ, qui fuerunt in seruitute: quàndiu enim aliqui permanẽt in seruitute, nulla est inter eos succesio. Sed postquàm perueniunt ad libertatem, tunc datur succesio ex cognatione, quæ cõtracta est, quando fuerunt in seruitute. Ex quo patet, quòd si aliquis existens in statu inferiori, habeat aliquam conditionem, & posteà perueniat ad statum superiorem, non amittit illam conditionem. Et ideò dicit Bar. in l. Alexandrinus. C. de decurio. li. x. quòd licet doctor, qui legit. xx. annis in scholis, factus sit comes, tamen antè fuit popularis, & sit statutum quòd nemo potest promoueri ad officia, seu honores, nisi sit popularis, adhuc iste doctor potest ad tales honores assumi. Ex quo etiam patet, quòd si magister artium receptus sit ad facultatẽ artium, & posteà promoueatur in altiori facultate, propter hoc non debet priuari honoribus & officijs in facultate artium.

§. Illud certum est.

1 *Summarium huius §. per D. Nicas.*

2 *Cognatio non contrahitur inter personas seruilis conditionis, neque ciuili neque prætorio iure, quo ad tutelas & successiones. & nu. 4.*

3 *Seruus quãdiu manet ĩ seruitute, nõ succedit ab ĩtestato, nec sibi succeditur.*

5 *Dominus cur non succedat ab intestato, per seruum.*

1 Summatur sic: † Iuncti cognatione existentes in seruili cõditione, posteà facti liberi olim non succedebant. Hodie tamen per constitutionem domini Iustiniani succedunt, & eis succeditur. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum primò, quòd † inter personas seruilis conditionis non contrahitur cognatio, neq; iure ciuili, neq; iure prætorio, quo ad successiones seu tutelas, quandiu manet conditio seruilis: sed bene quo ad matrimonium, quod per cognationẽ impeditur in personis seruilis cõditionis, sicut in alijs & licet iure ciuili inter tales personas non sit matrimonium, sed potius cõtubernium, vt l. cum ancillis. C. de incestuo. nup. Iure tamen canonico tales personæ etiã inuito domino possunt matrimonium cõtrahere, vt in c. j. extrà de cõiu. seruo. Et si dominus videat seruum suũ vel ancillam cum libera per-

sona

ſona contrahere,& non contradicat,perdit dominium ſuum, & talis perſona recipit libertatem,vt authen.ad hoc. C.de lati.liberta.tollen.
3 ¶Notandum † ſecundò,quòd ſeruus quandiu manet in ſeruitute,non ſuccedit ab inteſtato,nec ſibi ſucceditur,nec etiam dominus per eum, vt C.communia de ſucceſsio.l.ſeruus.exceptis tribus caſibus,quorum vnus habetur C.ad Silleia.l.penul.alius. C.de legit.hæredibus.l. apud hoſtes.& tertius C.ad Orficia.l.fin. In quibus caſibus fallit iſtud dictum.Et ratio fallentiæ eſt,quia ſeruus in illis legibus reputabatur liber.Sed poſtquàm ſeruus peruenit ad libertatem, poteſt ſuccedere.& ſibi ſucceditur.Nam filij eorum ſuccedunt parentibus, & econtrà excluſo patrono,ſecundum omnes docto.Et dicunt aliqui, quòd etiam collaterales,vt puta fratres,ſuccedũt fratrib.excluſo patrono. Sed alij, vt Ioannes Gloſator,& ſui ſequaces dicunt, quòd patronus excludit fratres.ff.de ſuis & legit.hæredibus.l.ab inteſtato.Et ratio eſt,ſecundum Ioan.Fabri, quia patronus poteſt teſtamentum liberti habentis fratrem impugnare, quibuſcunque perſonis inſtitutis. Sed frater non poteſt impugnare teſtamentum fratris ſui,niſi turpibus perſonis inſtitutis,vt ſuprà de inofficio.teſtamen.§.j.notatur. Ex quo patet, quòd qui habet fortius ius ex teſtamento,etiã habet fortius ius ab inteſtato.
4 ¶Notandum † finaliter,quòd licet ſicut hîc dicitur, ſeruus factus liber poteſt ſuccedere,ſi tamen poſtquàm eſt liber, iterum fiat ſeruus, & deinde manumittatur,non poteſt ſuccedere, vt ff. vnde cogna.l.is, qui.& ſuprà de capitis diminutione.§.quod autem.Quia ſibi imputandum eſt.Nec etiam iure naturali inſpecto ſuccedere debet,Authen.in ſucceſsione.C.de legiti.hæredi.Et ideò prætor,qui inſpicit naturalem rationem,etiam non vocat talem ſeruum ad ſucceſsionem,ff.de lega.
5 ij.l.cum patri.§.nolo.¶Opponitur † primò ſic,& videtur, quòd dominus poteſt ſuccedere per ſeruum exiſtentem in ſeruili conditione, quia quando ſeruus eſt inſtitutus in teſtamento,dominus fit hæres per ſeruum,ergo etiam dominus ſuccedit per ſeruum ab inteſtato,à ſimili.Solutio.Dicit Ioannes Fabri, quòd mirandum eſt, quòd dominus non ſuccedit ab inteſtato per ſeruum.Sed dicit rationem, quia ſucceſsiones ab inteſtato non deferuntur,niſi per ius. Et ſecundum ius ſeruus nihil eſt,vt l.quod attinet.ff. de regulis iuris. Sed quando ſeruus inſtituitur in teſtamento,tunc hæreditas defertur per voluntatem teſtatoris cui ius cõſonat,& ita non eſt ſimile. ¶Opponitur finaliter,& videtur, quòd ille qui fuit liber, & poſteà factus eſt ſeruus, ſi manumittatur, poteſt ſuccedere. Cuius contrarium dictum eſt in finali. notabili,per.l.ex libera. C. de legitimis hæredibus. Solutio. Illa lex loquitur, quo ad honores: hîc autem loquimur, quo ad ſucceſsiones.

§. Repetitis itaq;.

1 Proximior gradu, non semper est propior successione.
2 Agnationis integrum ius, quando quis dicatur habere. Et quid ita.
4 Cognationis & agnationis differentia, hodie sublata est.
5 Successiones non fuerunt, in statu innocentiæ: quo tempore non erat tuum, neque meum.
6 Successiones, uarie deferuntur.
7 Statutorum localium & consuetudinum uis. ibid. & nu. 8. 9. 10. & 11.
12 Successiones, sunt reciprocæ. fallit, in liberto & patrono.
13 Successiones quædam sunt in stirpes, quædam in capita.
14 Fratres & sorores, qui dicantur consanguinei. Qui uterini. Qui utrinque coniuncti, & germani.
15 Ascendentes & descendentes, succedunt in infinitum: collaterales u. ad xij. gradum.
26 Succedere ab intestato, qui, & qualiter. possint uariè disting. ibid. & per discursum. Atque nu. 17. 18. 19. & 20.
21 Matri qualiter liberi, ab intestato succedant disting. & nu. 22. 24. 25. 27. 28. & 29.
23 Mater tribus potissimùm casibus reddit se indignam successione.

1 Non semper † qui proximior est gradu, est proximior in successione, quia sui hæredes gradu remotiores excludunt omnes agnatos cognatos, quanuis sint gradu proximiores, & agnati habentes integrum ius agnationis, gradu remotiores, excludūt cognatos gradu proximiores, exceptis fratribus & sororibus emancipatis, qui quanuis sunt cognatorum, præferuntur tamen agnatis vlterioris gradus. Hoc ¶ Notandum primò, quòd iste §. non solùm respicit istū titulum omnes titulos in hoc tertio libro, suprà habitos. Simile dictum est
2 prà de Orficia. §. fi. & de cognato. succes. §. fin. ¶ Notandum † secundò, quòd aliquis dicitur habere integrum ius agnationis, quia non capite diminutus, vt suprà de cognato. succes. §. j. talis enim, scilicet pite diminutus, iure ciuili est incognitus, nec illo iure succedit, vt
3 de Orficia. §. sciendum. ¶ Notandum † tertiò, quòd notanter dicitur in textu, quòd agnatus plærunq; potior habetur, quàm cognatus proximior: quia non est semper verum. Nam frater & soror emancipati iure ciuili non computantur inter agnatos, sed cognatos: & tamen præferuntur agnatis vlterioris gradus, vt hîc in tex. versi. exceptis. ¶ No-
4 tandum † quartò, quòd iste §. quātum ad primum responsum, indicitur, quòd sui hæredes, vel qui loco suorum sunt, remotiores præferuntur in successione agnatis & cognatis proximioribus vt abnepos qui est in quarto gradu, præfertur fratri, qui est in secūdo, hodie habet

habet locum. Sed quantũ ad secundum respõsum, in quo dicitur, quòd agnatus etiam, si sit longiss. gradu, id est, decimo, suprà de cognat. succes. §. hoc loco. præfertur proximiori cognato, vt nepos patrui, qui est in quinto, vel pronepos eius, qui est in sexto, præfertur auũculo, qui est in tertio, hodie non habet locum, quia differentia cognationis & agnationis sublata est, in Authen. cessante successione. C. de legi. hæredi. & §. j. in Authen. de hæred. quæ ab intesta. defe. colla. ix. ¶ Et quia Doct. hîc communiter ponunt summariam distinctionem successionum ab intestato, idcirco ex dictis Doctorũ, etiam quãdam distinctionem proposui hîc annectere, pro cuius intellectu aliqua sunt præmittenda. Primò, quòd secundũ do. Anto. de But. in ca. per venerabilẽ. extrà qui
5 filij sunt leg. in statu † innocentiæ nõ fuerunt successiones, nec fuissent, si status ille durasset, quia non fuerunt meũ neque tuum, posteà autem in statu naturæ lapsæ, inceperunt successiones deferri iure gẽtium sine limitatione, quia succedebant illegitimi sicut legitimi, post hoc superuenit ius ciuile, quo limitatæ sunt successiones, deinde plus declaratæ sunt per prætores, & postmodum per ius Authen. de iure successionum
6 determinatè posita sunt. Secundò, † præmittendum est, quòd aliquæ successiones deferuntur iure communi, & aliquæ iure singulari. Illæ autem deferuntur iure singulari, quæ deferuntur per statuta & consuetudines locorũ, & vocantur successiones locales, vel singulares. Nam per statuta & consuetudines derogatur iuri positiuo, vt in c. fina. extrà de consuetu. Nam populus potest aliquid statuere contra constitutionem principis, quia princeps habet authoritatem condendi iura à populo, vt notat Anton. in c. j. extrà de transla. prælato. Tertiò, præmitten-
7 dum † est, & elicitur ex prædictis, quòd per statuta localia, & consuetudines potest fieri, quòd ille, qui succederet de iure communi, non succedat, & ideò in regno Franciæ filij naturales tantùm non succedunt matri, qui tamen de iure communi succederent. Et potest fieri statu-
8 tum, † quòd secularis persona vtriusque sexus excludat in successione religiosum. Et ita notat Goffred. in cap. quia ingredientibus. extrà de testamen. Et sic statuta aliquorum locorum habent, quòd tantùm masculi succedunt, aliqua quòd duæ sorores succedunt loco vnius fratris, vel quòd primogenitus solus succedat, vt vult idem Goffre. in capitu.
9 Raynutius. extrà de testamen. Potest etiam fieri, quòd illi qui † iure cõmuni non succedunt, ex statuto possunt succedere, vt spurij, vt notat Bald. in §. & quia vidimus. in prin. libri feudorũ. Vel potest fieri, quòd collaterales excludant ascendẽtes. vt l. fin. C. commu. de succes. Potest etiam fieri per statuta, vt si quis decedat ab intestato, nullũ habens hæredẽ, si sit clericus, quòd episcopus succedat: si sit laicus, quòd fiscus succedat, vt notat Ioan. Fab. suprà de hæredi. quæ ab intesta. deferuntur. in princ.

in prin. Per ſtatuta tamen laicorum non conſtringuntur clerici, quantum ad illa bona, quæ acquirunt poſt clericatum. Secus fortè de patrimonio, quod clerici ante clericatum habuerunt, quia tunc ſtatuta poterant eos ligare, vt notatur in c. quod clericis. extrà de fo. competen.
10 Et † ex iſtis patet, quòd ille qui eſt priuatus priuilegijs alicuius loci, nō poteſt ſecundum illa priuilegia ſuccedere, vt vult Bart. in q. quæ incipit, ſtatuto Lucanæ ciuitatis. vt bannitus ex aliquo loco non ſuccedit per ſtatuta illius loci, vt notat Bart. in l. certa forma. C. de iure fiſci. lib.
11 x. † Quartò, præmittendum eſt, dicenda nō debere intelligi in feudis, vel in emphyteoſi, quia feuda non propriè deferuntur per ſucceſſionem, nec iure hæreditario, ſed potius per prouidentiam, vt vult Bal. in §. & quia vidimus. in prin. libri feudorum. Quintò præmittendum
12 † eſt quòd ſucceſſiones ſunt reciprocæ, vt ſi ego non ſuccedo tibi, tu non ſuccedes mihi, vt volunt Doctores in l. lege. C. de legitimis hæredibus. Hoc tamen fallit in liberto & patrono, quia licet patronus ſuccedat liberto, tamen libertus non ſuccedit ſibi. Sextò præmit-
13 tendum eſt, quòd † aliquæ ſunt ſucceſſiones in ſtirpes, & aliquæ in capita. Et dicitur ille ſuccedere in ſtirpem, qui non ſuccedit ex ſua perſona, ſed ex perſona, à qua habet originem, & vocatur ius illius ſucceſſionis, ius repræſentationis. Sed illi dicuntur ſuccedere in capita, qui ſuccedūt ex ſuis proprijs perſonis, ſeu ex ſuis capitib. vt in l. poſt fratres. C. de legit. hæred. In qua l. dicit Salice. quòd priuilegium ſuccedendi in ſtirpes, datum eſt omnibus deſcēdentibus, exceptis liberis primi gradus, & aſcendētibus in capita: collateralibus autem etiam datum eſt ſuccedere in capita, exceptis filijs fratrum & ſororū. Septimò præmit
14 tendum † eſt, quòd fratres vel ſorores nati ex vno patre, vocantur conſanguinei, ex vna matre vocantur vterini, ſed nati ex eodem patre & matre, vocantur vtrinque coniuncti vel germani. Vltimò præ-
15 mittedum † eſt, quòd deſcendentes & aſcendentes ſuccedunt vſque in infinitum, collaterales autem vſque ad xij. gradum. Et in hac ſucceſſione debet gradus cōputari ſecundum ius ciuile, & non ſecundum
16 computationem iuris canonici. Iſtis ſic † præmiſſis, diſtinguendum eſt de ſucceſſione ab inteſtato, quia vel decedens eſt ſeruus, vel eſt liber. Si ſit ſeruus, tunc nullus ſuccedit ei, vt l. ſeruus. C. commu. de ſucceſſio. quia quicquid habet ſeruus, pertinet domino ſuo, ſuprà de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. in poteſtate. Si ſit liber, tunc aut nihil poteſt habere, aut poteſt aliquid habere. Si nihil poteſt habere, tunc vel hoc eſt ex delicto ſuo, aut ex merito. Si ſit ex delicto, tunc nullus ei ſuccedit, ſed fiſcus occupat omnia bona ſua. c. quo iure octaua diſtinctio. Si ex merito, puta, quia factus eſt religioſus, & tunc ſi monaſterium poteſt habere bona in communi, ſuccedit ſibi,

ſalua

ſalua legitima liberis ſuis, ſi quos habeat.l. Deo nobis. C.de epiſco.& cleri. Si verò monaſterium nō poteſt habere bona in communi, tunc ſecundum Ioan.de Lignano, alij ſuccedentes habebunt hæreditatem ſuam, & non monaſteriū, in cle.dudum de ſepul. & iſta opinio videtur verior, quanquā aliqui dicāt, quòd tunc ſuccedit eccleſia Romana, & aliqui, quòd iſta bona debent applicari ad vſus illius monaſterij, in quo iſte decedit. Si autem poteſt aliquid habere tunc aut eſt libertus, aut eſt ingenuus. Si ſit libertus, tunc vel habet liberos vel non. Si habet, illi debent ſuccedere excluſis omnibus alijs, vt in §. prodeſſe.infrà, de ſucceſ. liberto. Si non habet liberos, tunc vel habet patronum vel non. Si habet patronum, ille ſuccedit,& alios excludit, niſi patronus feciſſet aliquid, propter quod eſſet priuatus iure ſucceſ. liberti, vt in §.ſed noſtra.in glo. infrà de ſucceſsi.liberto. Si non habet patronum, tunc vel ſuperſunt liberi patroni, vel non. Si ſic, illi ſuccedunt æqualiter in capita, niſi vni eorum ſit aſsignatum ius ſucceſsi. liberti, quia tunc ille ſolus ſuccedit, & ſi ille moriatur, alij ſuccedunt in capita, infrà, de aſsigna. liber. §. primo. Si non ſuperſunt liberi patroni, tunc aut ſuperſunt collaterales ipſius patroni, aut non. Si ſic, illi ſuccedunt vſque ad quintum gradum. §. multis.infrà, de ſucceſsio. liberto. Iſtis autem deficientibus ſuccedunt aſcendentes & collaterales ipſius liberti, eodem modo, ſicut dicetur de ingenuis. Si verò decedens ſit ingenuus, tunc aut ſuperſunt deſcendentes, aut non. Si ſuperſunt deſcendentes, aut illi ſunt ſerui, aut non. Si ſint ſerui, tunc non ſuccedunt ab inteſtato, ſicut etiam eis non ſucceditur vt l.ancillæ. C.commu. de ſucceſsio. Si autē ſunt liberi, tunc aut ſunt naturales & legitimi, aut ſunt legitimi tantùm, aut ſunt naturales tantùm, aut ſunt vulgò quæſiti, ſeu ſpurij, aut ſunt ex damnabili coitu nati. Si ſint naturales & legitimi, tunc ſuccedunt in infinitū, & excludunt omnes alios, in Authen. de hæredi. qui ab inteſta. veniunt. §.j.
17 collatio.x. Eſt † tamen inter eos differentia, quia ſi deſcendant ex eodem patre & matre, tunc ſuccedunt æqualiter ſine differentia ſexus, aut etiam emancipationis, aut patriæ poteſtatis, vt in §.nullam. in Authen.de hæredi.qui ab inteſta.veniunt. Sed ſi aliqui deſcendant ex eodem patre, & aliqui ex eadem matre, tunc deſcendentes ex patre, æqualiter ſuccedunt in bonis paternis, & deſcendentes ex matre, in bonis maternis, & omnes æqualiter in acquiſitis per patrem & matrem, vt in Authen.de conſangui. & vteri.fra.per totum collatio. vj.
18 Diſtinguendum † eſt etiam, an iſti ſint paris gradus aut diſparis. Nam ſi ſint paris gradus, & primi gradus, ſuccedūt æqualiter in capita. Si autem ſint diſparis gradus, vtputa nepotes ſuccedunt cum patruis ſuis, tunc patrui ſuccedunt in capita, & nepotes in ſtirpes. §. cum filius ſuprà,

19 prà de hæredita. quæ ab intesta. deferuntur. De vlterioribus† etiam post filios, adhuc est distinguendũ, quia aut sunt concepti in vita illius de cuius successione agitur, aut non. Si sic, tunc succedunt in locum patris, si pater nõ velit succedere, aut mortuus sit. Authen. in successione. C. de legiti. hæredi. Si non sint concepti in vita illius, tunc aut pater eorum adiuit hæreditatem, aut mortuus est infrà tempus deliberandi, & tunc succedunt in locum patris, per l. j. C. de his, qui ante apertas tabu. Si verò pater eorum non adiuit hæreditatem, vel mortuus est post tempus deliberandi, repudiata hæreditate, tunc non succedunt in locum patris, & præcedunt eos omnes agnati, & cognati vsq; ad legitimũ gradum, vt l. vt in testamẽto. C. de legiti. hære. & in §. cùm autẽ quæritur. versi. planè. suprà de hæredita. quæ ab intesta. deferuntur. & hoc apparet valde durum pro filijs, & bonum esset de hoc aliam
20 determinationem iuris habere. Et † quod dictum est de naturalibus & legitimis, debet etiam intelligi de legitimatis per curiam principis, vel per subsequens matrimonium, de quibus suprà in §. quibus de hæredita. quæ ab intesta. deferuntur. Si autem sint legitimi tantùm, scilicet adoptiui, tunc aut sunt emancipati, aut non. Si sic, tunc non succedunt patri adoptiuo, nisi essent arrogati impuberes de quorum priuilegio dictum est suprà de adoptio. §. cum autẽ impubes. Si sint emancipati, tunc succedunt patri adoptiuo, cum filijs naturalibus & legitimis, siue sint in potestate, siue non, vt l. cùm in adoptiuis. C. de adoptio. Si aũt sint naturales tantúm, tunc aut pater habet alios legitimos & naturales, & isti nullo modo succedunt patri. Aut non habet, & isti succedunt in duabus vncijs, vt l. licet. C. de naturalibus liberis. Si autẽ sunt vulgò quæsiti, tunc nullo modo succedunt patri, in Authen. quibus modis natura. efficiuntur legitimi. §. finali. De matre autem di-
21 stinguendum † est, quia aut est illustris, aut non. Si sic, tunc aut habet alios liberos naturales & legitimos, & isti non succedunt, aut non, & isti succedunt in totum. Si verò non est illustris, & habet alios filios naturales & legitimos, tunc isti succedunt cum illis: si non habeat, succedunt in totum, & ista notantur per Docto. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. & multò fortius naturales tantùm, succedunt matri etiam illustri, si non habeat alios naturales & legitimos. Si autem sint ex damnabili coitu, tunc non succedunt patri neq; matri, Authen. ex complexu. C. de incestuo. nup. Pater tamen tenetur omnibus istis procurare alimenta. vt in c. cum haberet, extrà de eo, qui dux. in matrimoni. quam
22 polluit per adulterium. Si † autem quis decedat relictis tantùm ascendentibus, tunc potest distingui, sicut dictum est de descendentibus, vt si decedens sit naturalis tantùm, seu legitimus tantùm, vel spurius, tunc parentes succedunt liberis, sicut liberi succedunt parentibus, vt notat

notat Bart. in l. si gener. ff. de his qui. vt indig. Sed si decedens sit naturalis & legitimus, tunc aut supersunt pater & mater, au alter eorum, aut alij superiores parentes. Primo casu, succedũt pater & mater æqualiter, nec pater excludit matrem, vt olim faciebat. Authen. defuncto. C. ad Tertullian. Si alter tantùm, ille succedit exclusis omnibus alijs,
23 vt l. finali. C. ad Orficianum. Nisi esset mater, quæ † se fecisset indignam successione, quod contingit in tribus casibus. Primus casus est, si transeat ad secunda vota nõ petendo tutorẽ pupillo suo. l. omnem. C. ad Tertullianum. Secundus casus, si transeat ad secunda vota relicto pubere, quia tunc solùm succedit in bonis paternis, vt in l. mater. C. ad Tertullianum. Tertius casus, si mater turpiter vixerit, aut luxuriata fuerit, vt in Authen. de non eligen. secundò nubentes. §. cùm igitur. collatione j. Si autem † supersint superiores parentes, hoc est, auus & auia, &c. tunc proximiores succedunt, & si plures sint eiusdem gradus, succedunt in capita. Si tamen paterni & materni sint disparis numeri, tunc patrimonium diuiditur in duas partes, & vnam medietatem habebunt paterni, & aliam materni, siue sint plures, siue pauciores, vt notatur in Authen. defuncto. C. ad Tertullianum. Si autẽ cum parentibus supersint collaterales, distinguendum est, quia aut sunt fratres vel sorores defuncti, vtrinque coniuncti, & illi succedunt, siue cum patre & matre, siue superiobus ascendentibus in capita, nisi parentes cõuolassent ad secunda vota, tunc enim solùm succedunt in vsumfructum, vt l. fœminæ. C. de secundis nuptijs. Et si cum istis sint fratrum filij ex fratribus vel sororibus vtrinque coniunctis, illi succedunt in stirpes iure repræsentationis, vt in Authenti. cessante. & ibi per
25 Doctores. C. de legiti. hæredibus. Aut supersunt † fratres & sorores ex vno latere tantùm coniuncti, & hi excluduntur per parentes, & per consequens eorum filij, vt in dicta Authenti. cessante. Si verò quis decedat relictis collateralibus tantùm, tunc iterum potest distingui de naturalibus tantùm, vel legitimis tantùm, seu spurijs, & succedunt sibijnuicem, sicut succedunt personis, per quas coniunguntur, vt
26 vult Bartolus in distinctione sua, quam fecit de successionibus. Sed † si relinquantur naturales & legitimi, tunc potest sic distingui: quia aut relinquuntur fratres vel sorores defuncti, aut filij eorum, aut vlteriores. Primo casu distinguendum est, quia vel sunt vtrinque coniuncti, vel ex vno latere tantùm. Si vtrinque coniuncti, illi succedunt in capita, exclusis omnibus alijs, nisi essent fratrum vel sororum vtrinque coniunctorum filij, qui succederent cum eis in stirpes, vt l. post fratres. C. de legi. heredi. Si aũt filij talium fratrum vel sororum, soli, sine suis patruis vel auunculis succedãt patruo vel auunculo defuncto, tũc est opinio, an succedunt in capita, an in stirpes, & pro vtraq; parte sunt
magni

magni doctores. Apparet tamen potius, quòd ſuccedunt in capita, quia quando ſuccedunt cum patruis ſuis, tunc admittuntur in ſtirpes, quia aliâs non ſuccederent: ſed patrui excluderent eos, ex quo ſunt gradu propinquiores, ergo ſi ſuccedant ſine eis, ceſſat illud, & ſuccedunt in capita. Et ita videtur velle Cy. in authen. itaq;. C. de legiti. hæred. Si au-
27 tem † ſint coniuncti ex vno latere tantum aut coniuncti ex eodem latere, & ſuccedunt æqualiter in capita. Aut ex diuerſo latere, & tunc paterni ſuccedunt in bonis paternis, & materni in bonis maternis. in bonis autem acquiſitis ſuccedunt æqualiter, vt l. de emancipatis. C. de legiti. hæredi. & iſtorũ filij ſuccedunt loco patrum in ſtirpes, vt dictum eſt de vtrunque coniunctis, vt in l. poſt fratres. C. de legiti. hæred. Si
28 autem † ſint vlteriores collaterales poſt fratres, & eorum filios, tunc illi ſuccedunt ſecundum proximitatem gradus, ſine differentia agnationis & cognationis, etiam ſine diſtinctione patrimoniorum. & ſine
29 diſtinctione vinculorum. Ex quo † patet, quòd auunculus, qui eſt cognatus, excludit nepotẽ, qui eſt agnatus, cùm auunculus ſit gradu proximior, & ipſe auunculus non ſolùm ſuccedit in bonis maternis, ſed etiam paternis. Patet etiam, quòd nepos licet deſcenderit ex fratre ex vno latere tantùm coniuncto, excludit pronepotem, qui deſcendit ex fratre, ex eodem latere coniuncto, & talis nepos æqualiter admittitur cum nepote ex fratre vtroq; latere coniuncto, cuius rationem aſsignat Pau. de Caſt. in ſæpe dicta l. poſt fratres, quia iſta ſucceſsio prælatiua eſt extraordinaria, & ideò ſolùm debet habere locum in fratribus & eorum filijs, quibus hoc priuilegium eſt conceſſum. Iſtis autem omnibus deficientibus, ſuccedit vir & vxor, quibus deficientibus venit fiſcus, niſi decedens eſſet collegiatus in collegio approbato: quia tunc ſuccederet collegium, vt l. ſi quis. C. de hæredi. decurio, cohortal. militum & fabricenſium. Si enim collegium non eſſet approbatum, ſuccederet fiſcus, vt l. j. ff. de iure fiſci. & ibi eſt ſtatus omnium ſucceſsionum. Et tantùm de illa materia.

DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

TIT. VIII.

1 *Tituli huius continuatio ad ſuperiores.*
2 *Ius patronatus duplex. Et nu. 3.*

1 GLOSSA hîc † continuat iſtam rubricam ſic: Dictum eſt prius de ſucceſsione ingenuorum: hîc conſequenter tractatur de ſucceſsione libertorum. Sed iſta continuatio non eſt bona, quia ſuprà, titulo proximo, dictum

dictum est etiam de successione libertorum, potest igitur sic continuari: Dictum est suprà, qualiter successiones deferuntur iure agnationis, seu cognationis, vel patriæ potestatis: hîc consequenter tractatur, qualiter successiones deferuntur iure patronatus, & quia talis est successio libertorum, ideò iste titulus rubricatur de successione libertorum.

2 ¶ Notandum circa † rubricam, quòd duplex est ius patronatus. Nam quoddam est spirituale & ecclesiasticum, quod constituitur ex donatione vel constructione, seu fundatione ecclesiæ. Et istud ius patronatus potest laicus possidere, vt in c.j. de iure patro. lib. vj. Sed de isto nō potest laicus iudicare, vt in c. quanto. extrà de iudi. Ex quo patet, quòd quãuis per principem laicum bona alicuius confiscantur: si tamen ille habet ius patronatus, hoc non cadit sub tali confiscatione, vt est bona glos. in cle. pasto. de re iudica. Et ideò potest talis adhuc præsentare ad beneficia, non obstante confiscatione, & potest istud ius transmitti ad hæredes etiam extraneos. De isto autem iure patronatus non tracta-

3 tur hîc. † Aliud est ius patronatus temporale, quod constituitur ex manumissione serui vel ancillæ. Et nō potest trãsmitti ad hæredes extraneos, sed solùm ad hæredes sanguinis, & de isto iure patronat⁹ tractat̃ hîc, & est multiplex, vt infrà §. sed nr̃a. in summario, & nota. quinto.

§. Nunc de libertorum.

1 *Iura quatuor de successione patronorum, in bonis liberti.*

2 *Intestati causa, potior causa testati.*

Lege xij. tabularum potuit libertus in testamento suo patronum totaliter excludere, sed mortuo liberto ab intestato sine naturalibus li-

1 beris, succedebat patronus. Hoc dicit. ¶ Notandũ primò, † quòd tanguntur quatuor iura de successione patronorum in bonis liberti. Primum, fuit ius legis duodecim tabularum, & hoc tangitur in isto §. & quomodo isto iure patronus succedebat liberto, satis patet ex summa

2 rio. ¶ Notandum † secundò, quòd hîc habetur casus, vbi causa intestati potior est, quàm causa testati. Nam patronus in testamento totaliter potest excludi, & ab intestato, quando non sunt liberi naturales & legitimi, necessariò succedit.

§. Qua de causa.

1 *Patroni quo iure succedunt in bonis liberti. Et qualiter illo ipso prætorio. & nume. 2. 3.*

4 *Liberi ipsius liberti in adoptionem dati, excludunt patronum, si sint instituti, aut præteriti. Et an possint ad successionem agere. nume. 5.*

1 Iure prætorio, † quando libertus nullũ habens liberum, adoptiuum tantũ, faciebat testamentũ, tunc debebat patrono suo relinquere medietatẽ omniũ bonorũ suorũ. Aliôquin dabatur patrono talis medie-

tas.per bon.posses.contratabul. Sed quando libertus habebat naturales & legitimos liberos, siue in potestate, siue emancipatos, siue in adoptionem datos, hæredes institutos vel præteritos, tunc illi excludebant patronũ. Sed exhæredati non excludebant eum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd in isto §. tangitur secundum ius, quo patroni succedunt in bonis liberti, & qualiter hoc iure, scilicet prætorio, patroni succedũt, satis patet ex summario. ¶ Notandum secundò, † quòd si libertus acquisiuisset aliqua bona in castris, non debebat de illis relinquere patrono medietatem isto iure prætorio, vt ff. de bon. libert. l. si patronus. ¶ Notandum † tertiò, quòd liberi ipsius liberti in adoptionem dati, excludunt patronum, si sint instituti, aut præteriti. Ex quo patet quòd si libertus decederet ab intestato, & solùm superesset, tales liberi non excluderent patronum. ¶ Notandum † finaliter, quòd exhæredati ritè non excludunt patronum: quia habentur pro mortuis, vt ff. de coniungen. cum emancipa. liber. l. j. §. sed & si patruus. Et ideò etiam non possunt ad successionem agere, vt in Authen. de hæred. & falci. exhæredatos. col. j. & in Authen. de immensis dona. §. fin. in fine.

§. Posteà uerò.

1 *Papia lex, quid decreuerit circa libertorum successionem. & nume. 2.*

1 Lege Papia, † quando libertus habebat centum millia sextertiorum & habebat pauciores, quàm tres liberos, tunc siue ex testaméto, siue ab intestato, debebatur patrono virilis portio. Et ideò si libertus habebat vnam prolem, patronus habebat medietatem : si duas, patronus habebat tertiam partem : si tres, nihil habebat patronus. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † quòd istud est tertium ius, quo patroni succedebant in bonis liberti, & fuit legis Papiæ, quæ lex hodie reprobata est. C. de cadu. tollen. l. vnica. in princip.

§. Sed nostra.

1 *Huius §. summarium, authore domino Nicasio.*
2 *Paupertas prodest.*
3 *Hæredes qui dicantur, qui sunt in potestate.*
4 *Patronus, quando succedat.*
5 *Bonorum posseß. contratabu. quæ datur patrono, differt à bonorum poss. contratabul. data filio. Et quæ præterea iura habeat patronus. nume. 6.*
7 *Ius patronatus, multis modis perditur.*
8 *Iura libertinitatis & ingenuitatis quot modis differant. nu. 9. 10. 11. 12.*

1 Exclusis † tribus iuribus prædictis, hodie indistinctè liberi non exhæredati ipsius liberti excludunt patronum. Sed si sine liberis, vel cum liberis exhæredatis decedat libertus, patronus succedit in omnibus bonis liber

nis liberti,& deficiente patrono succedunt ipsius patroni liberi, quibus deficientibus succedunt ipsius patroni collaterales, vsque ad quintum gradum,salua gradus prærogatiua,& vt tam liberi, quàm collaterales ipsius patroni,succedant in capita, & nõ in stirpes. Sed si libertus faciat testamentum, distinguendum est, quia si habet minus, quàm centum aureos, tunc potest patronum totaliter excludere. Si verò habet plures, quàm centum, debet patrono tertiam partem bonorum suorum relinquere:aliôquin datur patrono tertia pars, vel si minus sit ei relictum,fiet supplementum ex hac lege. Et hanc tertiam partem habebit patronus sine omni onere, & sublata est hodie differẽtia libertorum, & omnes habent libertatem ciuitatis Romanæ. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò,quòd hîc est casus,vbi paupertas prodest. Simile habetur C.de episcop.& cleric.l.si quis. §.sin autem.quæ est lex xxxvij.
3 ¶ Notandum † secundò ibi,si hæredes vel bonorum possessores liberos habeant,quòd illi liberi dicuntur hîc hæredes, qui sunt in potestate. Sed bonorũ possessores dicuntur liberi emancipati,vt suprà de hæ-
4 red.quæ ab intest.deferun. §.emancipati. ¶ Notandum † tertiò,quòd quando liberi sunt ritè exhæredati, tunc succedit patronus,sic etiam si liberi abstineant ab hæreditate,vt ff.de bon.liberto.l.& si. §.si filios.
5 ¶ Notandum † quartò,quòd bonorum possessio contratabu. quæ datur patrono, secundum istum textum differt à bonorum possess.contratabul.quæ datur filio,quia ista non datur, nisi post aditam hæreditatem,vel postquam est petita bonorum possessio. Sed illa bene datur ante aditam hæreditatem,vt ff.de bonis libert. l.etiam. §.vt patronus. Secundò,quia ista potest concurrere cum bonorum possessione secundum tabu.vt l.sed cum patrono.ff.de bono.posses. & illa non,vt l.æquissimum.ff.de bonorum pos.secundum tabu. Tertiò,quia per istam non rumpitur testamentum,nisi pro tertia parte, per illam autem rumpitur totum testamentum. Et ratio potest esse,quia prius delinquit pater præteriens filium suum, quàm libertus præteriens patronum.l.scripto.ff.vnde liberi. Quartò,quia data ista possessione contratabu.adhuc debentur legata,secus autem in illa, vt ff.de lega.præst.l.j. Sed hodie hæc differentia est sublata,per Authen.ex causa. C.de libe.præter.
6 ¶ Notandũ † quintò,quòd præter istud ius successionis patron⁹ habet adhuc alia iura. Primò,quòd non pōt vocari in ius à liberto,nisi cũ venia. C.de in ius voc.l.ij. Secundò,quòd libertus tenet̃ patronũ alere,vt ff.de lib.agnos.l.si quis ex liberis. §.solēt. Tertiò,quòd non pōt turpẽ actionẽ vel exceptionẽ contra patronũ proponere, vt l.honore.ff.de obse. Quartò,quòd patron⁹ pōt libertũ in seruitutẽ reuocare,in Auth. vt lib.de cæ. §.j.coll.vj. Quintò,quòd libertus tenet̃ patrono semper reuerẽtiã exhibere,qñ venit apud eũ,vt ff.de in ius voc.l.generaliter.

7 ¶ Notandum † sextò, quòd ius patronatus multis modis perditur. Pri-
mò, si patronus remisit ius suum, in Authen. vt liber. de cæ. §. illud. Se-
cundò, si procurauit patronus libertum iurare, quòd nõ duceret vxo-
rem, vel libertam, quòd non nuberet viro. ff. de iure patrona. l. qui cõ-
tra legem. Tertiò, si patronus negauit alimenta, scilicet quando fuit do-
minus. ff. de bon. liberto. l. si patronus. Quartò, si libertus cessit tertiæ
parti bonorum suorum ad vsum patroni, vt ff. de bon. libert. l. etiam.
§. totiens. Istud tamen quibusdam Docto. non placet. Quintò, si alter
eorum, scilicet patronus vel libertus, sit relegatus vel deportatus, vt ff.
de iure patrona. l. siue. Sextò, si libertus de voluntate patroni, sit nata-
libus restitutus. ff. de bon. liberto. l. etiam. §. j. Septimò, si patronus ab
inuito liberto mercedem pro futuris operis extorsit, vt ff. de libe. agno-
scen. l. si quis. §. si quis. Octauò, si libertus mortem domini sui vindica-
uit. ff. de iure patrona. l. penul. Nonò, si patronus eum capitali crimine
accusauit, vt ff. de bon. liberto. l. si cum maior. Decimò, si libertus suis
nummis emptus sit. Et vndecimò, si potestatem liberam testandi im-
petrauit de voluntate patroni. ff. de bon. libert. l. etiam. §. ij. ¶ Notan-
8 dum † finaliter, quòd dicitur hîc, quòd iura libertinitatis & ingenuita-
tis sunt penè consonantia in successionibus. Et dicitur penè, quia in ali-
9 quibus differunt. Primò, † quia iure patronatus non succedunt collate-
rales, nisi vsque ad quintum gradum, vt hîc, sed iure ingenuitatis vsque
ad sextum vel decimum gradum, vt suprà de cognat. success. §. fina. &
hodie omnes vsque ad decimum. Secũdò, quia iure patronatus omnes
succedunt in capita, vt hîc, sed iure ingenuitatis aliqui succedunt in stir-
10 pes, vt suprà de hæredi. quæ ab intesta. deferun. §. cum filius. † Tertiò
quia iure patronatus filius vnius patroni excludit nepotem alterius, eo
quo est proximior, sed iure ingenuitatis, nepos succedit cũ patruo, vel
cum auunculo loco patris sui, vt ff. de bon. liberto. l. si libertus. §. si li-
11 bertus. Quartò, quia † patronus per contratabulas non rumpit testa-
mentum, nisi pro tertia parte, sed iure ingenuitatis, per contra tabulas
rumpitur totum, vt in glos. in l. j. C. de bo. pos. contratabul. quæ datur
12 patrono. Quintò, quia † patronus excludit fratrẽ liberti, sed pater suc-
cedit cum fratre iure ingenuitatis, Authen. defuncto. C. ad Tertullia.
¶ Opponitur primò, & videtur, quòd nõ bene dicitur hîc in tex. quòd
patronus succedit liberto, quando habet liberos sic præteritos, quòd
testamentum eius non potest argui inofficiosum, quia si libertus præ-
tereat emancipatum filium suum, testamentum suum non arguitur in-
officiosum: sed rumpit per contratabulas, & tamen patronus tunc non
succedit, ergo iste tex. non dicit verũ. Solutio. Testamentum dicitur
hîc inofficiosum largo modo, vt scilicet extendit se ad querelã inoffi-
ciosi, & ad bon. posses. cõtratab. sic. l. cũ duobus. C. de inoffi. testamẽ.

¶ Oppo

¶ Opponitur secundò,& videtur, quòd non bene dicitur in tex.quòd patrono debeatur tertia pars bonorũ ipsius liberti,sine omni onere, ita vt non debeat soluere legatum relictum liberis ipsius liberti, quia si libertus habeat liberos,tunc patronus totaliter excluditur, & non debetur sibi tertia pars. Solutio. Istud potest intelligi de liberis exhæredatis, quibus potest aliquid legari, & ista solutio videtur melior, quàm alia,quæ habetur in glos.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM. TITVL. IX.

CONtinuatur sic: Dictum est suprà de successione, quæ defertur iure patronatus, quod spectat ad patronum,& ad liberos suos,& etiam collaterales. Et quia patronus potest hoc ius vni assignare ex liberis suis, idcirco tractatur hîc de illa assignatione,& ideò sic rubricatur.

§. In summa.

1 *Huius §.summarium,ex sententia domini Nicasij.*

2 *Patronus potest uni ex liberis suis libertum uel libertam assignare.*

3 *Emancipationis & patriæ potestatis differentia, adhuc remanet, quantum ad assignationem.*

4 *Assignatio,qualiter fiat.*

1 Summatur sic: Patronus† habens in potestate duos vel plures liberos,siue primi gradus,siue vlterioris, potest in testamento vel sine testamento,quibuscunq; verbis vni ex illis liberis assignare libertum. Et ille post mortem eius,scilicet patroni, habet solus ius patronatus. Et si ille decesserit,cui assignatio facta est,sine liberis,reuertitur ius patronatus ad liberos patroni,& euanescit hæc assignatio per emãcipationem.
2 Hoc dicit,& patet intellectus textus. ¶ Notandum† primò,quòd patronus potest vni ex liberis suis libertum vel libertam assignare, ita quòd ille solus habeat ius patronatus, & transmittitur ab illo ad liberos suos. Non autem potest transmitti ad extraneos, & per cõsequens nec etiam ad fiscum, nisi istud ius patronatus transeat cum vniuersitate bonorum,vt in glo.in verbo,fundus. in l.quædam. ff.de acquir.rer.
3 domin. ¶ Notandum† secundò,quòd quanuis differentia emancipationis, & patriæ potestatis hodie sublata sit in communibus successionibus: tamen quantum ad assignationem remanet adhuc aliqua differentia,quia per emancipationem extinguitur assignatio,vt hîc dicitur. Et ratio est, quia filius existens in potestate cẽsetur quasi vna persona cum patre,vt l.fin. C.de impub.& alijs substi. Sic autem nõ est de filio
4 emancipato. ¶ Notandum† finaliter, quòd assignatio potest fieri in

7 ¶ Notandum † sextò, quòd ius patronatus multis modis perditur. Pri-
mò, si patronus remisit ius suum, in Authen. vt liber. de cæ. § illud. Se-
cundò, si procurauit patronus libertum iurare, quòd nõ duceret vxo-
rem, vel libertam, quòd non nuberet viro. ff. de iure patrona. l. qui cõ-
tra legem. Tertiò, si patronus negauit alimenta, scilicet quando fuit co
minus. ff. de bon. liberto. l. si patronus. Quartò, si libertus cessit tertiæ
parti bonorum suorum ad vsum patroni, vt ff. de bon. libert. l. etiam.
§. totiens. Istud tamen quibusdam Docto. non placet. Quintò, si alter
eorum, scilicet patronus vel libertus, sit relegatus vel deportatus, vt ff.
de iure patrona. l. siue. Sextò, si libertus de voluntate patroni, sit nata-
libus restitutus. ff. de bon. liberto. l. etiam. § j. Septimò, si patronus a
inuito liberto mercedem pro futuris operis extorsit, vt ff. de libe. agno
scen. l. si quis. § si quis. Octauò, si libertus mortem domini sui vindica
uit. ff. de iure patrona. l. penul. Nonò, si patronus eum capitali crimine
accusauit, vt ff. de bon. liberto. l. si cum maior. Decimò, si libertus ius
nummis emptus sit. Et vndecimò, si potestatem liberam testandi im-
petrauit de voluntate patroni. ff. de bon. libert. l. etiam. § ij. ¶ Notan
8 dum † finaliter, quòd dicitur hîc, quòd iura libertinitatis & ingenuita-
tis sunt penè consonantia in successionibus. Et dicitur penè, quia in al-
9 quibus differunt. Primò, † quia iure patronatus non succedunt colla-
rales, nisi vsque ad quintum gradum, vt hîc, sed iure ingenuitatis vsque
ad sextum vel decimum gradum, vt suprà de cognat. success. § fina. &
hodie omnes vsque ad decimum. Secũdò, quia iure patronatus omnes
succedunt in capita, vt hîc, sed iure ingenuitatis aliqui succedunt in stir-
10 pes, vt suprà de hæredi. quæ ab intesta. deferun. § cum filius. † Tertiò
quia iure patronatus filius vnius patroni excludit nepotem alterius, et
quo est proximior, sed iure ingenuitatis, nepos succedit cũ patruo, vel
cum auunculo loco patris sui, vt ff. de bon. liberto. l. si libertus. § si li-
11 bertus. Quartò, quia † patronus per contratabulas non rumpit testa-
mentum, nisi pro tertia parte, sed iure ingenuitatis, per contra tabulas
rumpitur totum, vt in glos. in l. j. C. de bo. pos. contratabul. quæ datur
12 patrono. Quintò, quia † patronus excludit fratrẽ liberti, sed pater suc-
cedit cum fratre iure ingenuitatis, Authen. defuncto. C. ad Tertullia.
¶ Opponitur primò, & videtur, quòd nõ bene dicitur hîc in tex. quòd
patronus succedit liberto, quando habet liberos sic præteritos, quia
testamentum eius non potest argui inofficiosum, quia si libertus præ-
tereat emancipatum filium suum, testamentum suum non arguitur in-
officiosum: sed rumpit per contratabulas, & tamen patronus tunc non
succedit, ergo iste tex. non dicit verũ. Solutio. Testamentum dicitur
hîc inofficiosum largo modo, vt scilicet extendit se ad querelã inoffi-
ciosi, & ad bon. posses. cõtratab. sic. l. cũ duobus. C. de inoffi. testame.

¶ Oppo

¶ Opponitur ſecundò,& videtur, quòd non bene dicitur in tex.quòd patrono debetur tertia pars bonorũ ipſius liberti,ſine omni onere, ita vt non debeat ſoluere legatum relictum liberis ipſius liberti, quia ſi libertus habeat liberos,tunc patronus totaliter excluditur, & non debetur ſibi tertia pars. Solutio. Iſtud poteſt intelligi de liberis exhæredatis, quibus poteſt aliquid legari, & iſta ſolutio videtur melior, quàm alia,quæ habetur in gloſ.

DE ASSIGNATIONE LIBERTORVM. TITVL. IX.

Continuatur ſic: Dictum eſt ſuprà de ſucceſsione, quæ defertur iure patronatus, quod ſpectat ad patronum,& ad liberos ſuos,& etiam collaterales. Et quia patronus poteſt hoc ius vni aſsignare ex liberis ſuis, idcirco tractatur hîc de illa aſsignatione,& ideò ſic rubricatur.

§. In ſumma.

1 *Huius §.ſummarium,ex ſententia domini Nicaſij.*

2 *Patronus poteſt uni ex liberis ſuis libertum uel libertam aſsignare.*

3 *Emancipationis & patriæ poteſtatis differentia, adhuc remanet, quantum ad aſsignationem.*

4 *Aſsignatio,qualiter fiat.*

1 Summatur ſic: Patronus † habens in poteſtate duos vel plures liberos,ſiue primi gradus,ſiue vlterioris, poteſt in teſtamento vel ſine teſtamento,quibuſcunq; verbis vni ex illis liberis aſsignare libertum. Et ille poſt mortem eius,ſcilicet patroni, habet ſolus ius patronatus. Et ſi ille deceſſerit,cui aſsignatio facta eſt,ſine liberis,reuertitur ius patronatus ad liberos patroni,& euaneſcit hæc aſsignatio per emãcipationem.

2 Hoc dicit,& patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò,quòd patronus poteſt vni ex liberis ſuis libertum vel libertam aſsignare, ita quòd ille ſolus habeat ius patronatus, & tranſmittitur ab illo ad liberos ſuos. Non autem poteſt tranſmitti ad extraneos, & per cõſequens nec etiam ad fiſcum, niſi iſtud ius patronatus tranſeat cum vniuerſitate bonorum,vt in glo.in verbo,fundus. in l.quædam. ff.de acquir.rer.

3 domin. ¶ Notandum † ſecundò,quòd quanuis differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis hodie ſublata ſit in communibus ſucceſsionibus: tamen quantum ad aſsignationem remanet adhuc aliqua differentia,quia per emancipationem extinguitur aſsignatio,vt hîc dicitur. Et ratio eſt, quia filius exiſtens in poteſtate cẽſetur quaſi vna perſona cum patre,vt l.fin. C.de impub.& alijs ſubſti. Sic autem nõ eſt de filio

4 emancipato. ¶ Notandum † finaliter, quòd aſsignatio poteſt fieri in

teſtamento & ſine teſtamento, poteſt etiam fieri purè, & ſub códitione, & quibuſcunq; verbis, & etiam nutibus ſeu ſignis, vt ff. eo. l. j. §. aſſignare. Ex quo patet, quòd ſi promiſi tibi ſub certa pœna aſſignare pignora pro pecunia, quam mihi mutuò tradidiſti, non oportet me aliquam ſolennitatem iuris facere, ſed ſufficit, quòd dicam nudo verbo, ſit talis res pignus tuum. Et ſi dedi fideiuſſores, ad faciendam iſtam aſſignationem, ipſi per hoc ſunt liberati, & tale pignus eſt tibi obligatum fa. c. per tuas. extrà de donatio. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd aſsignatio non euaneſcat per emancipationem, per l. vtrum. ff. eo. Solutio. In illa lege dicitur, quòd aſsignatio facta eſt emancipato. Sed dicitur, quòd aſsignatio, quæ facta eſt exiſtenti in poteſtate, per emancipationem euaneſcit. Aliqui tamen dicunt, quòd emancipato non poteſt aſsignatio fieri, & illi reſpondét ad l. allegatam in oppoſitú, quòd ibi non dicitur aſſertiuè, quòd aſsignatio poteſt fieri emancipato: ſed quæritur, an ſibi fieri poſſet, & ita vult Azo. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd non bene dicitur in tex. quòd iſta facultas aſsignandi ſolùm datur ad eos, qui ſunt in poteſtate, quia text. prius dicit, quòd iſta aſsignatio nõ ſolùm fit filio & nepoti, ſed etiam filiæ & nepti. Modò conſtat, quòd neptis eſt in poteſtate aui, ſuprà de patria poteſtate. §. fi. Solutio. Iſtud poteſt intelligi de nepte ex filio, ad nepté tamen ex filia poteſt tranſmitti iſtud ius, ſi ſit aſsignatum filiæ.

DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

TITVLVS X.

CONtinuatur ſic: Dictum eſt ſuprà de ſucceſsionibus, quæ deferuntur iure ciuili: Modò hîc tractatur de ſucceſsionibus, quæ deferuntur iure prætorio, qualis eſt bonorum poſſeſsio, & ideò iſte titulus rubricatur de bonorum poſſeſsio.

§. Ius bonorum.

1 *Bonorum poſſeſ. à quo, & quorſum inductæ.*
2 *Bonorum poſſeſsio, quid.*
3 *Poſthumus alienus, iure ciuili, olim non potuit hæres inſtitui hodie poteſt.*
4 *Prætor bonorum poſſeſ. dat tribus modis.*
5 *Remedium extraordinarium, an ceſſet, ubi ordinarium poteſt haberi locum.*

1 Summatur ſic: † Bonorum poſſeſsiones introductæ ſunt à prætore ad emendandum ſeu confirmandum ius ciuile. Et competunt tam ſuccedentibus ex teſtaméto quàm ab inteſtato. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 † primò, quòd bonorum poſſeſ. poteſt ſic diffiniri: Eſt ius perſequendi retinendiq; patrimonij, quod cuiuſcunq; fuerit, cùm is moritur. Et eſt differen

differentia inter bonorum possessionem & possessionem bonorum, non obstante, quòd Aristoteles dicit in secundo Peri hermenias, quòd nomina & verba transposita idem significant, quia bonorum possess. est nomen iuris, & significat beneficium datum à prætore, vt ff. de bonorum possess. l. iij. §. bonorum. Sed possessio bonorum est nomen facti, & competit, quãdo aliquis obtinet seu tenet rem, & est propriè corporalium. Res enim incorporales non possidentur, sed quasi possidentur, vt l. seruus. §. incorporales. ff. de acquiren. rerum domi. ¶ Notandum † secundò, quòd posthumus alienus iure ciuili olim nõ potuit institui hæres. Si tamẽ fuerat institutus, dabatur sibi bonorum possessio, non iure ciuili, sed iure prætorio, & fiebat bono. possessor, & non hæres. Hodie autem ex cõstitutione domini Iustiniani, potest institui, vt etiam fiat hæres iure ciuili, vt hîc in textu. ¶ Notandum † tertiò, quòd prætor tribus modis dat bono. possess. scilicet ex testamento, & ab intestato, & etiã dat illis bono. possess. qui sunt hæredes iure ciuili, vt hîc in fine textus. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd posthumus alienus bene possit institui hæres, per §. posthumus. suprà de leg. Solutio. Quando dicitur hîc, quòd posthumus alienus non instituitur hæres, intelligitur iure ciuili antiquo. Sed ille. §. allegatus in oppositum, loquitur de iure prætorio. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd non bene dicitur hîc in fine tex. quòd bonorũ possessio datur illis, ad quos pertinet hæreditas iure ciuili, per l. idem. aliás incipit, & ita de. §. sed an sit. & §. sed si tota. ff. nau. caupo. stabula. Solutio. Illa lex vult, quòd quando remediũ iuris ordinarij † potest habere locum, tunc cessat extraordinarium, quod est verum, quando extraordinarium contrariatur ordinario. Sed si ordinarium iuuetur per extraordinariũ, tunc nõ est verum, vt hîc & l. in causæ. §. interdum. ff. de mino. Si enim minor sit læsus, potest agere cõtra tutorem, vel contra decipientem. l. etiam. C. si tutor vel cura. interue. Et ita vno libello possunt accumulari remedium ordinarium & extraordinarium. Potest enim minor dicere contractum nullum, & petere se restitui in integrum, vt in c. constitutus. extrà de in integrum restitutione.

3 (margin, beside "dum † secundò") · 4 (margin, beside "etiam fiat hæres") · 5 (margin, beside "quando remediũ")

§. Quos autem.

1 *Hæres nemo potest fieri solo iure prætorio. Intellige directè. nu. 2.*
3 *Hæreditas & bonorum possessio, quid differant.*
4 *Successiones sunt ampliandæ.*

1 Summatur sic: † Solo iure prætorio nemo potest fieri hæres, sicut per l. vel senatusconsul. seu per constitutiones principales, sed bene fit loco hæredis, vt dicatur bonorũ possessor. Hoc dicit. ¶ Notandũ
2 primò, quòd † quando hîc dicitur, quòd solus prætor nõ potest facere

hæredẽ,hoc debet intelligi directè. Nam iure prætorio poteſt alic[...] fieri hæres vtiliter. Et ideò ſi quis habens hæreditatem per bono[...] iure prætorio tantũ, vellet intentare directas actiones, ſuccumbe[...]
3 Ex quo patet vna † differentia inter hæreditatem & bonorum po[...]ſionem. Eſt etiam alia differentia, quia hæreditas aditur ſolo ani[...] vt in §. pro hærede. ſuprà, de hæredum qualita. & differẽtia. ſed bo[...]rum poſſeſsio acquiritur mediante iudice. C. qui ad bonorum poſ[...]ſionem admit. poſſunt. l. fi. Eſt & alia differentia, quia hæreditas n[...] acquiritur per alium, vt l. per procuratorẽ ff. de acquiren. hære[...] bene bono. poſſeſ. vt l. iij. §. acquire. ff. de bono. poſſeſ. Adhuc eſt a[...] differentia, quia filius non poteſt adire hæreditatem, niſi iuſſu pa[...] vt l. ſi quis mihi. §. iuſſu. ff. de acqui. hæredita. ſed in bono poſſeſ. ſu[...]cit ratificatio, vt C. qui admit. ad bonorum poſſeſsionem poſſu[...] j. Differunt etiam, quia hæreditas poteſt peti infra triginta annos, v[...] licet. ff. de acqui. hæredi. vel ſecundum aliquos. poteſt ſemper peti e[...] infra mille annos. vt in glo. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib[...] Sed bonorum poſſeſsio debet peti infra annum, vel infra centum d[...]
4 vt infrà eodem. §. cùm igitur. ¶ Notandum † ſecundò, quòd ſucce[...]ſiones ſunt ampliandæ, & non reſtringendæ. Et ideò ius ciuile dic[...] hîc anguſtiſsimum, quia reſtrinxit ſucceſsionẽ ad ſuos hæredes, & [...] agnatos integrum ius habentes, vt ſuprà, de hæredita. quæ ab inte[...] deferuntur. §. j. & de legit. agnato. ſucceſ. §. j.

§ *Sunt autem.*

1 *Bonorum poſſeſsiones ſunt decem: quæ uariè dantur. & nume. ſ. 6. 8. 9.[...] & ſequen.*
2 *Bonorum poſſeſsio contratabu. quibus detur. Et quibus, ſecundum ta[...]las. nume. 3.*
4 *Pater & aſcendentes per lineam paternam, admittuntur ad bona eman[...]patorum, per unde legitimi.*
7 *Manumiſſor extraneus, quis olim.*
11 *Bonorum poſſeſ. prima, cur dicatur ex teſtamento.*
12 *Bonorum poſſeſsio ſecundum tabu. quibus & quot caſibus ſit neceſſaria.*
13 *Filius præteritus, exiſtens in poteſtate, an habeat duas uias contra te[...]mentum.*

1 Decem † ſunt bono. poſſeſsiones: quarum duæ dantur ex teſtamen[...]
2 to, & octo ab inteſtato. Hoc dicit. ¶ Notandum † eſt, quòd prima [bo]norum poſſeſsio vocatur contratabulas, & datur liberis præteritis [ſi]ue emancipatis, ſiue exiſtentibus in poteſtate, vt l. maximum vitium [...] prin. C. de libe. præteri. Ex quo patet, quòd liberi præteriti exiſtentes in poteſtate, habent duas vias contra teſtamentum patris. Vnam, q[uam] dicant

dicant testamentum nullum, vt suprà, de exhæreda. libero. §. j. Aliam, qua dicant testamentum annullandum per contratabulas de iure prætorio. quo nemo potest fieri hæres, nec desinere hæres esse, vt suprà eo. § quos autem. & C. de libe. præteri. l. fi. §. sancimus. Et hæc eadem bonorum posses. contratabu. datur etiam patri præterito, vel ascendenti per lineam paternam contra testamentum filij emancipati, si talis pater aut parens sit præteritus, vt ff. si quis à paren. manumis. sit. l. j nō autem matri nec ascendenti per lineam maternam, vt ff. de bonorū pos-
3 sessione contratabu. l. illud. §. ad testamenta. Secunda † vocatur bonorum possessio secundumtabu. & datur illis, qui in testamento hæredes instituti sunt, vt ff. si tabu. testamen. nullæ extant. l. j. Et datur ista bonorum possessio, quando factum est testamentum scriptum: nō autē, quando testamentum est nuncupatiuum. Nam tunc datur bonorum pos secundum nuncupationem, vt C. de bonorum pos. secundūtabu. l. ij. Aliæ bonorum possessiones, dantur ab intestato: quarū prima & tertia in ordine omnium vocatur vnde liberi, & datur liberis ad habēdum bona patris, vel ascendentium per patrē, & non solùm datur filijs sed etiam nepotibus, & alijs descendentibus vlterioris gradus, qui oēs vocantur liberi. ff. de verb. signi. l. liberorum. Et dico notanter bona patris, quia per istam bonorum posses. nō peruenitur ad bona matris,
4 sed per vnde cognati, vt C. de legit. hæred. l. fi. Econtrà autem † pater & ascendentes per lineam paternam, admittuntur ad bona emancipatorum, per vnde legitimi, quia hodie emancipant contracta fiducia, vt suprà de legit. agnato. succes. §. fina. & non per vnde parentes, nec per vnde liberi vtiliter: vt quidam voluerunt, secundum glos. hîc. Quarta
5 † bonorum possessio vocatur vnde legitimi. per quā vocantur agnati, & qui loco agnatorum sunt, vt suprà de legiti. agnato. success. §. j.
6 Quinta, vocatur † vnde decem personæ, quæ datur decem personis, quæ præferuntur extraneo manumissori, & sunt istæ decem personæ, pater & mater, auus & auia, paterni & materni, filius & filia, nepos & neptis ex filio, vel ex filia, frater & soror siue consanguineus siue vterinus.
7 Et dicitur † extraneus manumissor, qui olim in emācipatione emebat familiam: & deinde manumittebat eam, vt suprà quibus modis ius
8 patriæ potestatis soluitur. §. prætereà. Sexta † bonorum possessio vocatur vnde cognati, & datur proximis cognatis, qui de iure ciuili non
9 succedebant, vt ff. de cogna. l. j. primo responso. Septima † vocatur tanquam qui ex familia, per quam bono. pos. vocantur collaterales patro
10 ni, vsq; ad quintū gradum ad successionem liberti. Octaua † vocatur vnde patroni, quę datur patrono & liberis eius descendentibus. Nona vocatur, vnde vir & vxor, per quam deficientibus descendentibus, & ascendētibus, & collateralibus agnatis & cognatis, vocatur vir ad suc-

cessionem vxoris,& econtrà,excluso fisco,vt C. vnde vir & vxor.l.
Decima vocatur vnde cognati manumissoris, de qua manumiss
11 dictum est circa quintam bonorum possessionem. ¶ Opponitur pri
mò,& videtur,quòd prima bonorum possessio non bene dicitur
ex testamento,sed potius diceretur contra testamentum,quia per eā
rumpitur testamentum. C.de colla.l.vt liberis.Solutio. Vocatur
ex testamento,quia non competit,nec datur ista bonorum possessio.
nisi quando factum est testamentum. ¶ Opponitur secundò. & vide
tur,quòd ista non debet esse prima, quia bonorū possessio secundū
tabu. est dignior,ergo illa debet precedere.Solutio. Ista ponitur pri
ma,quia alia,scilicet secundumtabu.non datur,donec constat de
12 ¶ Opponitur, †tertiò,& videtur,quòd bono. possessio secundum
bu.sit superflua, quia quando factum est testamentum, tunc insti
tus potest succedere de iure ciuili.Solutio. Ista in quibusdam casi
est necessaria,vt notatur in l certum. C. de legiti.hæredi. Primus e
quando nascitur posthumus,qui rumpit testamentum.Nam tunc in
tutus non potest petere hæreditatem de iure ciuili,licet posthumus
mortuus,sed petit eam iure prætorio, per istam bono. pos. secundū
tabu.vt l.posthumus.ff.de iniuf.rup.irri.testamen. Secundus, quan
quis est capite diminutus tempore factionis testamenti,& tēpore m
tis,est sui iuris. Nam tunc institutus non petit hæreditatem iure ciu
sed per istam bonorum possessio.vt suprà , quibus modis testam
infirmantur. § .non tamen. Tertius casus est, quando filius institu
est sub conditione , tunc pendente conditione potest petere hæred
tatem, per istam bonorum possessio. vt lege secunda. §. sub con
tione.ff. de bonorum possessio. secundumtabulas. ¶ Oppon
13 †quartò,& videtur , quòd filius præteritus existens , in potestate n
habet duas vias contra testamentum , per leg. illud. §. at testam
ta.ff.de contratabulas. Solutio. Istud intelligitur respectu testame
ti patris,vel ascendentium per lineam paternam. Sed illa lex in opp
situm allegata , loquitur respectu testamenti matris & ascendentium
per lineam maternam, contra quod filius non habet per contratabu
las sed querelam de inofficio. ¶ Opponitur finaliter,& videtur,quò
octaua bono. posses.in ordine omnium deberet poni septimo loco
quia in successione liberti,patronus & liberi eius,& etiā parentes, pr
ferūtur collateralibus, quibus datur septima bo.pos.Solutio. Tex
iste nō obseruat ordinē secūdū quē fit successio : sed ordinē edicti

§. Sed eas.

1 *Bonorum possessiones quatuor sunt hodie sublatæ ex decem.& quot rema*
neant hodie.nu. 2.& 5.

Bonorum

3 *Bonorum possess. extraordinaria, duo requirit.*
4 *Locum altiorem debent habere digniores.*

1 Summatur sic: Ex † prædictis decem bonorum possess. quatuor sunt sublatæ, & remanserunt sex ordinariæ bonorum possessiones, quibus addita est septima extraordinaria. Hoc d. Sed pro intellectu textus notandũ primò quòd primò, sublata est bono. possessio, vnde decem personæ, quæ posita est quinto loco, quia hodie parens emancipat contracta fiducia, id est, cum securitate, quòd ipse debet succedere libero emancipato, si decedat ante eum, vt suprà de legit. agnato. succes. §. fi. & per ea quæ notata sunt ibi. Et loco istius posita est bono. possess. vnde cognati, quæ fuit sexta. Secũdò, sublata est bonor. possess. tanquã ex familia, quæ dabatur collateralibus patroni. Et tertiò, sublata est octaua bono. possess. quæ dabatur patrono & liberis eius, & parentibus ipsius, quia omnes isti possunt succedere per contratabu, vel per vnde legitimi, vel vnde cognati. Et ideò sexto loco posita est bono. pos. vnde vir & vxor, quæ fuit nona. Quartò, sublata est decima bonorum pos. scilicet vnde cognati manumissoris, eadem ratione, qua
2 sublata est vnde decem personæ. Et ita † remanent tantùm sex bono. possessiones, duæ ex testamento, scilicet contratabu. & secundum tabu. & quatuor ab intestato, scilicet vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor. Hodie tamen non oportet facere differentiã inter vnde legitimi & vnde cognati, quia sublata est differentia agnationis, vt in §. reliquum. in Authen. de hæredi. qui ab intesta. veniunt.
3 collatio. ix. ¶ Notandum † secundò, quòd addita est septima bono. pos. extraordinaria, ad quam duo requiruntur. Primò, vt detur bon. possess. ex aliqua lege, quæ non est in l. xij. tabula. vel ex senatuscon. vel ex aliqua constitutione principis, & ista bono. pos. non habet nomen expressum. Secũdò, requiritur, quòd illa successio, ad quã datur bono. pos. non sit de iure ciuili: capiendo ius ciuile, pro l. xij. tabularũ, & est ista bonorum pos. extraodinaria, quia datur & ex testamento, & ab intestato. Et potest poni exemplum ex testamento, secundum glo. hîc de posthumo alieno instituto, qui non potest adire hæreditatem iure ciuili, sed prætorio, vt suprà eod. §. j. dictum est. & habet iste hanc extraordinariam bono. pos. Potest etiam poni exemplũ ex testamẽto & ab intestato, de eo, qui moritur apud hostes, cuius bona non acquiruntur iure ciuili, sed ex noua lege Cornelia, per istã bono. possess. vt ff. de bono. pos. l. iij. §. sed & eius. & ff. de vulga. substi. l. lex Cornelia. Potest etiam exemplificari, quando testamentum factum est inter liberos, cum quinq; testibus, quod valet. per l. hac consultissima. C. de testamentis. Vel quando testamentũ factum est cum duob. testibus, & presbytero parochiano, iuxta c. cùm esses. extrà de testa.

Nam

cessionem vxoris,& econtrà,excluso fisco,vt C. vnde vir & vxor.l.
Decima vocatur vnde cognati manumissoris, de qua manumissor
11 dictum est circa quintam bonorum possessionem. ¶ Opponitur pri-
mò,& videtur,quòd prima bonorum possessio non bene dicitur
ex testamento,sed potius diceretur contra testamentum,quia per eam
rumpitur testamentum. C.de colla.l.vt liberis.Solutio. Vocatur
ex testamento,quia non competit,nec datur ista bonorum posse.
nisi quando factum est testamentum. ¶ Opponitur secundò.& vide-
tur,quòd ista non debet esse prima, quia bonorũ possessio secundum
tabu. est dignior,ergo illa debet precedere.Solutio.Ista ponitur pri-
ma,quia alia,scilicet secundumtabu.non datur,donec constat de ea.
12 ¶ Opponitur,†tertiò,& videtur,quòd bono. possessio secundum ta-
bu.sit superflua, quia quando factum est testamentum, tunc institu-
tus potest succedere de iure ciuili.Solutio. Ista in quibusdam casibus
est necessaria,vt notatur in l certum. C. de legiti.hæredi. Primus est
quando nascitur posthumus,qui rumpit testamentum.Nam tunc in-
tutus non potest petere hæreditatem de iure ciuili,licet posthumus
mortuus,sed petit eam iure prætorio, per istam bono. pos. secundum
tabu.vt l.posthumus.ff.de iniusf.rup.irri.testamen. Secundus, quando
quis est capite diminutus tempore factionis testamenti,& tẽpore mor-
tis,est sui iuris. Nam tunc institutus non petit hæreditatem iure ciui.
sed per istam bonorum possessio.vt suprà, quibus modis testamen.
infirmantur. § .non tamen. Tertius casus est, quando filius institutus
est sub conditione , tunc pendente conditione potest petere hæredi-
tatem, per istam bonorum possessio. vt lege secunda. §. sub condi-
tione.ff. de bonorum possessio. secundumtabulas. ¶ Oppon.
13 †quartò,& videtur , quòd filius præteritus existens , in potestate ma-
habet duas vias contra testamentum , per leg. illud. §. at testamen-
ta.ff.de contratabulas. Solutio. Istud intelligitur respectu testamen-
ti patris,vel ascendentium per lineam paternam. Sed illa lex in oppo-
situm allegata , loquitur respectu testamenti matris & ascendentium
per lineam maternam, contra quod filius non habet per contratabu-
las sed querelam de inofficio. ¶ Opponitur finaliter,& videtur,quòd
octaua bono. posses.in ordine omnium deberet poni septimo loco
quia in successione liberti,patronus & liberi eius,& etiã parentes, præ-
ferũtur collateralibus, quibus datur septima bo.pos.Solutio. Textus
iste nõ obseruat ordinẽ secũdũ quẽ fit successio : sed ordinẽ edicti.

§. Sed eas.

1 *Bonorum possessiones quatuor sunt hodie sublatæ ex decem.& quot rema-
neant hodie.nu. 2.& 5.*

Bonorum

3 *Bonorum possess. extraordinaria, duo requirit.*
4 *Locum altiorem debent habere digniores.*

1 Summatur sic: Ex † prædictis decem bonorum possess. quatuor sunt sublatæ, & remanserunt sex ordinariæ bonorum possessiones, quibus addita est septima extraordinaria. Hoc d. Sed pro intellectu textus notandũ primò quòd primò, sublata est bono. possessio, vnde decem personæ, quæ posita est quinto loco, quia hodie parens emancipat contracta fiducia, id est, cum securitate, quòd ipse debet succedere libero emancipato, si decedat ante eum, vt suprà de legit. agnato. succes. §. fi. & per ea quæ notata sunt ibi. Et loco istius posita est bono. posses. vnde cognati, quæ fuit sexta. Secũdò, sublata est bonor. posses. tanquã ex familia, quæ dabatur collateralibus patroni. Et tertiò, sublata est octaua bono. posses. quæ dabatur patrono & liberis eius, & parentibus ipsius, quia omnes isti possunt succedere per contratabu, vel per vnde legitimi, vel vnde cognati. Et ideò sexto loco posita est bono. pos. vnde vir & vxor, quæ fuit nona. Quartò, sublata est decima bonorum pos. scilicet vnde cognati manumissoris, eadem ratione, qua
2 sublata est vnde decem personæ. Et ita † remanent tantùm sex bono. possessiones, duæ ex testamento, scilicet contratabu. & secundum tabu. & quatuor ab intestato, scilicet vnde liberi, vnde legitimi, vnde cognati, vnde vir & vxor. Hodie tamen non oportet facere differentiã inter vnde legitimi & vnde cognati, quia sublata est differentia agnationis, vt in §. reliquum. in Authen. de hæredi. qui ab intesta. veniunt.
3 collatio. ix. ¶ Notandum † secundò, quòd addita est septima bono. pos. extraordinaria, ad quam duo requiruntur. Primò, vt detur bon. posses. ex aliqua lege, quæ non est in l. xij. tabula. vel ex senatuscon. vel ex aliqua constitutione principis, & ista bono. pos. non habet nomen expressum. Secũdò, requiritur, quòd illa succesio, ad quã datur bono. pos. non sit de iure ciuili: capiendo ius ciuile, pro l. xij. tabularũ, & est ista bonorum pos. extraodinaria, quia datur & ex testamento, & ab intestato. Et potest poni exemplum ex testamento, secundum glo. hîc de posthumo alieno instituto, qui non potest adire hæreditatem iure ciuili, sed prætorio, vt suprà eod. §. j. dictum est. & habet iste hanc extraordinariam bono. pos. Potest etiam poni exemplũ ex testamẽto & ab intestato, de eo, qui moritur apud hostes, cuius bona non acquiruntur iure ciuili, sed ex noua lege Cornelia, per istã bono. posses. vt ff. de bono. pos. l. iij. §. sed & eius. & ff. de vulga. substi. l. lex Cornelia. Potest etiam exemplificari, quando testamentum factum est inter liberos, cum quinq; testibus, quod valet. per l. hac consultissima. C. de testamentis. Vel quando testamentũ factum est cum duob. testibus, & presbytero parochiano, iuxta c. cùm esses. extrà de testa.

Nam

Nam sic instituti de iure ciuili legis xij.tabu. nihil haberent, quia n valet tale testamentum illo iure, sed succedunt per istam bonorum possessionem.

4 ¶ Notandum † finaliter ex glo. hîc super verbo, alias quòd digniores debent habere altiorem locum, quod seruit bene mulieribus, quæ sæpe solent certare, quæ earum primò debet offerre in Ecclesia. Nam illa debet præferri, quæ nupta est nobiliori: nam radijs maritorum mulieres coruscant, vt in Authen. de consu. haec itaq; colla.iiij.fa.l. fœminæ.ff.de senato. Et ad sedandam talem concertationem mulierum, potest implorari officium iudicis, vt l. vt dignita.or.seruetur.lib.xij.& non oportet agi actione iniuriarum.

5 ¶ Opponitur primò sic,& videtur, quòd sunt plures bonorum possessiones quàm septem, quia etiã est Carboniana, per l.j.C.de Carboniana edicto. Solutio. Hîc enumerantur bono.possessiones, quæ tribuũt ius in proprietate,& dantur cum causæ cognitione. Verum tamẽ est, quòd sunt adhuc aliæ bonorum possessiones, sed non dant ius in proprietate, & requiritur in eis causæ cognitio, arg.l.pen & fin.& quod ibi notat glo. & Docto. C.qui admittun.ad bono. poss. & sunt tres. Prima dicitur Carboniana, per quam pupillus, cui mouetur quæstio status, mittitur in bonorum possessionem patris sui reseruato iudicio status, vsque ad tempus pubertatis, vt in l.j. allega.in opposi. Secunda est de ventre in possessionem mittendo, quæ datur vxori, quando maritus eius moritur,& dubitatur, an sit impregnata, an non: vt ff. de ven.in posses. mittendo.l.j.& l.vbicunq;. §.interdum.ff.eod. Tertia est, quæ datur gratia litis agnoscendæ, & datur filio emancipato exhæredato, qui cognoscitur iure ciuili, vt possit intentare querelam inofficiosi, vt ff. de inofficio.testamen.l. Papinianus. §.j.

§. Cùm igitur.

1 *Tempus statutum ad petendam bono.posses.quantum.uarie.*
2 *Tempus illud ipsum an currat ignoranti ignorantia iuris aut facti: filio scienti.*
3 *Dies utiles, qui dicantur.*
4 *Prior in gradu si repudiauerit bonor.posses.ante finem temporis sibi agnati, statim currit tẽpus ei, qui post eum admittitur. Et quid in...*
5 *Exclusus à bonorum possess.ut filius, petere eam potest ut agnatus, ... de, ut cognatus.*
6 *Bonorum possessio, duplex.*
7 *Bonorum posses.quædam hodie necessaria: quædam non necessaria.*

1 Summatur sic: Fauore † creditoris & defuncti statutum est certum tempus, ad petendum bonorum possessionem, scilicet annus, liberis & parẽtibus. Alij autem centum dies vtiles, quo tempore lapso accrescit bonorum

bonorum possessio, nõ petita alijs personis eiusdem gradus, quæ eam petierunt, quibus non existentibus admittuntur sequentes in gradu ex successorio edicto, & petitur bono. possess. coram iudice, sine solenni
2 tate. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd istud tempus etiam currit ignoranti ignorantia iuris, vt l. iuris ignorã-tiam. C. qui ad bonorum possessionem admit. possunt. non auté igno ranti ignorantia facti, vt l. quandiu. eodem titu. allegato. Currit etiam filio scienti, licet pater suus ignoret, si filius potest patrem certificare, quia filius potest bonorum possessionem sine patre petere, vt l. bono-rum. eod. titu. allegato. Nec potest iudex istud tempus ad instantiam debitoris vel creditoris abbreuiare, secundum Bar. in l. si quis ita insti-
3 tuatur. §. j. ff. de hæredi. instituen. ¶ Notandum † secundò, quòd illi dies dicuntur vtiles, quando potest haberi copia iudicis, actoris & rei, vt ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. j. per totum. fa. glo. cum tex. in l. fi.
4 C. de tempo. in integ rest. pe. ¶ Notandũ † tertiò, quod si prior in gra du repudiauerit bono. poss. ante finem temporis sibi assignati, statim currit tempus illi, qui post eum admittitur, quia dies non expectatur, cuius euentus nihil operatur, vt §. fin. l. aliquando. ff. ad Velle. & ideò non expectatur finis temporis assignati illi priori. Ex quo patet, quod si duob. separatim concessa est prima præbenda vacatura, si infrà men sem eam acceptauerint, & primus repudiat eam ante finem mensis, sta tim currit tempus secundo. Faciunt notata per Bart. in l. si maritus. ff. de adulte. Circa quod vlterius sciendum, quòd quando habenti ius in aliqua re pręcipitur à iure, vel à lege, vt infra certum tempus aliquid fa-ciat sub pœna priuationis iuris, quod habet: si dicatur, sit ipso iure pri-uatus, tunc lapso tempore priuatus est. Sed si nõ dicatur, ipso iure, tunc non est priuatus, sed requiritur sententia, vt in c. commissa. de elec. lib. vj. Et illam sententiam debet præcedere monitio, secundum Anto. de
5 Bu. in c. cùm in cunctis. extrà de elect. ¶ Notandum † quartò, quòd si aliquis sit exclusus à bono. pos. vt filius, potest petere eam, vt agnatus, & si excludat vt agnatus, potest petere vt cognatus, & ita quis videtur sibijpsi succedere, vt ff. de successo. edic. l. j. §. sed videndum. ¶ No-
6 tandum † quintò, quòd duplex est bono. possessio, scilicet decretalis, quæ decernitur à iudice viuo, quæ fiebat olim cũ solénitate. & dicitur etiam iudicialis C. qui ab bon. pos. admit. possunt. l. pen. & l. fina. Alia est edictalis, quæ competit ex edicto prætoris mortui, & ista petitur sine solennitate iuris, vt ff. de bono. pos. l. iij. §. sed si nemo. decretalé hodie non habemus in vsu, sed potius edictalem, de qua & not. glo in
7 d. §. ¶ Notandum † finaliter, quòd aliquæ bono. posses. hodie adhuc sunt necessariæ, vt contratab. & vnde vir & vxor. Aliæ aũt non sunt necessarię, nisi in quibusdã casibus. Ex quo prouisum est iure Authen.

de alijs

de alijs remedijs, vt in Authen. de hæredi. qui ab intestato ven. per totum. colla.ix. Si tamen volumus, vti possumus hodie ... norum possessionibus.

DE ACQVISITIONE PER ARROGATIONEM.

TITVLVS XI.

1 *Acquisitio per arrogationem, inducta est à Diuo Pio. & cur ita.*

Ontinuatur sic: Dictum est, quomodo res acquiruntur ... vniuersitatẽ ex testamẽto, & ab intestato iure ciuili & iure pretorio per bon.pos. Cùm igitur res etiã acqui... per vniuersitatẽ arrogatione, vt suprà, per quas perso... 1 acquiritur. §. fi. idcirco tractandũ est hîc de acquisitionibus per ... gationẽ, & ita rubricatur iste titulus. Et istud ius non est de lege ... bula. nec etiam prætorium. sed introductum est per consensum, ... citur hîc in prin. tex. in nigro. Est enim istud ius introductum à ... tutione diui Pij, consensu arrogatoris & arrogati, vt hîc in glo. & etiam patet tex. vsq; ad §. ecce enim.

§. Ecce enim, cùm paterfamiliàs.

1 *Arrogati res omnes & actiones, olim acquirebantur arrogatori ... iure, exceptis his, quæ minima capitis diminutione pereunt. Quæ ... non pereunt. & nu. 2.*

3 *Vsusfructus & usus olim peribant minima capitis diminutione, ... die non.*

4 *Socium nemo habet inuitus.*

1 Summatur sic: Omnes † res & actiones ipsius arrogati, olim acq... rebantur arrogatori pleno iure, exceptis illis, quæ minima capitis ... minutione pereunt, quia etiam olim vsus & vsusfruc. perierunt, sed ... die ea non pereunt. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Nota 2 † primò, quòd olim omnes res ipsius arrogati pleno iure acquireba... tur arrogatori, exceptis illis, quę minima capitis diminutiõe pereunt, & ideò operæ libertorum, quæ debentur patronis, & non transeunt a... extraneum hæredem, non acquirebãtur arrogatori: vt sunt obse... les, quæ consistunt in faciendo: sicut est assurgere coram patrono... similes, vt C. de operis liberto. l. liberti. & etiam operæ fabriles in ... vt sunt carpentarię, & similes, vt ff. de operis liberto. l. si operarum ... dicio. Ex quo patet, quòd si patronus dat se in arrogationem, libe... tur libertus ab istis operis, de quo latius per Bar. & glo. in l. si non ... tem. §. libertus. ff. de condic. indebiti. Si tamen patronus cõduxit ...

quas

quas operas, illæ acquiruntur arrogatori. Sic etiam, quia ius agnationis perit minima capitis diminutione, vt supra de legit. agnato. tute. §. fin. sed non ius cognationis: quia per ius ciuile non perimitur ius naturale, vt hic in glo. super verbo, ius agnationis. Idcirco ius succedendi vt agnatus, etiam non acquiritur arrogatori. Et dicit gloss. hic, quòd hoc etiam locum habet hodie: sed hoc non est verũ, nisi intelligatur hodie, hoc est, tẽpore, quo fiebat iste liber. Nam isto tempore, cùm differentia agnationis & cognationis sit sublata, non perit agnatio, sicut nec cognatio minima capitis diminutione, vt in §. si vero, in Authent. de hæredi. qui ab intestato veniunt. collatione. ix. ¶ Notan-
3 dum † secundò, quòd vsus & vsusfructus olim perierunt minima capitis diminutione, hodie tamen non pereunt, vt hîc, sed non transeunt propriè ad arrogatorem, vt scilicet ipse habeat illius vsum vel vsumfructum, quia seruitus seruituti non debetur, vt ff. de vsufruct. lega. l. j. ipse tamen habet commodum vsus vel vsusfructus ipsius arrogati, quemadmodum dicitur de filio naturali & legitimo, habet e vsumfructum, & existente in potestate patris, vt in gloss. in Authen. idem est.
4 C. de bo. quæ liberis. ¶ Opponitur † & videtur, quòd olim omnes res ipsius arrogati acquirebantur arrogatori, per l. actionum. §. societas ff. pro socio. Solutio. Speciale est in societate, vt nemo inuitus habeat socium, acquisita tamen in societate acquirebantur arrogatori.

§. Nunc autem.

1 *Summarium huius §. ex sententia Dn. Nicasij.*
2 *Arrogator succedit mortuo filio arrogato, si non supersint, qui excludat patrem in successione. Cum quo etiã admittuntur fratres arrogati.*
3 *Arrogator de quibus gestis per arrogatum teneatur. Et quatenus.*

1 Summatur sic: Hodie † res arrogati non acquiruntur plene iure arrogatori, sicut olim, sed arrogator tantùm habet vsumfructum in bonis aduentitijs arrogati, sicut pater in bonis filij naturalis & legitimi existentis in eius potestate. Mortuo tamen filio arrogato, & non existentibus personis, quæ patrem in successione excludunt, succedit arrogator. De gestis tamen per arrogatũ, non tenetur arrogator ipso iure, licet nomine filij cõueniatur. Et si noluerit eum defendere, mittuntur creditores in possessionem illorum bonorum, quæ in vsufructu futura fuissent eius causa, si non fecisset arrogatus. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd mortuo filio arrogato, succedit arrogator, si non supersint personæ, quæ excludunt patrem in successione, vt sunt liberi ipsius arrogati, vt C. communia de successión. l. fina. in qua lege etiam habetur constitutio, de qua fit hîc mentio in tex. Et admit-

admittuntur hodie fratres arrogati cum arrogatore, vt in Authent. de hæredi. qui ab intesta. veniunt. § consequens. colla. ix. ¶ Notandum
3 secundò, † quòd arrogator non tenetur de gestis per arrogatum ante arrogationem: sed de his, quæ post arrogationem gesta sunt, tenetur quantum est in peculio, & in quibus acquiritur sibi vsusfructus, vt ff. de pecul. l. in arrogationem. sicut etiam pater tenetur pro filio, quantum est in peculio, vt ff. de pecu. l. j. Et si noluerit arrogator eum defendere in alijs, tunc mittuntur creditores in possessionem bonorum, quæ eius causa in vsufructu futura essent, vt hîc in fine textus, & ff. ex quibus causis in possessio. eatur. l. Fulcinius. § . si quis.

DE EO, CVI LIBERTATIS CAVSA, BONA ADDICVNTVR.

TITVL. XII.

Continuatur sic: Quia suprà per quas personas nobis acquiritur. § . fin. dictum est, quatenus res per vniuersitatẽ etiam acquiruntur causa libertatum conseruandarũ, ideo iam dicitur hîc de modo illius acquisitionis, & rubricatur iste titulus, de eo, cui libertatis causa, bona addicuntur.

§ . Accesit.

1 *Summarium huius § . per dominum Nicasium.*
2 *Seruus, item fiscus, item quicunque extraneus, potest petere causa libertatum conseruandarum, addictionem bonorũ. Non potest tamen illis libertis operas imponere. nume. 3.*
4 *Illi cui relicta est libertas, si directè uoluerunt consentire in ius patroni illius, cui bona addicuntur, tunc remanebunt in seruitute.*
5 *Succesio anomala, est bonorum addictio.*
6 *Fauore personæ, & causæ fauore simul conuenientibus, uter præferatur.*
7 *Constitutio una suppletur per aliam.*

1 Per † constitutionem diui Marci ordinatum est, vt datis libertatibus in testamẽto, ex quo nõ est adita hæreditas, potest vnus de seruis, qui data est libertas, præstita idonea cautione, de satisfaciendo creditoribus petere, vt bona sibi addicantur, causa libertatum conseruandarum. Et ita omnes serui efficientur liberi. Et ipse erit patronus, non solum eorũ, qui per fideicõmissum, sed etiã si velit & ipsi cõsenserint, eorum qui directò acceperunt libertatem. Et si fiscus velit bona defuncti apprehendere, saluæ tamen debent libertates remanere. tunc ibi, hoc rescripto. Et valet ista constitutio, nõ solùm ad libertates cõseruandas, sed etiam, ne creditores bona defuncti posideant, & vẽdant. Et habet etiam

etiam locum, quando libertates datæ sunt in codicillis. & nemo ab intestato adit hæreditatem. tunc ibi, si is. Et si ille, qui repudiauit vel abstinuit ab hæreditate, post addictioné bonorum causa libertatũ conseruandarum factã, in integrũ restituatur, libertates tamen, quæ datæ sunt, nõ reuocãtur. Et si libertates datæ sint inter viuos, vel causa mortis, potest aliquis hac de causa bonorũ addictioné petere, ne dubitetur, an hoc in fraudem creditoris factũ sit, non ex verbis, sed ex mente constitutionis. tunc ibi, & cum multas. Et quia in dicta cõstitutione imperfectè continebatur ius huius successionis, idcircò per dominum Iusti-
2 nianũ istud ius completum est. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd non solùm seruus vel fiscus, sed etiam quicũq; extraneus potest petere causa libertatum conseruandarũ, addictioné bonorũ, vt C. de manumis. testament. l. finali. si creditoribus aut vni ex creditoribus nomine omnium, idoneam cautionem fecerit, de soluendo in solidum, vt ff. de
3 fideicommis. liber. l. iiij. § creditoribus. ¶ Notãdum † secundò, quòd iste, cui bona addicuntur, non potest ipsis libertis operas imponere. vt
4 ff. de oper. liberto. l. si quis hac lege. ¶ Notandum † tertiò, quòd si illi, quibus relicta est libertas, directè noluerint consentire in ius patronatus istius, cui bona addicuntur, tunc remanebũt in seruitute, vt habeant eum dominum, quem noluerunt habere patronum. C. de manumiss.
5 testamen. l. fin. ¶ Notandum † quartò, quòd ista successio non est ex testamento, nec etiam ab intestato, sed vocatur successio anomala, in Authen. de hæredi & falci. § in omnib. coll. j. Et habet iste iura sepulturæ, vt scilicet possit inferre mortuos suos in sepulchro defuncti, vt ff. de fideicommis. liberta. l. iiij. sicut hæres habet illa iura iure ciuili, & bonorum possessor, iure prætorio: quæ quidem iura non habet ille, qui recipit hæreditatem per fideicommissum, sed manent apud hæredem, vt l. quia perinde. ff. ad Trebellianum. & notat glos. ibi, quòd fideicommissarius non est loco hæredis.
6 ¶ Notandum † quintò ibi, si is, quòd quando simul conueniunt fauor personæ, & fauor causæ, tunc propter fauorem causæ postponendus est fauor personæ. Et ideò licet fiat restitutio in integrum fauore minoris, non tamen reuocantur libertates.
7 ¶ Notandum † finaliter ibi. sed cum multas, quòd vna constitutio suppletur per aliam. Et ita dicit dominus Anto. de Butr. in c. causam quæ. extrà de rescrip. quòd rescripta debent interpretari, secundum ius commune, & etiam statuta, vt in c. literis. extrà de constitutio. Sed priuilegia debent interpretari contra ius commune, iuxta tamen limites iuris communis, vt notatur in c. abbate. extrà de verborum significationibus. vt scilicet aliquid, quantumcunque etiam minimum, superaddat iuri communi priuilegium.

DE SVCCESSIONIBVS SVBLATIS, QVAE FIEBANT PER BONORVM VENditiones,& ex senatusconsulto Claudiano.

TITVLVS XIII.

DIctum est suprà de quatuor modis, quibus res acquiruntur per vniuersitatem ab intestato. Et, vt nihil antiquitatis ignoretur, ponuntur hîc duo modi, quibus olim res etiam acquirebantur per vniuersitatem. Et ideò rubricatur iste titu. de successio. sublatis, quæ fiebant per bono. venditio. & ex senatusconsul. Claud.

§. Erant.

1 *Successiones olim duæ erant.*
2 *Emptio, pro uenditione.*
3 *Successio per bono. uend. quid olim requirebat. Et eius antiqua authoritas.*
4 *Iudicium potest dici ordinarium dupliciter.*
5 *Mulier dicitur bacchata.*
6 *Mulier libera potest hodie nubere seruo, si non ignoret conditionem eius, nec eò amittit libertatem.*

1 Olim etiam † erant duæ successiones, quarum vna erat per bon. venditio. qua scilicet creditor vendebat bona debitoris, sed illa nunc sublata est. tunc ibi, erat. Alia fuit miserabilis successio, qua scilicet libera mulier coniungens se seruo, amittebat libertatem & substantiam, quæ etiam modo sublata est. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd emptio ponitur hîc in tex. pro venditione, & vnum correlatiuum ponitur pro altero, hoc tamen fallit in l. ij. C. loca. vt vult ibi Cyn. quamuis glo. ibi contrarium dicat. ¶ Notandũ † secundò super verbo, ambages, quòd ista successio per bono. vend. requirebat, quòd creditor actioné suam proponeret, & si cadebat à syllaba, tunc cadebat à tota causa. Si autem non cadebat, sed debitè formabat actionem suam, poterat propria authoritate omnia bona debitoris vendere, vt ff. ex qui. cau. in possessio. nem eatur. l. j. Sed iste modus succedendi hodie sublatus est, vt C. de formu. & impetra. subla. l. j. & ij. quia hodie creditor mittitur in bona possess. ipsius debitoris, ex primo & secũdo decreto, pro mẽsura debiti declarati: vt in Authen. de exhiben. & introduc. reis. §. si verò colla.
4 ¶ Notandũ † tertiò, quòd iudicium potest dici ordinariũ dupliciter. Vno modo, respectu potestatis ipsius iudicãtis: alio modo, respectu formæ iudicialis. Et ita etiam dupliciter dicitur iudiciũ extraordinarium. Primo modo, iudiciũ delegati est extraordinariũ: secundo modo, iudiciũ, in quo nõ obseruatur forma & ordo iuris, dicitur extraordinariũ, vt not. in c. quoniam contra falsam. extrà de probatio. ¶ Notandum quartò

5 quartò,† quòd mulier dicitur bacchata,id est,capta amore: quia sicut quis capitur Baccho,id est,vino, vt nõ vtatur ratione,sic etiam mulier capitur amore. Nam furore amoris nihil est vehementius, vt in Au-
6 thent.quib.mo.nat.effic.legi.§.illud. ¶ Notandum finaliter,† quòd libera mulier potest hodie nubere seruo, si non ignoret conditionem eius,vt l.fina. C.de agrico.& censi.lib.xj. & maximè iure cano.vt c.ij. extrà de coniug.seruo.nec amittit libertatẽ, imò filij etiam sunt liberi, quia sequũtur ventrem. Et ratio est,quia mulier nõ transit in potestatem viri,nisi quantũ ad debitum carnale,& operas domesticas,vt suprà de senatuscon. Tertyll.dictum est. §.j.notab.quinto.

DE OBLIGATIONIBVS.

TITVLVS XIIII.

NVnc dictum est de iure personarum primo lib. & de iure rerum à princ.secundi lib. vsq; ad istum locũ: tractandum est ergo consequẽter de iure actionum,secundũ quod dictum est suprà in §.fin.de iure natur.gen.& ciuili. Et quia obligatio est mater actionum,vt ff.de procurato.l.licet.§.ea obligatio. præcipuè personalium, ideò prius, quàm tractetur de actionibus, præmittendum est de obligationib. Et ideò iste titu.sic rubricatur.

§. Nunc transeamus.

1 *Obligatio,quid. Et eius partium explicatio.nume. 8.9.10.11.*
2 *Obligatio,quotuplex.*
3 *Obligatio naturalis tantùm,quos effectus habeat: & quot.*
4 *Obligatio naturalis,duplex.*
5 *Obligatio ciuilis tantùm,quæ: & unde nascatur. Et quot,quósue habeat effectus. nume. 6.*
7 *Obligatio ciuilis tantùm,quid differat à naturali tantùm.*
12 *Obligationi dupliciter potest opponi exceptio.*

Non summaẽ iste §.quia procedit diffinitiuè. Et ponitẽ in eo diffini-
1 tio obligationis,quæ sic diffinitẽ in tex.† Obligatio,est iuris vinculũ, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluẽdæ,scd̃m nostræ ciuitatis
2 iura. ¶ Notandũ † primò,quòd triplex est obligatio, scilicet naturalis tantùm, ciuilis tantùm, & naturalis & ciuilis simul. Naturalis tantùm est,vt quæ solo consensu nascitur,vt l.Stichum.§.naturalis. ff.de solutio. Et ista potest esse inter seruum & dominum, vt seruus naturaliter domino obligetur,vt l.naturaliter. ff.de condic.indeb. Sic etiam filius potest obligari patri, vt l.frater à fratre.ff.eodem. Sic & pupillus pro-
3 ximus pubertati potest obligari,vt ff.de nouatio.l.j. † Habet autẽ ista obligatio naturalis tantùm,aliquos effectus. Primus est,quòd quamuis

 non

non pariat actionem, parit tamen exceptionem, vt ff. de pact. l. si vnus. § pactus. & l. iuris gentium. § sed cum nulla. ff. de pactis. facit infra §. in personam. de actionibus. Secundus effectus est, quòd impedit repetitionem soluti, vt ff. de fideiusso. l. fideiussor. § fideiussor. Tertius effectus est, quòd ei accedere potest pignus & fideiussor, qui obligatur naturaliter & ciuiliter, vt infrà, de fideiuss. in princi. Quartus effectus est, quòd recipit compensationem, vt ff. de compensa. l. etiam. Est tamen

4 † duplex naturalis obligatio, vt in glo. in l. sed & si lege. in § consuluit. ff. de petit. hæredi. Vna est, quæ oritur ex nudis motibus hominum, vt quòd benefactoribus nostris benefaciamus, & ista obligatio naturalis non habet effectus prædictos. Alia est quæ oritur ex cõsensu, & de ista

5 intelliguntur quæ dicta sunt. † Est etiam obligatio ciuilis tantùm, quæ oritur ex dispositione seu solennitate iuris, vt in glos. in l. generaliter. C. de non numera. pecu. Talis est obligatio, qua aliquis chirographo confitetur sibi mutuum esse factum spe numerationis ante biennium, vt infrà, de litera. obliga. per totum. & l. in contractibus. C. de non numera. pecu. Talis est etiam obligatio, qua quis remanet obligatus, qui fuit obligatus naturaliter & ciuiliter, ad aliquod debitũ, & factum est pactum de non petendo. Et ista obligatio non potest esse inter seruum & dominum, quia iure ciuili, seruus, nihil est. l. quod attinet. ff. de reg. iur. nec inter filium & patrem, vt l. frater à fratre. ff. de condic. indeb. & ita etiam inter patrem & filium non potest esse iudicium. ff. de iudic. lis. iure ciuili, hoc impediente ratione patriæ potestatis, suprà de patria

6 potesta. § ius autem. Et ista ciuilis obligatio † tantùm etiam habet aliquos effectus. Nam licet etiam non pariat actionem, parit tamen exceptionem, vt l. in contractibus. C. de non numera. pecu. Potest etiam accedere pignus & fideiussor. ff. de fideiusso. l. fideiussor. § fideiuss.

7 sicut de naturali tantùm dictum est. Et differt † ciuilis tantùm à naturali tantùm, quia ista non impedit repetitionem soluti, sicut naturalis, nam debitum ciuiliter tantùm, & indebitum naturaliter solutũ potest repeti, sed debitum naturaliter, & indebitum ciuiliter solutum, non potest repeti, vt l. j. ff. de condic. indebi. Sed obligatio naturalis & ciuilis simul, est illa, quæ communiter venit in contractibus, &c. Et ista est quæ hîc diffinitur, & de illa est in l. quod attinet. ff. de regu. iuris.

8 ¶ Notandum † secundò, quòd iuris vinculum debet hîc exponi activè, id est, ius vinciens, hoc est, ligans. Nam sicut boues & aliæ bestiæ ligantur funibus, sic homines ligantur verbis & obligationibus, vt ff. de

9 verb. significa. l. rei. § j. ¶ Notandum tertiò, † quòd cùm dicitur, qua quo necessitate adstringimur, intelligitur, quòd nõ est obligatio, quæ hîc diffinitur, nisi per eam quis necessariò adstringatur. Non enim est verus debitor, in cuius potestate est soluere, vel non soluere, vt ff. de verb.

verb.signi.l.debitor. Et ideò bene dicitur, quòd omnis homo est debitor mortis, quia necessariò habet soluere mortē. Ex quo patet, quòd hic nō diffinitur illa obligatio, quę potest elidi per exceptionē, vt ff. de
10 reg.iur.l.non videtur. ¶ Notandū † quartò, quòd quando dicitur hîc, alicuius rei soluēdæ, ibi res, capitur generaliter pro re, aut pro facto, vt
11 ff. si certum pet.l.j.& de verb.signif.l.rei. ¶ Notandū † finaliter, quòd quãdo dicitur in diffinitione, secūdum nostræ ciuitatis iura, hoc potest primò referri ad diffinitū, vt sit sensus, obligatio secundū nostræ ciuitatis iura, est iuris vinculū, &c. Vel secundò potest referri ad iuris vinculū, vt sit sensus, obligatio est ius vinciens secūdum iura ciuitatis nostræ. Vel tertiò potest referri ad illam particulã alicuius rei soluendæ, vt sit sensus, quòd ista res debet solui secundū iura nostrę ciuitatis, quæ volunt, quòd res soluatur æquè bona, vt ff. si certū peta.l.cum quid. & l.iij.§.si res. ff. cōmoda. & quòd soluatur cōgruis loco & tempore, vt ff. de solutio. l.si soluturus. & quòd caueatur de euictione. ff. de verb. obli.l. Iulianus. §.qui fundū. & quod soluatur apud competentē actorem, & iudicem, vt C. si non à compe.iud.l.fin. & quòd res non sit deteriorata. Et hoc est verū, si deterioratio veniat officio iudicis, vt in cōtractibus stricti iuris. Secus, si veniret iure actionis, vt in contractibus bo.fi.& ideò, si quis accōmodasset alicui equum, teneretur illū recipere etiam deterioratū, vt notatur per glos & per Bart.in l.qui sibi.ff. de solutio. Et ex istis faciliter potest colligi, quid debitor debeat facere, si creditor non vult recipere debitum, vt non constituatur in mora.

¶ Opponitur contra prædicta, & videtur primò, quòd ista diffinitio obligationis nō sit bona, quia omnis diffinitio cōuertitur cum diffinito, vt l.omnis diffinitio. ff. de reg.iur. Sed ista diffinitio non conuenit obligationi naturali tantùm, nec ciuili tantùm, ergo &c. Media seu minor patet, quia per talē obligationem nō adstringitur quis necessitate. Solutio. Hîc non diffinitur omnis obligatio, sed illa, quæ est naturalis & ciuilis simul, vt dictum est in fine primi notabilis. ¶ Opponitur se-
12 cundò, † & videtur, quòd hîc diffinitur etiam obligatio, cui potest opponi exceptio, quia hîc diffinitur obligatio ciuilis & naturalis, quæ potest contrahi per filiū & per mulierē, cui tamē potest opponi exceptio de Macedoniano & Velleiano, ergo nō bene dictū est in tertio notabi. quòd hîc solùm diffinitᵗ obliga. quę nō potest elidi per exceptionē. Solutio. Obligationi dupliciter potest opponi exceptio. Vno modo propter defectū vinculi naturalis aut ciuilis, & ita procedit quod dictū est in tertio notab. Alio modo ponitur exceptio, nō propter defectum vinculi, sed propter personam contrahētem, & ita procedit oppositio. Nam obligatio cōtracta per filiū, est naturalis & ciuilis, potest tamen opponi exceptio ad Macedonianū, vt l.quia naturalis. ff. de Macedon.

Ita etiam est obligatio contracta per mulierem,tamen opponitur exceptio de Velleiano,vt l.si mulier.ff.ad Velleia.

§. *Omnium autem.*

1 *Obligationum quædam sunt ciuiles,quædam prætoriæ,siue honorariæ.*
2 *Diuisio quid.*
3 *Obligationes ciuiles,quæ. Item,quæ prætoriæ,siue honorariæ.nume.4. Et quis earum usus.nu.5.*
6 *Contractus,tripliciter capitur.*
7 *Contractus,actio,& obligatio,differunt.*

1 Non summatur,quia procedit diuisiuè,nam obligationum † quædam
sunt ciuiles,& quædam prætoriæ. Ciuiles sunt,quæ legibus constitutæ
sunt,aut iure ciuili approbatæ sunt. Sed prætoriæ sunt,quæ per prætorem inductæ sunt,quæ etiã vocantur honorariæ.tunc ibi,sequens ponitur alia diuisio. Nam obligationũ quædam sunt ex cõtractu, quædam
ex quasi contractu,quædã ex maleficio,& quædã ex quasi maleficio.
Et primò tractandum est de illis,quæ sunt ex contractu.tunc ibi,harũ
autẽ. Et istæ quæ sunt ex cõtractu,aut fiunt ex rebus,aut ex verbis,aut
ex literis,aut ex consensu,de quibus omnibus dicetur infrà. ¶ Notan-
2 dum † primò,quòd diuisio,est vniuersalis materiæ breuis compositio.
Et ad quæ vtilis est diuisio,dictum est suprà, in procemio huius libri.
3 §.penul. ¶ Notandum † secundò,quòd illæ obligationes sunt ciuiles
quæ habent efficaciam suã ex constitutione legum:vt est illa, quæ datur per l.Aquiliam.vt infrà ad l Aquiliã.in prin.vel quæ datur de pauperie,vt ff.si quadru.paupe.fecis.dicatur.l.j.vel quæ est furti nec manifesti,vt infrà,de noxa.actio.§.sunt autem.vel dicuntur etiã obligationes ciuiles,quæ descẽdunt à iure gentium,sunt tamen per ius ciuile cõ-
4 probatæ. Sed † prætoriæ sunt,in quibus prætor constituit aliquid,vel
addendo vel approbando,vel etiã de nouo cõdendo,vt ff. de iust.& iure.l.ius autem ciuile.§.ius prætorium. Et vocantur istæ etiam honorariæ,quia prætores honores gerebant,vt etiam suprà,de iure natura.
5 genti.& ciuili.§.prætorum edicta. † Et seruit istud ad sciendum, quæ
actiones sunt ciuiles,& quæ prætoriæ,inter quas est magna differẽtia,
6 vt infrà,de perpe.& tẽpora.actio.dicetur. ¶ Notandum † tertiò,quòd
tripliciter capitur cõtractus,scilicet propriè,impropriè & improprijssimè.Propriè contractus dicitur, quando cõtrahentes hincinde obligantur,vt in emptione & vẽditione,vt l.Labeo.§.cõtractum.ff.de verb.signi. Impropriè dicitur,quando vna pars solùm obligatur, vt in mutuo,vt ff.si cer.pet.l.ij.Sed contractus improprijssimè dictus est, quando fit dissolutio contractus,vt in transactione,vt no.per Bar.in l.iure
apud acta. C.de trãsactio.sic etiã est in liberatione,vt infrà,quib.mo. tollitur

tollitur oblig. §.j. Et ista seruiunt ad intelligendum statuta, in quibus termini debent propriè accipi. vt l.iij. §.hæc verba.ff.de nego. gestis. Ex quo patet, quòd si in aliquo loco sit statutum, quo prohibetur, vt nemo cum talib. contrahat, per illud statutum nõ prohibetur mutuũ, neq; transactioné, neq; liberationé cum talibus fieri, quãuis Bal. C. de pac. in rubrica dicat, quòd quando per statutũ prohibetur cõtractus,
7 etiam prohibetur liberatio, & multò magis mutuũ. ¶ Notandum † finaliter, quòd differentia est inter contractum, obligationé, & actioné. Nam contractus, est conceptio verborũ seu consensuum, vt ff. de verbo. obli. l. stipulationũ. §. stipulatio. & est facti, vt ff. de curato. furio. l. consilio. Obligatio autem, oritur ex contractu, & est iuris. ff. si certũ petatur. l. ij. Actio autem, vlterius oritur ex obligatione, vt ff. de procurato. l. licet. §. ea obligatio, & etiam est iuris.

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO.

TITVLVS XV.

Quia suprà dictum est tit. proxi. §. fi. quòd quatuor sunt species obligationis, quæ nascitur ex contractu. Quarum prima est, quæ nascitur ex re, etiam potior: idcirco primò de illa hîc tractatur, & rubricatur titulus, quib. modis re contrahitur obligatio.

§. Re contrahitur.

1 *Obligatio re contrahitur in datione mutui, ex qua nascitur certi condictio.*
2 *Pactum nudum, potest nouem modis uestiri.*
3 *Pactum nudum quando dicatur uestiri auxilio legis.*
4 *Res aliqua ut possit dari mutuò, quæ requirantur.*
5 *In mutuo transfertur dominium à dante in accipientem. Et quare dicatur mutuum.*
6 *Mutui reconciliatio, qualiter fiat.*
7 *Mutuum recipiens, non tenetur eandem rem in specie restituere. Limitat nume. 10.*
8 *Mutuum petitur actione, quæ dicitur condictio.*
9 *Pecunia, tripliciter accipitur.*

1 Re cõtrahitur † obligatio, in datione mutui, quod cõsistit in rebus, quæ per numerũ, pondus, vel mensurã traduntur, vt fiant accipientiũ. Et ex hac obligatione nascitur actio, quæ vocatur certi condictio.
2 Hoc dicit, ¶ Notandum † primò, quòd nudum pactum potest nouem modis vestiri. Primò, re, vt hîc. Secũdò, verbis, vt tit. proxi. Tertiò, literis, vt infrà de litera. oblig. Quartò, consensu, scilicet solo, quia in alijs

obligationib. etiam requiritur consensus, vt infrà, de oblig. quæ ex cõsensu nascuntur. Quintò, cohærentia contractus, vt quando iuxta contractum ponitur pactum antè vel pòst, vt C. de pactis. l. repetẽs Sexto, interuentu rei, vt in cõtractib. innominatis. C. de re. permuta. l. ex placito. Et differt iste modus à primo, quia quando pactum vestitur re, tunc statim habet robur, & nascitur actio, vt ff. si cer. peta. l. cum quid. Sed quando vestitur per interuentũ rei, tunc non statim habet robur, nec oritur actio, sed tunc demũ, quando res est tradita, vt C. de pactis. l petens. & l. iurisgen. §. quinimò. ff. de pactis. Septimò, principio rei, vt si quis pollicetur reipub. nudo pacto, vt ff. de pollicita. & no. gl. in verbo, cœperit. l j. Octauò, iureiurando. l. vt iurisiurãdi. ff. de operis liberto. Nonò, authoritate seu auxilio legis, vt ff. de pactis. l. legitima. Et
3 † dicitur nudum pactum vestiri auxilio legis, quando ex tali pacto nõ daretur actio, nisi lex hoc diceret, & hoc fit in multis casibus, sicut patet in his versibus, non recta lege pedum currentibus.

Pactum in his nudum actionem maximè parit,
Constituens, donans, dotans, spondens, ob honorem,
Nautarumq; fraus, accessio, uerbis, usura.

Nam aliter, ex nudo pacto non datur actio, vt ff. de pactis. l. iurisgentium. §. quinimo. quod verum est iure ciuili, secus iure canonico, vt
4 ex nudo pacto datur actio, extrà de pactis. c. j. ¶ Notandum † secundò, quòd ad hoc, quòd aliqua res possit dari mutuò, aliqua requirũtur. Primò, quòd illa res ex natura sua potest numerari, mensurari, vel ponderari. Secundò, quòd sit etiam cõsuetudo talem rem numerãdo, vel mensurando, vel ponderando tradi. Tertiò, quòd datio rei, fiat secundum eius aptitudinem, & ideò vinũ non traditur mutuò per pondus, sed per mensuram. Quartò, quòd actus aptetur ad aptitudinem rei, & ideò si pecunia tradatur cum sacculo, tanquã species, & nõ numeretur, non est mutuũ. Et ista notantur per Docto. & præcipuè per Bar. in l. mutuum. § . mutui. ff. si cer. pe. Patet ergo, quòd si trado librũ per pon-
5 dus nõ est mutuũ, vt l. ij. § . ij. ff. si cer. pet. ¶ Notandum † tertiò, quòd in mutuo transfertur dominium à dante in accipientem. Dicitur enim mutuum, quia de meo fit tuum, & dicunt Docto. quòd valet argu. ab etymologia nominis, in l. ij. § . appella. ff. si cer. pet. Ex quo patet, quòd si res tradatur à non domino, non est mutuũ, nisi per reconciliationẽ,
6 † quæ potest fieri consumptione, vsucapione, vel per superueniẽtiam dominij, aut etiã ratihabitiõe, vt notatur cõmuniter per Doc. in l. ij. §. ij. ff. si cer. pet. Exemplũ primi est, vt mutuaui tibi pecuniã alienã, etiã quã furatus sum, & tu consumpsisti eam etiã totã, tunc valet mutuum quo ad totam pecuniã, sed si non esset consumpta, nõ valeret mutuũ

quia

quia teneris eandem restituere. Idem de parte quo ad partem, ff. si cer. pet. l. nam & si fur. intelligitur etiã consumpta, si est mista cum alia pecunia. & ab ea discerni non potest, ff. de solutio. l si alieni. Exemplum secundi est, vt mutuaui tibi pecuniam alienã, & stipulatus eã sum mihi dari. si dominus pecuniæ à te eam petit, habes exceptionẽ doli contra me. ff. de stipu. seruo. l. j. § . ij. Exemplum tertij, vt si ille, qui recepit mutuum de pecunia aliena, possidendo vsucepit eam antè, quàm exposuit, quod contingit in dote numerata ff. de iure dotium. l. iure succursum. §. si pater. idem in donatione causa mortis. ff. de dona. causa mortis. l. qui alienam. Exemplum quarti, vt si pecuniã hæreditariã tibi mutuo, & posteà adeo hæreditatẽ. l. perinde. in fi. ff. si cer. pet. Aut si pecuniam alicuius tibi mutuo, quam posteà mihi legat, si tamẽ idem animus mutuantis maneat, ratihabitione: argu. l. si procurator. ff. de condi. indebi.

7 ¶ Notandum † quartò, quòd recipiens mutuũ, non tenetur eandẽ rem in specie, id est, in numero restituere, aliâs esset depositum vel cõmodatum, sed in genere, id est, eiusdem naturæ & qualitatis, id est, bonitatis, vt ff. si cer. pet. l. cum quid. Ex quo patet, quòd pro antiquo vino non potest solui nouũ, quia nõ est ita bonum. quod verũ est, si nouũ vinum nondũ sit digestum. sed postquã digestum est & purificatum, tunc nouũ vinũ est melius antiquo, vt l. Firmio Heliodoro. ff. quãdo dies lega. ce. & dicit Bar. in l. si tibi decẽ. ff. de pactis. quòd prius sydera caderent de cœlo, quã posset plus venire in obligatione, quæ re cõtrahitur, quã est ipsa res. Et ergo dicitur in illa l. si dem tibi decem millia, & paciscor, quòd tu reddes mihi xx. millia, nõ veniunt nisi x. millia in obligatione. Si tamen debitor esset in mora, posset creditor ex mutuo petere suũ interesse, si proueniat ex lucro cessante, siue ex dãno emer-

8 gente, vt no. in l. vinum. per Docto. ff. si cer. pet. ¶ Notandũ † finaliter, quòd actio, qua petitur mutuum, vocatur certi cõdictio, & potest dici certi condictio specialis, vt ff. de tritica. condictione. l. j. Nam in omni causa & contractu, ex quo certũ petitur, datur certi cõdictio generalis, vt l. certi condictio. ff. si certum pe. Et eadẽ actio, quę datur ad mutuum, datur etiã ad interesse, quia quãuis non sit certum in principio, certificatur tamen per iudicem. Et hoc maximè verũ est, quãdo in libello concluditur ad certam summã, vt notatur in § . curare. infrà, de actionibus. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd pecunia non con-

9 sistat in numero per l. ij. § . mutui. ff. si cer. pet. Solutio. Pecunia † capitur tripliciter. Vno modo, pro omni re corporali. Secundo modò, pro omni re, quæ consistit numero, pondere aut mensura. Tertio modo, pro pecunia numerata, vt notatur per Bar. in l. talis scriptura. ff. de leg. primo. Et est tex. in l. pecuniæ. ff de verbo. signifi. & isto modo capitur hîc. ¶ Opponitur secundò, † & videtur, quòd non bene dicatur in

text. quòd in mutuo potest eadem res reddi, per l. ij. in prin. ff. si cert. petatur. Solutio. In mutuo potest eadem res reddi, vt hîc dicitur: sed hoc non debet à principio agi, vt scilicet eadem res reddatur, vt vult l. in oppositum allegata.

§. Is quoq;

1 *Solutione indebiti per errorem facta nascitur actio condictitia.*
2 *Solutio indebiti debet esse facta ab ignorante, prius, quàm ex ea quis diligetur.*
3 *Solutio indebiti, quid.*
4 *Condictio indebiti. Et ad eam intentandam quid requiratur.*
5 *Accessiones naturales, quæ. Et quæ ciuiles. nu. 6.*
7 *Obligamur ad indebitum solutum per errorem, non secus, quàm ad mutuum.*
8 *Pupillus, cui solutum est indebitum per errorem, sine authoritate tutoris non tenetur hac actione.*
9 *Pupillus qualiter, & quando, ex mutuo, indebito, uel aliàs possit obligari distinguitur.*
10 *Obligatur re, qui indebitum recipit.*
11 *Potest, uerb. intelligendum cum effectu.*

1 Summatur sic: † Contrahitur etiam re obligatio solutione indebiti per errorem facta, non obstante, quòd ille qui soluit, magis videtur distrahere, quàm contrahere. Et ex ista obligatione nascitur actio condictitia, qua tamen non tenetur pupillus, si ei sine tutoris authoritate per errorem indebitum solutum sit, sicut nec etiam tenetur certi condictione, si sine tutore mutuum accepit. Hoc dicit. ¶ Notandū † primò, quòd ad hoc, quòd aliquis obligetur hac obligatione, requiritur quòd soluens ignoret esse indebitum. Nam si scienter solueret, praesumeretur donare, & non esset ista obligatio, vt notatur in l. j. ff. de condictio. indebi. Est † autem solutio indebiti, quando quis tenetur alicui ad x. & soluit xx. & habet de hoc gl. notabilis in c. si. extrà de solu. ad longum. ¶ Notandum † secundò, quòd ista actio, per quam repetitur indebitum, vocatur condictio indebiti, & requiritur ex parte eius cui soluitur, quòd res transferatur in eius dominium, aliòquin non est ista obligatio, vt ff. vsusfructuarius quemadmodum caue. l. fin. Si etiam iste ignoret indebitum esse, non obligatur, nisi inquantum factus est locupletior, sed si sciat, obligatur non solùm ad rem quam accepit, sed etiam ad accessiones & augmenta naturalia, vt ff. de condictio. indebiti. lege, indebiti. Vocantur † autem accessiones naturales, augmenta, quæ veniunt naturaliter ex ipsa re, sicut fructus ex agro seminato

ſeminato & partus, ſed non ad augmenta ciuilia, vt C.e.l.j. Dicuntur
6 †augmenta ciuila, quæ veniunt ex induſtria hominũ & labore. Et ſi rem retineat poſtquàm ſciat, inuito domino, tenetur etiam actione fur
7 ti, vt ff de condictio. fur. l. quoniam. ¶ Notandum † tertiò, quòd ad in debitum ſolutũ per errorem quis obligatur, ſicut ad mutuum, vt infrà de oblig. quæ ex quaſi contrac naſcuntur. §. fi. niſi in quibuſdam caſibus. Primò, ſi ſoluatur iudebitum ex cauſa, quæ ex inficiatione creſcit, vt l. ea q̃. C. eo. Secũdò, ex cauſa pietatis, vt l. cũ his. §. ſi mulier. ff. eo. Tertiò, tranſactione, vt l. in ſumma. ff. eo. Quartò, authoritate rei iudicatę, vt l. j. C. eod. Quintò, ratione ſcientiæ, vt l. j. ff. eo. & dictum eſt in primo notabili. Sextò, iureiurando, vt infrà de actio. §. ſi quis po-
8 ſtulante. ¶ Notandum † quartò, quòd pupillus, cui ſolutum eſt indebitum per errorem ſine authoritate tutoris, non tenetur hac actione, ſicut nec mutui datione, quod verum eſt, niſi pupillus ex eo factus ſit locupletior, vel pecunia eſt apud eum ſalua, aut in aliam ren conuerſa, vt ff. de ſolutio. l. in pupillo. Nam tunc naturaliter & ciuiliter obligatur & tenetur cum effectu, vt l. naturaliter. §. fi. ff. de cõdictio. indebi. Ad
9 †ſciendum ergo, qualiter pupillus ex mutuo, vel ex indebito, aut aliâs poſsit obligari, ſic eſt diſtinguendum. Aut enim pupillus eſt minor infante, id eſt, eo, qui nondum compleuit ſeptimum annum, & nullo modo poteſt obligari. l. quod pupillus. ff. eo. Aut eſt maior infante, & promittit tutori ſuo, & nullo modo obligatur. ff. de autho. tuto. l. pupillus. Aut promittit alteri ſine tutore, & obligatur naturaliter, ſed nõ ciuiliter, vt l. j. ff. de nouatio. & notatur eleganter in dicta l. j. per glo. fi. Aut promittit cum tutore, & obligatur naturaliter & ciuiliter, vt l. ſi impuberes. ff. de autho. tut. ſed poteſt reſtitui in integ. Eodem modo dicendum eſt de adulto minore, habente curatorẽ, vt C. de in integ. reſtit. mino. l. ſi curatorẽ. ſed ſi non habeat curatorẽ, obligatur naturaliter & ciuiliter. ſed põt reſtitui, ſi obligauit ſe ante xxv. annũ. ¶ Notan
10 dum † finaliter, quòd iſte caſus potius videtur ponendus in tit. de obli. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, vt in §. item is. ibidem. quia ſoluẽs vult diſtrahi, non cõtrahi: ſed quia hîc tacitè aliquid agitur quod concernit contractũ, nam ille qui recipit debitũ obligat̃ re, ſicut in cõtractu qui conſiſtit in re, idcirco ponitur hîc fa. l. ſi in area. ff. eo. & l. ſi is, qui. §. vlti. ff. commo. ¶ Opponitur ſic, & videtur, quòd non bene dicitur in tex. indebitũ poſſe condici, ſi appareat ſcilicet ipſum eſſe indebitum: quia ex illo ſequeretur, quòd indebitũ deberet probari ante inſtitutionem actionis, ſeu ante litem cõteſtatã, quod non eſt verum. So
11 lutio. Iſtud † verbum, põt, debet intelligi hîc cum effectu, vt. ſ. reus condemnetur per ſententiã, vt ſit ſenſus, quòd non põt indebitum cõdici effectualiter, id eſt, ſententia ferri, donec appareat indebitum.

§. Item

§. Item is cui.

1 *Commodatarius etiam re obligatur. Et nascitur ex hac obligatione actio commodati.*
2 *Mutui & commodati differentia, duplex. Et nu. 4.*
3 *Commodatum uariè deficit.*
5 *Commodatarius tenetur commodati, uariè. Et nu. 6. 7.*
8 *Precarium & commodatum, quid differant.*
9 *Commodati actio, duplex.*
10 *Incendium numeratur interdum inter casus fortuitos: interdum inter culpas.*
11 *Commodatum, debet esse gratuitum.*

1 Recipiens † commodatum, id est, cõmodatarius, etiam re obligatur & nascitur ex hac obligatione actio commodati: & differunt mutuum & commodatum, quia in mutuo transfertur dominium, in commodato non, & recipiens mutuum tenetur de dolo, omni culpa & casu fortuito, sed recipiens commodatum tenetur de dolo & omni culpa, sed non de casu fortuito, nisi culpa sua præcedat illum casum, & commo-
2 datum debet esse gratuitum. Hoc dicit. ¶ Notandum primò † quod textus tangit hîc duas differentias, inter mutuum & cõmodatum. Prima est, quòd in mutuo transfertur dominium, in commodato non: oportet enim commodatarium restituere commodanti eandem rem: sed glo. super verb accepit. dicit de triplici mutuo. Nam quoddam est naturale tantùm, scilicet, quando numeratur pecunia, sine aliqua stipulatione, Aliud est ciuile tantùm, quando fit stipulatio sine numeratione, Aliud est naturale & ciuile simul, scilicet quando numeratur pecunia & capitur stipulatio, vt ff. si certum peta. l. ij. Quod ergo hîc dicitur de translatione dominij, intelligitur de mutuo primo & tertio
3 modo dicto. Et deficit mutuum † interdum ratione rei, vt in furto. ff. eod. l. ij. §. mutui & l. nam & si fur. ff. si certum peta. interdum ratione personæ, vt ff. si certum petatur. l. si à furioso. interdum ratione dis-
4 sensus, vt ff. si certum peta. l. si ergo pecuniã. Secunda † differentia est, quia recipiens mutuum, tenetur de dolo & omni culpa & casu fortuito, commodatarius autem non tenetur de casu fortuito, nisi sua culpa præueniat illum casum. Et exemplificat textus, vt si commodata sit tibi res, vt ea vtaris in domo tua, & defers eam tecum in peregrinationem, si tunc eam casu amiseris, teneris de ea restituenda, vel eius æstimatione. Et licet commodatarius regulariter teneatur de omni culpa, tamen hîc dicitur, quia non sufficit tantam diligentiam adhibere, quantam quis adhiberet in suis proprijs rebus: & ideò iste posititiuus, exactam, in textu exponitur per superlatiuum, id est, exactißimam. Istud tamen habet exceptio-

5 exceptiones, vnde sic distinguendũ est. Quia †aut cõmodatum datur gratia cõmodãtis, & tũc cõmodatariuis solum tenetur de dolo. verbi gratia: Cõmodo vxori meæ futurę aliqua clenodia, scilicet anulos, coronam, & similia, vt ornatè veniat in domũ meam: & si ista perdãtur, nõ tenetur mulier, nisi fecerit dolum, vt l. si vt certo. §. nunc videndũ.
6 ff. commoda. Aut †datur gratia vtriusq;, scilicet cõmodantis & commodatarij, & tunc tenetur commodatarius de dolo, lata culpa & leui: vt, si commodo tibi vasa argentea, quia tecum cœnabãt amici vestri, & mei, vt tractẽtur gratia nostri, vt ff. eod. l. in rebus. §. hoc ita. Aut
7 †datur gratia commodatarij tantùm & eius rogatu, quod præsumitur in dubio, & tunc tenetur commodatarius etiam de culpa leuissima. Et quia hoc regulariter fit, ideò textus solùm loquitur in illo casu: sic etiam potest dici de cõtractu in generali, vt in glo. in l. si in certo. §. ij. ff. eod. quia aut fit gratia dantis tantùm, & tenetur solùm de dolo. Aut gratia accipientis tantùm, & tenetur de dolo & omni culpa, excepto percario, quia ibi recipiẽs tenetur solum de dolo & lata culpa, vt ff. de perca l. quæsitum. §. & illud. aut gratia vtriusq;, & non tenetur de cul-
8 pa leuissima. Est autem differẽtia †inter precarium & commodatum, quia commodatũ datur ad certum vsum, ita quòd si commodatarius aliter vteretur rẽ commodata, committit furtum: precariũ autem non datur ad certum vsum. Secũdò, quia commodatum non potest statim reuocari, sed completo vsu, ad quem commodatum est, sed precarium semper reuocari potest. & de istis differentijs notatur in glo. in l. vt cõmodato. §. sicut. ff. commodati. Bald. dicit differentiã inter istam glo. singularem, ad cognoscendum commodatum, depositum, & precarium: de qua in. l. contractus. ff. de reg. iuris. idem Bald. in l. ij. C. eod.
9 ¶ Notandum †secundò, quòd duplex est actio cõmodati. Nam quædam est directa, quæ datur commodanti, contra commodatariũ, non solùm ad rem commodatam, sed etiam ad interesse, vt ff. commodati l. iij. §. si reddita. Alia dicitur contraria, quæ datur cõmodatario contra commodantem de impensis factis in re commodata, vt ff. commo
10 dati. l. in commodato. §. contraria. ¶ Notandũ †tertiò, quòd incendium interdum numeratur inter casus fortuitos, & interdum inter culpas. Nam si incendium ortum sit in aliena domo, dicitur esse casus fortuitus, respectu eius, in cuius domo non est ortum incendium: sed si in sua domo, incendium sit ortum, tunc dicitur esse ex sua culpa, vt l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. ad leg. Aquiliam. nam incendia cõmuniter veniunt ex culpa inhabitãtium, vt l. si vendita. ff. de periculo
11 & commodo rei venditæ. ¶ Notandum †finaliter, quòd commodatum debet esse gratuitum. Si enim merces interueniat, non est commodatum, sed locatum, vt infrà locati. §. j. quod est verum, si res sit locabilis:

cabilis: aliôquin est contractus innominatus, vt l. naturalis. §. adeum. do. ff. de præscript. ver. sic etiam mandatum debet esse gratuitum. infrà mandati. §. fin. quanuis posteà quando mandatum completum est, debet solui salarium pro labore, vt ff. mandati. l. j.

§. Prætereà.

1 *Deposito, re contrahitur obligatio, & tenetur depositarius tantùm de dolo. Et numero. 3.*

2 *Rem meã si deposui apud te, teneris mihi actione depositi directa. Si in ea feceris aliquas impẽsas, teneor tibi actione depositi cõtraria.*

4 *Dolus, quid. Quid lata culpa. Quid leuis. Quid leuissima. Quid casus fortuitus.*

5 *Depositi actio, habet paratam executionem, sicut summa.*

1 Deposito, etiam re † contrahitur obligatio, & tenetur depositarius
2 tantùm de dolo. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd si deposui apud
te rem meam, teneris mihi actione depositi directa, sed si tu fecisti aliquas impensas in re mea, tunc ego teneor tibi actione depositi contra-
3 ria, sicut dictum est de commodato. ¶ Notandum † secundò, quòd
depositarius teneatur de dolo, vt ff. deposit. l. j. §. illud. & de lata culpa
quæ æquiparatur dolo, vt ff. depositi. l. quod Nerua. & ff. si quis testa. libe. esse ius fu. l. j. §. non autem. non autem tenetur de leui culpa regulariter, & ideò si tu rem meam apud te depositam, negligentia tua, casu vel furto amiseris, mihi non teneris, debet enim mihi imputari, quia rem meam custodiendã tradidi amico negligenti. Si tamẽ tractum sit pactum inter te, & me, quòd si rem meam perdideris, tenearis, tunc etiam obligaris ad culpam leuissimam, vt ff. depositi. l. j. §. sæpe. Interdum etiam teneris de casu, vt si rem meam apud te depositam portasti ad loca periculosa, vt ff. commodati. l. in rebus. §. j. vel etiam si fuisti in mora restituendi depositum, vt ff. deposi. l. si in alea. §. nam.
4 ¶ Notandum tertiò, † quòd dolus est machinatio studiosa, vt ff. de
dolo. l. j. §. ij. sed lata culpa est negligere, quod omnes sciunt, vt ff. de verb. signifi. l. latè. sed leuis culpa est, quando est desidia vel negligentia, vt hîc dicitur: leuissima aũt culpa est, quando nõ præuidetur quod alius diligentissimus potest præuidere. Et ideò furtum non committitur sine leuissima culpa, vt ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna. nisi furtum fieret à persona domestica, de qua non esset suspicio, vt in Cyn. in l. ij. C. depo. Sic etiam incendiũ ortum in sua domo, non est sine culpa, vt ff. de offic. præfe. vigilum. l. iij. §. j. & dictum est suprà §. prox. sed casus fortuitus est, qui præuideri non põt, vt C. de pigno. act. l.
5 qui fortuitis. ¶ Notandum † finaliter, quòd actio depositi, habet paratam executionem, sicut summa, vt C. depositi. l. penul. & hoc est verũ, quando

quando depositum est notorium per publicum instrumẽtum, vel per scripturam ex testimonio testium receptorum ad perpetuam rei memoriam, vt notat Barto. in l. creditores C. de pignoribus. aliâs autem requiritur libellus & litis contestatio, vt in c. quoniam frequenter. extrà vt li. non contest.

§. Creditor.

1 *Pignoris acceptione, etiam cõtrahitur obligatio, ex qua nascitur actio pignoratitia. Et in quo teneatur creditor, pignus recipiens.*

2 *Creditor, hîc, accipitur ex omni causa.*

3 *Pignus & hypotheca, differunt.*

4 *Pignoratitia actio, est duplex. Et nu. 5.*

6 *Pignus si perdatur ex dolo, aut lata uel leui culpa, tunc debitor tenetur hoc probare. Secus in casibus fortuitis.*

1 Acceptione † pignoris, etiam re contrahitur obligatio, ex qua nascitur actio pignoratitia, & tenetur creditor pignus recipiens de dolo, lata culpa, & leui, sed non leuissima, neq; de casu fortuito. Hoc dicit vsq; 2 ad fin. tit. ¶ Notandum † primò, quòd creditor intelligiť hîc ex omni causa, vt in Authen. de fideiusso. §. fin. colla. j. quia pignoris obligatio, quæ est accessoria, potest omni obligationi & pacto, etiã naturali tantùm, accedere, vt l. res hypothecatæ. ff. de pignoribus. item infrà §. j. de fideiusso. notabili ij. & l. naturaliter. ff. de con. indeb. suprà eodem. §. j. 3 notabili j. ¶ Notandum † tertiò, quòd in textu dicitur notanter, si creditor pignus accepit, quia antè, quàm accepit pignus, nõ est ipse obligatus, quanuis ex nuda conuentione pignus sit obligatum sibi, vt ff. de pignora. act. l. j. & competit ipsi creditori ex nuda conuentione actio hypothecaria, ad persequendum pignus, vt infrà de actio. §. item Seruiana. vbi etiam ponitur differentia inter pignus & hypothecam, quia pignus constituitur in rebus mobilib. hypotheca verò in immobilib. 4 ¶ Notandum † tertiò, quòd actio pignoratitia est duplex: nam quædam est directa, quæ datur debitori contra creditorem, pro restitutione pignoris, quod debet restitui in specie idem, & cum fructibus: imò etiam si creditor sit in mora, cum vsuris & interesse, vt in l. quanuis. §. si creditor. ff. de pigno. ac. sed non nascitur ista actio, nisi solutione facta, aut cùm satisfactum sit de debito. vt in l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. act. sicut actio tutelæ non nascitur, nisi finita tutela. vt ff. de tute. & ratiocinijs distrah. l. si tutor. §. fin. quãuis aliqui dicant, quòd iste actiones bene prius nascuntur, sed non prius dantur seu intentãtur. Prima tamen opinio melior est secundum glo. & si creditor non vellet recipere pecuniã, vt possit retinere pignus, tunc debitor debet pecuniam deponere, & assignare in iudicio, & hoc sufficit ad rehabendum pignus,

pignus, secus si faceret extra iudiciũ, vt l. si rem alienam. §. qui autem. ff. de pigno. act. potest etiam debitor soluere creditori creditoris, & liberatur si hoc faciat de voluntate creditoris sui: non autẽ, si faciat eo inuito. Sed si fecerit eo ignorante, tunc non liberatur iure, habet tamẽ exceptionem contra creditorem, vt notatur per Bar. & doct. in l. solu
5 tum. ff. de pigno act. & hoc est diligenter retinendum Alia † est actio pigno. contraria, quæ datur creditori contra debitorem, pro impensis
6 factis in pignore, vt l. si necessarias. ff. de pig. acti. ¶ Notandũ † quartò, quòd creditor non tenetur de culpa leuissima, nec de casu fortuito, si pignus perdatur, vt innuitur in tex. hîc. Et ratio est, quia iste est contractus, qui fit gratia recipientis & gratia dantis, vt etiam dicitur hîc in textu, & in tali contractu non tenetur recipiens de culpa leuissima, vt
7 ff. cõmoda. l. si vt certo. §. nunc videndum. ¶ Notandum † finaliter, quòd si pignus perdatur ex dolo, aut lata vel leui culpa, tunc debitor tenetur hoc probare, scilicet dolum, aut culpam, vt ff. de probatio. l. in exceptione. sed si casu fortuito, tunc secundum Baldum in l. si creditor.
8 C. de pign. act. distinguendum est, quia aliqui sunt † casus fortuiti, qui communiter accidunt sine aliqua culpa, vt est incursus latronum, vel naufragium, & in illis casibus sufficit creditorẽ probare, quod pignus sit amissum, vt dicta l. si creditor. primo responso. Alij sunt casus fortuiti, qui non accidunt communiter, nisi ex culpa, vt est furtum vel incendium: & in istis casibus sufficit creditorem probare si sit furtum, quòd istud furtum accidit sine culpa sua, quia per personam domesticam, de qua non fuit suspicio, vt l. argentum. ff. commoda. & de incendio sufficit probare, quòd non habuit ortum in domo sua, vt l. si quis furno. ff. ad leg. Aquil. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd non bene dictum sit in iij. notabili, quòd pignus debet restitui cum fructibus, quia dicitur in tex. quòd pignus datur gratia debitoris & creditoris, sed isto modo creditor non videtur habere aliquam vtilitatem ex pignore. Solutio. Verum est quòd creditor non habet aliquam vtilitatem ex pignore, quæ potest pecunia mensurari, sed habet ex eo securitatem solutionis fiendæ, quia melius est pignori incumbere, quàm contra personam agere.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS. TITVLVS XVI.

Dictum est iam de obligatione, quæ nascitur ex contractu re: & quia alia species istius obligationis est, scilicet quæ nascitur ex contractu, qui fit verbis: idcirco tractatur hîc consequenter de verborum obligatio. & ita rubricatur iste titu.

§. Verbis

§. Verbis obligatio.

1 Obligatio uerb. qualiter contrahatur.
2 Obligatio uerborum, uocatur ſtipulatio. Et eius diffinitio.
3 Obligari non poſſunt ſurdus, mutus, infans, abſens.
4 Actio duplex naſcitur ex ſtipulatione.
5 Stipulatio ex incertitudine rei uitiatur. Et quãdo dicatur res incerta. nu. 6.
7 Obligatio uerb. dicitur ſtipulatio, à ſtipulo.

1 Obligatio † contrahitur verbis ex interrogatione & reſpõſione, de dando aut faciẽdo aliquid, ex qua obligatione naſcit̃ duplex actio, videlicet certi condictio & actio ex ſtipulatu: & vocatur iſta obligatio ſtipulatio, à ſtipulo, quod eſt firmum, & deriuatur à ſtipite. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd obligatio verborum vocatur ſtipulatio, & poteſt ſic diffiniri, quòd eſt verborũ expreſsio interrogando & reſpondendo facta, qua promittitur aliquid dari vel fieri, vt ff. de verbo. oblig. l. v. §. ſtipulatio. & dicitur notanter interrogando & reſponden do, quia ſi vnum illorum deficiat, non eſt ſtipulatio. C. de vſuris. l. j. & notatur per gloſ. penul. & debet interrogatio præcedere, & reſponſio ſequi ſine magno interuallo temporis, quo ſcilicet poſſet labi memoria eorũ, quæ in interrogatione dicta ſunt, ſeu interuenire diſſenſus, vt C. de contrahen. & commit. ſtipul. l. nuda. nam ſi reſponſio præcedat, & interrogatio ſequatur, vel nõ fiat interrogatio, tunc dicitur pollicitatio, vt in dicta l. nuda. Et ratio iſtius eſt, quia nemo præſumitur ſe velle obligare per quæcũq; verba promiſſoria, quorum aliqua interdum proferuntur cauſa amicitiæ, vt dicendo: Ego ſum totus tuus, & omnia mea tua ſunt: ex quibus verbis non naſcitur obligatio, vt eſt ſin gularis glo. in l. ij. C. in quibus cauſis coloni cenſiti dominos ſuos accu
3 ſa. poſſunt. lib. xj. Si igitur † in aliquo inſtrumẽto reperiatur, quòd quis promiſit, & nihil dicatur de interrogatione, ſi hoc verbũ prolatum ſit à notario, præſumitur quòd præceſsit interrogatio: ſecus ſi reperiatur à teſte prolatum, vt eſt bona gloſ. in l. j. C. de vſuris. Et ex iſtis patet, quòd infans, ſurdus, mutus, abſens, non poſſunt ſtipulari, vt ff. eodẽ. l. j.
4 ¶ Notandum † ſecundò, quòd ex ſtipulatione naſcitur duplex actio. quarum vna dicitur certi condictio generalis, quæ ſcilicet competit, quando res certa deducta eſt in ſtipulatione, & dicitur res certa, de qua conſtat quo ad quid, quale & quantum, vt ff. eodem. l. ſtipulationum. Sed quando res deducitur incerta, tunc naſcitur actio ex ſtipulatu, hoc tamen fallit in dote, vt l. vnica. C. de rei vxo. actio. Sed quando in alio contractu, quàm in ſtipulatione deducitur res incerta, tunc non datur actio ex ſtipulatu: ſed actio, quæ vocatur incerti condictio, vt l. ſed ſi
5 ex me. §. ij. ff. de condic. indeb. ¶ Notandum † tertiò, quòd ſtipulatio

ex incertitudine rei vitiatur, vt scilicet, si promittatur substātia vel corpus, vel animal, quia dando vnam festucam vel vnam muscam, liberetur promittens, sed necesse est in stipulationem venire rem, quæ con
6 tinetur certis finibus, vt in l. ita stipulatus. ff. eodem. Dicitur † tamen res incerta, quando non constat quid, quale, quantum, vt dictum est in superiori notabili. Potest etiam incertitudo specificari per coniecturas, vt per præfationes, seu orationes, quæ circa stipulationem apponūtur,
7 vt not. Bart. in l. triticum. ff. eodem. ¶ Notandum † finaliter, quòd ista obligatio dicitur stipulatio, à stipulo, quod est firmum, & ita nomen correspōdet rei, sicut dictum est suprà de donatio. §. est & aliud. nam olim in stipulatione vnus dabat alteri stipitem paleæ, sicut inuestitura feudi fit per traditionem baculi, vel stipitis, vel mantelli, vt ff. de pact. l. j. §. j. hoc tamen non est de substantia contractus feudalis, nec per talem inuestituram traditur possessio, sicut per traditionem clauium, vt suprà de rerum diuisio. §. item si quis merces. Sed secundum aliquos traditur ius capiendi possessionem propria authoritate: ita vult Innocen. in c. ex literis. extrà de consuetud.

§. In hac re.

1 *Stipulatio, qualiter olim fiebat. Et qualiter hodie. ibidem, & nume. 2.*
3 *Stipulatio non uitiatur propter diuersitatē linguæ, uel eius ignorantiam.*
4 *Contrahentes attendere debent ad sensum & intellectum uerborum, quæ in stipulatione proferuntur.*
5 *Imperator potest aliqua uerba instituere, per quæ fiat contractus aliquis: ita quod si aliter fiat, non ualeat. Quemadmodum in re sacra, uerborum immutatio, sacramentum reddit irritum.*

1 Summatur sic: † Licet olim stipulatio fiebat per certa verba ad hoc tradita, hodie tamen fieri potest per quæcunq; verba intelligibilia ad
2 hoc apta. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd stipulatio hodie fieri potest per verba ad hoc apta, & ideò nō potest fieri per notulas cifreas vel per abbreuiaturas, vnde si ego velim significare per A, promittis? & tu velis significare per B, promitto, si ego interrogem A? & tu respondeas B, non est stipulatio, vt ff. de constitu. pecunia. l. qui autem. §. fin. quia stipulatores non possunt mutare significationes nominum appellatiuorum, vt l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. & per Barto. in l. quotiens. ff. de hæred. institu. & in glo. in prooemio ff. super §. illud autem. in verbo, criminalem. in qua glos. etiam dicitur, quòd scribens per signa inconsueta, puniendus est criminaliter arbitrio iudicis. Quod verum est, si scribat libros iuris vel instrumenta, aliâs non. vt in l. hæredes
3 palàm. §. sed si notam. ff. de testa. ¶ Notandum † secundò, quòd propter diuersitaté linguæ, vel ignorantiam eius, nō vitiatur stipulatio: &

ideò

ideò notarius poteſt conficere inſtrumentum de ſtipulatione inter Latinum & Græcum, ſeu theutonicũ contracta, mediante interprete, vt ff.eod.l.j.§.fin.& creditur ſoli notario, ſi habeat intellectum vtriuſq; linguæ, vt C de fal.l.ſi quis decurio.ſic autem non creditur teſti, vt C. de teſti.l.iuriſiurandi.ſed ſi notarius non habeat intellectũ vtriuſq; linguæ, adhibẽdi ſunt duo teſtes interpretes, ſi poſſunt haberi: ſed ſi haberi nõ poſſunt, ſufficit vnus, vt in Authent.de rebus eccl.non alienan.§.

4 quod autem.colla.ij. ¶ Notandum † tertiò, quòd contrahentes attendere debent ad ſenſum, & ad intellectum verborũ, quæ in ſtipulatione proferuntur, vt dicitur hîc, & ff.eo. l.j.§.qui præſens. & licet ponantur in ſtipulatione verba inutilia, per hoc non vitiatur ſtipulatio, ſi etiam verba vtilia & apta habeantur, vt l.quæ extrinſecus. ff.eod. quod facit pro libellantibus, vt libellus non reijciatur, licet in eo ſint verba inutilia & ſuperflua, dumtamen in eo etiam contineantur verba vtilia.

5 ¶ Notandum † finaliter, quòd ex iſto §.elicitur, quòd Imperator poteſt certa verba inſtituere, per quæ fiat contractus aliquis, ita quòd ſi aliter fiat, non valeat: igitur firmiter credere debemus, quòd cæleſtis Imperator Chriſtus Ieſus inſtituit verba, ex quorũ prolatione ſequit̃ effectus, qui aliâs nullo modo ſequeret̃, vt ſunt in ſacramẽto Baptiſmi, ego baptizo te in noĩe patris, &c. & in ſacramento venerabili Euchariſtiæ, hoc eſt enim corpus meũ. & ita de alijs verbis ſacramẽtalibus.

§. Omnis ſtipulatio.

1 *Stipulatio omnis aut fit purè, aut in diem, aut ſub conditione.*

2 *Stipulatione purè facta, promiſſum ſtatim debetur: ſtatimq́; peti poteſt.*

3 *Stipulari ad diem, & in diem, differunt.*

4 *Promittens ſoluere præſenti die, non poteſt conueniri eodem die.*

1 Stipulatio † omnis aut fit purè, aut in diem, aut ſub cõditione. Quod purè ſtipulatur, ſtatim debetur, & peti poteſt: ſed quod ſtipulatur in diem, ſtatim debetur, ſed peti non poteſt, niſi die lapſo, in quem ſtipulatio

2 facta eſt. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quando ſtipulatio fit purè, tunc promiſſum ſtatim debetur, & ſtatim peti poteſt, vt hîc, & l.eum qui calendis. §. finali. ff.eodem. niſi fiat dilatio ratione loci, vt infrà eodem. §.loca. vel ratione rei, quæ nondum eſt in rerum natura, vt infrà de exceptio. §.antepenulti. Promiſſor tamen non tenetur ſtatim ſoluere, & ideò hoc verbum, confeſtim, hîc in textu, non debet intelligi, quòd ſtatim debeat venire cum ſacco, paratus ad ſoluendum, vt ff. de ſolutionibus. l.quod dicimus. ſed ſecundum aliquos dantur ſibi decem dies, vt infrà de inutilibus ſtipulationibus. §.penultimo. ſicut dantur decem dies, vt fiant præcepta à poteſtatibus, ſecundum conſuetudinem multorum locorum, quæ eſt optima

legum interpres, vt ff. de legi. & senatusconsul. l. si de interpretatione. sed secundum alios istud tempus relinquitur arbitrio Iudicis, quia non est limitatum in iure, nisi de constituta pecunia, vt l. promissor. ff. de constitu. pecu. & hoc notatur per Bart. in l. ratum. ff. de solutio. & facit
3 glo in l. ij. C. de cõsti. pecu. § & liceat. ¶ Notandum † secundò, quòd aliud est stipulari ad diem & in diem, nam quando stipulatur ad diem, tunc promissor obligatur vsque ad diem, & non pòst, vt ff. de actio. & oblig. l. obligationum ferè. § . j. Sed quando fit stipulatio in diem vel in die, quod idem est, vt d. l. obligationũ ferè. tunc promissor statim obligatur, sed stipulator nõ potest petere, nisi transacto die, vt hîc, & ff. de verb. sig. l. cedere. & si antè petat, repellitᷣ exceptione, vt infrà de excep. § . præterea. & si stipulatio fiat, vt detur hodie, nõ est in diẽ, sed pura, vt
4 l. liber homo. § . decẽ. ff. eo. ¶ Notandũ † tertiò, quòd si aliquis promittat soluere presenti die, nõ potest cõueniri eodẽ die, quia totus dies cedit promissori, sed cõueniť trãsacto die, vt colligiť ex isto tex. Ex quo tex. etiam dicũt aliqui, quòd si iudex statuit partibus terminũ peremptorium ad ferendũ sententiam certo die, vtputa die Mercurij, & vna partium non compareat illo die, quòd tunc iudex non debet ferre sententiam illo die, quia totus dies cedit partibus, secundũ istum tex. allegant etiam pro se, l. more. ff. de ferijs. Et ad cõfirmationem istius opinionis, dicunt quòd iudex post terminum peremptorium debet mittere citationem, vt ff. de iudi. l. post edictum. & inter quãlibet citationem olim debebant mediare decem dies. ff. de iudi. l. per interualla. hodie triginta dies, in Auth. de litigio. § . omnẽ. colla. vij. Sed alij dicũt, quòd iudex debet illo die ferre sentẽtiam, vt C. quorum appel. non recip. sic. l. cùm non ex eo die. & hoc debet fieri circa finem diei, vt hora vesperorum vel circiter, quãdo præsumitur, quòd pars absens non est vẽtura, vt ff. eod. l. cùm stipulatus sum. & hoc maximè verum est, si periret instantia iudicij. Nam tũc potest ferre sentẽtiam in nocte cum luminibus, vt no. in c. consuluit. extrà de offi. deleg. & de isto per Barto. in l. eum, qui calend. ff eo. & pro ista vltima opinione multũ facit l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clàm. vbi diciť, quòd si aliquis sit citatus ad comparendum certa hora, tunc si ille actus ad quem citatus est, fiat alia hora, tũc perinde est, ac si ille actus factus esset parte non citata. Ex quo apparet, quòd iudex neque de rigore neque ex æquitate potest sententiam differre in alium diem: & dicit Bart. quòd ille text. in l. aut qui aliter, meritò deberet scribi cum aureis literis, & ita non est simile in solutionibus, & in sententijs ferendis. ¶ Opponitur primò contra prædicta, & videtur, quòd nulla stipulatio potest esse in diẽ vel sub conditione, quia stipulatio est actus legitimus, infrà de actioni. § . de constituta. sed talis non recipit conditionem neque diem, vt l. actus. ff. de regu. iuris. ergo.

Solutio.

Solutio. Illa regula actus, loquitur in casibus ibi enumeratis, inter quos non est stipulatio, vt suprà etiam dictum fuit. ¶ Opponitur secundo. & videtur, quòd quando stipulatio facta est purè, non detur promissori ad soluendũ dilatio decem dierũ, vel secundũ arbitrium iudicis, per l. liber homo. §. decem. ff. eo. Solutio. Illa lex loquitur, quãdo dies est expressus, hîc autẽ loquimur quando expresßio non est facta.

§. At si ita.

1 *Promisßio facta annuò seu annuatim, & anno, differunt.*

2 *Stipulatio aureorum decem, est una stipulatio, secus in legatis.*

3 *Stipulatio decem aureorum, quoad uiuam, est perpetua ipso iure, nec finitur morte stipulantis.*

Si stipuler à te decem aureos annuos quoad viuam, stipulatio ista est pura & perpetua: sed si hæres meus post mortem meam petit istos decem aureos, repellitur exceptione pacti. Hoc dicit. ¶ Notandum pri-
1 mò, † quòd differentia est, quando aliquid promittitur annuò seu annuatim, & anno, quia primo casu nascitur obligatio in principio anni, sed in secundo casu in fine anni, vt ff. quando dies lega. cedit. l. prima. & l. nec semel. eod. vnde versus:

Annuò si dicas, tunc respicias caput anni,
Anno si dicas, in fine teneberis anni.

Dicit tamen Io. Fab. quòd istud intelligitur in legatis. ¶ Notandum se-
2 cundò, † quòd quãdo stipulantur decem aurei annui, est vna stipulatio, vt l. si Stichum. §. ij. ff. eodẽ. secus in legatis, quia sunt plura legata, vt ff. de dona. causa mor. l. senatus. §. fin. Et ratio est, quia in stipulatione solùm consideratur conditio stipulantis semel & in principio, & ideò etiam nascitur tantùm vna actio, vt l. si filius. ff. eodẽ. sed in legatis annuis consideratur conditio legatarij singulis annis, & nascuntur plures
3 actiones, vt ff. de annu. lega. l. cùm in annos. ¶ Notandũ † tertiò, quòd ista stipulatio non finitur morte stipulantis, sed est perpetua ipso iure, quia tempus non est modus quo tollitur obligatio, vt l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. sed petens post mortem remouetur exceptione. Et si fiat ista stipulatio absque illa clausula, quoad viuam, dixerunt aliqui, quòd non esset perpetua, sed posset exceptione petens remoueri. Ioã. Fab. dicit, quòd illa est perpetua ipso iure & effectu, hoc est, quòd petens nõ potest repelli per exceptionem post mortem stipulantis, per l. si pactum. ff. de probatio. quia præsumitur, quòd stipulator voluit sibi prouidere, & hæredibus suis: secus in legatis annuis, quæ nõ possunt peti post mortem legatarij. vt l. in annalibus. C. de lega.

§. Sub conditione.

1 *Stipulatione facta sub conditione, differtur obligatio usq; ad euentum con-*

ditionis. Et quando sortiatur effectum post mortem. & spes conditionalis transmittatur ad hæredes. Et nu. 2.

3 *Stipulatio potest fieri sub conditione affirmatiua, uel negatiua. uariè tamen.*

4 *Spes proueniens ex stipulatione pœnali, transmittitur ad hæredes.*

1 Stipulatione facta † sub conditione, differtur obligatio vsq; ad euentum conditionis, & si stipulatio concepta sit sub conditione, quæ in vita plenè non potest euenire, sortitur effectum post mortem, & transmittitur spes conditionalis stipulationis ad hæredes. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd iste tex. debet intelligi de conditione casuali, quæ scilicet est de contingẽte ad vtrumlibet, quod indifferenter se habet ad esse & ad non esse. Cùm ergo stipulatio sub tali conditione facta est, non nascitur obligatio, pendente conditione, nec promissor dicitur esse debitor, vt ff. si cer. pet. l. non omnis. Simile est de hęrede sub conditione instituto, vt ff. fami. erciscundæ. l. si maritus. nec etiam promissor per euentum conditionis constituitur in mora, vt notatur per Bar. in l. quod dicimus. ff. de solutionib. ¶ Notandum † secundò, quòd stipulatio potest fieri sub conditione affirmatiua, vel sub cõditione negatiua: quæ stipulationes in hoc conueniunt, quòd vtraq; trãsmittitur ad hęredes, qui possunt ex ea agere purificata cõditiõe, vt C. vt actio. in hære. & contra hæredem l. j. sed differunt, quia quæ est sub conditione affirmatiua, dicitur conditionalis: sed quæ est sub conditione negatiua, dicitur in diem, vt in exemplo posito in tex. scilicet, Promittis tantum, si Capitolium non ascendero, nam ista conditio non dicitur impleta, nisi post mortem, quæ quidem mors certa est, vt ff. de condi. indebi. l. nam si. licet quando, sit incertum nobis, vt ff. de condi. & demonstrationibus. l. prima. ¶ Notandum † tertiò, quòd spes proueniens ex stipulatione conditionali, transmittitur ad hæredes, vt hîc dicitur: secus in legato conditionali. Et est ratio differentiæ, quia stipulatio fit mediante facto stipulatoris, qui præsumitur velle prouidere sibi & hæredibus suis. vt l. si pactum. ff. de probatio. sed legatum non fit mediante facto legatarij, sed sola voluntate testatoris, vt C. de cadu. tollend. l. vnica. ¶ Opponitur, & videtur, quòd ex stipulatione conditionali ante euentum conditionis, promissor fit debitor. per legem secundam C. de constitu. pecu. vbi dicitur, quòd per istam stipulationem constituitur debitum, ergo promissor efficitur debitor. Solutio. Verum est, quòd per istam stipulationem promissor constituitur debitor in spe, sed non in re: & ita etiam intelligitur l. creditores. ff. de verbo. signific. vt scilicet per huiusmodi stipulationem efficiantur creditores in spe.

§. Loca

§. Loca etiam.

1 *Locus non suspendit obligationem: sed differt petitionem & solutionem. Et nu. 2.*

3 *Impossibilitas uitiat stipulationem.*

1 Locus non † suspendit obligationem, sed differt petitionem & solutionem, & si quis existens Romæ promitteret hodie soluere Carthagine, nō valet stipulatio propter impossibilitaté. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd licet sit certum tempus determinatum ueniendi ad iudicium, videlicet certi dies, computando pro quolibet die xx. milliaria, vt ff. si quis cautionibus. l. j. in contractibus tamen, in quibus inseritur locus, datur tempus arbitrio iudicis, attentis qualitate personæ, distantia loci, & qualitate temporis, vt l. continuus. §. j. ff. de verb. obli. & ibi Bart. & Imol. Et ideò licet stipulatio sit pura, in qua promissum est aliquid certo loco, eius tamen executio differtur vsq; post tempus, quo promissor ad illum locum venire potest, sed si prius venerit, tenetur implere promissum, quia in incertis, & non in certis locus est con-
3 iecturis, vt l. continuus. §. cùm ita. ff. de verbo. obli. ¶ Notandum † secundò, quòd impossibilitas vitiat stipulationem, vt hîc, & infrà de inutili stipulati. §. si impossibilis. Iste tamen casus qui hîc in tex. in ponitur, scilicet, quo aliquis existens Romę promitteret hodie soluere Carthagine, est possibilis, scilicet si prius cōuentum est inter eos, quòd mediātibus procuratoribus ista solutio fiat statuto die, vt ff. de verb. oblig. l. fin. §. si inter eos.

§. Conditiones.

1 *Conditiones, quæ ad præsens uel præteritum tempus referūtur, non suspendunt obligationem.*

2 *Conditio de futuro contingente suspendit obligationem.*

3 *Natura, est duplex.*

1 Summatur sic: † Conditiones quæ ad præsens vel præteritū tēpus referuntur, nō suspendūt obligationé, cū ea, quæ certa sunt in rerū natura, non differunt obligationé, quāuis nobis incerta sint. Hoc dicit.
2 ¶ Et pro † intellectu tex. notandū, quòd cōditio de futuro cōtingéte suspendit obligationé, vt suprà eod. §. sub cōditione. sed nō conditio de futuro necessario, vt si aliquid à te stipuler, cum hac conditione, si moriar. nam ista conditio non suspendit obligationem, vt. ff. de condict. indebi. l. nam si. sicut nec cōditio de præsenti, vel de præterito, vt hîc, & l. itaque. ff. si certum petatur. & l. cùm ad præsens. ff. eodem. &
3 l. conditio. ff. de verborum obligationib. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd conditiones de futuro contingenti, etiam non suspendant obligationem, per rationem hîc in textu, quia licet incerta sunt apud

nos,sunt tamẽ certa apud naturam,vt ff de iudi.l. sed & si restituatur. §.fina.Solutio. Duplex est natura,quædam dicitur natura naturã,& est Deus:& apud illam naturam omnia certa sunt, & manifesta,apud quem sunt mille anni,sicut dies hesterna,quæ præteri t, & de illa natura intelligitur l.in oppositum alleg. Alia dicitur natura naturata,& est cursus rebus à Deo inditus,& vocatur cursus naturę,apud quẽ cursum futura contingentia sunt incerta,& de illa natura loquimur hîc. ¶ Opponitur secundò,& videtur,quòd incertitudo apud nos suspendat obligationem,quãuis sit certitudo apud naturam,secũdo modo acceptã, per l.in totum.ff.de reg.iuris. Solutio. Illa lex loquitur,quando relinquitur præsentiæ solennitas,vt septem testes in testamento,suprà de testamen. §.j.vel loquitur in casibus,vbi requiritur certa scientia.& intellectus de præsenti,vt in alijs contractibus puris. C. de dona.l.necia uitus.hîc autem loquimur in conditionalibus.

§. Non solùm.

1 *Factum potest uenire in stipulationem. Et facti appella. uenit etiam non factum.*

2 *Promittere potest quis unica stipulatione,aliquid fieri,& aliquid non fieri sub appositione pœnæ.*

Summatur sic:In stipulatione non solùm veniunt res,sed etiam facta:& in tali stipulatione vtile est apponere pœnam,ne actor grauetur per probationẽ ipsius interesse. Hoc dicit, & patet intellectus tex.

1 ¶ Notandum † primò,quòd factum potest venire in stipulationẽ,& appellatione facti etiam intelligitur non factum,& vtile est in tali stipulatione apponere pœnã. Cuius ratio est, quia obligationi natæ ex ista stipulatione,accedit obligatio ad interesse, vt l. stipulationes.§. Celsus. ff.eo.& difficile est probare interesse,vt ff.de prętio.stipul.l.fi. probatur enim interesse per testes,vt C.de senten.quæ pro eo.l.j.§.j. nisi interesse peteretur ex dolo aduersarij,tũc enim posset probari per iuramentum in litem,vt ff.quod vi aut clàm.l.semper.§.in hoc interdicto.& §.sequ. Ex quo patet,quòd si studens pergens ad partes,ponat cistam suam clausam apud aliquem,& eo reuertente inueniat cistam suam apertam, potest iurare in litem de rebus suis amissis cõtra depositarium:quia videtur dolum cõmisisse,vt notatur per Bart. in l. in actionibus.ff.de in litem iuran.& per Inno.in c.fi.extrà,de eo,quod vi,metúsue causa.Sic etiam in odium eius,qui fecit violentiã, iuratur in litem super amissione quarũcunq; rerum , nec oportet probare res amissas,secundum glo.notabilem,in l.si quando C.vnde vi. & d.c.fi. Cùm ergo in stipulatione apposita est pœna,non est opus probare interesse:quia pœna soluitur loco interesse:& licet etiam nullum cõmit

tatur

tatur interesse, tamen soluitur pœna, si contrarium factum fuerit, vt l.
2 iij. ff. eod. ¶ Notandum † secundò, quòd quis potest promittere vnica stipulatione aliquid fieri, & aliquid non fieri, cum appositione pœnæ, vt si promittat ire Romam, & non ire per Florentiam, sub pœna decẽ aureorum. & tunc si cõmittatur pœna ex vno capite, vt puta, quia vadit per Florentiam, nõ incidit in pœnã ex alio capite: & ideò licet non vadat Romam, solùm soluet decem aureos, vt ff. de receptis arbi. l. si duo. §. fi. nisi actum esset quòd pœna pluries committeretur, vt ff. de transact. l. si fideicõmissum. Et soluendo pœnam, liberatur quis à pacto, vt l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pactis. nisi dictum sit, rato manente pacto, vt dicta l. qui fidem. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd stipulanti aliquod factum, non cõpetit interesse, per l. non autem. ff. de arbitris. Solutio. Licet ibi nõ competat quo ad hoc vt valeat compromissum, competit tamen vt valeat, quantum ad vtilitatem stipulationis.

DE DVOBVS REIS PROMITTENDI ET STIPVLANDI.

TITVLVS XVII.

Quia dictum est suprà, de stipulationibus, in quibus interdum interueniunt plures personæ stipulantes, & promittentes, ideò tractatur hîc de duobus reis stipulandi & promit.

§. Et stipulandi.

1 *Rei duo stipulandi, item duo rei promittendi, quando & qualiter fiant. Et debeat ne addi particula, insolidum. nu. 4.*
2 *Debitor, interdum dicitur reus. Et qualiter hîc accipiatur. nu. 3.*
5 *Rei duo promittendi, multis modis constituuntur.*

1 Summatur † sic: Duo rei stipulandi fiunt, quando post interrogationem duorum vnus respondet: Vtriq; vestrum dare spódeo: & duo rei promittendi fiunt, quando duo promittunt dare eandem rem. Hoc
2 dicit. ¶ Notandum primò † quòd debitor interdũ dicitur reus, vt C. de iuramen. cal. l. ij. dicitur etiam reus, qui conuenitur in iudicio, C. de iudic. l. properandum. §. si quidem. Sed reus hîc aliter capitur, vt scili-
3 cet reus † dicatur à re, & non à reatu, & dicitur reus stipulandi, cui res promittitur: & reus promittendi, qui rem promittit, vt l. j. ff. eodem. Et fiunt duo rei stipulandi, quando ad interrogationem duorum vnus respondet incontinenti: promitto. secus, si ex interuallo responderet. puta, si post vnam responsionem promissor diuerteret se ad actus extraneos: quia tunc non essent duo rei stipulandi, nec vna obligatio, sed
4 duæ, vt l. duos. §. fi. ff. eo. ¶ Notandum † secundò, quòd istud intelligitur, quando actum est vt singulis debeatur in solidum, & singuli te-

neantur in solidum, secundum glo. hîc in verbo, spondeo. sed ista glo. non dicit verum, quia licet non sit expressum in solidum, hoc tamen tacitè agitur iure isto, vt ff. eodem. l. reos. §. cum tabulis. Dynus tamé dicit, quòd hodie ad hoc quòd sint duo rei, oportet quòd dictio in so-
5 lidum exprimatur. ¶ Notandum † tertiò, quòd duo rei promittendi, multis modis cõstituuntur. Primò, si hoc sit expresse actum, vt l. reos. §. cùm tabulis. ff. eodem. Secundò, cum ista dictione, idem, vt l. ij. ff. eo. Tertiò, cum ista clausula, in solidum. vt l. iij. §. vbi. ff. eo. Quartò, cum ista dictione, quilibet, vt l. ex pluribus. ff. de lega. j.

§. Ex huiusmodi.

1 *Reis duobus stipulandi extantibus, si unus recipiat promissum, alius non potest petere. Et nu. 2.*

2 *Rei duo stipulandi possunt constitui, etiam in alijs contractibus, quàm stipulatione.*

1 Summatur sic: Quando † sunt duo rei stipulandi, tunc si vnus recipiat promissum, alius non potest petere: & quãdo sunt duo rei promittendi, tunc si vnus soluat, alius est liberatus. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 † primò, quòd quando hîc dicitur, si vnus correorum stipulandi, recipiat promissum, tunc alius petere non potest, hoc debet intelligi, si recepit totum promissum: nam si partem receperit, tunc alius correus stipulandi posset illam partẽ residuam exigere, vt l. si ex toto fundo. §. ij. ff. de lega. j. & latius per Bar. in l. ex duobus. ff. eod. Similiter, quãdo dicitur, si vnus correorum promittendi soluit, alius est liberatus, debet intelligi, si soluit totum: nam si soluit partem, manet alius correus quo ad illam partem obligatus, vt l. qui hominem. §. j. ff. de solutionibus.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd non solùm in stipulatione, sed etiam in alijs contractibus, possunt constitui duo rei, vt l. eandem. ff. eodem.

§. Ex duobus.

1 *Rei stipulandi ubi duo sunt, unus potest alteri præiudicare. idq; uariè.*

2 *Reorum stipulãdi altero soluẽte, ille poterat partem suam petere à suo correo, aut actione mandati, uel negot. gesto. uel actione pro socio. Et quid hodiè. nu. 5.*

6 *Rei duo promittendi, non sunt fideiussores, quo ad creditorem. Et an inter eis ulla, aut quatenus ea sit inæqualitas. nu. 7.*

Summatur sic: In duobus reis promittendi potest esse imparitas, ita scilicet quòd vnus promittat purè, & alius in diem vel sub conditione, & non obstante die vel conditione, potest promissum peti statim ab
1 illo, qui purè promisit. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quando sunt duo rei stipulandi, tunc vnus potest alteri præiudicare

petitione

petitione vel litis conteſtatione, facto, vel ſententia, aut alijs ſimilibus modis, vt notatur per Bart. in l. ex duobus. ff. eodem. ¶ Notandum
4 † ſecundò, quòd quando ſunt duo rei promittendi, & vnus ſoluit, tunc ille poteſt partem petere à ſuo correo, actione mandati, vel negotiorum geſtorum, vel etiam actione pro ſocio, vt notatur per Bart. in l.
5 reos. ff. eo. facit l. j. C. de duobus reis ſtipul. ¶ Notandũ † tertiò, quòd iſtud ius hodie non eſt innouatũ, quo ad duos reos ſtipulandi ſeu credendi, neq; in modo conſtituendi, neq; in modo exigendi, ſed quo ad duos reos promittẽdi ſeu debendi, etiã non eſt mutatũ, quo ad modũ conſtituẽdi, vt not. per Bart. in l. ij. ff. eo. ſed in modo exigendi, hodie iſtud ius innouatum eſt, in Authen. de duobus reis ſtipuland. §. j. coll. vij. quia ſi ſunt duo rei promittendi, tunc ſecundum illam conſtitutionem promiſſum' non poteſt in ſolidum exigi ab vno, quanuis etiam expreſsè hoc actum ſit, ſed vnuſquiſq; cogitur ſoluere per ſuam quotam, & ſi exigatur ab eo totum, habet beneficium iſtius nouæ conſtitutionis, niſi alter correus eſſet abſens, vel non eſſet ſoluendo, aut renuntiatũ eſſet huic nouæ conſtitutioni, vt notatur per Bar. in Authen.
6 hoc ita. C. eo. ¶ Notandum † finaliter, quòd duo rei promittendi non ſunt fideiuſſores, quo ad creditorem, & ideò non habent beneficium epiſtolæ diui Adriani, vt in Authen. præſente. C. de fideiuſſo. niſi hoc actum fuerit, vel niſi creditori ſit color quæſitus, vt ſi accepit filiumfamiâs pro debitore, vt l. ſed Iulianus. & l. ſequenti. ff. ad Macedo. Sed quo ad ſe inuicem, poſſunt dici fideiuſſores in cauſa oneroſa, licet res peruenerit ad vnum, vt l. vir vxori. ff. ad Velleia. ſed in cauſa lucratiua ſunt ſocij, vt l. in lege Falcid. hoc eſt obſeruãdum. ff. ad legem Falcid.
7 ¶ Opponitur, † & videtur, quòd in duobus reis promittẽdi, non poſſit eſſe imparitas, per l. eandẽ. §. ſed ſi quis. ff. eo. Solu. Verũ eſt, quòd in iſtis non põt eſſe imparitas in quãtitate vel in re, vt vult illa l. eãdẽ. quia tunc eſſet imparitas in ſubſtantia ſtipulationis, ſed bene põt eſſe imparitas in alijs, ſcilicet accidentalibus ſtipulationis, vt hîc dicitur, & de iſto latius notatur per Bart. in l. duos. ff. eod.

DE STIPVLATIONE SERVORVM. TITVLVS XVIII.

Dictum eſt ſuprà, qualiter poſſumus ſtipulari nobiſmetipſis. Hîc conſequenter tractatur, qualiter nobis aliquid ſtipulatur per alios, & quia hoc poteſt fieri per ſeruũ, idcirco dicitur hîc de ſtipulatione ſeruorũ, & ita iſte tit. rubricatur. Notandum ergo circa rubr. quòd quicquid acquirit ſeruus, hoc acquiritur domino ſuo, vt ſuprà de his, qui ſui

vel

vel alieni iuris sunt. §.in potestate.& seruit ista materia in acquisitionibus quæ fiunt per monachos seu religiosos.quia quicquid acquirit, acquiritur monasterio, quia monachi respectu monasteriorum habentur sicut serui respectu dominorum, vt notatur per Innocen.in c. cùm olim. extrà de priuileg.

§. Seruus ex persona do.

1 *Seruus quicquid acquirit aut stipulatur, id cedit domino. Et quid ita. numero. 2. Limita. nu. 3.*

4 *Filius in potestate, acquirit patri in profectitijs, quo ad totum, & in aduentitijs, quo ad usumfructum. Et quid in criminibus. nu. 5.*

6 *Hæreditas in plerisq; an uicem personæ defunctæ sustineat. Et num hæredis futuri. nu. 7.*

8 *Hæreditati iacenti quicquid acquiritur, hoc acquiritur futuro hæredi.*

9 *Hæreditas iacens, quando dicatur.*

10 *Furtum potest contingere in hæreditate, tribus casibus.*

1 Quicquid seruus † stipulatur sibi, vel domino suo, seu conseruo suo, vel impersonaliter, hoc acquiritur domino suo si viuat, & si mortuus sit, tunc ante aditam hæreditatẽ acquiritur hæreditati iacenti, quæ repræsentat personam defuncti: sicut acquiritur patri, quicquid stipulando acquiritur per liberos existentes in eius potestate. si tamẽ seruus stipuletur sibi aliquod factũ, vt ire per alienum fundum, hoc acquiritur sibi, & non domino. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandũ
2 primò, † quòd quicquid seruus stipulatur sibi, vel domino suo, seu impersonaliter, hoc acquirit̃ domino, vt hîc dicitur: cuius ratio est: quia stipulatio est de iure ciuili, sed hoc iure, seruus, nihil est, vt l. quod attinet. ff. de reg. iuris. nec seruus habet caput, vt infrà de noxali. §. omnis. & ideò non habet ius stipulandi, nisi ex persona dñi. Et ideò etiam capacitas & incapacitas serui attenditur penes capacitatẽ & incapacitatẽ domini, vt l. si mihi & tibi. §. regula. ff. de leg. j. sed si seruus fuerit manumissus, tunc incipit habere caput, vt ff. de cap. diminu. l. liberos. Si
3 tamen † seruus stipuletur sibi factum, vt ire vel agere per fundum alterius, hoc sibi acquiritur & nõ domino, vt hîc dicitur in versi. sed cùm factũ. quod est verum, si ipse stipuletur verbaliter, vt si dicat: Promittis mihi licere ire per agrum tuum: non autẽ si stipuletur nominaliter: vt si stipuletur sibi iter vel viam. Ratio secundum Ioan. Fab. est, quia per verb. stipulatur factum in ea stipulatione vertitur, eò quòd verbum secundum grammaticos significat agere vel pati. Cùm igitur talis quantitas facti posit cõferri in persona serui eius, cuius personæ factum inspicimus: sed nomina significant substantiã, cum qualitate propria vel communi, in ea stipulatione ius vertitur, quod seruo acquiri non

non potest, eo quòd quantum ad ius seruus nihil est. l. quod attinet. &
4 l. in seruitutem. ff. de re. iu. ideò domino quæritur. ¶ Notandum † secundò, quod sicut seruus stipulando acquirit domino, ita filius existēs in potestate, acquirit patri in profectitijs quo ad totum, & in aduentitijs quo ad vsumfructum: & sicut dominus tenetur ex contractu serui, ita pater tenetur ex contractu filij, saltem de peculio, vt ff. de pecul. l. j. §. potestatis. quia sicut vox serui, est vox domini, ita vox filij, est vox patris, infrà de inutili stipulatio. §. ei qui. Et potest seruo vel filio solui, si ipse contraxit: & ita etiam potest solui monacho, si ipse contraxit, licet non accedat licentia Abbatis, vel vult Bald. in l. filius. C. de
5 pactis. In † criminibus tamen aliud est de filio & de seruo, nam dominus potest dare seruum pro noxa, id est, si seruus interfecit aliquem, dominus pōt eum pro tali crimine dare, vel potest seruū defendere restituendo alteri damnum, vt ff. de noxali actio. l. noxali. sed pater pro delicto siue noxa filij, non potest dare filium, nec tenetur emendare damnum, nec tenetur eum defendere si non vult, vt dicta l. noxali.
6 ¶ Notandum † tertiò, quòd dicitur hîc in textu notanter, quòd hæreditas in plerisq; vicem defunctæ personæ sustinet: sed hoc non est verum semper, nam hæreditati iacenti non potest fieri furtum, quod sic debet intelligi, vt ex subtractione rerum hæreditariarum nō nascitur actio furti, subtrahens tamen res hæreditarias tenetur actione de crimine expilatæ hereditatis, pro quo infligitur pœna extraordinaria arbitraria, vt l. ij. ff. de crimine expila. hæredita. vel tenetur actione in factum ciuiliter, vt l. fina. C. eod. & not. glo. fin. Nec potest seruo hæreditario promitti vsusfructus, vt acquiratur hæreditati iacēti, quia vsusfructus adhæret personæ, nec potest cōstitui sine persona, vt ff. de vsu
7 fruct. lega. l. si Titio. §. fin. ¶ Notandum † quartò, quòd hæreditas sustinet vicem defunctæ personæ, & nō hæredis futuri: quia persona defuncta est certa, sed hæres est incertus, vt dictum est suprà de hæredi.
8 institué. §. seruus. & l. hæreditas. ff. de acqui. re. do. ¶ Notandum † finaliter, quòd quicquid acquiritur hæreditati iacenti, hoc acquiritur futuro hæredi, quia aditio hæreditatis retrahitur ad tēpus mortis defuncti, cuius fuit hæreditas, vt l. hæres quoq;. ff. de acquiren. hæredi. Dici-
9 tur aūt † hæreditas iacens, quando aliquis adijt hæreditatem, & posteà moritur, & hæredes sui nondum hæreditatem adierunt. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd quando seruus stipulatur impersonaliter, tunc non acquitur domino, per Authen. si quando. C. de constit. pecu. Solutio. Aut impersonalitas est ex parte promittentis: & tunc verū est, quòd non acquiritur domino, quia non valet stipulatio, præsumitur enim in dubio, quòd nemo velit se obligare, vt l. cùm de indebito. ff. de probatio. Sed si impersonalitas sit ex parte stipulantis, tunc valet stipula-

ſtipulatio,& acquiritur domino:nam in dubio præſumitur,quòd ſtipulator velit ſibi aut domino ſuo aliquid acquirere, vt in l.ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chriſogonus.ff.de verb.obliga. ¶ Opponitur ſecūdò, & videtur,quòd quando ſeruus ſtipulatur factum,hoc non acquiritur ſibi,ſed domino, quia quicquid acquirit ſeruus, hoc acquiritur domino.per §.non ſolùm. ſuprà per quas perſonas no.acquiritur. Solutio. Quando ſeruus ſtipulatur ſibi factum,tunc licet domino non acquiratur ipſum factum, tamen eidem acquiritur commodum ſeu vtilitas proueniens ex facto. Et intelligitur iſtud de facto à ſeruo faciendo, nam ſi ſeruus ſtipuletur ſibi ſcribi librum, hoc acquireretur domino. ¶ Opponitur finaliter:& videtur, quòd hæreditati iacenti poteſt fieri
10 furtum,per l.hæreditariç.ff.de furtis.Solutio.Verum † eſt,quòd in hæreditate poteſt contingere furtum in tribus caſibus.Primo,ſi res hæreditaria ſit impignorata. Secundo,ſi ſit alicui commodata. Tertio,ſi aliquis in re hæreditaria habet vſumfructum. Iſtis tamen caſibus non propriè furtum fit hæreditati,ſed potius creditori, commodatario,vel vſufructuario,vt l.hæreditariæ.& l.ſequenti.ff.de furtis.

§. Seruus communis.

1 *Seruus communis,an & qualiter acquirat dominis ſuis.diſting.nu.2.*
3 *Nominationis effectus fortior eſt,quàm iuſsionis.*
4 *Seruus communis ſi ſtipuletur aliquid ex re unius dominorum, tunc hoc acquiritur omnibus dominis.*

1 Summatur ſic:Seruus † communis ſtipulando acquirit dominis ſuis pro portionibus dominicis,niſi ſtipuletur iuſſu vnius:quia tunc acquiritur illi tantùm:vel niſi ſtipuletur vni nominatim,quia tunc etiam illi ſolùm acquiritur : vel niſi vnus dominorum non ſit capax eius, quod ſtipulatur per ſeruū,vtputa,ſi ſit res ſua,& tūc acquiritur alij vel alijs.
2 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd quando ſeruus communis ſtipulatur aliquid,tunc diſtinguendū eſt,quia ſi ſtipuletur imperſonaliter,vel ſibi vel dominis ſuis,ſub nominibus appellatiuis,tūc illud quod ipſe ſtipulatur,acquiritur dominis ſuis,pro dominicis portionibus.hoc eſt,ſi vnus habeat tertiam partē in illo ſeruo, illi acquiritur tertia pars ex ſtipulatione ſerui:& ille qui habet medietatem in ſeruo, illi acquiritur medietas:& hoc eſt verum, ſi domini ſint capaces, nam ſi ſeruus meus & tuus ſtipuletur rem meam, ex illa ſtipulatione nihil mihi acquiritur:quia ego non ſum capax:nam res mea non pōt amplius mea fieri,infrà de actio. §.,ſic itaq;.& ideò ex tali ſtipulatione tantùm acquirit̄ tibi. Aut ſeruus ſtipulatur ſub nominibus proprijs,& tunc quod ſeruus communis ſtipulatur, acquiritur dominis pro virilibus portionib.& ita tantum habebit,cuius eſt tertia pars ſerui, ſicut ille cuius eſt medie-

medietas. Aut seruus communis stipulatur sub nominibus proprijs & appellatiuis, tunc si nomen appellatiuum præponitur, acquiritur dominis pro portionibus dominicis. Si autem nomen proprium præponitur, tunc acquiritur dominis pro virilibus portionibus. Ista notãtur per Barto. in l. si seruus communis. ff. eod. Facit istud ad sciendum, an aliquid sit legatum Ecclesiæ, vel personæ Episcopi seu pastoris, quia si expressum fuerit nomen proprium, tunc relictum est personæ: sed si dictum sit, relinquo hoc episcopo vel pastori, tunc intelligitur relictũ Ecclesiæ, vt in c. requisisti. extrà de testam. & per istud etiam cognoscitur, quãdo commisio extenditur ad successorem, non autem si sit expressum nomen proprium, vt in c. quoniam Abbas. extrà de offic.
3 iudic. delega ¶ Notandum † secundò, quòd si seruus communis stipuletur iussu vnius, & nominet alium dominum, tunc acquiritur nominato, & nõ iubenti, nisi stipulatio fiat ex re iubentis, vt C. per quas personas no. acqui. l. fina Ex quo patet, quòd effectus nominationis for-
4 tior est quàm effectus iussionis. ¶ Notãdum † finaliter, quòd si seruus communis stipulatur aliquid ex re vnius dominorũ, tunc hoc acquiritur omnibus dominis, & tantum redditur illi, ex cuius re stipulatur, per actionem communi diuidundo, vt l. si ex re. § .ij. ff. eo.

DE DIVISIONE STIPVLATIONVM. TITVLVS XIX.

Continuatur sic: Dictum est suprà qualiter fiunt stipulationes: consequenter tractatur hîc de differentijs stipulationum, & ideò rubricatur iste tit. de diuisione stipulationum.

§. Stipulationum.

1 *Sipulationum quadruplex diuisio.*
2 *Stipulationes iudiciales, an, & quid differant à prætorijs. ibidem. & numero. 3. 4. 5. 6.*
7 *Cautio de dolo, quam præstat creditor in restitutione pignoris, est iudicialis.*
8 *Stipulationes ædilitiæ, quæ.*
9 *Stipulationum conuentionalium tot sunt penè genera, quot res contrahendæ.*
10 *Cautio, rem pupilli saluam fore, est communis.*
11 *Prætoria stipulatio dupliciter accipitur.*

Non summatur iste tex. quia procedit diuisiuè & diffinitiuè. Diui-
1 sio est hæc: Sipulationum † aliæ iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, & aliæ communes. iudiciales sunt, quæ ex mero iudicis officio dependent, vt cautio de dolo, & de persequendo seruo, vel de pretio

pretio restituendo. Prætoriæ sunt, quæ ex mero prætoris officio de-
pendent, vt de damno infecto, vel legatorum, & sub istis etiam cópre
henduntur ædilitiæ. Conuentionales sunt, quæ fiunt ex conuentione
vtriusq; partis, quarum penè tot sunt genera, quot sunt res cõtrahẽdę.
Cõmunes sunt, quæ interdum sunt prætoriæ, & interdum iudiciales,
vt rem pupilli saluam fore, vel cautionẽ ratam haberi, hoc dicit. ¶ No
2 tandum † primò, quòd stipulatio iudicialis differt à prætoria, secundũ
glossam hîc: quia prætoria est, propter quam principaliter aditur præ
tor, sed propter iudicialem non principaliter aditur iudex, sed inciden.
taliter. ista tamen differentia non placet docto. quia propter iudiciale
etiã interdum principaliter aditur iudex, vt notatur per Bart. in l. v. ff.
de verb. obli. Et ideò ponitur alia differentia, ista scilicet, quòd præto.
riæ stipulationes ponuntur in vno tractatu, vt ff. de præto. stipu. per to
tum: sed iudiciales sunt dispersæ in diuisis passib. iuris. sed differẽtia ista
etiam non placet, quia stipulationes de dam. infec. & legatorũ sunt præ
toriæ, vt hîc dicitur in ver. prætoriæ. & tum ponuntur in illo tractatu
3 Est † ergo alia differentia, quòd prætoriæ interponuntur coram iudi.
cibus ordinarijs, & iudiciales coram quibuscũq; iudicibus, nec ista dif.
ferentia placet, quia cautio iudicatũ solui est prætoria, & tum interpo
nitur coram quibuscũq; iudicibus, vt l. minor. ff. de minorib. Est ergo
vera differentia, quia prætoriæ inuentæ sunt & introductæ à iure præ
torio: sed iudiciales introductæ sunt ab alijs partibus iuris, vt suprà de
iure naturali. gent. & ciui. in §. constat. Habẽt etiam istæ stipulationes
4 diuersos effectus. Nam † prætoria stipulatio solùm durat anno, iudi-
cialis autẽ perpetuò, vt infrà de perpe. & tempora. actionib. per totum.
5 Secundò, quia prætoria stipulatio interponitur † cum pignore, vel fi-
deiussione, vel iuramento, vt l. prætoriæ. ff. de præto. stipula. infrà titu.
seq. §. ij. notab. j. sed in iudiciali sufficit nuda promissio, vt l. sancimus.
6 C. de verb. significat. Tertiò, quia † prætoria habet certam formam,
quæ non potest immutari additione vel diminutione, quandiu manet
prætoria, vt l. in conuẽtualibus. ff. de verb. obliga. sed iudicialis potest
mutari, nec habet certam formam, vt l. in omnibus. ff. de iudicijs.
7 ¶ Notandum † secundò, quòd cautio de dolo, quam præstat creditor
in restitutione pignoris, est iudicialis, vt l. creditor. ff. de pigno. actio-
ne. si etiam tu abstulisti seruum meum dolo, aut metu, & seruus iste fu
git à te, debes mihi præstare cautionem de prosequendo seruo, & re-
stituendo, si inueniatur, vel soluendo pretium, si non inueniatur, quæ
quidem cautio est iudicialis, vt l. si cum exceptione. §. quòd si homo.
8 ff. de eo, quod metus causa. ¶ Notandum † tertiò, quòd ædilitiæ sti-
pulationes sunt illæ, quæ præstantur de eo, quòd animalia nõ sunt vi-
tiosa, vt l. itaq;. ff. de ædilitio edicto. & sunt prætorię, quia ædiles erant
ex præ-

ex prætoribus, vt ſuprà de iure naturali, gentium, & ciuili. §. proponebatur. Stipulatio tamen dupliciter eſt cõmunis, quia interdum interponitur coram prætore, ſeu introducta eſt à prætore, videlicet, quãdo cauetur de vitio animalis vel ſerui, & interdum coram iudice: vel introducta eſt à iuriſcõſultis, vt quando cauetur de vitijs aliarum rerum, vt
9 l. emptori. ff. de euictio. ¶ Notandum † quartò, quòd dicitur notanter in textu, quòd penè tot ſunt genera conuentionalium ſtipulationum, quot ſunt res contrahendæ, quia fallit in venditione liberi hominis, vt
10 ff. de cõtrahen. emp. l. fin. ¶ Notandum † quintò, quòd cautio rem pupilli ſaluam fore, dicitur cõmunis, quia interdum eſt prætoria, vt ſi pupillus habeat tutorem, qui nõ ſatiſdedit, aditur prætor, vt tutor caueat rem pupilli ſaluam fore: ſed ſi pupillus non habeat tutorem, tũc aditur iudex, vt det ſibi tutorem, & per conſequens, vt ille tutor caueat rem pupilli ſaluam fore, & tunc illa ſtipulatio dicitur iudicialis: Vel ſic, quando tutor cauet contutori ſuo, tunc ſtipulatio eſt iudicialis, vt l. iij. ff. de adminiſt. tut. Sic etiam ſtipulatio rem ratam haberi, eſt cõmunis, quia quando interponitur à procuratore actoris, tunc dicitur prætoria, vt l. non ſolùm. §. qui alieno. ff. de procur. ſed quando interponitur à procuratore rei, tunc dicitur iudicialis, à iuriſconſultis inuẽta, vt ff. de procurato. l. Pomponius. §. ſed & ſi is. nam quum dubitatur de mandato procuratoris, tũc debet cauere rem ratam haberi à domino ſuo, vt C. de procur. l. j. nam in hoc caſu ſine ſatiſdatione experiri non poteſt, vt infrà de ſatiſda. §. penul. ¶ Opponitur, & videtur, quòd prætoria ſtipulatio non diſtinguitur ſpecificè à iudiciali, per l. j. ff. de præto. ſtipula.
11 Solutio. Prætoria † ſtipulatio capitur dupliciter. Vno modo vt eſt genus, & ita habet ſub ſe iudicialem & prætoriam, ſpecificè captam & cõmunem, & ſic capitur in l. allega. in oppoſi. Alio modo capitur pro ſpecie illius generis, & ſic capitur hìc. Simile etiam eſt de adoptione, vt ff. de adoptiò. l. ij. vt dictum eſt ſuprà de adoptio. §. ij.

DE INVTILIBVS STIPVLATIONIBVS. TITVL. XX.

SVprà dictum eſt, qualiter fiunt ſtipulationes, ſed quia contingit interdum ſtipulationes inutiliter fieri, idcirco tractatur hìc de inutilibus ſtipulationibus, & ita rubricatur iſte titulus.

§. Omnis res.

1 *Res dicitur non eſſe in dominio noſtro, quatuor modis. ibidem, & nume. 2. 3. 4.*

5 *Homo mortuus an poſſit in ſtipulationem deduci, ſi ſtipulator credat eum uiuere.*

6 *Res sacra uendi ignoranti potest, emptore eam esse sacram.*
7 *Stipulatio de re sacra, cur non ualeat, sicut emptio.*
8 *Res in commercio nostro, quæ dicatur esse.*
9 *Rem suam stipulari nemo potest.*
10 *Stipulatio purè facta, non potest esse in pendenti.*
11 *Stipulatio facta de re stipulabili, posteà extinguitur, si res fiat non stipulabilis: nec tenetur promissor, si hoc fiat sine facto suo. Et num. 12.*

Stipulatio facta de re, quæ non potest esse in rerum natura, vel de re
sacra, vel publica, seu etiam de libero homine, vel de re cuius commer
cium non habetur, aut de re stipulatoris, non valet, nec conualescit per
hoc, quòd res posteà fit stipulabilis: sicut econtrà stipulatio facta de re
stipulabili, extinguitur, si posteà illa res fit non stipulabilis. Hoc dicit
1 vsque ad §. si quis. ¶ Notandum † primò, quòd quatuor modis res non
dicitur esse in dominio nostro. Primò, si non sit in rerum natura, vt ho
mo mortuus: vel non potest esse in rerum natura, vt hyppocentaurus
id est, animal natũ ex equa & tauro: sed si res non sit in actu, est tamen
in potentia, vt fructus, talis res bene potest in stipulationem deduci. Se
2 cundò, † quando acquisitio rei est nobis impossibilis secundum natu
3 ram, vt sol & luna. Tertiò, quando † acquisitio rei est nobis impossibi
lis de facto, vt aureus mons. ff. de sta. lib. l. cũ hæres. §. ij. Quartò, quan
4 do † res non potest à nobis acquiri, propter dispositionem hominum:
vt res sacræ & religiosæ, de quibus suprà de rerum diuisio. §. nullius.
5 ¶ Notandum † secundò, quòd quando hîc dicitur, quòd homo mor
tuus non potest in stipulationem deduci, si stipulator credat eum viue
re, hoc etiam verum est, quãuis sciat eum mortuum, nisi mora debito
ris seu promittentis præcederet mortem, vt ff. de cõstit. pecu. l. promis
sor. & tunc in æstimationem fiet executio. l. si seruum. §. effectus. vbi
6 glo. & Doct. ff. de verb. oblig. ¶ Notandum † tertiò, quòd licet res sa
cra non potest deduci in stipulationem, potest tamen vendi ignoranti
emptore eam esse sacram, vt infrà de emp. & vẽd. §. fin. nam si emptor
sciat, non valet venditio, & imputatur emptori, quòd sciẽter emit rem
sacram: sed siue vẽditor sciat siue non, ipse semper tenetur, vt ff. de con
7 trahen. emp. l. & liberi. Ratio † autem, quare stipulatio de re sacra non
valet, & tamen emptio valet, est, quia in emptione non transfertur do
minium, sicut in stipulatione, vt ff. de contrahen. emp. l. si ita. §. fina. &
sic etiam res aliena vendi potest, vt ff. de contrahen. emp. l. rem alienã.
obligari tamen non potest, vt C. quæ res pign. oblig. pos. l. qui liberos.
quia in pignore constituitur ius ipsi creditori, ex quo habet hypothe
cariam actionem, sed in venditione sufficit traditio cum obligatione
euictionis, vt ff. de pignoribus. l. qui nondum. §. quod dicitur.

¶ Notand

8 ¶Notandum † quartò, quòd illa res dicitur esse in commercio nostro, quam ex aliquo contractu acquirere possumus, & ideò Iudæus non potest sibi stipulari Christianum mancipium, siue à Iudæo, siue à Christiano, vt C. ne Iudæus Christia. mancipium. l. j. quia Iudæus nõ potest posside re Christianum mancipium, sed Christianus potest stipulari à Iudæo Christianum mancipium, vt ff. de verborum obliga. l. multũ interest. Ex quo etiam patet, quòd fuit inutilis stipulatio, quam fecit Iudas Iscarioth cum Iudæis, quando dixit: Quid vultis mihi dare, & ego eum tradam vobis? & ipsi promiserunt xxx. argenteos.

9 ¶Notãdum † quintò, quòd nemo potest stipulari rem suam, quia amplius sua fieri non potest, vt suprà de lega. §. sed & si rem suam. & infrà de actio. §. sic itaque. nisi ratione possessionis apud alium constitutæ, vt ff. de contrahen. emptio. l. si in emptione. §. rei suæ. vel ratione conditionis, ita scilicet, vt adueniente conditione res non sit stipulatoris, vt ff. de verborum obligation. l. si rem meam. & l. existimo.

10 ¶Notandum † sextò, quòd stipulatio purè facta, non potest esse in pendenti, vt ff. de stipula. seruorum. l. vsusfructus. secus in alijs actibus viuorum, vt ff. communia prædiorum. l. finali. §. fina. Et ideò stipulatio facta de re sacra, quæ posteà fit prophana, vel de re publica, quæ posteà fit priuata, vel de libero homine, qui posteà fit seruus, non conualescit: cuius etiam potest esse alia ratio, quia fortuna in istis non est spectanda, vt l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obliga.

11 ¶Notandum † septimò, quòd sicut stipulatio facta de re non stipulabili, non cõualescit, licet res posteà fiat stipulabilis, vt statim dictum est: sic econtrà, stipulatio facta de re stipulabili, vtpute de re non sacra vel priuata, posteà extinguitur, si res fiat non stipulabilis, nec tenetur promissor, si hoc fiat sine facto suo. Et sic ex isto habetur, quòd res vitiatur si veniat ad eum casum, à quo incipere non posit, quod verum est, nisi statim ab initio tendat ad illum casum, vt notatur per Bartol. in l. pluribus. §. & si placet. ff. de verborum obligationibus.

12 ¶Notandum † finaliter, quòd dicitur notanter, in hoc casu promissorem non teneri, si res fiat non stipulabilis sine facto suo, quia si fieret ex suo facto, teneretur ad interesse: præsumitur autem semper suo facto fieri si sit res sua: tenetur etiam, licet sit res aliena, si fiat non stipulabilis post moram suam, vt ff. de verborum obligatio. l. si seruum Stichum. §. j. & ij.

§. *Si quis alium.*

1 *Factum alienum non potest promitti. fallit, quinque casibus, quos percurrit nume. 2. 3. 4. 5. 6.*

2 *Obligatur ille, qui promittit se facturũ, quòd alius dabit uel faciet aliquid.*

Promittens alium daturum vel facturum aliquid, non obligatur: sed si promittat se facturũ, vt alius det, vel faciat, tũc obligatur. Hoc dicit.
1 ¶ Notandum † primò, quòd ex isto textu habetur, quòd alienum factum non potest promitti. & concordat l. stipulatio ista. in princi. ff. de verbo. obliga. si tamen promittatur sub aliqua pœna, tunc promissor tenetur ad pœnam, si non fiat, quod promissum est, vt infrà eodem. §. versa vice. si etiam promissor obliget se ad interesse, si non fiat promissum, tenetur, quamuis promissum sit factum alienum. In quinq; tamen casibus fallit, quod hîc dicitur secundum glos. hîc super verbo. non
2 obligabitur. Primus, † in stipulatione de iudicio sisti, vt ff. de verborũ
3 obliga. l. quotiens quis. Secundus, † in stipulatione habere licere, vt ff. de verbo. obliga. l. stipulatio ista. & est stipulatio habere licere, quam interponunt notarij, quando scribunt hoc modo: Promiserunt defendere talem in ista re ab omni homine, ita vt licebit ei ista re vti & frui sine molestia cuiuscunq;, quo casu venit factum etiam extraneorũ molestantium, & hoc si sit talis contractus, de cuius natura venit euictio, vt l. inter stipulantem. ff. de verb. obli. in alijs autẽ contractibus solùm venit factum ipsius promittentis, & eorum quos ipse prohibere potest,
4 vt l. stipulatio ista. §. sed quatenus. ff. de verbo. obliga. Tertius † casus, in stipulatione de rato, vt ff. rem ratam haberi. l. in stipulatione. Quar-
5 tus, † in stipulationibus ædilitijs, vt quando promittitur seruum esse sanum, vel non esse furem, vt ff. de euictio. l. si ita quis. Quintus, in stipu-
6 latione † rem pupilli saluam fore: in qua cùm sit prætoria, requiritur fideiussor, vt ff. de præto. stipulat. l. prætoriæ. & stipulatus pupillus à fideiussore, sub his verbis aut similibus: Promittis mihi res meas saluas fore seruandas à tutore? & alius respondet, promitto, vt ff. rem pupil. saluam fore. l. j. & l. cùm pupillus. Dicit tamen hîc Ioan. Fabri, quòd in istis casibus non promittitur factum alienum, sed factum suum, & ideo salua reuerentia glos. in istis casibus non est fallentia, vt patet diligẽter
7 inspicienti. ¶ Notandum † secundò, quòd quando quis promittit se facturum, quòd alius dabit aut faciet aliquid, tunc obligatur, vt hîc dicitur in ij. respon. Et ratio est, quia tunc promittit factum proprium, vt ff. de verbo. oblig. l. inter stipulantem. §. j. & quando aliquis promittit simpliciter factum alienum, tunc in dubio præsumitur, quòd ipse promisit se facturum vel procuraturũ fieri, aut dari, quod promissum est, vt in l. qui autem. §. sed & si quis certam. ff. de constit. pecu. & notatur per Ange. in dicto §. j. in l. inter stipulantem. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd factum alienum potest promitti, quia aliquis potest promittere aliquid fieri vel dari per hæredem suum, & hoc quotidie fit, per l. fina. C. de contrahen. emp. Solutio. Quod promittitur fieri per hæredem, non est factum alienũ, quia hæres & promittens finguntur vna persona.

persona, vt in Authen. de iureiur. à moriente præstan. §. j. colla. v.

§. Si quis alij.

1 *Stipulari alteri nemo potest, cuius iuri non est subiectus. Fallit xvj. casibus, quos ordine enumerat per discursum. nume. 2.*
3 *Stipulatio an ualeat, sex dantur regulæ, per num. 4. 5. 6. 7. 8. 9.*
10 *Extraneus potest adijci solutioni: ita, ut promissor ei soluendo liberetur.*
11 *Stipulatio facta sibi & extraneo, pro parte ualet, & pro parte non ualet.*
12 *Stipulans ei, qui suo iuri subiectus est, tunc id, quod stipulatur, acquiritur sibi.*

Nemo potest stipulari alteri, cuius iuri non est subiectus. Sed si quis stipuletur sibi aut alteri, tunc licet sibi acquiratur obligatio: alteri tamen etiam eo inuito potest fieri solutio, sed tunc competit stipulatori contra alterum mandati actio, ad petendum quod solutum est ab eo. Si autem quis stipuletur sibi & alteri, cuius iuri non est subiectus, scilicet extraneo, tunc valet stipulatio, vt acquiratur stipulatori pars dimidia promissi: si verò quis stipuletur ei, qui suo iuri subiectus est, in his rebus, quæ sibi acquiri possunt, tunc illud quod promissum est, acqui-
1 ritur sibi. Hoc dicit vsque ad §. prætereà. ¶ Notandum † primò, quòd nemo potest alteri stipulari, vt hîc dicitur, & concord. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig. Cuius ratio est, quia stipulationes inuentæ sunt, vt vnusquisque consequatur suum interesse, & quando aliquis stipulatur alteri, tunc sibi nullum competit interesse, istud tamen verum est solùm, quando stipulator nõ est subiectus illi alteri: nam subiectus potest alteri stipulari, siue subiectus sit ratione pat. potesta. vt filius potest stipulari patri, siue ratione obedientiæ, vt monachus potest stipulari monasterio, siue ratione dominij, vt seruus potest stipulari domino, siue sit seruus pleno iure, siue vsufructuarius, siue vsuarius, aut seruus
2 alienus bon. fid. possessus. ¶ Notandum † secundò, quòd istud regulare dictum fallit in xvj. casibus. Primò, in tutore, qui potest stipulari pupillo. Secundò, in domino, qui potest stipulari procuratori suo, sicut econtrà. Tertiò, in debitore, qui potest stipulari creditori suo, vt infrà eodem. §. sed si quis. Quartò, in stipulationibus prætorijs, vt ff. de prætor. stipulat. l. in omnibus. vt in stipulatione de damno infecto, vt ff. de dam. infect. l. damni. §. fina. & in stipulatione iudicatum solui, vt ff. de procurat. l. in causæ. §. fina. Quintò, in procuratore præsentis, vt ff. de verborum obliga. l. si procuratori. Sextò, in actore municipij, ex cuius stipulatione acquiritur municipibus, vt ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. j. §. quibus autem. Septimò, in curatore furiosi, vt ff. de constitu. pecu. l. eum qui. §. si actori. Octauò, in institore, ex cuius stipulatione acquiritur instituenti, vt ff. de instito. actio. l. j. Nonò, in iudice

vel notario, vel alia persona publica, vt est sacerdos, quia ex istorum stipulatione acquiritur alteri, vt ff. rem pupilli saluã fore, l. ij. iij. & iiij. facit glo. in Authen. libellum. vbi Bart. C. de lit. contesta. Decimò, in creditore, ex cuius stipulatione acquirit̃ debitori, vt ff. de pign. actio. l. si cùm venerit. Vndecimò, in auo, qui potest stipulari dotem reddi nepti suæ: quæ non est in sua potestate, vt ff. solu. matri. l. Caius Seius. Duodecimò, in procuratore vendentis, vt ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. si procurator. Tertiodecimò, in deponente, paciscente rem alteri restitui, vt ff. deposi. l. publia. Quartodecimò, in commodante faciente simile pactum, vt C. ad exhiben. l. si res. Quintodecimò, in donãte, faciente simile pactum in euentum alicuius conditionis, vt C. de do. quę sub modo. l. quotiẽs. Sextodecimò, quando pater stipulatur filio suo, post mortem ipsius patris. Nam tunc acquiritur filio, quanuis non sit hæres patris, vt ff. de verb. obli. l. quodcũq;. §. si quis ita. sed si pater stipuletur filio purè, tunc acquiritur ipsi patri, vt ff. de verb. oblig. l. dominus. & posteà dicetur in vltimo notabili. Et isti casus excipiuntur ab ista regula, nec trahendi sunt ad alios casus, vt ff. de legi. & senatuscon sul. l. quod verò. & non valet opinio Mar. qui dixit istos casus facere regulam: & quod hîc dicitur, voluit intelligi directè, quasi diceretur, quòd alteri non potest stipulari directè, sed bene vtiliter. Nã non multum refert, an directè, seu vtiliter acquiratur, ff. de nego. gestis. l. actio.

3 ¶ Notãdum † tertiò, quòd de validitate stipulationis possunt dari sex regulæ, secundum Bar. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. oblig.

4 Prima † est, quando verba prolata in stipulatione omnino conferuntur in alterum, tunc non valet stipulatio. vt hîc, & l. quæcunque. ff. de actioni. & oblig. nisi in tutore, curatore, actore, filio, & seruo. Secun-

5 da † regula est, quando verba stipulationis conferuntur in personam stipulantis, & verba executoria conferuntur in alterum, vt sic dicendo Promittis mihi, quòd dabis Titio decem? & valet stipulatio, si interest stipulatoris, vt in dicto exemplo, si scilicet ego sim procurator Titij, vt C. ad exhiben. l. penul. vel Titius est meus creditor: secus, si stipulatoris non interest, vt ff. de constitu. pecu. l. eum, qui. §. si actori. Tertia

6 † regula est, quando verba stipulationis proferuntur impersonaliter, & verba executoria conferuntur in alterum, vt sic dicendo, Promittis quòd dabis Titio decem, tunc non valet stipulatio, vt ff. de verb. obli.

7 l. si ita stipulatus sum §. Chrysogonus. Quarta † regula est, quando vtraq; verba. scilicet stipulationis & executoria proferuntur impersonaliter, vt sic dicẽdo: Promittis quòd dabis decẽ? tunc valet stipulatio: quia præsumitur in dubio, quòd verba conferuntur in personam stipu

8 lantis, vt d. §. Chrysogonus. Quinta † regula est, quando verba omnino conferuntur in personã stipulantis, & clarum est tunc, quòd valet stipu

let ſtipulatio, vt ſic dicendo, Promittis mihi, quòd dabis mihi decem.
9 Sexta regula eſt, † quando verba omnino cõferuntur in perſonam ſti
pulantis nomine alterius, vt ſic dicendo, Promittis mihi, quòd dabis
mihi decẽ nomine Titij, tunc valet ſtipulatio, vt dicta l. ſtipulatio iſta.
10 §. ſi ſtipuler. ff. de verb. oblig. ¶ Notandum † quartò, quòd licet ex-
traneus non poteſt adijci ſtipulationi, vt ei per ſtipulationẽ illã aliquid
acquiratur, vt hic, poteſt tamen adijci ſolutioni ita vt promiſſor ſoluẽ
do ei liberetur, vt hîc dicitur. Quod verum eſt, niſi ſtipulans ante ſolu
tionem conteſtatus eſſet litem, vt ff. de ſolutio. l. ſi quis. & eſt lex lvij.
in ordine. nam tunc promiſſor ſoluendo ſibi non liberaretur. Ex quo
patet, quòd ſi mercator habeat familiarem ſuũ in Francfordia, cui de-
dit poteſtatem recipiendi debita ſua, ſi ille familiaris poſteà efficiatur
trutator, & prodigus, ſcientibus debitoribus, non liberantur illi debito
res ſoluendo ſibi, & licet poſsit ſolui adiecto, non tamẽ eius hæredi. vt
ff. de verbo. obli. l. cùm quis. nec adiectus poteſt agere ad ſolutionem,
vt ff. de conſti. pecunia. l. ſed & ſi filio. §. fi. & quãdo ſolutio facta eſt
adiecto, liberatur promiſſor, ſed ſtipulans poteſt petere id quod ſolu-
tum eſt, ab ipſo adiecto actione mandati, ſi adiectus fuit præſens in ſti
pulatione, vt ff. de verborum obligationibus. l. Iulianus. §. fi. aliâs agit
actione negotiorum geſtorũ, vt ff. de ſolutio. l. vero procuratori. §.
11 interdum. ¶ Notandum † quintò, quòd quando aliquis ſtipulatur ſibi
& extraneo, tunc acquiritur ſibi quod promiſſum eſt pro media par-
te, vt hîc dicitur. Ex quo patet, quòd ſtipulatio pro parte valet, & pro
parte non valet, vt ff. de eo, quod certo loco. l. iij. §. ſi quis. & ita vtile
non vitiatur per inutile, vt ff. de verbor. obligatio. l. j. §. ſed & ſi mihi.
12 ¶ Notandum † finaliter, quòd quando quis ſtipulatur ei, qui ſuo iuri
ſubiectus eſt, tunc id, quod ſtipulatur, acquiritur ſibi, vt ſi pater ſtipu-
letur filio exiſtenti in ſua poteſtate, quia pater & filius cenſentur vna
perſona: quia vox patris, eſt vox filij, & econtrà, vt hîc, & C. de impu
be. & alijs ſubſtitu. l. finali. in fine. ſic etiam vox domini, eſt vox ſer-
ui, & econtrà, infrà eodem. §. poſt mortem. Et quando dicitur, quòd
pater ſtipulando filio acquirit ſibi, intelligitur in rebus, quæ patri
acquiri poſſunt, vt in profectitijs, quo ad totum, & in aduentitijs quo
ad vſumfructum. ſuprà, per quas perſonas nobis acquiratur. §. j.
¶ Opponitur primò ſic, & videtur, quòd promiſſor ſoluendo adie-
cto non liberatur, per l. tertiam. §. item Iulianus. ff. de eo, quod certo
loco. Solutio. Quòd in illa lege ille non liberabatur, hoc fuit ideò,
quia ſoluit alibi quàm ſoluere debebat, & ideò venit intereſſe ipſi ſti-
pulatori, vel domino, vt infrà de actio. §. loco. in quo adiectus non
poteſt præiudicare principali, recipiendo ſortem tantùm, vt ff.
de regulis iuris. lege, non debet. quamuis ipſe ſtipulans ſeu domi-

nus pofsit in illo fibijpfi præiudicare, vt ff. de eo quod certo loco. l. cer
13 tum. ¶ Opponitur † fecundò, & videtur, quòd quando quis ftipulatur fibi & extraneo, quòd tunc fibi acquiritur totum, & non tantùm pars dimidia, per leg. fundus. ff. de contrahen. emptio. Solutio. Ibi eft fpecia le, quia intereft venditoris, vt totus fundus fit venditus. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd vtile vitiatur per inutile, per perui. aliâs Pedius. ff. de arbit. Solutio. Illa lex loquitur in infeparabilibus, & quod hîc dictum eft, intelligitur in feparabilibus.

§. Prætereà.

1 *Stipulator fi interroget fub conditione, uel in diem, & promiffor refpondeat purè, non ualet ftipulatio.*

2 *Stipulationem uitiat refponfio non congruens interrogationi. Limit. nume. 3. & 4.*

Diuerfitas refponfionis & interrogationis, vitiat ftipulationem, & refponfio generalis refertur ad omnia ea, quæ in interrogatione dicta
1 funt. Hoc dicit, vfq; ad §. item inutilis eft. ¶ Notãdum † primò, quòd textus refertur ad particulã ftatim præcedentem, vt fit fenfus, ficut fi ftipulator interroget purè, & promiffor refpondeat fub conditione, ftipulatio non valet: fic econtrà, fi ftipulator interroget fub conditione, vel in diem, & promiffor refpondeat purè dicendo, Præfenti die fpondeo, non valet ftipulatio, fed fi promiffor dicat fimpliciter, promitto. valet ftipulatio: quia hoc verbum, promitto. fimpliciter pofitum, refertur ad diem feu conditionem pofitã in interrogatione. ¶ Notandum
2 † fecundò, quòd refponfio non congruẽs interrogationi, vitiat ftipulationem, vt hîc, & concord. l. j. §. cum adijcitur. & ibi gl. & docto. ff.
3 de verb. obli. ¶ Notandum † tertiò, quòd fi ftipulatori incontinenti placeat refponfio, tunc diuerfitas refponfionis & interrogationis non vitiat ftipulationem, fiue fit diuerfitas in quantitate, quia illa refpicit totam obligationẽ, fiue in fpecie, vt ff. de ver. obl. l. j. §. cùm adijcitur. Si verò non placeat, tunc aut eft diuerfitas in quantitate, fiue in qualitate, fiue in fpecie, vt ff. de verb. obli. l. j. §. cùm adijcitur. fi eft diuerfitas in quantitate, tunc valet ftipulatio in eo, in quo confonant interrogatio & refpõfio, fiue promiffor addat, fiue diminuat de eo, quod in interrogatione dictum eft, in alio verò non valet, vt d. l. j. §. fi ftipulanti. verbi gratia: Si ftipulator dicat, promittis mihi dare decem? & promiffor refpõdeat, promitto quinq;. tũc valet ftipulatio, quo ad quinq;, quia in illo cõfonant interrogatio & refpõfio, fed quo ad alia quinq; non valet. Si in qualitate, nullo modo valet ftipulatio, vt dicta l. j. & d. §. cùm adijcitur, vt fi ftipulator interroget purè, & promiffor refpondeat fub conditione vel in diem, feu econtrà. & idem eft fi fiat interrogatio in

gatio in aliquẽ diem, vel conditionẽ aliquam, & promissor respõdeat in aliũ diẽ, vel sub alia conditione: sed si sit diuersitas in specie, tũc aut vna species promittitur pro alia, & nõ valet stipulatio, vt infrà eo. §. si de alia. verbi gratia: Stipulator dicit, promittis dare equũ? promissor di
4 cat: promitto dare bouẽ. Aut adijcitur † alia species, vt sic dicẽdo, Promittis dare equũ? promissor dicat, dabo equũ, & bouẽ, valet stipulatio quo ad equum, sed non quo ad bouem, vt dicta l. j. §. sed si. Si autem interrogatio fiat de pluribus rebus, tunc aut ponũtur copulatiuè, & valet stipulatio in eo, in quo responsum est. Aut disiunctiuè, & si simpliciter respondeatur, vel ad vtrunq;, valet stipulatio, sed si respõdeatur ad vnum tantùm, non valet stipulatio, quia alternatiua interrogatio, est quodammodo conditionalis, vt promittis illum aut illum, hoc est, si illum non dederis, dabis istum. & sic est difformitas in qualitate, quæ vitiat stipulationem, quamuis in summis alternatiua valeat, licet respõdeatur ad vnam tantùm, vt d. l. j. §. si quis. Et est ratio diuersitatis secũdum Ioan. Fabri, quia in speciebus talis responsio facit diuersitatem in qualitate: quia in qualibet sub conditione interrogasse videtur, sed in alternatiua summarum, minor est in oblig. l. si ita stipulatus fuero decem aut quinq;. ff. de verb. oblig. ideò de ea interrogatum & respon-
5 sum esse videtur. ¶ Notandũ † quartò, quòd generalis respõsio refertur ad ea, quæ dicta sunt in interrogatione. Quod facit pro depositione testium, vt si testis deposuit aliquid, quia vidit, hoc refertur etiam ad alia dicta sua, vt infrà eodem. §. si scriptum. notab. ij. ¶ Notan-
6 dum † finaliter, quòd ea, quæ dicuntur in præfationibus, intelliguntur repetita in sequentibus, vt l. Titia. §. idem. ff. de verborum obligationibus.

§. Item, inutilis.

1 *Obligatio ciuilis non potest esse inter dominũ & seruum, uel inter patrem & filium: sed bene naturalis.*

2 *Filius potest conueniri etiam in solidum, ex contractibus, quos fecit durante etiam patria potestate. Fallit duobus casibus. nu. 3.*

Nemo potest stipulari ab eo, qui iuri suo subiectus est, nec econtrà: & seruus non potest obligari domino suo neq; alteri. sed licet filiusfamiliâs non posit obligari patri: potest tamen obligari alteri. Hoc di-
1 cit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd inter dominũ & seruum, vel inter patrem & filium, non potest esse obligatio ciuilis, sed bene naturalis, vt ff. de condict. indebi. l. naturaliter. & l. frater à fratre. §. j. Cui naturali obligationi potest accedere fideiussor, infrà de fideiussor. §. j. quod verum est in inter patrem & filium, nisi esset in castrensi, vel quasi castrensi peculio, quia quo ad illud, potest etiam esse

ciuilis obligatio inter patrem & filium, vt ff. de colla. bonorum. l.j. §. nec castrense. & l.ij. ff. ad Macedo. Et ita potest inter patrem & filium
2 effectualiter esse iudiciũ, vt ff. de iudicijs l. lis nulla. ¶ Notandum † secundò, quòd filius potest conueniri etiam in solidum, ex contractibus quos fecit durante patria potestate, vt ff. de pecu. l. si quis cum filio. De alijs autem contractibus factis post expirationem patriæ potestatis, có
3 uenitur inquantũ facere potest, vt ff. quod cum eo. l. ij. in prin. In † duobus tamen casibus filiusfamiliâs non obligatur ex contractu suo. Vnus est, si mutuum acceperit, nam habet exceptionem senatusconsulti Macedoniani, vt C. ne filius pro patre. l. j. Alius casus est, si faciat uotum Deo, vel Reipublicę, vt ff. de pollici. l. si quis rem. §. voto. vnde si alius faciat votum Deo, conuenitur à prælato suo, vt soluat votum, vt C. de episc. & cleri. l. nulli. sed filiusfamiliâs sic non conuenitur, & dicit glo. in d. §. voto. rationem, quare filius non obligatur Deo, sicut homini priuato, quia mitius agitur cum Deo, quàm cum homine, l. Celsus. ff. de arbi. & intelligitur istud de voto reali, vt scilicet filiusfamiliâs nó obligetur, quando promittit Deo aliquam rem. Sed certè non est verum, quod hîc dicitur de voto personali. Nã filius potest vouere & se obligare Deo, etiam contra voluntaté patris, si sit doli capax. Et ratio est, quia potest peccare & obligare se diabolo, vt in c. j. extra de delic. puero. ergo potius etiam Deo.

§. Mutum neq; stipulari.

1 *Mutus & surdus neque stipulari, neque promittere possunt. Et quid de furioso. ibid. & nu. 3.*

2 *Mente captus, non potest ullum negotium gerere.*

1 Summatur sic: Mutus † & surdus, neq; stipulari neq; promittere possunt, & quia furiosus intellectum non habet, ideò nullum negotiũ gerere potest. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

2 ¶ Notandum † primò, quòd textus loquitur hîc de surdo, qui nullo modo audit, vt quemadmodum seipsum exponit hîc: & patet hîc etiam, quòd mutus non potest aliquem actum exercere, ad quem requiruntur verba, & ideò non potest esse iudex, quia debet sententiam proferre, neque testis, quia debet testimonium dicere, neque notarius, quia ille stipulatur à partibus, nec potest sacramenta conficere. Sed surdus & mutus bene possunt exercere actum, ad quem requiritur consensus, vt contrahere matrimonium, vt in capitulo cùm apud. extrà de sponsalibus.

3 ¶ Notandum † secundò, quòd idem est de mente capto sicut de furioso, suprà de curato. §. primo. & etiam de prodigo, qui furioso assimilatur, vt ff. de curatoribus furioso. lege prima. & ideò prodigus, cui

cui bonis interdictum est, se obligare non potest, vt l. is cui. ff. eodem. Potest tamen sibi aliquid stipulari, secundum Ioannem Fabri hîc, & licet prodigo non sit interdictum bonis, si aliquis obligat eum, sciens quòd malè & inutiliter expendet illud, quod recipit, non tenet obligatio, vt l. si quis cùm sciret. ff. pro empto.

§. Pupillus.

1 *Pupillus sine authoritate tutoris obligari non potest: sed tamen potest aliquē sibi obligare sine eiusdem authoritate. Et quid de infante. nu. 2. Quid de proximo infantiæ. nu. 3.*

4 *Infans, quid distet à furioso.*

5 *Impubes nō potest obligari cum authoritate patris. Quid de pubere. nu. 6. Et quare id non possit pubes: nu. 7.*

Summatur sic: Pupillus maior infante, cum tutoris authoritate obligari potest, sed non cum patris authoritate, & potest alium sibi obligare, sine alicuius authoritate, sed infans alium sibi obligare non potest. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum primò,
1 † quòd pupillus sine authoritate tutoris obligari non potest, sed bene potest alium sibi obligare sine tutoris authoritate. Et ratio est, quia potest conditionem suam meliorem facere, sed non deteriorem, vt supra de authoritate tutorum. §. primo. & l. contra iuris ciuilis. ff. de pa-
2 ctis. Infans † autem non potest alium sibi obligare, quia nullum habet intellectum, vt l. in negotijs. ff. de regulis iuris. & dicitur infans vsque ad septimum annum inclusiuè, vt C. de iure deliberan. l. si infan-
3 ti. proximus autem † infantiæ. potest alium sibi obligare, sicut proximus pubertati, & dicitur proximus infantiæ, à septimo anno exclusiuè, vsq; ad decimum annum, cum medio, inclusiuè, si sit masculus: & vsq; ad nonum cum medio, si sit fœmina, vt notatur in l. pupillum. ff. de regu. iuris. & ita proximitas refertur ad id quod est infrà. Sed proximus pubertati, dicitur à decimo anno & dimidio exclusiuè, vsq; ad decimū quartū inclusiuè, si sit masculus: & duodecimū, si sit fœmina, & ita pro-
4 ximus refertur ad id, quod est suprà. ¶ Notandū † secūdò, quòd dicit hîc in textu notāter, quòd infans non multum distat à furioso: quia in veritate distat, nam infans transmittit hæreditatem, etiam quam non agnouit, vt l. si infantis §. primo C. de iure deliberand. Secus in furioso: qui non transmittit sic hæreditatem, vt C. de curato. furio. l. fina. § finaūt. vel potest dici, quòd ideò distat, quia infans potest sibi stipulari per seruum, furiosus nullo modo, vt ff. rem pupilli saluam fo-
5 re l. seruum. ¶ Notandum † finaliter, quòd impubes non potest obligari cum authoritate patris, vt hîc dicitur. Quod verum est in illis bonis, in quibus pater non habet administrationē. Secus in his, in quibus admi-

administrationem habet, vt l. fin. §. necessitate. C. de bonis, quæ libe.
6 Et † dicitur notàter impubes, quia pubes bene potest obligare, preter, quàm in duobus casibus, vt in mutuo & in voto, vt dictum est supra eodem. §. item inutilis. Ratio autem quare impubes non potest obli-
7 gari cum authoritate patris † sicut cum authoritate tutoris, est, quia habet tutorem sibi obligatum, si malè interponat authoritaté suam, sed patrem non habet obligatum, vt C. de bonis, quæ libe. l. cùm oportet, §. sub hac tamen. versi. non autem hypotheca. Consuluit tamen Bar. propter euitandas opiniones, patris consensum semper adhiberi, quando haberi potest.

§. Si impossibilis.

1 *Conditio impossibilis, affirmatiuè concepta, uitiat stipulationem. Et quæ dicatur conditio impossibilis. nu. 2.*

3 *Conditio impossibilis, negatiuè concepta, non uitiat stipulationem.*

Summatur sic:, Impossibilis conditio stipulationi affirmatiuè apposita, vitiat stipulationem: sed si negatiuè apponatur, stipulatio purè fa-
1 cta intelligitur. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd conditio impossibilis affirmatiuè cōcepta, vitiat stipulationem. Concor. l. impossibilis. ff. de verb. oblig. Secus in vltimis voluntatibus, vt suprà de hæ-
2 red. instituen. §. impossibilis. Et † dicitur conditio impossibilis, non solùm quæ secundum naturam esse non potest, sed etiam quæ dependet ex sola voluntate principis, vt Papæ vel Imperatoris, vt notat per Bar. in l. apud Iulianum. §. fin. ff. de lega. j. & idem est de conditione turpi, vel etiam quæ secundum ius esse non potest, vt in glo. singulari in l. cùm donatio. C. de transactio. sed difficultas non impedit stipulationem, si enim pauper promittat dare mille marcas argenti, quamuis ipse hoc facere non possit, valet tamen stipulatio, vt in glo. & in textu in l. ij. §. ex his. ff. de verb. obli. sic etiam perplexitas non vitiat stipulationem, secundum glo. hîc quæ allegat l. si Titius. ff. de conditio. institu.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd si impossibilis conditio negatiuè concipiatur, non vitiat stipulationem: quia est necessaria, & ideò talis stipulatio est pura, concor. l. in illa stipulatione. §. fin. ff. de verb. oblig. & ideò statim peti potest promissum, datur tamen tempus ad soluendum, vt infrà eod. §. fi. & ff. eo. l. eum, qui calendis.

§. Item, uerborum.

1 *Stipulatio non potest fieri inter absentes.*

2 *Scriptura est duplex. Et utri potius stetur.*

3 *Instrumentum qualiter reprobetur per testes.*

4 *Sponsalia fieri possunt inter absentes, solo consensu intercedente.*

5 *Præsumptio triplex oritur ex scriptura.*

6 *Instrumentum petitur edi tripliciter. Et qualiter.*

Stipulatio facta inter absentes, non valet: & statur scripturæ, donec
1 probetur contrarium. Hoc.d. ¶ Notandum † primò, quòd inter absentes non potest fieri stipulatio, & ideò non potest fieri per nuntium vel epistolam, non tamen requiritur quòd contrahentes se mutuò videant, nec oportet quòd sint omnino propinqui, quia quanuis vnus cõtrahentium sit in turri, & alius sit inferius, si seinuicem audire & intelligere possunt, valet stipulatio, vt arg. ff. ad Silleia. l. j. §. eod. ¶ No-
2 tandum † secundò, quòd duplex est scriptura. Nam quædam est priuata, & huic non statur pro scribente, sed bene statur ei contra scribentẽ si sit cum causa, vt in Authen. de iureiurã. à mori. præstan. §. j. colla. v. & C. de non num. pecu. l. generaliter. Alia est scriptura publica, facta scilicet per publicam personam, vel cum sigillo Authẽtico, & huic statur, nisi contrarium probetur per similem scripturã, vel per testes idoneos. Si igitur contingat duo instrumenta contraria esse super eodem negotio, videndũ est, an vnum instrumentũ sit de priori data, & huic standũ est, vt in c. si à sede Apostolica. de præb. lib. vj. & si sit ęqualitas in data, & vnũ est fauorabiliꝰ altero, statᷣ fauorabiliori, vt si cõtineat de dote, vt ff. solu. matri. l. j. & si sint omnino æqualia, tunc neutri cre-
3 diť, vt in l. optimã C. de contra. & com. stipul. ¶ Notandum † finaliter, quòd si instrumentum debeat reprobari per testes, tunc distinguitur secundum Bart. in l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamen. aperian. quia aut testes contradicentes instrumento, scripti sunt in eodem instrumento, & tunc vnus solus testis facit vacillare fidem instrumenti, vt tali instrumento non stetur, nisi esset testis supernumerarius sed si testes contradicentes non sunt scripti in illo instrumento, tunc requiruntur plures, quã duo: quia ipsum instrumẽtum supplet vicem duorum testium. vt l. in exercend s. C. de fide instrumento. & ibi notatur idem per Salicetum. vult etiam hoc Inno. in c. cùm Ioan. eremita. extra. de fide instrumentorum. vbi notatur etiam per glo. in verb. quodlibet. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd stipulatio inter absentes bene valet, per l. ea, quæ. ff. de dona. inter virum & vxo. Solutio. Ibi stipulatio facta fuit primò inter præsentes, & verba posteà repetebantur inter absentes. Sed replicatur, de l. Labeo. ff. de pactis. Solutio. Illa lex loquitur in pactis, in quibus non requiritur illa solẽnitas quæ necessaria est in stipulatione &c. Sed iterum replicatur de l. iiij.
4 ff. de sponsalib. Solutio. Sponsalia † possunt fieri per stipulationem, & tunc non fiunt nisi inter præsentes, possunt etiam fieri per solum cõsensum, & tunc bene fieri possunt inter absentes: & hoc modo loquitur lex contraria, & hæc vltima communiter tenentur. l. j. ff. eo. facit vlti. de procu. lib. vj. ¶ Opponitur secũdò, & videtur, quòd contra scripturam non

ram non poteſt fieri probatio, prout hîc dicitur, quia tunc ſequeretur quòd reus probauit, quod eſt cõtra ordinem iuris, vt C. de edendo l. qui accuſare. Solutio. Verum eſt, quòd in iſto caſu reus probat propter præſumptionem, quæ eſt contra eum, ratione ſcripturæ, vt ff. de
5 pactis. l. iure gentium. §. quod ferè. Nam ex † ſcriptura oritur triplex præſumptio. Vna eſt, quòd partes ſciunt totum quod ſcriptum eſt. Secunda, quòd ſit ſolenniter facta. Tertia, quòd verba ibi poſita ſint per partes appobata, vt l. cum precibus. C. de probat. Patet etiã hic, quod negatiua probari poteſt per coarctationẽ tẽporis & loci. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd contra ſcripturã non poteſt probari aliquid de die, quia quando inſtrumentũ petitur edi, tunc datur ſine die
6 & conſule, vt ff. de eden. l. j. §. editiones. Solutio. Inſtrumentũ † petitur edi tripliciter. Vno modo, actor petit inſtrumentũ rei, vt ex eo fundet intentionem ſuam: vel reus petit inſtrumentũ actoris, vt ex eo fundet exceptionem ſuam, & tunc inſtrumentũ nullo modo eſt tradendum, vt C. de edend. l. fin. Secundo modo petitur edi, quia aduerſarius vtitur inſtrumento, & tunc petitur ideò edi, vt videatur, an poſsit tali inſtrumento aliquid opponi, & tunc editur ſine die & cõſule, ne detur materia falſum fabricandi, vt in l. alleg. in oppoſi. & in glo. d. §. notat. l. j. §. j. ff. quemad. teſ. ape. Tertio petitur edi, quia accuſatur de falſo, & tunc edendũ eſt inſtrumentum cum die & conſule, vt in l. optimã. C. de contrahen. & cõmit. ſtipul. & l. fin. C. de fide inſtru. ſiue agatur criminaliter ſiue ciuiliter, & contra quancunq; partem inſtrumenti falſitas opponatur, ſi alio bono modo probari nõ poſsit, aliâs illa pars tantùm editur, contra quam opponitur: debet tamen ante exhibitionem accuſator ſe inſcribere ad pœnam talionis.

§. Poſt mortem.

1 *Stipulatio concepta olim poſt mortem ſtipulatoris, uel promiſſoris, uel pridie, quàm moriatur, alter eorum non ualebat. Et nu. 2. Hodie tamen ualet. ibid. & nu. 3.*

4 *Acquirere ſibi nullus poteſt mortem: hæredibus tamen ſuis poteſt.*

1 Olim ſtipulatio † concepta poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, vel pridie, quàm moriatur, alter eorum non valebat, hodie tamen
2 valet. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd iſtud quod hîc dicitur, intelligitur de iure vetuſtiſsimo, quia de iure Digeſtorum, ſtipulatio fieri poteſt poſt mortem ſtipulatoris vel promiſſoris, vel etiam pridie, quàm moriatur alter eorum, vt in l. centeſimi. ſuprà §. j. ff de verbo. oblig. & ſicut ſtipulatio facta per ipſum ſtipulatorem non valebat, ſic etiam ſi fiebat per aliquem exiſtentem in ſua poteſtate, vt per filium aut per ſeruum, vt hîc, & in §. ei qui. ſuprà

codem.

eodem.ponitur tamen correctio istius iuris etiam C.de contrahen.&
3 commit.stipulat.l.scrupulosam.Ratio est,† quia stipulatio ex consen su contrahentiũ valet, & sic quandocunq; constat de mente contrahentium,secundũ eam debet fieri interpretatio, etiam in his quæ sunt stricti iuris.Quod facit,vt statutum recipiat interpretationem extensiuam,etiam actiuam,si sic constet de mente statuentium.aliâs secus.
4 ¶Notandũ †secundò,quòd ideò ista stipulatio hodie valet,quia licet nullus post mortẽ suam põt aliquid acquirere sibi,tamen põt acquirere hæredibus suis: sic etiã licet ipse nõ possit dare post mortẽ suam,hęredes tamen sui possunt,vt l.vnica.C.vt actio.ab hæred.&contra hęredem incipiant.

§. Item, si quis ita.

1 *Stipulatio ualet, etiam si in ea dies stipulationis,præcedat diem obligationis.& nu.2.*
2 *Stipulatio præpostera fit in dotibus. Et qualiter.*
4 *In stipulatione, cuius executio differtur post mortem, non oritur actio, nisi post mortem.*
5 *Scripturæ ordo, an & quando debeat attendi.*

1 Summatur sic:Licet† in stipulatione dies executionis precedat diem obligationis,valet tamen stipulatio:similiter valet, licet executio retardẽt post mortẽ stipulatoris,vel promissoris,vel alicuius tertij. h.d.
2 & patet intellectus text. ¶ Notandũ †primò,quòd cum dicitur in tex. pro exemplo præposteræ stipulationis.Si nauis ex Asia venerit,ibi debet fieri pũctus:hodie dare spondes:& nõ debet fieri punctus post illã dictionẽ,hodie,aliôquin esset cõditionalis,& si nauis hodie non veniret,extingueretur obligatio,vt suprà de verb.oblig. §.sub cõditione.
3 ¶Notandum † secundò, quòd in dotibus fit stipulatio præpostera, hoc modo: Dicit enim mulier,marito, volens de dote sua testari, si sine liberis decedas,dotem reddere spondes? & proponit prius facere testamentum antè, quàm dos reddatur,de quo in l.similiter C.de iure
4 do. ¶ Notandum † tertiò , quòd in ista stipulatione, cuius executio differtur post mortem,non oritur tertio , nisi post mortem , qua scilicet peti potest promissum,vt C.de testam.l. præposteri. Et patet ex isto textu.quòd ordo scripturæ non est attendẽdus,vt ff.de pecu.leg. l.quidam.& suprà de leg. §.ante hæredis. & l.non enim. ff.de solutio.
5 ¶Opponitur sic, † &·videt,quòd ordo scripturæ debet attendi, per l. quotiens ff.de vsufructu.& per l.generaliter. §.quis ergo.ff.de fideicõ. libert. Solutio. Si querit de prelatione personarũ,bene attendit ordo scripturę.Sed quando quærit de iure,vt in testamẽtis,vel etiã in contractibus,non attenditur ad ordinẽ scripturæ. Nam aduertendũ est ad sententiam potius, quàm ad verba,vt in l.iij.ff.de adimen. legat.

§.Si

§. Si scriptum.

1 Testes si deponant aliquẽ promisisse, nihil dicentes de interrogatione, non præsumitur interrogationem præcessisse.

2 Stipulator si interroget de pluribus rebus, & promissor respondeat simpliciter, tunc in omnibus obligatur promissor.

Summatur sic: Si in instrumento scriptum sit aliquem promisisse, præsumitur interrogationem præcessisse, & si stipulator de pluribus rebus interroget & promissor simpliciter respõdeat, tenetur de omnibus illis rebus, aliâs tenetur solũ de illa re, de qua respondit. Hoc dicit.

1 ¶ Notandum † primò, quòd si testes deponant aliquem promisisse, & nihil dicant de interrogatione, non præsumitur interrogationem præcessisse, quẽadmodum hîc dicitur de instrumẽto, vt l. j. C. de vsu. Et ratio diuersitatis est, secundũ glo. hic, quia instrumentum factum est secundum dispositionem iuris, sed testes communiter non sunt periti in iure. Dicit tamen Barto. quòd ista ratio est tenuis, quia Notarij conficientes instrumenta, frequẽter etiam sunt ignari iuris, & ideò ponit aliã rationem in l. sciendum. ff. de verb. oblig. scilicet quòd testes deponũt de his, quæ perceperũt sensu corporeo. Solẽnitas autem iuris nõ percipitur sensu corporeo, sed intellectu. Et Notarius in instrumento non solùm scribit ea, quæ sensu percipit, sed etiam ea, quę sunt iuris. Patet ergo hîc quòd solennitas iuris interdum præsumitur ex scriptura, facit l.
2 sciendũ. ff. de ver. obli. ¶ Notandũ † secundò, quòd si stipulator interroget de pluribus rebus, & promissor respondeat simpliciter, tunc in omnibus obligatur promissor. Secus si ad vnã vel aliquas respondeat: quia tunc solùm de illa seu de illis tenetur, vt hîc, & concor. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. Et istud verum est, si stipulator copulatiuè interroget. nam si alternatiuè, id est, disiunctiuè interrogauerit, non valebit in speciebus stipulatio, propter diuersitatẽ in interrogatione & in responsione, vt suprà eo. §. prætereà. dictum est. Patet etiã hîc, quòd vtile per inutile nõ vitiatur, quia hîc sunt plures stipulatiões abinuicẽ separabiles, nam in inseparabilibus vtile per inutile vitiatur.

§. Alteri.

1 Stipulari alteri cur nemo possit.

2 Ex stipulatione alteri facta, interdum acquiritur illi actio directa. Interdum utilis. Interdũ nulla. Et tunc necessaria est pœna. Ibid. & nu. 4. Et quàm uariè illa pœna apponatur. nu. 5.

3 Stipulatio, cui pœna apponitur, potest quatuor modis formari.

6 Stipulans alteri, cum adiectione pœnæ, tunc ille alter nõ potest promissum petere, neque pœnam: sed stipulans pœnam petit.

Stipu-

7 *Stipulans procuratori uel creditori suo, non ualet stipulatio.*
8 *Principali extincto, an extinguatur accessorium. Et quando.*

Summatur sic: Si ille, cuius non interest, alteri stipuletur, non valet stipulatio. Si tamen pœna adijciatur, & non fiat quod stipulatum est, committitur pœna: Sic econtrà, si quis promittat alium facturum aliquid, nõ valet promissio. Sed si pœna adijciatur, & non fiat quod promissum est, committitur pœna. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

1 ¶Notandum † primò, quòd ratio, quare nemo potest alteri stipulari, est, quia stipulationes inuentæ sunt, vt vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest, nihil autem interest stipulatoris, si alteri detur, & ideò alteri non stipulatur, & tangitur ista ratio hîc in text. Fallit tamen istud in xvj. casibus, vt dictum est suprà eodem. §. si quis alij. in notabilibus.

2 ¶Notandum † secundò, quòd ex stipulatione alteri facta, interdũ acquiritur illi actio directa, vt si filius stipuletur patri, aut seruus domĩo, vel econtrà, vt.l. certi condictio. §. si nũmos. ff. si certũ peta. Interdum acquiritur actio vtilis, vt si tutor stipuletur pupillo, vt ff. de consti. pecu.l. eum, qui. § penulti. Interdum verò nulla acquiritur actio, & tunc necessaria est pœna, & de hac stipulatione loquitur hîc text. ¶Notan-

3 dum † tertiò, quòd ista stipulatio cui apponitur pœna, potest quatuor modis formari, Primo modo sic: Promittis, quòd dabis Titio decem, aliôquin dabis ei quinq; sub nomine pœnæ. Secundo modo sic: Promittis Titio, quòd dabis ei x. aut quinq; nomine pœnæ: & istis duobus modis non valet stipulatio, neq; quo ad sortem, neq; quo ad pœnam. Tertio modo sic: Promittis mihi, quòd dabis Titio x. aut mihi dabis quinq; nomine pœnæ, & tunc licet stipulatio non valeat, quo ad sortẽ: valet tamen quo ad pœnam, & ita loquitur iste text.l.j. C. de arbitris. Quarto modo potest sic fieri: Promittis mihi recipienti stipulationem nomine Titij dare decem, aut quinq; nomine pœnæ, & tunc valet stipulatio quo ad sortem, & quo ad pœnam: sed ego cedam actionẽ ipsi

4 Titio, vt l. si procuratorem. §. fina. ff. manda. ¶Notandum † quartò, quòd notanter dicitur in tex. quòd ista pœna stipuletur, quia si apponeretur per nudum pactum, nõ posset peti pœna, sicut nec vsura, vt ff. de ser. exportã.l. seruus. & l. iij. C. de vsuris. & l. iuris gentium. ff. de pactis.

5 § sed cum nulla. ¶Notandum † quintò, quòd de quantitate istius pœnæ potest sic distingui: quia aut pœna apponitur per nomina numeralia simplicia, vt vnum, duo, tria, & tunc potest ascendere pœna vsq; ad infinitum, si placeat contrahentibus, vt in glos. in l. si dictum. ff. de euictio. vel apponitur per nomina numeralia quotitatiua, seu multiplicatiua, vt duplum, triplum, quadruplum, &c. Et tunc vel pœna apponitur super eo, quod de præsenti certum est, verbi gratia: Vẽdo tibi domum pro centum, & promitto de euictione, & hoc ego dico ad interroga-

tionem ementis, & tunc pœna etiam poteſt aſcendere vſq; ad infinitũ,
ſi placet contrahentibus, vt dicendo: Promitto de euictione ſub pœna
dupli, tripli, &c. aut pœna apponitur ſuper eo, quod de præſenti eſt in-
certum, vt dicẽdo: Vendis mihi domũ, & promittis mihi de euictione,
de tanto quanti mea intererit, & tunc pœna non poteſt aſcẽdere vltra
duplum, vel ſecundũ aliquos quadruplum, vt in l. vnica. C. de ſentẽtijs
6 quæ pro eo quod intereſt proferun. ¶ Notandum † ſextò, quòd quan
do quis ſtipulatur alteri cum adiectione pœnæ, tunc ille alter non po-
teſt promiſſum petere neq; pœnam: ſed ipſe ſtipulans petit pœnã: nam
iſta ſtipulatio de ſe eſt inutilis, quanuis ſtetur ei propter pœnam, vt ff.
de verborum obligatio. l. ſtipulatio iſta. § . ſi quis inſulam in gloſ.
7 ¶ Notandum † finaliter, quòd quãdo quis ſtipulatur procuratori ſuo
vel creditori, tunc valet ſtipulatio, quia ſua intereſt, vt hîc dicitur. Pro-
curator tamen ſeu creditor agere nõ poteſt, pro iſto intereſſe: ſed ipſe
ſtipulator agere poteſt, pro eo quod intereſt ſua, procuratori vel cre-
ditori ſolutũ fuiſſe actione ex ſtipulatu, vt C. de inuti. ſtipu. l. fi. vel cer-
8 ti condictione, vt ſuprà de verb. oblig. § . j. ¶ Opponitur † ſic, & vide-
tur, quòd quando ſtipulatio non valet, non valebit etiam adiectio pœ-
næ, quia extincto principali extinguitur etiam acceſſorium, per l. cùm
principale. ff. de reg. iur. Solutio. Verum eſt, quòd extincto principa-
li extinguitur acceſſorium, quando ſcilicet principale ideò non valet,
quia ius ei reſiſtit. Secus, quando ius ei non aſsiſtit, nec etiam ei non re-
ſiſtit, & ita eſt hîc. Nam ius non prohibet ſtipulationem alteri fieri, li-
cet etiam non approbet, facit l. non dubium. C. de legibus Sed replica-
tur de lege ſecunda. § . fin. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. vbi appoſitio
pœnæ non valet. Solutio. In illa lege loquitur Iuriſconſultus de pœ-
na prætoria: hîc autem de pœna conuentionali.

§. *Item, nemo.*

1 *Stipulari nemo poteſt rem ſuam futuram. Et cur ita. nume. 2.*
3 *Stipulator ſi interroget de una re, & promiſſor reſpondeat de alia, an ua-
leat ſtipulatio. diſting.*

Summatur ſic: Nemo poteſt rem ſuam futuram ſibi ſtipulari, & ſi de
alia re fiat interrogatio, & de alia reſponſio, non valet ſtipulatio. Hoc
1 dicit. ¶ Notandum primò, † quòd nemo poteſt rem ſuam futuram ſti
pulari, vt hîc dicitur, ſecus ſi futura ſua non eſſet, vt ff. de verb. oblig. l.
ſi rem. minus ergo poteſt rem ſuam de præſenti ſibi ſtipulari. Cuius ra
2 tio † eſt, quia quod ſuũ eſt, amplius ſuum fieri nõ poteſt, infrà de actio.
§ . ſic itaq;. Ratione tamen poſſeſsionis poteſt quis rem ſuam ſtipulari
3 ſibi reſtitui, vt l. nemo. ff. de verb. obli. ¶ Notandum † ſecundè, quòd
ſi ſtipulator interroget de vna re, & promiſſor reſpondeat de alia, non
valet

valet ſtipulatio,vt hîc dicitur, quod verum eſt quando certum eſt eos diſcrepare,vt l.continuus. §.ij. ff.de verb.oblig.& ſi ſtipulatio valeat ſecundum intellectum vtriuſq;,tunc accipi debet ſecundũ intellectum promiſſoris,vt l.qui ex pluribus. ff.de verb.obliga. l.ſtipulatio iſta. §. eum,qui.ff.eo. Nec obſtat,quòd minus præſtari poteſt in dubio,vt ff. de lega.j. l.idem Iulianus. §.ſcio. quia minus eſt quod promiſſor dare vult,infrà de actio. §.prætereà.ſed ſi ſtipulatio tantùm valet,ſecũdum intellectum vnius,ſcilicet ſtipulatoris,vel promiſſoris,tũc accipi debet ſecundum illum intellectum,vt res plus valeat, quàm pereat,verbi gratia,dico ſic:Promittis mihi hodie dare centũ Coloniæ?& tu dicis,Promitto. & poſteà tu vis dicere iſtam promiſsionem factam eſſe de alia Colonia ab iſta,non debet iſta ſtipulatio accipi ſecũdum dictum promiſſoris,ſed ſtipulatoris,qui dicit ſtipulationem intelligi de iſta Colonia,quia aliâs ſtipulatio nonvalet,facit l.quotiens in ſtipulationibus.ff. de verb.oblig.& de rebus dub.l.quotiens.ij.

§. Quod ex turpi.

1 *Stipulatio non ualet ſi deductum in ea,ſit turpe.fallit.nume.2.*
2 *Contractus conditionalis tranſit ad hæredes actiuè & paſsiuè.*

Stipulatio facta ex turpi cauſa,non valet,& obligatio contracta ex ſtipulatione conditionali,tranſit ad hæredes ſtipulatoris & promiſſoris,ſi conditio exiſtat poſt mortẽ vtriuſq; vel alterius eorũ. Hoc dicit.

1 ¶Notandum †primò,quòd ſi deductũ in ſtipulatione ſit turpe,vt,facere homicidiũ vel ſacrilegium,nõ valet ſtipulatio,& ſi ſit pœna adiecta,non cómittitur pœna,vt l.generaliter.ff.de verb.obli.vel ſi etiam ſit appoſitum iuramẽtum,non eſt ſeruandum,vt in regu.non eſt obligatorium. extrà de regu.iur.lib.vj. vel ſi deductum in ſtipulatione ſit honeſtũ,ſed ex turpi cauſa,vel cum turpi conditione expreſſa,vt,promittis mihi decem,ſi fecero homicidium,ſimiliter nonvalet ſtipulatio, 2 vt l.ſi plagij.ff.de verb.oblig. Fallit†tamen hoc in matrimonio, quia ibi turpis cauſa vel conditio habetur pro non adiecta, vt in c.fin.extrà de condi.appoſi. ſed ſi cauſa vel conditio turpis non ſit expreſſa,tunc valet ſtipulatio ipſo iure:ſed eliditur per exceptionem, vt ff.de conditione ob turpem cauſam.l.penult. ſi verò deductũ in ſtipulatione ſit honeſtum , eſt tamen turpiter promiſſum , vtputa per dolum , vel per metum:tũc valet ſtipulatio ipſo iure. Sed etiam eliditur exceptionem, vt C.de inuti.ſtipula.l.dolo. Fallit hoc in dote,& in contractibus matrimonialibus,quia ibi talis ſtipulatio nõ valet ipſo iure, vt l.ſi mulier. §.quòd ſi dos.ff.quod metus cauſa. Ex iſto patet,quòd ſi aliquid promittatur meretrici cauſa libidinis ſtipulanti , non valet ſtipulatio : nec tenetur promiſſor hoc dare,datũ tamen nõ poteſt repeti, vt in l.idem.

& §.sed quod meretrici.ff.de condi.ob turpem cau. & ideò tenet Barto.ibi hoc,& allegat l.affectionis.ff.de donatio. quanuis glos.ibi dicat
3 contrarium. ¶ Notandum † secundò, quòd contractus conditionalis transit ad hæredes actiuè & passiuè, vt hîc dicitur. Secus in relictis ex vltima voluntate, vt C.de caducis tollend. l.vnica. §.sin autem. & l.si ita scriptum fuerit.in fin. ff.de manumis.testamen. facit l.quòd si pendente.j.respon.ff.de pericu.& commo.rei vend.

§. Qui hoc anno.

1 *Promissum dari hoc anno, uel hoc mense, non potest peti, nisi in fine illius temporis.*

2 *Promissum purè, non potest peti, donec promissor hoc possit commodè tradere.*

3 *Iudicis arbitrio cùm quid committitur, ille medium seruare debet.*

Promissum certo tempore dari, non potest peti, nisi in fine illius temporis, & quod purè promissum est, non prius peti potest, quàm promissor illud dare possit. Hoc dicit vsque ad finem titu. ¶ Notandum primò, † quòd si promissum sit aliquid dari hoc anno, vel hoc mēse, non
1 potest peti, nisi in fine illius temporis, vt hîc, & ff.de verbo.oblig.l.qui hoc anno. si autem promissum sit dari annuè, peti potest in princ.anni. Quod verum est, tam in contractibus, quàm in legatis, vt ff.de condictio.& demonstra.l.si in annos. Et ratio est, quia in primo casu tempus videtur appositum fauore promissoris, & in secundo videtur appositum fauore stipulatoris, & de isto sunt metra, quæ dicta sunt suprà de verbo.oblig. §.at si quis ita. & si aliquid promissum sit dari in nundinis, peti potest in principio nundinarum, vt ff.ad Trebelli. l.qui filium.
2 §.Sabinus. ¶ Notandum † secundò, quòd quando aliquid promissum est purè, non potest peti, donec promissor commodè hoc potest tradere, vt l.continuus. §.illud. ff.de verborum obligation. Et licet promissor statim tradere posset: non tamen tenetur statim tradere, vt quod dicimus.ff.de solutio.sed datur ei certum tempus, secundum aliquos decem dierum, vt ff.de constitu.pecu.l.promissor. §.j.vel secundum aliquos tempus datur ad arbitrium iudicis, vt ff.de iure deliberan. l.j. qui iudex non debet statuere tempus nimis breue, nec nimis longum, vt l.ratum.ff.de solutio.& infrà de iudi.j.respon. & l.quo enim.
3 §.j.ff.rem ratam haberi. Ex quo † patet, quòd quando aliquid relinquitur arbitrio iudicis, non debet ipse stare in extremis, sed seruare medium. Cùm igitur hodie pœnitentiæ sunt arbitrariæ, non debet confessor peccantibus iniungere nimis asperam pœnitentiam, iuxta capit. pœnitentiales. nec nimis leuem, sed debet tenere medium, facit c.tempora.& c.alligant.xxvj.q.vij.

DE FID

DE FIDEIVSSORIBVS.

TITVLVS XXI.

SIc continuatur: Dictum est suprà de stipula.& quia obligatio fideiussoria communiter fit per stipulationem,vt l.blanditus. C.eo. idcirco consequenter tractatur de hac obliga. fideiussoria,& rubricatur iste titulus de fideiussoribus.

§. Pro eo.

1 *Personæ quotuplices, quæ pro alijs obligantur.fusè per discursum.*
2 *Nouatio,quid.*
3 *Fideiussores,adquid inuenti.*
4 *Obligationi fideiussoriæ potest accedere alius fideiussor.*
5 *Obligationi naturali tantùm potest accedere fideiussor. Item,obligationi ciuili.nume. 6.*
7 *Obligationi omni an possit accedere fideiussor.*

Sic summatur: Cuilibet obligationi etiam naturali tantùm vel ciuili, 1 potest accedere fideiussor.Hoc dicit. ¶ Notandũ †primò,quòd quintuplices sunt personæ,quæ pro alijs obligantur, scilicet fideiussor,mandator,constitutor,sponsor,& expromissor:vt est glos.in verbo,putat l.in persona. §.ij. ff.de pactis. quæ sic differunt, quia fideiussor fit per stipulationem, & potest præcedere, vel sequi obligationem principalem.Mandator autem potest fieri solo consensu,& regulariter præcedit obligationem, vt,mando tibi vt mutues Titio pecuniam. Constitutor verò sequitur obligationem: Sponsor accedit principali obligationi non rogatus,id est,qui non rogatus pro alio intercedit, vt,constituo me soluturum,quod Titius tenetur tibi. Expromissor,qui promittit pro alio non obligato,vt in domino, qui constituit procuratorem, & pro procuratore promittit iudicatũ solui,& tamen procurator non est obligatus, vel etiam liberat eum, vt cùm quis promittit domino, quòd seruum manumittat,vt l.& elegãter. §.seruus pactionis.ff.de dolo.& l.Stichum. §.tametsi.ff.de solutio. Et habent omnes isti beneficium fideiussionis, scilicet quòd fideiussor non potest excuti, nisi eius principalis sit excussus,vt Authent.præsente. C.de fideiussorib.habent etiam beneficium epistolæ diui Adriani,de quo infrà §.si plures.Fallit tamen istud,si fideiussor aut promissor intercessit animo nouandi, vt
2 in l.si verò non remunerandi. §.j.ff.mand. Est †autem nouatio,prioris debiti in aliam obligationẽ transfusio, & nomẽ accepit à noua obligatione,quia cùm fit nouatio,noua cõstituitur obligatio,vt prior perimatur,hæc probantur l.prima.in princip. ff.de nouationib. Fit autem interuentu nouæ personæ, vnde eo ipso, quòd alius promittit mihi id, in quo tu mihi obligabaris, fit nouatio, id est, prioris obligationis in

aliam transfusio,& tu liberaris ipso iure. Hoc verum hodie,si expres-
3 sum sit quòd nouandi animo hoc actum sit. ¶ Notandum † secundò, quòd fideiussores inuēti sunt, vt magis cautum sit creditoribus, vt hic & infrà de replicatio. §. fin. & est cautio fideiussoria idonea & plena. Cautio tamen pignoratitia est plenior, quia melius est pignori incumbere, quàm in personam agere, vt infrà de oblig. quæ ex delict nascun-
4 tur. §. furti. ¶ Notandū † tertiò, quòd obligationi fideiussoriæ potest accedere alius fideiussor, vt sit fideiussoris fideiussor, & tunc prima obligatio fideiussoria dicitur principalis respectu secundæ, vt l. græcè. §. fi. ff. eo. & l. si rem alienam. §. j. ff. de pigno. actio. & cessante principali obligatione cessat vtraq; fideiussoria, vt l. cū lex. ff. eo. & facit l. si quis pro eo. ff. eo. & fa. l. nō dubium. C. de legi. & potest accipi pretiū pro fideiussione, vt l. si remunerandi. §. manus. ff. mandati. ¶ Notan-
5 dum † quartò, quòd obligationi naturali tantū potest accedere fideiussor, vt hîc, & ff. eo. l. fideiussor. §. fideiussor. vt quando seruus obligatur domino, cui licet non possit ciuiliter obligari, naturaliter tamen ei obligari potest: vt ff. de condict. indeb. l. si id, quod. tunc seruus potest dare fideiussorem domino suo: econtrà tamē dominus nō potest seruo fideiussorem dare. & ratio est, quia ille fideiussor obligaretur seruo, & per consequens domino, & ita idem obligaretur eidē, & pro eodem, quod esse non potest, vt l. si quis pro eo. §. ij. ff. eo. seruus tamē
6 non potest esse fideiussor. vt ff. eo. l. seruo inscio. ¶ Notandum † finaliter, quòd obligationi ciuili tantùm potest accedere fideiussor, vt in eo, qui confessus est debitū spe futuræ numerationis pecuniæ, de quo infrà ti. proxi. dicetur. Nam isti potest accedere fideiussor, & habet eādem exceptionē sicut principalis reus, vt C. de non numera. pecunia. l.
7 penul. in fine. & l. tam mandatori. eo. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd non omni obligationi potest accedere fideiussor per l. j. C. ne fideiussores dotiū dentur. Solutio. Regulariter omni obligationi potest accedere fideiussor, sed fallit in obligatione de dote restituenda, vel conseruanda à viro, constante matrimonio, vt in l. in oppo. allegata. Cuius ratio est, ne oriatur suspicio perfidiæ: præsumeret enim vir, quòd mulier sibi non confideret dotem, cui confidit seipsam. Si tamen maritus vergeret ad inopiam, posset isto casu fideiussor peti, vt notat Bart. in l. si constante. §. quotiens. ff. solu. matrimo. Fallit etiam in obligationibus de maleficijs committendis, quibus non potest accedere fideiussor, vt. l. si à reo. §. fina. ff. eodem.

§. Fideiussor.

Obligatio fideiussoria transit ad hæredes. Et quæ præterea. nu. 2.
3 *Obligatio fideiussoria potest præcedere uel sequi principalē obligationē.*

Summatur

Summatur sic: Obligatio fideiussoris transit ad hæredes,& potest præcedere,vel etiam sequi obligationem principalem. Hoc dicit.& pa
1 tet intellectus textus. ¶ Notandum †primò,quòd obligatio fideiussoria transit ad hæredes, actiuè & passiuè, id est ad hæredes creditoris, & ad hæredes fideiussoris,siue dictum sit siue non, concord.l. potest. §.ij.ff.eodem. Nec prodest in isto casu hæredi confectio inuentarij, si hæreditas non sit sufficiens ad soluendum,vt notat Barto in.l.fideius-
2 sor.§.in fideiussorem.ff.qui satisd.cogantur. Sic † etiam omnis obligatio quæ nascitur ex contractu vel quasi.transit ad hæredes,vt ff.de actio.& obligationibus.l.ex contractibus. si tamen principalis obligatio nõ transeat ad hæredem,vt est actio furti, vel similis obligatio cohærens personæ,tunc etiam fideiussoria accedens tali obligationi, nõ transit ad hæredem,vt l. si eum. §.qui iniuriarum.ff. si quis cautio.
3 ¶Notandum †secundò,quòd obligatio fideiussoria potest præcedere,vel sequi principalem obligationem. Possumus enim sic dicere: Fideiubeo pro Titio,in eo quod sibi credes vel credidisti,vel credis. nã ad ista omnia tempora potest referri fideiussio.vt l. quoniam. §. fina. ff.de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consu. Dicit Ioan. Fabri,quòd quando fideiussio præcedit,tunc debet exprimi tempus futurum:aliòquin nõ valeret fideiussio,quia plus obligaretur fideiussor, quàm principalis,quod esse non potest,vt infrà eodem. §. fideiussores. Secus est in mandatore,qui semper præcedit obligationem principalem,l.si verò non remunerandi. §. si post. ff. mandati. secus etiam in constitutore,qui semper sequitur,vt in gloss. in §.primo.in Authentica, de fideiusso.collatione.j. & dictum est suprà eodem. §. primo. in primo notabili.

§. Si plures.

1 *Fideiussoribus datum remedium ex Epistola diui Adriani,ut per exceptionem repellant creditorem: quanuis obligati in solidum. Et quid hodie.nu.2.*

3 *Fideiussores expresse obligati,quòd quilibet teneatur in solidum, habent hodie beneficium diuisionis.*

4 *Exceptio beneficij Adriani,non est propriè peremptoria.*

5 *Fideiussores plures,quod habeant beneficium diuisionis ,fallit sex casibus.*

Quando sunt plures fideiussores,tunc singuli tenentur in solidum. Possunt tamen ex epistola diui Adriani excipere contra creditorem, vt solùm pro parte conueniantur: & si vnus eorum non est soluendo tempore litis contestatæ,tunc alij soluunt illam partem. Si etiam vnus fideiussorum soluit creditori totum, nihil repetit ab alijs , sed imputet
1 sibi quòd nõ excepit. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò,quòd licet quã-

 do sunt

do sunt plures fideiussores, ipso iure singuli teneantur in solidū, datum tamen est fideiussoribus remedium ex epistola diui Adriani, vt per exceptionem repellant creditorem, & vt non teneantur soluere, nisi pro parte eis competente, si omnes sint soluendo tempore litis cōtestatæ, & si vnus vel plures illo tempore non sint soluēdo, reliqui soluere debent, & datur istud beneficium per viam exceptionis, & non actionis. Et ideò si vnus totum soluit, & principalis, pro quo fideiusserunt, non est soluendo, ipse nihil repetit ab alijs fideiussoribus, quia soluit quod debuit. Et de ista epistola loquitur textus. C. de constitu. pecu. l. fina.
2 ¶ Notandū † secundò, quòd aliqui dixerunt, quòd hodie non sit opus ista epistola diui Adriani, quia fideiussores plures hodie ipso iure non videntur teneri, nisi pro parte, in Authen. de duobus reis stipulandi. §. j. melius tamen dicitur quòd ille tex. loquitur de duobus reis stipulādi & debendi, & non de fideiussoribus. Nam duo rei debendi ipso iure tenentur, scilicet quilibet pro parte sua. Sed ista epistola hodie locū habet in fideiussoribus, vt hîc. ¶ Notandum † tertiò, quòd licet fideiusso-
3 res plures expresè obligant se, quòd quilibet teneatur in solidum, tamen adhuc habent beneficium diuisionis, nō ex epistola diui Adriani, sed ex Authen. hoc ita. C. de duob. reis stipu. & pro. nisi renūciauerint.
4 ¶ Notandum † finaliter, quòd ista exceptio, nō propriè est peremptoria: quia non perimit totā actionem: nec propriè est dilatoria, quæ debet opponi ante litem contestatam, vt C. de proba. l. exceptionem. sed potest dici anomala: vt hîc in glo. nec est fauorabilis, sicut Velleia, vt ff. de condi. indeb. l. qui exceptionem. & ideò solutum per istam exceptionem non repetitur, sicut in Velleia. vt in l. repetitio. ff. de condict.
5 indebi. ¶ Opponitur † & videtur, quòd quando sunt plures fideiussores, non habeant beneficium diuisionis, per l. fin. ff. rem pupilli saluam fore. Solutio. Regulariter habent beneficium diuisionis, fallit tamen in quibusdam casibus. Primò, in fideiussoribus tutorum, & hoc fauore pupilli, vt in l. in op. allegata. quāuis tutores habeant diuisionem, quia illi æquè principaliter sunt obligati & simul. Secūdò, fallit in fideiussoribus fideiussorum, vt in l. si plures. §. fin. ff. eod. Tertiò, fallit, quando vnus non est soluendo tempore litis contestatæ. vt hîc. Quartò, quando sunt plures fideiussores pro vna summa, tamen respectu diuersorū creditorum, vt l. si à Titio. ff. eod. Quintò, si fideiussor negat se fideiussorem, vt ff. eod. l. si dubitetur. §. ita. & sic propter mendacium perdit beneficium, quo aliâs vti posset. Idem est in socio, quia propter mēdacium compellitur facere vltra id, quod potest, quod aliâs non fieret, vt l. si vnus. ff. pro socio. Sextò fallit si fideiussor renuntiauit beneficio epistolæ diui Adriani, vt in glo. in Authen. hoc ita. C. de duo. reis stip. ¶ Opponitur finaliter, & videtur, quòd quando vnus fideiussor non est soluen-

est ſoluendo, alij per hoc nõ onerantur, vt hîc dicitur, per l. ij. §. ſi quis. ff. ad l. Rhodiam de iactu. Solutio. Illa l. legitur in alio caſu, videlicet quando merces proijciuntur in mare propter tempeſtatem, vt nauis alleuietur, & dicitur ibi quòd paupertas vectorum, qui tenentur ad damnum iſtarum mercium, ſi eſſent ſoluendo, non onerat magiſtrum nauis ſolùm, ſed etiam hoc redundat in alios. Et ratio eſt, quia magiſter nauis non tenetur in ſolidum. Et ita non eſt ſimile de fideiuſſoribus, quorum quilibet tenetur in ſolidum.

§. Fideiuſſores.

1 *Obligatio fideiuſſoria, nõ poteſt eſſe durior, quàm principalis. Et quid ita. Limit. nu. 4.*
2 *Vtile an uitiatur per inutile in inſeparabilibus.*
3 *Plus quid, quadrupliciter dicitur.*

Fideiuſſor non poteſt in plus obligari, quàm principalis reus obli-
1 gatus eſt, ſed bene in minus. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd obligatio fideiuſſoria non poteſt eſſe durior, quàm obligatio principalis, vt hîc dicitur, & concor. l. græcè. §. illud. ff. eodem. & ratio eſt, quia obligatio fideiuſſoria eſt acceſſoria, in qua non poteſt plus eſſe,
2 quàm in obligatione principali. ¶ Notandum † ſecundò, quòd quando plus eſt in obligatione fideiuſſoria, quàm in principali, tunc obligatio fideiuſſoria eſt penitus nulla, nec valet in eo quod eſt in principali obligatione, quia vtile per inutile vitiatur in inſeparabilibus, vt l. pecuniæ fenebres. ff. de vſu. lex enim dedit hanc formam obligationi fideiuſſoriæ, vt ſit in tantundem, vel minus, & nullo modo in plus, quæ forma eſt indiuiſibilis, vt no. per Bar. in l. græcè. §. illud. ff. eo. ¶ Notan-
3 dum † finaliter, quòd plus dicitur quatuor modis, ſcilicet re, tempore, cauſa, & qualitate, vt infrà de actio. §. plus autem. ¶ Opponitur & videtur, quòd plus poteſt eſſe in acceſsione, quàm in principali, per §. ſi
4 tamen, ſuprà de re. diuiſio. Solutio. Quando † dicitur hîc, quòd non poteſt eſſe plus in acceſsione, quã in principali, hoc intelligitur in obligatione acceſſoria. §. autem. ſi tamen nõ loquitur in obligatione, ſed in acceſsione vnius rei ad aliam. Sed tunc replicatur de l. non quemadmodum. ff. de iudi. quæ loquitur in obliga. Solutio. Licet in illa l. fideiuſſor poteſt obligari ante principalem reum, vt ſcilicet obligatio fideiuſſoria præcedat principalem obligationem, ibi tamen non dicitur, quòd obligatur in plus fideiuſſor, quàm reus principalis. Sed iterum replicatur de §. j. verſicu. at nec illud. ſuprà eodem. Solutio. In illo verſicu. dicitur quòd obligatio fideiuſſoria bene eſt efficacior, quia naturalis & ciuilis, quàm eſt principalis, quę eſt naturalis tantùm, non tamen eſt in plus.

§. Si quid autem.

1 *Fideiuſſor ſoluens; an aut quam actionem habeat contra eum, pro quo ſoluit.*
2 *Fideiuſſor poteſt ſponte ſoluere pro reo, ſi non faciat in fraudem.*
3 *Fideiuſſor non poteſt debitum à reo petere, antè, quàm ipſe ſoluerit, fallit nume. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.*
11 *Fideiuſſor poteſt regulariter repetere à reo, quod ſoluit pro eo. Fallit ſex caſibus.*
12 *Fideiuſsio poteſt fieri ſub iiſdem uerbis, quibus ſtipulatio.*

Quòd fideiuſſor qui ſoluit pro reo, repetit ab eo per actionem mandati, & poteſt fieri fideiuſſor per verba cuiuſcunque idiomatis.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd fideiuſſor ſoluens pro reo, ha-
bet contra eum actionem mandati, ad repetendum illud quod ſoluit.
Quod verum eſt, ſi fideiuſsit pro præſente, ſi autem pro abſente & cõ-
ſentiente. habet actionem negotiorum geſtorum, vt l. ex mãdato. §.
ſi fideiuſſor. ff. mandati. Creditor autem habet contra fideiuſſorem
2 actionem ex ſtipulatu. vt l. blanditus. C. eod. ¶ Notandum † ſecundò,
quòd fideiuſſor põt ſponte ſoluere pro reo, ſi nõ faciat in fraudẽ, nec
habet expectare vt compellatur à iudice, aut ſoluere in præſentia iudi-
cis, vt l. idem. §. fideiuſſores ff. mandati. ſicut debitor pupilli habet ſol-
uere cum decreto iudicis, ſi plenè vult liberari, vt ſuprà in §. nunc ad-
monendi. de his quibus aliena. non licet. dictum eſt. ¶ Notandum
3 † tertiò, quòd fideiuſſor non poteſt debitum à reo petere, antè, quàm
ipſe ſoluerit, vt ff. de condictione indebiti. l. indebitam. niſi in aliqui-
4 bus caſibus. Primò, † ſi hoc actum ſit, vt ad tempus obligetur, & ſi
principalis tunc non ſoluat, fideiuſſor ab eo petere poteſt. Secundò,
5 † ſi fideiuſſor cõdemnatus ſit vt ſoluat. † Tertiò, ſi principalis poſt fi-
6 deiuſsionem diſsipat bona ſua. Quartò, ſi fideiuſſor † longo tempo-
7 re ſtetit in fideiuſsione, vt l. ſi pro ea. C. mandati. & l. Lucius. ff. man-
dati. Quod autem fuerit longum tempus, diſcernitur per arbitriũ iu-
dicis, iuxta qualitatem ſummæ, & conditionem perſonarum, vt in glo.
8 in dicta lege ſi pro ea. † Quintò, ſi fideiuſſor obtulit & conſignauit
pecuniam, vt l. qui mutuam. §. fideiuſſor. ff. mandati. Sextò, ſi velit
9 † fideiuſſor in longinquas partes pergere, vel etiam principalis, vt vult
Specul. in titu. de manda. §. ſpecialia. verſicu. quid ſi fideiuſſor. Septi-
10 mo, † ſi habeat inſtrumentum, quod ab aliquibus appellatur guaran-
tiſatum, quod habet paratam executionem, ſecundum formam ſtatu-
ti aliquorum locorum. quales ſunt in multis locis literæ ſcabinales, vt
no. per Bar. in. l. fideiuſſor pro vẽditore. ff. de euictio. & quãdo in iſtis
caſibus fideiuſſor petit debitũ à reo, tunc ipſe habet docere, quod reus
eſt liberatus, vel habet cauere, ſi cõueniat quòd defendet eũ, vt l. ſi ex
duobus.

11 duobus. §.quotiens.ff. iudicat.solui. ¶ Notandum † quartò, quòd fideiussor regulariter potest à reo petere, si soluit pro eo. in quibusdam tamen casibus fallit. Primò, si fideiussit eo inuito. Secundò, si habuit animum donandi. Tertiò, si fideiussit in rem suam, vt l. si remunerãdi. §. si passus. ff. mandati. Quartò, si actum sit quòd non repetet, vt ea. l. §. Marcellus. Quintò, si mandatum non sit obligatorium, vt infrà mãdati. §. illud. Sextò, si non opposuit exceptionem quam debuit oppo-
12 nere, vt l. si fideiussor. ff. manda. ¶ Notandũ † finaliter, quòd sub quibuscunq; verbis potest fieri stipulatio, sub illis potest etiã fieri fideiussio, iuxta illud quod dictum est suprà de verbo. obligationib. §. in hac re. ver. vtrum.

§. In stipulationibus.

1 *Præsumitur pro scriptura, & priuata & publica.*

Summatur sic: Quod scriptum est de obligatione fideiussoria, præsumitur solenniter actum. Hoc dicit, vsq; ad finem tituli. ¶ No-
1 tandum † quòd præsumitur pro scriptura, vt suprà de inutili. stipula. §. si scriptum. & ff. de verborum obliga. l. sciendum. Quod verum est etiam de scriptura priuata, vt C. de non numerata pecunia. l. generaliter. & multò fortius de scriptura publica, vt C. de probatio. l. cum precibus. & in Authen. de fide instru. §. si verò moriantur. in prin. §. colla. vj. ¶ Opponitur & videtur, quòd non est presumendum solenniter actum, quod est scriptum per l. quæcunq;. §. fin. ff. de publi. in rem ac. Solutio. Illa lex loquitur de solẽnitate extrinseca, hîc autem loquitur de intrinseca: quia ex quo dixit fideiubeo vel promitto, intelligitur interrogatio facta esse, quasi pars promissionis, & si non est extrinseca solennitas, cùm sit pars stipulationis.

DE LITERARVM OBLIGATIONIBVS. TITVLVS XXII.

Continuatio satis nota est. Dictum est enim suprà de obligationibus quæ contrahuntur re, & verbis; consequenter tractatur iam hîc de literarum obligationibus.

§. Olim scriptura fiebat obligatio.

1 *Literarum obligatio, unde surgat, & quando. Et cur sic dicta. nu. 10.*
2 *Literarum obligatio, solùm habet locum in mutuo.*
3 *Literarum obligatio, an fiat per uerba de præsenti, uel de præterito, aut futuro, nihil refert.*
4 *Literarum obligatio potest proponi, etiam antè, quàm actor petat.*
5 *Literarum obligatio, ante biennium, est ciuilis tantùm: post biennium, ciuilis & naturalis. Ratio. nu. 6.*

Multum

7 *Multum temporis, intelliguntur quinque anni: diu uerò, intelliguntur decem anni.*

8 *Literarum obligationi tempus olim erat datum quinquennium: quod hodie est abbreuiatum.*

9 *Literarum obligatio, non habet locum, nisi in mutuo.*

Summatur sic: Literarum obligatio quæ olim fiebat certis nomini
bus, quæ hodie non sunt in vsu, oritur, quando quis per scripturã con-
fitetur se debere illud, quod non recepit, qui olim habuit exceptionẽ
non numeratæ pecuniæ, vsq; ad quinquennium, hodie autem vsq; ad
1 biennium. Hoc dicit ad fin. titu. ¶ Notandũ † primò, quòd literarum
obligatio surgit, quando quis confitetur se debere spe futuræ numera
tionis, per scripturam, quod nondum recepit, & ideò de substãtia istius
obligationis est scriptura, vt notatur per Salice. in l. generaliter. C. de
non numerata pecu. & potest istud fieri per scripturam priuatam de
manu ipsius debitoris, nec refert an scribat, habui vel recepi talem pe-
cuniam, an scribat, fateor me recepisse, vt in glo. in l. si non singuli. C.
si certum petatur. Potest etiam fieri per scripturam priuatam alterius à
debitore, cum subscriptione trium testiũ, vt l. scripturas. C. qui potio.
in pigno. habean. quia talis scriptura priuata ęquipollet publicę scriptu
ræ, vel potest fieri per publicam scripturam de manu alterius, vt C. de
probatio. l. instrumẽta. & tunc sunt hîc duo specialia. Vnum est, quòd
licet generaliter prę sumatur pro instrumẽto, vt C. de probatio. l. cum
precibus. hîc tamen vsq; ad biennium præsumitur contra instrumen-
tum, & hoc propter frequentiam confessionum, quas faciunt homines,
vt mutuò recipiant pecuniam. Aliud speciale est, quòd quandocunq;
quis excipit contra instrumentum publicum, tunc sibi incumbit proba
tio, vt ff. de exceptio. l. j. sed hîc incumbit probatio ante biennium ei,
2 qui habet instrumentum. ¶ Notandum † secundò, quòd ista literarũ
obligatio, solùm habet locum in mutuo. nam si aliquis in scriptura cõ
fiteatur se debere sine causa, non præiudicat sibi, vt ff. de probatio. l.
cùm de indebito. & si ex alia causa, quàm ex mutuo, non est literarum
obligatio, nec in ista obligatione requiritur stipulatio, si tamen inter-
ueniat stipulatio, idem est quo ad modũ probandi, vt C. de non nume
rata pecunia. l. si ex cautione. sed non est idem, quo ad modũ excipien
di, quia quando non interuenit stipulatio, tunc datur exceptio nõ nu-
meratæ pecuniæ: sed quãdo interuenit stipulatio, tunc datur exceptio
in factum, & habet effectum istius tituli, vt C. de non numerata pecu-
3 nia. l. cùm vltra. ¶ Notandum † tertiò, quòd non refert an ista obliga
tio fiat per verba de præsenti, vel de præterito aut de futuro, quia sem
per intelligitur futurum, si obligatio fiat spe futuræ numerationis: si

autem

autem fiat ex alia causa,tunc videndũ est an illa causa sit iusta an non, vt l.aduersus. C.eo. nam non imponimus legem verbis, sed rebus. C. commu.de lega.l.ij.& si ista pecunia sit numerata,tunc non est literarum obligatio. quia tunc non literis, sed re contracta est obligatio, vt
4 suprà quibus modis re cõtrahitur obligatio. §.j. ¶ Notandum † quartò,quòd ista exceptio potest proponi,etiam antè,quàm actor petat,vt C.eo.l.si quasi.& debet proponi in scriptis,vt in Authen.de tempo.nõ
5 solu.pecuniæ super pecuniæ super dote. §.j. ¶ Notandum † quintò, quòd ista obligatio ante biennium,est ciuilis tãtùm:sed post bienniũ, est ciuilis & naturalis. Nec mirum,quia stipulatio, quæ est de iure ciuili,producit effectum ciuilem & naturalem. si tamen debitor post biennium vellet probare se pecuniam nõ recepisse,posset opponere istam
6 exceptionem,vt l.si ex cautione. C. de non numera.pecu. Est † ergo differentia,quia ante biennium probatio incumbit creditori, sed post biennium incumbit debitori,si velit excipere de non numerata pecunia.Et hoc est verum,si ante biennium sit contestata exceptio,vt not. glo.in d.l.si ex cautione, vel si intra biennium per actionem perpetuetur iurisdictio,quia tunc creditor nihilominus tenẽ probare. ¶ No-
7 tãdum sextò,circa §.multũ,quòd quando dicitur multum tẽporis, intelliguntur quinq; anni:sed quando dicitur diu, intelligũtur x.anni.ff. qui & à quibus manumit.non licet.l.si cum fideicõmissaria. §.Aristo.
8 ¶ Notandum † septimò, quòd tempus quinquennij est abbreuiatum ne creditores defraudentur,quia debitores etiam naturaliter & ciuiliter in tam longo tempore possent istam exceptionẽ opponere, & ita licitum esset occasio illiciti,quod esse non debet,vt in Authen. de ec-
9 clesiast.re.immob.alie.in prin.coll. v. ¶ Notandum † finaliter, quòd ista obligatio literarum non habet locum,nisi in mutuo,vt.l.generaliter. C.de non numerata pecunia. & ideò si quis confitetur se debere ex emptione in literis,vel ex alio contractu, ille non habet exceptionem,sed statim obligatur. Et sicut debitor in ista obligatione habet exceptionem vsq; ad biennium:sic creditor,si scribat,fateor me recepisse debitum,vel te nõ esse confessum mihi debere, vel aliũ soluisse, habet exceptionem vsq; ad xxx.dies,vt l.in contractibus. §.super cæteris.C.de non numerata pecunia.nisi in sex casibus, quorum quinq; notãtur in dicta l.in contractibus. §.sed quoniam. Primus est,si confiteatur creditor se recepisse depositum. Secundus est,si procurator fisci confiteatur,se recepisse tributa. C.de apo.pub.lib.x. Tertius est,si maritus post dotalia instrumenta confiteatur, se recepisse dotẽ, vt dicto §.sed quoniam. Quartus est,si fiscus vendens rem confiteatur se recepisse pretium,vt l.ij.fi.fin. C.de quadri.præscrip. Quintus est,si mulier cõfiteatur se recepisse pretiũ pro fideiusione,vt l.antiquè. C.ad Velleia.

leia. Sextus casus, quãdo creditor renũtiauit huic exceptioni, vt in gl. in l. si ex cautione. C. de non numerata pecunia. Dicit tamen Bart. in l. fin. C. eo. quòd huic exceptioni non potest quis renuntiare, nisi interueniat iuramentum, quanquàm etiam Cynus teneat, quòd iuramentum nihil operetur: quia qua facilitate inducitur ad renuntiandum, eadem etiam ad iurandum, & sic practica tenet, quòd non potest renuntiare, per d. l. si ex cautione. ¶ Opponitur primò sic, & videtur, quòd ista literarum obligatio potest fieri per alium, etiam in priuata scriptura, vt l. fideiussor. § .j. ff. de pigno. Solutio. Illa lex loquitur de priuata scriptura, quę præiudicat scribenti, & ita etiã ista obligatio potest fieri per priuatã scripturã ipsius debitoris, quia sibi pręiudicat. ¶ Opponitur

10 † secundò, & videt, quòd nulla obligatio fit per literas, sed per intellectum literarum, vt l. non figura. C. de actio. & obligationibus. Solutio. Verum est quòd ista obligatio non fit literis tantùm, sed etiam intellectu literarum, sed pro tanto dicitur fieri literis, quia non fit re neque verbis, neq; consensu tantùm.

DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV. TITVLVS XXIII.

Continuatio istius tituli satis patet ex dictis suprà de obligatio. §. finali.

§. Consensu fiunt oblig.

1 *Obligationes nascentes ex consensu, possunt fieri inter absentes, sine scriptura, & sine rei interuentu. Limit. nu. 5.*

2 *Obligatio nascens ex consensu, differt ab obligatione, quæ re contrahitur. Item, à literarum obligatione. Item à uerb. oblig. ibid. nu. 3.*

4 *Obligationis substantia, non perficitur solo consensu.*

1 Summatur sic: † Obligationes, quæ ex consensu nascuntur, quales sunt in venditione, locatione, mandato, & societate, possunt fieri inter absentes & sine scriptura, & sine interuentu rei: & istis obligationibus non solùm debetur deductum in eis, sed etiam quod æquum & bo-

2 num est. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd obligatio quæ ex cõsensu nascitur, differt ab obligatione quæ re contrahitur, quia ibi necessariò requiritur res ad substantiam obligationis, vt in mutuo, commodato, deposito, pignore, sed in ista non. Differt etiam à literarum

3 obligatione, quia ibi requiritur scriptura, & in ista nõ. † Differt etiam à verborum obligatione seu stipulatione dupliciter. Primò, quia illa non potest fieri, nisi inter præsentes, vt suprà de inutili. stipul. §. item verborum, ista autem fieri potest inter absentes & sine verbis, & ideò licet stipulatio non posit fieri per surdũ aut mutum, vt suprà de inuti. stipul.

stipul. §.mutum.ista tamen stipulatio, quæ ex consensu nascitur, per eos fieri potest. Secundò, quia in stipulatione solũ venit quod in obligatione deducitur, vt l.quicquid adstringendæ.ff.de verb.oblig.& ratio est, quia stipulatio est stricti iuris, sed in ista obligatiõe nõ solùm venit deductum in obligatione: sed etiã quicquid est bonum & ęquũ, vt ff. de actionibus empti & vendi.l. Iulianus. §. ex vendito. & ratio est, quia huiusmodi contractus est bonæ fidei, sed in omnibus iudicijs bonæ fidei siue ex contractu, siue ex quasi contractu nascantur, venit quod est bonum & æquum. vt intrà de actio. §.in bonæ fidei. ¶ No-
4 tandum † secundò, quòd licet in alijs obligationibus etiam requiratur consensus: tamen substantia obligationis non perficitur solo consensu, sicut in ista obligatione, vt est in emptione, venditione, locatione &c. de quibus infrà. ¶ Opponitur sic contra hoc quod dicit textus quòd in his contractibus non est opus præsentia partium contrahentium, quia partes contrahentes debent cõsentire, sed consensus dicitur simul sensus, inquantum idem sentiunt contrahentes, vt ff. de ac. & ob. l.in omnibus, ergo requiritur præsentia partium contrahentium. So-
5 lutio. Ioan. Fab. † Non est opus corporali præsentia cõtrahentium, vt bene sentit text. tamẽ debet aliquid interuenire, quod suppleat præsentiam partium, vt epistola vel nuntius, vt dicit tex. vel aliquis qui percipiat pro absente. ff. de negotijs gestis.l.si ego. vnde si in præsentia testium aliquis diceret, dono vel vendo tali, & nõ significaret ei per epistolam vel nuntium, nec esset qui nomine absentis reciperet, non obligatur, vt not. Dy. in l.absenti.ff.de dona. & si mandaret Titio, & Sempronius audiens referret, iterum non est obligatio, quia non fuit Sempronio mandatum, vt hîc, per Ioan.de Pla. potest etiam contrahens, postquàm nũtium vel epistolam misit, antè, quàm alius contractum ratificauit, pœnitere, quia nuntius vel litera non contrahit, sed consensus domini, qui ante cõtractum defecit, quia pœnituit, ideò contractus nullus est, tex. in c.fi.de procu. in vj. & l.si pater.ff.de manumis. vindicta. Ex quo enim non est ius quæsitũ aduersario, potest venditor pœnitere: tenetur tamẽ ad damnum & interesse, si quod esset. glo. tamẽ in l.j. in fin. de cõtrahenda ęmptio. tenet, quòd obligatio tenet, sed communiter Docto. quòd non.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE. TITVLVS XXIIII.

Continuatur sic: Quia inter obligationes, quæ ex consensu nascuntur, principaliores & communiores sunt emptio & venditio, idcirco hîc de eis prosequitur: & ideò iste titulus rubricatur, de emptione & venditione.

§.Emptio.

§. Emptio.

1 *Emptionis & uenditionis perfectio triplex.*
2 *Emptio & uenditio, quando dicantur fieri in ſcriptis.*
3 *Subſcriptio debet fieri ab utroque contrahentium.*
4 *Res ſi tradatur ante ſubſcriptionem utriuſque contrahentium, idq; ignoranter, non transfertur eò dominium.*
5 *Arrhas datas perdit emptor, ſi recedat à contractu.*
6 *Arrha ſi detur loco pagamenti, id eſt arrharum, & in pretij defalcationem, nullo modo licet ab emptione diſcedere.*
7 *Arrhæ datæ in contractibus, duo operantur.*

Emptio & venditio ſine ſcriptis perficiuntur ex cõuentione pretij
& nõ ex numeratione pretij, neq; ex arrharum datione: ſed in ſcriptis,
perficiuntur per inſtrumentum ſcriptum per manum contrahentium.
vel per manum alterius ſcriptum, ſed per contrahentes ſubſignatũ, ve
per tabellionẽ ſcriptum, & à contrahentibus approbatum: & ante perfe
ctionem iſtius ſcripturæ poſſunt contrahẽtes pœnitere, & ſine pœna à
contractu reſilire, id eſt, recedere, niſi aliquid datum ſit nomine arrha
rum, quia tunc emptor pœnitens perdit arrhas quas dedit, & venditor
pœnitens reſtituit duplum eius, quod recepit. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 primò, † quòd emptio & venditio dicunť eſſe perfectæ, tripliciter. Vno
modo, ita quòd cõtrahentes non poſſunt à cõtractu recedere, vt C. de
actio. & oblig. l. ſicut. quod verũ eſt, licet emptio ſit conditionalis, vt
ff. de contrahen. empt. l. hæc venditio. & vocatur iſta perfectio indiſſo
lubilis. Secũda perfectio eſt, qua res empta ſtat ſub periculo emptoris,
vt quando emptio facta eſt purè, vt ff. de pericu. & commo. rei emp. &
vẽd. l. neceſſariò. & iſta vocatur perfectio obligatiua. Tertia eſt, quã
do dominium rei transferť in emptorem, quod fit per traditionem, vt
ff. de actio. empt. & vendi. l. ſi quis alienam. & iſta vocatur perfectio
2 executorialis. ¶ Notandum † ſecundò, quòd emptio & venditio
dicuntur fieri in ſcriptis, quando hoc actum eſt à contrahentibus,
vt fiat ſcriptura, & aliter non valet, ſecundum aliquos, vel quando in
princ. dictum eſt, quòd fiat ſcriptura, quanuis etiam non dicatur, quod
aliter non valeat, ſecundũ Placen. vt in l. contractus. C. de fide inſtru.
& hoc ſecundum placet glo. hîc. & non dicitur emptio vel venditio
perfecta, niſi ſcriptura ſit completa, & à contrahentibus approbata, lo
quendo etiam de prima perfectione, vt in d. l. contractus. & ſi contra
ctus ſimpliciter fiat, & poſteà ad eius probationem conficiatur ſcriptu
ra, non dicitur propterea fieri in ſcriptis, vt l. contrahitur. ff. de pigno.
& hoc modo dicendum eſt, quandocunq; lex dicit in ſcriptis fieri ali
quem contractum, vel diſtractum, vt C. de teſti. l. teſtium. & in Au-
then.

3 then.de testib. §.& licet.colla.vij. ¶ Notandum † tertiò, quòd subscriptio debet fieri ab vtroque contrahentiũ. & patet hîc quòd paria sunt, propria manu scribere, vel subscribere, vt in Authen.de fide instrumẽ. §.j. quod verũ est, nisi scribens errauerit, vt ff. qui.mod pig. vel hypo. sol.l.sicut. §.nõ videtur. vel subscribat tanquàm testis, vt l. Caius. ff. de
4 actio.pigno. ¶ Notandum † quartò, quòd si res tradatur ante subscriptionem ignoranter, non transfertur dominiũ, vt C.de suffra.l.vnica. §.quòd si prædia. sed si tradatur scienter, transfertur dominiũ, vt C.si
5 quis sibi vel alte.l.multũ interest. ¶ Notandũ † quintò, quòd quando datæ sunt arrhæ, tũc si emptor recedat à cõtractu, perdit arrhas, si vẽditor recedit à cõtractu, restituit duplũ, vt hîc dicit̃, & hoc petit̃ per actionẽ ex empto, si emptio sit perfecta. Si autẽ non sit perfecta, tũc petit̃ ex ista lege, vel ex illa l.contractus. C.de fide instru. vel per officium iudicis, vt l.ij.C.de rescind. vend. & quando venditor restituit duplũ, tunc non tenetur ad interesse, quia emptor recipiendo duplum sibi præiudicat: sicut ille, cui cõpetunt duæ actiones, eligendo vnam recedit ab alia, vt ff.de tribu.actio. l.quod in hæredẽ. §.eligere. Etiam hoc videntur contrahentes agere, vt isto modo sint contenti, vt ff. si certũ petatur. l. cùm quid. quanuis Bul. dixerit venditorem teneri etiam ad interesse.
6 ¶ Notandum † sextò, quòd si arrha detur loco pagamenti, id est, loco arrharũ, & in defalcationem pretij, tũc nullo modo licet ab emptione recedere, vt ff.de pactis.l.in omnibus. Et in dubio pręsumit̃ illud, quod nomine arrharũ datur, vtroq; modo datum esse, scilicet pro arrhis & pro pagamento, vt in glos. in l.ij.C.quando licet ab emptio.recedere.
7 ¶ Notandum † septimò, quòd arrhæ datæ in cõtractibus duo operantur. Vnũ est, vt arrhæ debeant duplicari vẽditore pœnitente. Secundũ est, vt emptio maneat firma, & agat̃ ad interesse, in emptore pœnitẽte operantur, vt perdat arrhas, vt suprà in quinto notabili. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd recedentes ab emptione, non debent puniri in arrhis, quia permissio legis non debet esse pœnalis, vt in Authen.constitu. quæ de dignita. §.illud. sed à lege permittitur ab emptione recedere, ergo &c. Solutio. Permissio legis non debet puniri ab homine, sed bene potest imponi pœna à lege, & ita est hîc.

§. Pretium autem constitui oportet.

1 *Emptio & uenditio non possunt fieri sine re & pretio.*
2 *Pretium commissum arbitrio alterius, quando dicatur iniquè diffiniri. & nume.3.*
4 *Pretium in emptione & uenditione, non potest committi innominato.*
5 *Pretium postquàm diffiniuit arbitrator, tunc emptor tenetur uenditori pretium soluere. & eius facere. Item uenditor rem tradere emptori. nu. 6.*

Summatur sic: In emptione & venditione debet constitui certũ pretium, quod etiam committi potest in alterius arbitrium: qui si pretium determinet, tenet contractus: si non, nullus est contractus, & idem est
1 in locationibus & conductionibus. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd sine re & pretio non potest fieri emptio vel venditio, vt hîc, & l. fin. C. de contrahen. empt. Quod quidem pretium consistit in numerata pecunia, vt infrà eo. §. proximo. & potest committi pretium in arbitrium alterius, à quo non est recedendum, etiam si iniquè diffinierit, vt notatur in l. si quis arbitratu. ff. de verbo. obliga. Quod est verum, quando committitur in arbitrium alterius, quod est de substantia contractus. Secus, si de aliquo accidenti ipsi contractui committeretur in arbitrium alterius: quia tunc posset recurri ad arbitrium boni viri. & quando committitur aliquod accidentale contractus, tunc potest committi in arbitrium alterius contrahentium, vt sic dicendo: Si ille libere placeat tibi, post octo dies sit venditus, vt l. hæc venditio. ff. de contra-
2 hen. emptio. & dicitur † pretium iniquè diffiniri, quando diffinitur infra medietatem iusti pretij, vt C. de rescind. emp. l. si voluntate. vel hoc committitur arbitrio iudicis, vt ff. de in integ. restitu. l. scio. quia potest esse iniqua diffinitio, licet non sit sub medietate iusti pretij, sed minor. quando non est minima. nam plus licet ipsis dominis, qui possunt seinuicem decipere vsque ad medietatem iusti pretij, vt in c. cùm dilecti. extra de empt. & vendit. quàm ipsi arbitratori, vel secundum Bart. in l. societa-
3 tem. in §. arbitrorum. ff. pro socio. pretium † dicitur iniquè diffiniri, quando diffinitur sub sexta parte cõmunis æstimationis, & si arbitrator non potest vel non vult diffinire, tunc contractus est nullus. secus autem in legato sic relicto, quod propterea non est nullum, vt C. cõ-
4 mu. de leg. l. si duobus. §. si quis. ¶ Notandum † secundò, quod pretium non potest committi innominato, sic etiam in locato, vt ff. loca. l. si merces. Fallit tamen hoc in vno casu. ff. de pigno. l. si fundus. §. fin. scilicet in pignore committendo creditori facta æstimatione à persona incerta, & hoc admittitur fauore debitoris, vt creditor eò facilius
5 tradat sibi pecuniam. ¶ Notandum † tertiò, quòd postquàm arbitrator diffiniuit pretium, tunc emptor tenetur venditori pretium soluere, & eius facere, vt ff. de actio. empt. l. ex empto. & si fuerit in mora, veniunt vsuræ, vt ff. de actio. emp. l. Iulianus. §. ex vendito. ¶ Notãdum
6 finaliter, † quòd postquàm arbitrator diffiniuit pretium, tenetur venditor rem tradere emptori, sed non tenetur eam facere emptoris, sed cauere de euictione, vt ff. de actio. empt. l. ex empto. & l. si hæres. §. fin. tibi. Et hoc est verum, si venditor habeat rem, vt l. qui restituere. ff. de rei vendic. & non potest tradere æstimationem pro re, vt ff. si certum peta. l. ij. §. ij. sed si non habeat rem, tunc si dolo desijt habere, tenetur ad æsti-

ad æstimationem, vt ff. de actio. empt. l. j. si nõ dolo desijt habere, non tenetur, & ita concordantur opiniones Docto.

§. Item pretium in numerata pecunia.

1 *Philosophorum, & Poëtarum authoritates possunt allegari in iure.*

2 *Permutatio rerum, est contractus innominatus. Et cur sic dictus. nume. 3.*

4 *Periculum rei emptæ ante traditionem, facta uenditione pertinet ad emptorem, nisi aliter pactum sit. Fallit hoc, nouem casibus, quos uide per nume. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.*

5 *Venditor an teneatur emptori cedere actiones competentes ex re empta.*

Summatur sic: In emptione & venditione pretium consistere debet in numerata pecunia, nam si esset alia res, non esset emptio, sed permutatio, quæ non est species emptionis. tunc ibi, cùm autem. Et facta emptione, ante traditionem rei emptæ, periculum contingens sine dolo & culpa vẽditoris, pertinet ad emptorem, similiter & commodum. Quia tamen venditor adhuc manet dominus, tenetur ipsi emptori cedere actiones prouenientes ex re empta. tunc ibi, emptio. Et potest emptio fieri purè, & sub conditione. tunc ibi, loca. Et res, cuius cõmercium non habetur, non potest emi, si tamen quis ignoranter emerit, potest petere interesse à venditore per actionem ex empto. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 † primò, quòd in iure possunt allegari authoritates Philosophorum & Poëtarum, ad quod iste text. solet allegari, & istæ authoritates faciunt probabilitatem, si innitantur rationi, vt l. si pater. ff. de solutio. non tamen sunt decisiuæ, nisi in arte sua, vt ff. de rerum diuisio. l. in tantum. §. fin. Patet etiam hîc quòd dicta vnius authoris possunt allegari ad contrarios fines, nam dicta Homeri allegantur hîc pro opinione Sa
2 bini, & etiam pro opinione cõtraria ipsius Proculi. ¶ Notandum † secundò, quòd permutatio rerum non est species emptionis, sed est contractus innominatus, vt ff. de rerum permuta. l. j. §. item emptor. quia ille dicitur contractus nominatus, qui statim vt fit, parit actionem, vt ff. de pactis. l. iure gentium. in princ. Permutatio autem nõ statim parit actionem neque ex pacto, neque ex re, sed ex vtroque, postea re subse
3 cuta, vt colligitur in l. ex placito. C. de rerum permut. † Dicitur etiam ideò contractus innominatus, quia nomen istius contractus conuenit etiam alijs speciebus contractus. nam ad contractum nominatũ requiritur quòd cadat sub certa specie cõtractus, & quòd habeat nomẽ sibi proprium, vt notatur in rubric. C. de rerum permu. Et ex isto contractu datur actio præscriptis verbis, vt infrà de actio. §. actionum. vel condictio ob causam, vt ff. de præscrip. verb. l. naturalis. ¶ Notandum
4 tertiò † circa §. cùm autem. quòd periculum rei emptæ ante traditionem, facta venditione pertinet ad emptorem, nisi aliter pactum sit,

 scilicet

ſcilicet quòd venditor habeat cuſtodiam rerũ, quod quidem pactum
valet: vt ff. eo. l. quòd ſæpe. §. ſi res. nam tunc periculum ſpectat ad ven-
ditorem, non ſolùm ſi ſit in dolo vel committat latam culpam, vel le-
uem, ſed etiam tenetur de leuiſsima, nõ autem de caſu fortuito, vt vult
5 hîc glo. per l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. ¶ Notandum † quartò,
quòd venditor in iſto caſu tenetur emptori cedere actiones competẽ-
tes ex re empta, vt rei vendica. quæ ſoli domino datur, vt ff. de rei ven-
dica. l. in rem. vel actionem furti, quæ etiam ſolùm datur domino, vt
ff. de condictio. furt. l. j. ſimiliter actionem damni iniuriæ, vt ff. ad leg.
Aquil. l. item Mela. §. legis. & ratio iſtius ceſsionis eſt, quia quãdo quis
obligatur alicui, propter aliquam actionem, ille liberatur cedendo
actionem, vt notatur per Bartol. in l. quod te. ff. ſi certum petatur.
6 ¶ Notandum † finaliter circa §. loca. quòd prophanũ opponitur reli-
gioſo vel ſacro, & priuatum publico. ¶ Opponitur primò contra præ-
dicta, & videtur, quòd periculum non ſtatim pertinet ad emptorem fa-
cta venditione, per l. contractus. C. de fide inſtrumentorum. Solutio.
7 † Iſta regula fallit in nouem caſibus. Primus, ſi venditio fiat in ſcriptis:
nam tunc non ſtatim pertinet periculum ad emptorẽ: quia emptio non
eſt perfecta, niſi ſcriptura completa, & à partibus approbata, vt ſupra
eod. §. j. dictum eſt, & hoc vult illa l. contractus. in oppoſi. allega. Se-
8 cundus, † ſi emptio ſit facta ſub conditione, nam ſi tunc res pereat, per-
tinet ad venditorem, ſed ſi res fiat deterior, pertinet ad emptorem, vt
ff. de pericu. & commo. rei vendi. l. quòd ſi penden. §. planè. Et ratio
eſt, quia quando res perit, tunc aduenìente conditione, non habet obli-
gatio aliquid, in quo fundari poſſet: ſic autem non eſt, quando res fit
9 deterior. Tertius † caſus, ſi res ſit vendita in genere, vt equus, vel bos:
tunc periculum ſpectat ad venditorem, vt ff. de pericu. & commo. rei
10 vendi. l. eum. Quartus, ſi † vendita ſit res in ſpecie incerta, vt vendo ti-
bi Stichum vel Pamphilum: nam tunc primus perit venditori, vt ff. eo.
11 l. ſi in emptione. §. penul. Quintus, † ſi res empta publicetur, quia ſi ex
delicto venditoris perit venditori, & tenetur ipſe reſtituere pretium ſi
fuerit ſolutum, & intereſſe. Si autem non ex delicto venditoris, vt quia
ſit ager, qui traditur militibus ſtipendiarijs, tunc etiam perit venditori,
& tenetur emptori reſtituere pretium. Sed non tenetur ad intereſſe, vt
12 in l. ſi fundus. ff. loca. in tex. & glo. Sextus † caſus, ſi hoc ſit pactũ, quòd
periculum pertineat ad venditorem, vt ff. eo. l. ſi in venditione. & ſi di-
ctum ſit de caſu fortuito, & de vno caſu in ſpeciali, de alijs autem cum
clauſula generali, tunc venditor tenetur de omni caſu fortuito, vt ff. ſi
13 quis cautio. l. ſed & ſi. §. quæſitum. Septimus, † ſi venditor ſit in dolo
vel in culpa, quod intelligitur de lata vel de leui culpa, vt ff. de pericu.
14 & commo. rei vendi. l. cuſtodiam. Octauus, † ſi venditor ſit in mora:
nam

nam illius est periculum, qui vltimò est in mora, vt ff. de peric. & commo. rei vend. l. illud. nec refert an res eodem modo perijsset apud em-
15 ptorem, vt ff. de leg. j. l. cum res. §. j. Nonus † est, si res requirat degustationem, vt vinum, & de ista re sic distinguunt Docto. quia aut res venditur in genere, & tunc periculum spectat ad venditorem, quousque sit facta degustatio & mensuratio, si incipiatur à degustatione. Si verò à mensuratione, tunc non requiritur degustatio: sed si res sit vendita in specie, tunc tenetur vendens custodire rem ad certum tempus, vt scilicet veniat emptor & recipiat rem suam, verbi gratia: Sit vinum emptũ, tunc vendens custodiet vinum, & non poterit effundere vsque ad vindemiam, quando habet vti vasis suis pro nouo vino imponendo, & si tunc emptor non recipiat rem suam, potest vẽditor vinum effundere, vel potest ex vrbanitate vasa conducere expensis emptoris. Si autem venditor sit mercator vini, non tenetur expectare, nisi ad tempus, quo vinum commodè tolli potest, vt notatur per glo. & Docto. in l. j. ff. de pericu. & commo. rei vend. & de istis solent dari versus:

Si sine scriptura fiat uenditio pura,
Fraude moraq; rei, si certæ sit speciei,
Non degustandæ sine pacto non publicandi,
Transit ad emptorem casus, si non dederis rem.

¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd non bene dicitur hîc in textu in §. emptio. quòd conditio potest poni in arbitrio emẽtis, per l. in vendentis vel ementis. C. eod. Solutio. In illa lege dicitur, quòd substantialia contractus non possunt committi saltem simpliciter, licet fortè ad tempus in arbitrium alterius contrahentium. quod autem hîc dicitur, intelligitur ad certum tempus: nam dicitur in textu, intra certum diem, vel intelligitur istud de accidentali ipsius contractus. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd ista venditio, de qua hîc in textu, non est conditionalis, per l. iij. ff. eod. Solutio. Illa lex loquitur de conditione resolutiua: vt si sic dicatur, vendo tibi illam rem, & si tibi non placeat infra annum, restituam tibi pretium, & tu restitues mihi rem. sed hîc loquitur de conditione suspensiua, vt sic dicendo, capies illam rem, & si tibi placeat infra annum, erit res empta.

DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE. TITVL. XXV.

1 *Locatio, quid.*

Continuatur sic: Quia locatio & conductio habẽt magnam conuenientiam cum emptione & venditione, & fiunt etiam ex consensu, idcirco post titulum de emptione, & venditio.
1 tractatur hîc de locatio. & conductio. Est † autem locatio,

secundum Azonem in summa eo.ti.personæ vel rei ad vsum facta cõcesſio,constituta mercede in numerata pecunia.

§. Locatio.

1 *Summarium in hunc §.ex sententia Do.Nicasij.*
2 *Locatio & conductio conueniunt cum emptione & uenditione in multis: Et in pluribus differunt.& nu.3.4.*
5 *In locatione merces consistere debet in numerata pecunia.*
6 *Locatio non est,sed contractus innominatus,si inter contrahentes merces relinquitur,postea declaranda.*
7 *Bouum mutua traditio ad colendum agros,an sit locatio uel conductio.*
8 *Locatio non potest fieri pro uno numo.*
9 *Emphyteosis,quid.Et qualiter olim fiebat:& qualiter hodie.*
10 *Emphyteoticus contractus differt à locatione, quadrupliciter. Item, à emptione.nu.11.*
12 *Emphyteoticarius potest rem emphyteoticam in alium transferre.*
13 *Emphyteotica res,si ex toto pereat,perit domino.Si diminuatur, damnũ ad emphyteoticarium spectat.*
14 *Emphyteoticarius si pensionem differt soluere per trienniũ, uel bienniũ, expellitur.*
15 *Emphyteoticarius potest meliorationes suas uendere,aut alienare.*
16 *Res ad Ecclesiam profecta,ad manum mortuam dicitur profecta.*

1 Sicut in emptione † & venditione constitui debet pretium certum, quod cõferri potest in alterius tertij arbitrium, sic in locatione & conductione debet constitui merces,quæ etiam potest committi in arbitrium tertij,& si contrahentes relinquant mercedem posteà declarandam,non est locatio,neque conductio,sed cõtractus innominatus,ex quo datur actio præscriptis verbis.tunc ibi,prætereà. Et si quis tradat alteri vnam rem vtendam,& ille tradat sibi aliam rem vtendam,non est locatio,neq; conductio,neq; cõmodatum,quia non est gratuitum sed etiam est contractus innominatus,ex quo datur eadem actio præscriptis verbis.tunc ibi,adeò. Et contractus emphyteoticus non est locatio,neq; conductio,nec emptio aut vẽditio , sed habet propriã suam naturam ex l.Zenoniana,secũdum quam pacta in hoc contractu sunt seruanda,ac si esset contractus naturalis,& si nihil pactum sit inter contrahentes,tunc interitus totius rei emphyteoticæ pertinet ad dominũ, sed diminutio eiusdẽ rei pertinet ad emphyteoticarium. Hoc dicit eo.
2 ¶ Notandum † primò,quòd locatio & conductio conueniunt cum emptione & venditione,in multis,vt sentit hîc tex.in prin sed differũt. Primò,quia in emptione , etiam ante traditionem periculum rei spectat

ctat ad emptorem, vt suprà tit. proximo. §. cùm autem. sed hîc spectat
3 ad locatorem, vt l. ex conducto. §. j. & ij. ff. eodem. Secundò, † quia venditor post venditionem necessariò habet rem tradere, vel eius æstimationem, vt ff. de actio. empt. l. j. sed locator aliquando excusatur à præstatione rei, puta, si sibi superuenerit necessitas post locationem retinendi rem locatam pro se, vt l. iij. C. eod. facit c. propter sterilitatem.
4 extrà locati. Tertiò, quia emptio est titulus sufficiens ad trãslationem dominij, vel ad conditionem vsucapiendi, vt l. ex empto. ff. de actio. empti. non autem conductio, vt l. non solet. ff. eo. & si sit dubium an sit emptio, & conductio, respiciendum est ad qualitatem pretij. & an simul, vel annuatim soluitur, vt notatur per Bart. in lege prima, §. j. ff.
5 de superficiebus. & per gl. ibi in verb. agẽdo. ¶ Notandum † secundò, quòd sicut in emptione pretiũ consistit in numerata pecunia, sic in locatione merces consistere debet in numerata pecunia, vt ff. depositi. l. §. si quis seruum. & ideò colonus partiarius, qui scilicet colit pro parte fructuum, nõ est conductor, sed potius debet dici socius, vt l. si merces. §. vis maior. ff. eo. & ideò competit sibi actio pro socio. ¶ Notan
6 dum † tertiò, quòd si inter contrahentes merces relinquitur. posteà declaranda, non est locatio, sed contractus innominatus, vt hîc dicitur. Sed si merces primò determinetur, nunc est locatio. & si nulla mentio fiat de mercede, tunc est mandatum, vt infrà manda. §. fina. & l. si ti-
7 bi polienda. ff. præscriptis verbis. ¶ Notandum † quartò. pro §. præterea. quòd si tu habeas vnum bouem, & ego vnũ, & tradimus boues nostros nobis inuicẽ ad colendum agros nostros, nõ est locatio neq; conductio, neque cõmodatum, & si bos tuus apud me pereat sine culpa mea, non teneor tibi, quia iste contractus celebratur gratia vtriusq; vt ff. de præscriptis verbis. l. si gratuitam. §. si margaritas. & si pereat ex culpa mea, datur tibi actio præscriptis verbis, quæ competit ex contractu innominato, quæ fit tripliciter, scilicet do vt des, facio vt facias, do vt facias. & quartus modus, scilicet facio vt des, ex quo datur actio de dolo, & non præscript. verbis. de istis, tribus habetur ff. de præscript. verbis. l. naturalis. datur etiam hæc actio ex pact. incontinẽti appositis, vt C. de rerum permuta. l. rebus. datur etiam, quando dubitatur de nomine contractus, vt ff. de præscriptis verbis. l. j.
8 ¶ Notandum † quintò, quòd locatio non potest fieri pro vno nummo, quia sic saperet naturam donationis, quæ non stat cum locatione, emptio tamen fieri potest pro vno numo, vt lege si quis. in
9 textu. & gloss. ff. eodem. ¶ Notandum † sextò, circa §. adeò. quòd ἐμφυτέωσις, græcè, dicitur latinè melioratio, quia olim solùm sterilia dabantur in emphyteosim ad meliorandum, quamuis modò etiam dantur alia, & datur res in emphyteosim ad certum tem

pus,aut ad tempus incertum, vt in tertiam generationem, aut in perpetuum. Et licet Ecclesia non dederit rem in emphyteosim, nisi vsq; ad tertiam generationem,hodie tamen etiam dat perpetuò, vt notatur in
10 Authen. si quas ruinas. C.de sacrosan.eccle. Et † differt cõtractus emphyteoticus à locatione in septẽ. Primò,quia hîc soluitur pensio in numerata pecunia,aut in specie,ibi solùm in numerata pecunia. Secundò quia ex isto cõtractu quis naturaliter possidet,vt ff. de acqui.pos.l.naturaliter. ex locatione non,vt C.cõmunia de vsuca.l.j. Tertiò,quia ex isto cõtractu habetur vtile dominium,ex locatione non,vt ff.eo.l.nó solet. Quartò,quia iste cõtractus solùm habet locum in rebus immobilibus,vt in Authenti.de alienatione & emphyteosi. §.licentiam.collatio.ix.locatio autem etiam in rebus mobilibus. Quintò,quia in isto contractu datur actio ex l.Zenonis:sed ex contractu locati,ex locato & conducto. Sextò,quia iste contractus est de iure ciuili , vt infrà, de actio. §.de constituta.quanuis pacta,quæ sunt de iure naturali, in hoc contractu sunt seruãda:locatio autem est de iure naturali, scilicet gentium. Septimò,quia iste contractus fit in scriptis:ille etiam sine scriptu-
11 ra,secundum glo.hîc. Et differt etiam ab emptione, † quia hîc soluitur pensio, sed ibi res liberè transit. Secundò quia res emphyteotica potest reuocari à domino,vt posteà dicetur: sed res empta non potest reuocari à venditore,vt l.in ciuile. C.de rei vẽdica. Tertiò,quia hîc trãsit vtile dominium tantùm, per venditionẽ autem transit dominium di-
12 rectum,vt suprà de re.diuisio. §.per traditionẽ. ¶ Notandum † septimò, quòd emphyteoticarius potest rem emphyteoticam in alium transferre,vt in Authẽ.de non alienando. §.alienationis.collatio.ij.& tunc datur ei contra ij.emphyteoticarium actio ex hac lege Zenonis, scilicet,vel præscriptis verbis ad pacta seruanda.dicit tamen Bar.in l.j. ff.de condictione ex lege.quòd datur illi actio ex isto cõtractu, quia quandocũq; cõtractus celebratur gratia vtriusq;, tunc datur actio ex illo contractu, vt l.actionum. §. ex contractu.ff. de actio. & obliga.
13 ¶ Notandum † octauò,quòd si res emphyteotica ex toto pereat,tunc perit domino:sed si diminuatur,tunc damnum spectat ad emphyteoticarium,si saltem manet tantum,vnde pensio solui potest,& ita etiam ad ipsum emphyteoticarium spectat augmentũ,secundũ Barto. in l.j. C.de iure emphyteotico. secus in agris tributarijs , in quibus crescit & decrescit tributum,secundum augmẽtum & diminutionem agrorũ,vt C.de alluuionibus.l.ij.dicit tamen etiam Bart.in l.interdum.§. qui ex naufragijs.ff.de acquirẽ.posses.quòd si res emphyteotica multum di-
14 minuatur per guerras,debet minui etiam pensio. ¶ Notandum † finaliter,quòd adhuc duo sunt de natura emphyteosis, præter ista. Vnum est, si emphyteoticarius per triennium differt soluere pensionem , vel

per

per biennium,si sit emphyteoticarius Ecclesiæ,expellitur,vt l.ij.in §.
15 primo. C.de iure emphyteotic.aliud † est,quòd emphyteoticarius potest suas meliorationes vendere vel alienare,vt l.ij. §.j. C.de iure emphyteo. debet tamen tunc domino hoc intimare, vt si velit tantũ dare quantum ab alio habere potest, ipse dominus præferatur alteri, & pro hoc debet expectare per ij.menses,vt in c.potuit.extrà,locati.post eà autem expectato scilicet domino,potest alteri rem vendere, & dominus tenetur illũ inuestire, salua sibi quinquagesima parte pretij pro inuestitura sua,vt d.l.fi.in glo.super ver.æstimationis.quod verũ est, nisi vendat personæ prohibitæ,vt potentioribus,quos monere molestum est, vt sunt milites capitanei,vel etiam Ecclesiæ,vel personis ec-
16 clesiasticis:quia quando † res venit ad Ecclesiam,tunc venit ad manũ mortuam,vt vult Specula.titu.locati. §.nunc aliqua.versi.cxvj. Et ex hoc fortassis Ciuitas Colo.sumpsit occasionẽ faciendi statutũ, quòd bona immobilia non possunt rransferri ad ecclesiasticas personas, ne ipsa ciuitas minuatur in prestationibus & oneribus,ad quas vel ad quę personæ ecclesiasticæ non tenentur. & dicit Bal.in c.j.de aliena.feudi. colla.x.quòd tale statutum est iustum, & ideò etiã si res emphyteotica Ecclesiæ legetur,tenet legatum,sed tenetur infra annum vendere, vt notat Specula.ibi suprà in q.seq.alij tamen docto.contradicunt,dicentes istud esse contra libertatem ecclesiasticam,vt in Authen.cassa. C.de sacrosan.Eccle.& ita dicit Inno.in c.nouerint.extrà,de sen. exc. ¶ Opponitur,& videtur,quòd diminutio rei emphyteoticæ non spectat solùm ad emphyteoticarium,sed etiam ad dominum, quia diminuta re, etiam diminui debet pensio,per l.licet. C.locati.sicut etiam in emptione diminuta re diminuitur pretiũ,vt l.suæ rei.ff. de contrahen. emp.Solutio. Verum est,quòd in emptione & locatione diminuta re, diminuitur pretium vel merces,vt notatur de locatione, in c. propter sterilitatem. extrà locati. Non autem sic in emphyteosi, & hoc propter exiguitatem pensionis,quæ potius soluitur in recognitionem dominij,quàm pro valore ipsius rei.

§. *Item,quæritur.*

1 *Pacta seruanda sunt in conductione.*
2 *Locatoris & conductoris ius,& munus.*
3 *Conductor non tenetur de casu fortuito,excepto incendio.*
4 *Conductor si moriatur infra tempus conductionis,quis succedat.*

Conuentio facta pro pretio certo de opere faciendo ex materia artificis,dicitur emptio:si verò ex materia petentis opus fieri,dicitur conductio,in qua pacta sunt seruanda,& veniunt omnia quæ sunt de natura contractus.tunc ibi,qui pro vsu.Et conductor non tenetur de casu

1 fortuito,& transit cõductio ad hæredes. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd in conductione sunt seruanda pacta, vt ff. depo. l. j. §. si conueniat. & non solùm venit illud, quod dictum est: sed etiam quicquid est æquum & bonum: sicut in alijs cõtractibus bonæ fidei, vt suprà, de obligatio. ex consensu in fi. & ideò si conductor sit in mora soluendi mercedem, potest locator petere vsuram. l. præses. C. eodem. quia tamen hodie vsuræ non petuntur, sed interesse, quod petitur loco vsura-
2 rum, vt Authen. ad hæc. C. de vsu. si etiam † locator non reparet rem locatam, agit conductor ad reparationem, puta fenestrarum, ostiorum, si domus sit conducta, & si locator non faciat, potest conductor recedere, soluẽdo solùm pensionem pro rata temporis, vt l. si merces. §. si vicino. ff. eodem. tenetur tamen conductor reparare viam ante domũ expensis locatoris, & si cõductor gratis inhabitat, tenetur hoc facere expensis proprijs: si tamen res esset ad perpetuam vtilitaté, tunc facit expensis domini domus, vt l. ædiles. ff. de via publica. & tenetur etiam conductor soluere tributum de re conducta, seù defalcabit hoc locatori, sicut tenetur soluere creditori de pignore, vt l. in summa. C.
3 de pigno. ¶ Notandum † secundò, quòd conductor nõ tenetur de casu fortuito, vt hìc in §. qui pro vsu. tenetur tamen de incendio, si in eadem domo oriatur, quia hoc præsumitur venire ex culpa inhabitantium, vt suprà, quibus modis re contrahitur obligatio. §. item, is. nota-
4 tum est. ¶ Notandum † finaliter, quòd si conductor moriatur intra tépus conductionis, tunc hæres suus succedit. Quod verum est de cõductore proprietatis, non autem de vsufructuario, vt C. de vsufruct. l. si domina. & tangit hìc glo. fin. quòd si scholaris recedat de camera sua conducta, iure conductionis posset alium substituere. Sed impeditur iure societatis, quod præualet, quia ibi eligitur certa persona, vt infra tit. pro. §. soluitur. Si ergo ille alius sit æquè idoneus, potest substitui, vt l. nemo. C. eo. & si scholaris inhonestè faciat in camera conducta adducendo personas inhonestas, potest expelli, non obstante conductione, aliter non, vt dicta l. nemo. si etiàm scholares non possent cõmodè habere cameras, cogendi essent ciues ad locandum cameras, secundum Vuilhel. de Cunco. in l. decernimus. C. de epis. & clericis.

DE SOCIETATE.

TITVLVS XXVI.

1 *Societas, uaria multiplexque est.*
2 *Societas, quid.*

1 Continuatio satis patet ex prędictis. ¶ Notandũ † circa rubricá quòd aliqua est societas quæ cõstituit vnũ corpus, vt est collegium. &

gium,& de illa societate non tractatur hîc,sed ff. quod cuiusq; vniuersitatis nomine,& ff. de collegijs illicitis. Alia est societas quæ prouenit ex hoc,quòd aliqui habent rem in communi,vt plures hæredes vel legatarij vnius rei,& de illa etiam non tractatur hîc, sed ff. fa.erciscun. & communi diuidum.
1 Tertia † est societas,quæ secundum M. Tulliũ sic diffinitur, quòd est duorum pluriumve conuentio, honestè contracta,ad vberiorem quæstum & commodiorem vsum, & de hac societate tractatur hîc. Verum tamen est,quòd ista diffinitio solùm datur de societate ex qua competit actio directa pro socio. Est autem & societas,conuentio studentium ad simul habitandũ, & non ad quæstum; ex qua oritur actio vtilis pro socio.

§. Societate.

1 *Societas,quatuor modis potest contrahi.*
2 *Socijs competunt æqualiter,partes lucri & damni, nisi aliter sit pactũ.*
3 *Socij possunt pacisci,ut unus habeat duas partes lucri,& dãni:& alius tertiam. Et unde oriatur illa inæqualitas.*
4 *Conuentio leonina.*
5 *Lucrum & damnum, ambulant pari passu.*

Summatur sic: Societas potest contrahi respectu omnium bonorum, vel respectu vnius negotiationis tantùm, & competunt socijs æquales partes lucri & damni, nisi aliter paciscantur. Possunt enim pacisci, quòd vnus socius habeat duas partes lucri & damni, & alius tertiam,vel quòd vnus habeat duas partes lucri & tertiam damni, & alius duas partes damni & tertiam lucri, propter inæqualitatem rerum vel operarum, quæ operæ pro pecunijs reputantur. Vel possunt pacisci, quòd vnus habeat partem lucri, & nihil sentiat de damno, & intelligitur lucrum solùm, quod remanet deducto damno, & si pars lucri sit expressa & pars damni non, intelligitur eadem pars damni, sicut lucri, & econtrà. Hoc dicit vsque ad §. manet. ¶ Notan-
1 dum † primò,quòd societas potest quatuor modis cõtrahi. Vno modo,respectu omnium bonorum expressè, & tunc veniunt hæreditates, legata & donationes & similia, vt l.iij. §.ij. ff. eod. Secundo,respectu bonorum simpliciter, & tunc non veniunt hæreditates, legata, & similia, quæ accedunt propter meritum personæ, & adueniunt, sed solùm illa, quæ acquiruntur per quæstum, vt l.nec adiecit. ff. eod. Tertio, respectu vnius negotiationis tantùm, vt vini, vel olei, vt hîc in textu. Quarto, respectu vnius rei tantùm, vt ff.eod. l.v. Potest etiam contrahi societas ex ipsa re, & non ex conuentione,sicut duo fratres tenentes res suas indiuisas,vt ff.eo.l.iiij. ¶ No-
2 tandum † secundò,quòd partes lucri & damni competunt socijs æqualiter,

liter,nisi aliter pactum sit. Quod tamen debet intelligi iuxta quantitatem capitalis. Nam si vnus posuit xij.& alius viij.licet nihil pactum sit, habebit plus de lucro & damno qui plus posuit, & ita intelligitur l.si
3 non fuerit.ff.eo. ¶ Notandum † tertiò,quòd socij possunt pacisci,vt vnus habet duas partes lucri & damni,& alius tertiam, & hoc propter inęqualitatem rerum vel operarũ,aliâs non valeret,quia ius societatis est fraternũ,vt ff.eo.l.verũ.Possunt etiam pacisci, quòd vnus habeat duas partes lucri. & solùm tertiã damni,& alius duas partes damni & tertiam lucri,vt hîc in text. Verbi gratia:sunt duo socij,quorum quilibet imposuit xij.& ex his xxiiij.lucrati sunt xij.stante prædicto pacto habebit vnus de lucro viij. & ita in toto habebit xx. & alius de lucro
4 quatuor,&ita in toto habebit xvj. ¶ Notandũ † quartò,quòd notãter dicitur,quòd socij possunt pacisci,vt vnus nihil sentiat de dãno, & habeat partem lucri,quia non valeret quòd haberet totum lucrum,sed esset conuentio leonina,de qua narratur in fabula Aniani, & habetur in Aesopo,qualiter leo & lupus & vulpes ceperunt vnam prædam,quã leo diuisit in quatuor partes, dicens, hæc prima pars erit mea, ratione societatis,secunda erit mea,quia feci maiorem operam,tertia etiam similiter, quia sum fortior,& qui acceperit quartam, non erit amicus meus, vnde versus:

Ne fortem societ fragilis uult fabula præsens,
Nam fœdus fragili nescit habere potens.

5 ¶ Notandum † finaliter, quòd lucrum & damnum ambulant pari passu,& ideò pars expressa de lucro,vel statutum, factum de lucro,intelligitur etiam de damno. Quia contrariorum eadem est disciplina.ff.de lega.tertio.l.fina.

§. Manet.

1 *Societas soluitur quinque modis.*
2 *Societati si quis callidè renuntiarit,ut solus fortè habeat hæreditatẽ, illam tenetur communicare socijs.*
3 *Societas soluitur morte unius sociorũ:nisi hoc fuerit pactum.*
4 *Societas soluitur publicatione bonorũ unius socij,propter delictũ suum.*
5 *Bonis cedere melius, quàm in carcerem detrudi.*
6 *Societas qualiter præterea soluatur.*
7 *Socius licet teneatur de dolo,lata culpa, & leui,tamen si alter socius commisit dolum uel culpam, non tenetur.*
8 *Socius tenetur rebus communibus intendere non secus,quàm priuatis ante contractam societatem.*

1 Summatur sic:Societas † soluitur quinq; modis.Primo,renuntiatione,si tamen callidè hoc fiat, nihil prodest renuntianti, sed bene alteri

socio,

socio. Secundo, morte vnius socij, quãuis plures supersint, nisi hoc fuerit conuentum. Tertio, si societas contracta sit in vna re, tunc finito negotio huius rei, soluitur societas. Quarto, si bona omnia vnius socij publicentur, finitur societas. Quinto, si propter debita vnus socius cessit bonis, & tenetur socius de dolo, lata culpa, & leui, sed non leuissima.
2 Hoc dicit vsq; ad finem tituli. ¶ Notandum † primò, quòd si aliquis renũtiauerit societati callidè, videlicet si ipse sit institutus hæres, vt hæreditatem solus habeat, tenetur tunc ille illam hereditatem communicare socijs suis. Si tamen accidat damnum, hoc solus habet supportare, vt ff. eo l. actione. §. diximus. & ille cui renuntiatum est, solus habet lucrum quod ipse acquirit, sed damnum quod sibi euenit, alius habet sustinere, & renuntiatio debet fieri præsenti. Nam si fiat absenti, nõ prodest, vt ff. eo. l. sed & socius. §. si absenti. non etiã prodest, si intempesti
3 uè fiat, vt ff. eo. d. l. actione. §. Labeo. ¶ Notandum † secũdò pro §. soluitur, quòd si vnus sociorũ moriatur, soluitur societas, quanuis plures sociorum adhuc supersint, nisi hoc prius pactum sit: societas tamen non potest transire ad hæredes, quanuis pactum sit, nisi in societate vectigalium, vt ff. eo. l. verum. §. in hæredem. Si tamen vnus socius vadat ad alienas partes, & alius moritur eo ignorante, manet societas, vt
4 ff. eo. l. actione. j. respõ. ¶ Notandũ † tertiò pro §. publicatione, quòd si bona vnius socij publicẽtur propter delictũ suum, soluitur societas, quia fiscus venit in locum suũ, & habetur pro mortuo, vt ff. eo. l. actione. §. publicatione. fiscus tamen non est hęres eius, vt notatur per Bar. in l. si qua. ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt. & hoc est verum, si sit socius ratione bonorum, si autem sit socius, ratione industriæ vel operarum, tunc si banniatur vt perdat ciuitatem, nõ soluitur societas, nisi propter impedimẽtum personæ, quia societas est de iure gentiũ, quod non tollitur per ius ciuile, vt l. si tibi mandauero. ff. mandati. sic etiam, qui perdit libertatem nõ priuatur alimentis, quæ sunt de iure naturali
5 vt. l. qui victum. ff. de re iudicata. & ibi per Bar. ¶ Notandum † quartò, quòd melius est cedere bonis, quàm detrudi in carcerem, vt infrà de actio. §. fina. & qui cessit bonis habet beneficium, quòd de bonis posteà acquisitis non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, vt l. quarta. ff. de cessione bonorum. nisi esset vsurarius, qui non habet hoc beneficiũ, vt in glo. in c. cùm tu. extrà de vsuris. in verbo in facul-
6 tibus. in fine quasi. ¶ Notãdum † quintò, quòd sunt adhuc duo alij modi quibus soluitur societas. Vnus est, si res in qua contracta est societas, perimatur, vt ff. eo. l. verum §. penul. Alius est si socius stipuletẽ
7 ab alio aĩo renouãdi, vt ff. eo. l. actione. j. respon. ¶ Notandũ † sextò, quòd licet socius teneatur de dolo, lata culpa, & leui, si tamẽ alter socius etiam commisit dolum vel culpam, tunc non tenetur, quia fit cõpensatio

pensatio, vt ff. de compensa. l. si ambo. §. quotiens. paria enim delicta mutua compēsatione tolluntur. c. pen. & vlt. extrà de adult. ¶ Notan
8 dum finaliter, † quòd socius tenetur adhibere tantam diligentiam rebus communibus, quantam adhibuit rebus proprijs ante contractam societatem, licet in deposito sufficiat, quòd adhibeat tantam diligentiam, quantam adhibet rebus suis de præsenti. & ex societate datur actio directa vtriq; sociorum, & non datur actio, nisi finita societate, vt C. eo. l. tandiu. Quod verum est in communi, sed bene datur actio prius pro rebus singularibus, vt ff. eo. l. iij. & l. j. ff. com. diui.

DE MANDATO,

TITVLVS XXVII.

¶ Continuatio satis patet ex prædictis.

§. Mandatum.

1 *Mandatum contrahitur quinque modis.*
2 *Mandatum, quid. Et per quæ uerba fiat. nu. 3.*
4 *Mandati sextus modus.*
5 *Creditor poterat olim agere cum fideiussore, non excusso principali: hodie minus.*
6 *Ex consilio nemo tenetur, nisi fraudulento.*
7 *Mandatum factum contra bonos mores, non est obligatorium.*
8 *Mandatum duplex. Et ex utro competat actio mandati contra mandatarium.*
9 *Mandatarius potest agere minus mandato.*

1 Sic summatur: Mandatum † contrahitur quinq; modis. Vno modo gratia mandantis tantùm. Secundo, gratia mandantis & mandatarij. Tertio, gratia alicuius tertij tantùm. Quarto, gratia mandantis, & alicuius tertij. Quinto, gratia mandatarij & alicuius tertij: nam mandatum factum gratia mandatarij tantùm, non est obligatorium, nec dicitur propriè mandatum: sed potius consilium. Et ex consilio nemo tenetur, nisi consulatur de certa persona, & consultus non fuisset aliter hoc facturus. Mandatum etiam factum contra bonos mores, non est obligatorium, & mandatarius non debet excedere fines mandati, nam de eo, in quo excedit, non habet mandati actionem. Hoc dicit.
2 ¶ Notandū † primò, quòd mandatum est officium gratuitum à suscipiente exhibendum: si enim non sit gratuitum, & interueniat pecunia, est locatio & conductio. vel si interueniat alia species, est contractus innominatus, vt infrà eo. §. fi. & l. j. ff. eo. tit. Quod verum est ab initio nam ex post facto potest pretium interuenire, vt l. si remunerandi. ff. eo. & ideò licet dominus det procuratori salariū, tamē procurator ad huc

3 huc manet mandatarius.ff.de procurato.l.j.& fit† mandatum per hęc verba: rogo,volo,mando,supplico & similia,vt ff.eo.l.j.Non autem fit per verba recommendatoria, nam licet quis scribat literas recommendatorias alicui, & ille propter illas literas mutuat pecuniam, non tenetur sic scribens, vt l.si verò non remunerandi. §. cùm quidam.ff. eo.nec fit etiam per verba monitoria, vel consultoria, nisi committatur dolus,vt l.deniq;.§.si quis ita.ff.eod.Ex quo patet, quòd arbitrator non tenetur, nisi de dolo, vt notatur per Barto. in l.si iudex.ff. de varijs & extraordinar. cognitionibus. Aliud est de arbitro: quia ille facit litem suam,vt C.de pactis,l.si quis in conscribendo. & ideò tenetur actione in factum,ex quasi maleficio, vt institut.de oblig.quæ ex
4 quasi malefic.vel delic.nascuntur. §.j. ¶ Notandum† secundò,quòd potest addi sextus modus mandati, scilicet si fiat gratia mandantis & mandatarij, & alicuius tertij, scilicet si tutor mandet contutori suo,vt pupillo emat seruum sibi necessarium, nam hoc mandatum fit gratia tutoris & contutoris & pupilli, vt ff.eo.l. si procuratorem. §. si tuto-
5 res. ¶ Notandum † tertiò, quòd vt patet ex isto textu,isto iure potuit creditor agere cum fideiussore, principali reo non excusso,vt hîc in versicu.aut si te volente,sed istud hodie non habet locum, vt Authenti.præsente. C.de fideiusso.& ibi per glo. & Doctores. ¶ No-
6 tandum † quartò,circa §. tua tantùm gratia, quòd nemo tenetur ex consilio, vt l.consilij.ff.de regulis iuris.& c.nullus. de regul. iuris.lib. vj. nisi consilium esset fraudulentum, vt l. quod si cùm scires. ff.de dolo.vt faciunt interdum proxenetæ, qui consulunt aliquid vendere vel emere,plus vel minus iusto pretio, propter suam vtilitatem, & illi tenētur, vt ff. de proxene.l.j. sic etiam aduocati & procuratores qui malè consulunt hominibus, vt litigent propter eorum lucrum. si etiā quis consulat de certa persona, & consultus aliâs non faceret, tunc tenetur quis de consilio suo,vt hîc in textu versicu.& hæc adeò. In delictis tamen non distinguitur,an consultus aliâs esset facturus vel nō, quia consulens indistinctè tenetur, nō ei cui consulit, vt hîc in §.illud quoq;. sed alteri,in cuius perniciem executum est istud consilium, vt
7 ff.de iniurijs.l.non solùm §.de mandato. ¶ Notandum† quintò,circa §.illud quoq;.quòd mandatum factum contra bonos mores, non est obligatorium etiam si interuenit iuramentū,vt in c.non est. extrà de reg.iuris.lib.vj. Quod verum est inter mādantem & mandatariū, alteri tamē,scilicet cui fit iniuria,nascitur obligatio,non solùm contra mandantem,sed etiam contra mandatarium,& licet mandatarius soluat pœnam,& ita videtur,quòd sua interest,vt habeat actionem contra mandantem,illam tamen non habet,quia fingitur pœna non esse, propter odium delicti.vt ff.de regulis iuris.l.quod quis culpa.

¶ Notan-

8 ¶Notandum †sextò pro §.is qui.quòd duplex poteſt eſſe mãdatum: quoddam non habens certam formam,& tunc mandatarius debet bona fide agere,de quo in l.iij.ff.eo. Aliud habet certam formam & certos terminos,& ſi mandatarius tunc excedat,non habet actionem mãdati,pro eo,in quo exceſsit,quãuis etiam vtiliter fecit,vt l. diligẽter.ff. eo.nec habet etiam actionem nego.geſto.vt l.ſi pro te.ff.eo. ¶Notandũ †finaliter,quòd licet mandatarius non poſsit excedere manda- 9

tum,poteſt tamen minus agere,vt ſi habeat mandatum emẽdi aliquid pro centum,& emat pro quinquaginta,valet mandatum,& eſt obligatorium,quia in maiori includitur minus,vt l.inter ſtipulantem.§.ij.ff. de verbo.obli.& l.diligenter.in fi. ff.eodem.

§. Rectè.

1 *Mandatum ſoluitur per uoluntatem unius contrahentium.*

2 *Mandatum quare ſoluatur,re integra,per reuocationem. Et quando dicatur res integra.nume.3.*

4 *Mandatarius exequens mandatum poſt mortem mandantis, quam ignorabat,habet actionem mandati.*

5 *Mandatarius qualiter teneatur.diſting.*

6 *Mandatarius an aliquod ſalarium à mandante, aut qua actione petere poſsit.diſting.ibid.& nume. 7.*

7 *Mandato ſi interueniat merces, eſt locatio & conductio, qualiter hoc intelligatnr.*

Summatur ſic: Mandatum re integra finitur per reuocationẽ mandantis vel per mortem mandantis aut mandatarij. Si tamen mandatarius ignorans mortem mandantis, exequatur mandatum, habet mandati actionẽ,ſicut debitor ſoluens liberto,quem credit adhuc eſſe ſeruum creditoris,liberatur.tunc ibi,mandatum. Et licet ſuſcipere mandatum,eſt voluntarium,ſuſceptum tamen non renuntiatum adimplere,neceſſe eſt,niſi ſubſit iuſta cauſa non renuntiandi,aut intempeſtiue renuntiandi. Et poteſt mandatum fieri purè,in diem, & ſub conditione.tunc ibi,in ſumma. Et niſi mãdatnm ſit gratuitum,dicitur eſſe alia ſpecies contractus. Hoc dicit,& patet intellectus textus. ¶Notandum

1 †primò,quòd ſpeciale eſt in mandato,vt ſcilicet ſoluatur per voluntatem vnius contrahentium,quia ſic non fit communiter in alijs contra

2 ctibus,vt l.ſicut. C.de actio. & obliga. Ratio † autem quare re integra mandatum per reuocationẽ ſoluitur,eſt,quia adhuc non intereſt mandatarij,ex quo intereſſe naſcitur obligatio,vt ff.eo.l.ſi procuratorẽ. §.mandati actio. Et ad ſciendum,quando res eſt adhuc integra,

3 ſic †poteſt diſtingui,quia aut loquimur de mãdato facto procuratori ad iudicia,vel de mandato facto procuratori ad negotia,vel de mandato

dato facto de aliqua iurisdictione. Primo casu, tunc si res non sit incœpta, aut non sit factum præparamentū substantiale intrinsecum, res adhuc est integra, vt verbi gratia: Mandaui tibi, facere mihi domū, & incœpisti ponere fundamentū, res non est integra: quia istud est præparamétum intrinsecum: sed si factum sit præparamentum extrinsecum, nihilominus res manet integra, vt si mandaui tibi ire Romam pro me, & emisti calceos, adhuc res est integra, & mandatū potest reuocari, vt notatur in l. si pecuniam. ff. de cōdic. ob cau. Si verò loquamur in procuratore ad iudicia, tunc ante litē contestatam res est integra, vt l. ante litem. & l. sequen. ff. de procura. idem in l. si pater. C. de mandato. nisi interuenisset satisdatio procuratoris vel domini: quia tunc res non est integra, quo ad tacitam reuocationem mandati, quæ scilicet fit morte mandantis: vt l. si defunctus. ff. de procurato. quanuis res adhuc sit integra, quo ad expressam reuocationē mandati, & ideò mandans potest adhuc reuocare, vt l. si ante. & ibi per glo. ff. iudica. sol. Post litē autem contestatam res non est integra, & ideò mandatum sine causa reuocari non potest, vt l. post litem. ff. de procura. Si autem loquimur de mandato facto quo ad iurisdictionem, res est integra vsque ad citationē, & posteà non, vt l. & quia. ff. de iurisdic. om. iudi. & in c. gratum. extrà de offi. deleg.

4 ¶ Notandum † secundò, quòd mandatarius exequens mandatum post mortem mandantis, quam ipse ignorat, habet actionem mandati, quia aliâs ex probabili ignorantia, & sine iusta causa sustineret damnum: quod esse non debet, vt ff. pro suo. l. fina. secus, si non haberet probabilem ignorantiam, vt l. quanquàm. ff. ad Velleianum. & dicitur probabilis ignorantia, quæ est de facto alieno. Et ex isto patet, quòd si debitor soluat procuratori reuocato, quem tamen nescit reuocatum, liberatur à debito, vt l. eius, qui in prouinciam. ff. si certū peta.

5 ¶ Notandum † tertiò, pro §. mandatum. quòd ad sciendum qualiter mandatarius tenetur, sic potest distingui, quia aut loquimur in actione contraria mandati, quæ competit mandatario contra mandantem, tūc tenetur de dolo, lata culpa, leui & leuissima, sed nō de casu fortuito, vt l. si seruus communis. §. quod verò. ff. de furtis. Aut loquimur in actione mandati directa, quæ competit mandanti contra mandatarium, & tunc aut res requirit exactissimam diligentiam, vt in mandato procuratoris ad iudicia, & iterum tenetur de leuissima culpa, vt l. à procuratore. & l. in re mandata. C. de mandato. Aut res non requirit exactissimam diligentiam, sed exactam, vt pecuniam soluere, & tunc non tenetur de leuissima culpa, sed de leui, vt l. in re mandata. C. eod. Aut res non requirit exactam diligentiam, vt portare literas ad aliquem, & tūc solùm tenetur de dolo & lata culpa, nisi in se mandatarius susceperit custodiam: nam tunc tenetur de periculo, vt l. eum. §. si epistola. ff. de

furtis.& de isto per Bart.in l.quod Nerua.ff.deposi. ¶ Notandũ quar
6 tò, †pro §.in summa. quòd mandatum debet esse gratuitũ. Si tamen
mandans promittat aliquid, & mandatarius nihilominus esset factu-
rus, quod sibi mandatum est, adhuc manet mandatum. Ad sciendum
autem qualiter mandatarius petere potest, quod sibi promissum est, &
propriè dicitur salarium, sic potest distingui: quia aut mandans promi-
sit aliquid incertum re & genere, vt sic dixit, facias hoc, & ego retri-
buam tibi, vel ero gratus, tunc mandatarius nihil potest petere, vt l.sa-
larium. C.eod.facit glos.in l.j. C.mandati. quod verum est secundum
Iaco.de Are.vt scilicet mandatarius nihil petat per actionem, sed tamen
potest aliquod petere salarium per officium iudicis, sicut aduocatus,
cui per officium iudicis assignatur salarium, secundum conditionem
suæ facundiæ & causæ, vt l.j. §.in honorarijs.& §.aduocatos. ff.de va-
rijs & extraordi.cogni. Procurator tamen non potest pacisci de quo-
ta litis, aliâs punitur, vt l.si remunerandi. §.Maurus.ff.eod. sicut etiam
nec aduocatus, vt l.si qui. C.de postula.sic nec Medicus debet pacisci
7 de salario suo, vt l.Medicus.ff.de varijs & extraord.cogni. Aut † man-
dans promisit aliquid incertum re, sed certum genere, vt promitto ti-
bi equum, & tunc mandatarius petere potest actione mandati promis-
sum, vt l.si fideiussor. ff.eodem. Secus tamen in rebus, quæ numero
pondere & mensura consistunt: si enim dixit, promitto pecuniam, tunc
liberaretur soluendo Maurum, vt l.si hominem. ff.de lega.primo. Si
autem promisit aliquod certum re & specie seu quantitate, tunc aut
interuenit stipulatio, & agitur certi condictione: aut non, tunc si incon-
tinenti promittatur, agitur actione mandati. Sed si postquam contra-
hentes diuerterunt se ad aliena negotia, tunc agitur per officium iudi-
8 cis, vt C.eodem.l.j. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando hîc dicitur,
quòd interueniente mercede est locatio & conductio, hoc debet in-
telligi si talis mandatarius cõsueuit operas suas locare, vel si fiat de re,
quæ locari solet: aliâs nascitur actio præscriptis verbis, tanquam ex con-
tractu innominato, vt ff.de præscrip.verb.l.si tibi polienda.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE EX QVASI CONTRACTV NASCVNTVR. TITVL. XXVIII.

Continuatur sic: Iam dictum est de singulis speciebus
obligationum, quæ ex contractu nascuntur: sed quia
aliquæ sunt obligationes, quæ ex quasi contractu na-
scuntur, vt suprà de obligatio. §.sequens. ideò de illis
hîc consequẽter tractatur, & rubricatur titulus de obli-
gatio.

gatio. quæ ex quasi contractu nascuntur.

§. Post genera con.

1 *Summarium huius §. per dominum Nicasium.*
2 *Argumentum optimum est, à sufficienti partium diuisione.*
3 *Actiones negotiorum gestorum, ad quid inuentæ. & nume. 5.*
4 *Negotiorum gestor, quibus casibus non petit quod expendit.*
6 *Actio directa tutelæ, datur pupillo contra tutorem, ut reddat administrationis rationem. Tutori autem, actio contraria tutelæ.*
7 *Actio, quæ datur legatarijs contra hæredem, nascitur ex quasi cōtractu. Et est actio ex testamento.*
8 *Soluens indebitum per errorem, an transferat dominium. Et quæ sibi ad id repetendum competat actio. disting. nume. 11.*
9 *Soluens indebitum quibus casibus non possit repetere.*
10 *Legatum indebitè solutum, an repetatur.*

Actiones † negotiorum gestorum nascuntur ex quasi contractu, & directa actio negotiorum gestorum, competit domino rei gestæ, cōtra illum, qui negotia gessit, vt reddat rationem suæ administrationis, & tenetur gestor de leuissima culpa, si alius diligentius negotium gessisset, & contraria actio negotiorum gestorum competit gestori contra dominum. tunc ibi, tutores. Et actio directa quæ datur pupillo contra tutorem, & actio contraria, quæ datur tutori contra pupillum, nascuntur ex quasi contractu. tunc ibi, item si inter. Similiter actiones cōmuni diuidundo, & familiæ erciscun. quæ competunt habentibus rem communem sine societate, & actio, quæ competit legatarijs contra hæredem, nascuntur ex quasi contractu. tunc ibi, item is. Actio etiam quæ competit ei, qui per errorem indebitum soluit, nascitur ex quasi contractu, quæ actio vocatur condictio indebiti, & cessat ista actio, ne scilicet indebitum per errorem solutum repetatur, quando solutum est ex causa. quæ ex inficiatione crescit, vt in l. Aquilia. & in legatis re-
2 lictis religiosis locis, vel causa pietatis. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd bona est argumentatio à sufficienti diuisione, vt hîc patet, nam bene sequitur, obligatio non est ex contractu, neque ex maleficio, neque ex quasi maleficio, quod subintelligitur in text. ergo est ex
3 quasi contractu. ¶ Notandum † secundò, quòd actiones negotiorum gestorum inuentæ sunt ne deserantur negotia absentium: quia nisi quis petere posset quod in tali negotio expendit, nemo curaret de negotijs absentium: quia nemo presumitur velle sua iactare, vt ff. de proba tio. l. cùm de indebito. & ideò datur negotiorum gestori vtilis actio negotiorum gestorum. In quibusdam tamen casibus gestor negotio-
4 rum † non petit quod expēdit. Primus est, si dominus rei prohibuit sibi

 sua

sua negotia gerere, & protestationem fecit, quòd nihil vellet sibi refun dere, quam protestationem sufficit generaliter denuntiare, vt C. de ne go. gest. l. fin. Secundus, si negotium gestum sit paterna affectione, vt si vitricus dedit alimenta priuigno suo, vt C. de nego. gest l. si paterno affectu. Tertius casus si libertus gessit negotia patroni, vt C. de nego. gest. l. officio. Quartus, si maritus expendit aliqua pro curatione vxo ris suæ ægræ, vt C. de nego. gest. l. quod in vxorem. & dicit ibi Barto. quòd si dominus aliqua expendit pro curatione famuli sui, non repe tit. Quintus, si negotium gestum sit, causa pietatis, vt C. de nego. gest. l. j. & sufficit, quòd negotiorum gestor vtiliter negotium inceperit quanuis eueniat alius exitus vel effectus, ad petendum quod impendit vt ff. de nego. gestis. l sed an vltro. §. ij. Fallit tamen hoc, si gessit ani mo deprædandi, fallit etiam in negotio pupilli. ff. de neg. gestis. l. si pu pilli. fallit etiam, si accessit noua negotia, vt ff. de nego. gestis. l. si qu negotia. fallit quoque, si pactum factum sit de non petendo, vt C. de nego. gest. l. negotium. vel si gestor commisit culpam, vt ff. de nego. gest. l. siue hæreditaria. vel si gestor fuerit in mora, vt ff. de lega. pri

5 mo. l. cum res. §. fina. Et ne † gestores inutiliter expendant, ideò datur domino rei gestæ directa actio negotiorum gestorum, ad petendum rationem administrationis à gestore, & tenetur ipse gestor regulari ter de leui culpa, vt C. de nego. gestis. l. tutori. tenetur etiam de leuissi ma, si alius diligentius fuisset administraturus, vt hîc in textu circa fi nem istius §. & ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. videamus. Interdum ta men solùm tenetur de dolo & lata culpa, vt ff. de nego. gest. l. iij. §. in terdum. scilicet quando accessit negotia deserta. Et dicitur actio nego tiorum gestorum, quanuis tantùm vnum negotium gestum sit, vt ff. de nego. gest. l. iij. §. negotia. & ita pluralis numerus ponitur pro sin gulari, quod facit, si sit statutum, quo puniatur producens falsos testes puniendus est etiam ille, qui producit vnum falsum testem, vt not. Bar tol. per illum textum in l. tertia. §. sed si vnus. ff. vi bonorum rapto.

6 ¶ Notandum † tertiò, pro §. tutores quoque. quòd actio directa tute læ datur pupillo contra tutorem, vt reddat rationem administrationis suæ: quæ tamen non datur nisi finita tutela, vt ff. de tute. & ratioci. di strahen. l. si tutor. §. fin. sed contraria actio tutelæ datur tutori contra pupillum, ad petendum id, quod expendit in rem pupilli, vel si pro pu pillo res suas vel seipsum obligauit. l. j. ff. de contraria & vtili actione tutelæ. Et ita est hîc casus, vt quis agat antè, quàm soluit, & non datur etiam ista actio, nisi finita tutela, vt ff. de contraria actio. tute. l. j. §. fi nito. Et nascuntur istæ actiones ex quasi contractu, vt hîc dicitur.

7 ¶ Notandum † quartò circa §. item si inter. quòd quando dicitur hîc in textu, quòd actio, quæ datur legatarijs contra hæredem, nascitur ex quasi

quasi contractu, hoc non intelligitur de rei vendic. quam habet legatarius ad prosequendum legatum, quia illa neq; ex contractu, neq; ex quasi contractu nascitur, vt infrà de actio. §. j. Et idem dici potest, de hypothecaria, quæ etiam datur legatario, secundũ glo. hîc Sed intelligitur hîc de actione ex testamẽto. Nam hæres adeundo hæreditatem, non contrahit: sed quasi contrahit cum legatarijs, vt ff. ex quib. cau. in possess. eatur. l. apud Iulianum. §. fi. cum l. seq. Petitio autẽ hæreditatis, & actio finium regundorum, dicuntur etiam nasci ex quasi contractu,
8 secundũ glos. hîc. ¶ Notandum † quintò pro §. item is. quòd soluens indebitum per errorem, transfert dominiũ: & ideò competit sibi condictio indeb. ad petendum, quod indebitè solutũ est: quia nemo debet cum aliena iactura locupletari, vt ff. de condic. indeb. l. nam hoc natura. & ideò licet soluens videaẽ distrahere: tamen propter hanc rationẽ, est inter sic soluentem & recipientem obligatio ex quasi contractu.
9 ¶ Notandum † sextò, quòd soluens indebitum in quibusdam casibus, non potest repetere. Primò, si scienter soluit, quia tũc donare videtur, vt ff. de condic. indeb. l. j. Secundò, si per sententiam soluat. C. de condic. indeb. l. j. Tertiò propter transactionem, vt ff. de condic. indeb. l. in summa. §. & quidem. Quartò, si recipiens iurauit sibi hoc esse debitũ, & soluens detulit sibi iuramentũ, vt ff. de iureiuran. l nam postea. §. j. Quintò, si solutũ sit in causa pietatis, vt ff. de condic. indeb. l. cum his. §. si mulier. Sextò, si non fuit indebitum respectu soluentis, fuit tamen debitum respectu alterius, cuius nomine soluit, vt C. de peti. hære. l. de hæreditate. Septimò, si solutum sit ex causa, quæ inficiando, id est, negando crescit, vt in l. Aquilia. de quo hîc in text. Verbi gratia: Petitum est à me damnum illatum, quod ego nõ intuli & solui, non possum repetere, quia videor cõfiteri me fecisse. Si tamen nullum damnũ illatum sit, tũc possum repetere: quia solutio mihi nõ præiudicat, sicut nec confessio, quando nullum damnũ illatum est, vt ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. & l. seq. & ff. de interro. actio. l. qui seruum. §. j.
10 & §. ij. in fin. ¶ Notandum † finaliter, quòd si legatum indebitè soluatur, distinguendũ est: quia aut sciẽter soluitur, & non repetitur, vt ff. de condic. indebi. l. fideicõmissum. aut soluitur per errorem iuris, & tunc quãuis non sit debitum ciuiliter, debitum tamen naturaliter non repetitur, vt C. ad legem Falci. l. error. nisi esset pupillus, qui in vtroq; casu restituitur in integrum, vt C. si aduer. solu. l. ij. Aut soluitur per errorẽ facti, & tunc repetitur. C. de condic. indeb. l. fideicõmissum. ¶ Opponi
11 tur sic, & videtur, † quòd solués indebitũ per errorẽ, non transfert dominium, per l. si procurator. ff. de acquir. rerũ domi. Solutio. Aut error est in re, & nõ transfertur dominiũ, nec oritur condictio indebiti, vt in illa l. si procurator. Aut error est in obligatione, & tunc transfer-
 tur do

tur dominium, vnde oriatur condictio. Et nisi transiret dominium in accipientem, nulla daretur condictio, præter contra furem, vt l. fin. ff. vsufruct. quemadmo. caue. & ita loquitur hîc.

PER QVAS PERSONAS NOBIS ACQVIRITVR OBLIGATIO.

TITVLVS XXIX.

1 *Titulus hic, quid differat ab illo: Per quas pers. nob. acquir. Item, ab illo: de stipul. seruor. nu. 2.*

Continuatur sic: Viso qualiter obligationes nascuntur, & nobis acquiruntur per nosipsos, sequitur videre qualiter nobis acquiruntur per alios. Et ideò rubricatur iste
1 titulus per quas personas nobis &c. Circa † quam rubricam notãdum, quòd iste titulus differt ab illo suprà, per quas personas nobis acquiritur, quia ibi tractatur, qualiter per alios acquiruntur nobis res, hîc autem, qualiter nobis acquiruntur per alios obligationes. Nam sicut appellatione factorum, non intelliguntur res:
2 sic nec appellatione rerũ intelliguntur obligationes & actiones. † Differt etiam ab illo titulo suprà, de stipula. seruorum. quia ibi tractatur, qualiter nobis per alios acquiruntur obligationes ex stipulatione tantùm, hîc autem de omni obligatione.

§. Expositis.

1 *Obligationes acquiri domino, per seruum, qualiter intelligatur.*
2 *Obligationes acquisitæ per liberos, existentes in potestate patris, acquiritur patri: Limit.*
3 *Homo liber aliquando possidetur bona fide: aliquando mala.*
4 *Seruus si acquirat obligationem simpliciter, uel sub nominibus appellatiuis, qualiter illa acquiratur dominis.*

Summatur sic: Obligationes acquisitæ per seruos acquiruntur domino, quo ad totum. Acquisitæ verò per liberos existentes in potestate patris, acquiruntur patri, quo ad vsumfructum, manente proprietate apud liberos. Ex qua tamen proprietate pater etiam habet actionem. tunc ibi, item per liberos. Et obligationes acquisitæ per liberos homines vel alienos seruos bona fide possessos, vel per seruum vsufructuarium ex operibus eorum, aut ex re possessoris, acquiruntur ipsi possessori. tunc ibi, cõmunem. Et obligationes acquisitæ per seruum cõmunem, acquiruntur dominis pro dominica portione, nisi seruus nominatim vni vel iussu vnius obligationes acquirat, quia sic tantũ illi acqui-
1 runtur. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quando hîc dicitur, quòd obligationes per seruum acquiruntur domino, debet intelligi, si dominus eum possideat. Nam si alius possideat eum bona fide, habet

2 locum §.sequens,scilicet, item per liberos. ¶ Notandum † secundò, quòd obligationes acquisitæ per liberos, existentes in potestate patris,acquiruntur patri,prout hîc dicitur, hoc est verum in aduentitijs. Nam in profectitijs acquiruntur patri pleno iure. In castrensibus,vel quasi castrensibus pater nihil habet. Et de isto latius dictum est suprà,
3 per quas personas nobis acquiritur. §.j. ¶ Notandum † tertiò circa §. item per liberos. quòd liber homo aliquando possidetur bona fide,vt si possessor credat eum esse seruum,& suum.aliquando mala fide,vt si credat eum esse seruum,sed scit eum non esse suum,vt ff. de acquiren. possessio.l.j.§.sed per eũ. Si autem scit eũ non esse seruum,tunc nullo modo possidetur,sed detinetur,vt ff.de acquirẽ.posses.l. quod vniuer
4 sas.§.j. ¶ Notandum † finaliter circa §.cõmunem,quòd si seruus cõmunis acquirat obligationem simpliciter,vel sub nominibus appellatiuis,tunc illa acquiritur dominis pro dominicis portionibus:vt hîc dicitur. Sed si sub nominibus proprijs,tũc obligatio acquiritur dominis pro virilibus portionibus,vt ff.de stipula.seruorum.l. si seruus cõmunis.& latius dictum est de isto suprà,de stipula.seruorum. §.ij.

QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.

TITVLVS XXX.

Continuatur sic: Dictum est suprà, qualiter obligationes nascuntur,sed quia nihil est tam forte,quin rũpi & dissolui posit,vt in Authen.de nup. §.deinceps.colla.iiij.& l.nihil. ff.de regu.iuris.idcirco tractatur hîc, quibus modis tollitur obligatio.

§. Tollitur.

1 *Obligatio omnis,qualiter tollatur.uariè.*
2 *Soluere pro debitore ignorante potest alius, seu etiam inuito. Non tamen potest alteri solui,quàm creditori.*
3 *Debitor an posit soluere creditori creditoris.disting.*
4 *Solutio una potest parere duas liberationes:*
5 *Acceptilatio,quid. Et qualiter fiat eiusq; usus.*
6 *Solutio an posit fieri pro parte.*
7 *Stipulatio Aquiliana,quorsum introducta.*
8 *Actio,dicitur,respectu personæ:petitio, respectu rei: persecutio,respectu utriusque.*
9 *Nouatione obligationis interueniente,tollitur prima obligatio.*
10 *Nouatio fiebat olim per interuentum nouæ personæ: uel per adiectionem alicuius qualitatis,uel obligationis. Et qualiter hodie fiat.*

1 Summatur ſic: † Omnis obligatio tollitur ſolutione illius rei, quæ
debetur, vel etiã alterius rei, volente creditore. Et poteſt alius pro alio
ſiue ſciente, ſiue ignorante, vel etiam inuito ſoluere. tũc ibi, itẽ ſi reus.
Et ſi reus ſoluat, tollitur obligatio omnium, qui pro eo interuenerũt,
& econtrà, ſcilicet ſoluente fideiuſſore tollitur obligatio rei principa-
lis. tunc ibi, item per acceptilationem. Et per acceptilationem tollitur
ſolùm obligatio, nata ex ſtipulatione. Et ideò inuenta eſt ſtipulatio
Aquiliana, per quã renouantur omnes obligationes, & reducuntur ad
ſtipulationem, & tunc poſſunt tolli per acceptilationem. tunc ibi, præ-
tereà. Etiam tollitur obligatio per nouationem. Et olim fiebat noua-
tio, per interuentum nouæ perſonæ, vel per adiectionẽ, vel detractio-
nem fideiuſſoris diei vel conditionis, ita tamen, vt non diceretur no-
uatio facta, donec dies aut conditio exiſteret. Sed hodie non fit noua-
tio, niſi per contrahentes exprimatur, quòd volunt priorem obligatio-
nem renouare. tunc ibi, hoc amplius. Et obligationes quæ ex cõſenſu
naſcuntur, tolluntur per diſſenſum, ſeu contrariam voluntatem cõtra-
2 hentiũ. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd
alius poteſt ſoluere pro debitore ignorante, ſeu inuito, & cõcor. l. ſol
uendo. ff. de nego. geſtis. Non tamẽ poteſt alteri ſolui, quàm credito-
ri, vt ff. de nouatio. l. ſi Stichum. §. fi. niſi ille alter habeat mandatum à
3 creditore, aut creditor ſit hæres illius, vt ff. de ſolutio. l. ſolutam. † An
autem debitor poſsit ſoluere creditori creditoris, diſtinguendum eſt,
quia aut hoc fit inuito creditore, & non liberatur debitor. C. de nego-
tijs geſtis. l. fi. Aut ignorante creditore, & tunc non liberarur debitor
ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt l. ſi opera. ff. de doli exceptio. Niſi
eſſent creditores ex eadem cauſa, vel niſi debitor obligaſſet bona ſua
creditori creditoris, quia ſic ſoluendo ſibi, ipſo iure liberatur, vt in d. l.
4 ſolutam. ¶ Notandum † ſecundò, pro §. item ſi reus, quòd ex iſto tex.
patet, qualiter vna ſolutio poteſt parere duas liberationes, quando ta-
men fideiuſſor ſoluit, tunc aut ſoluit nomine rei principalis, & libera-
tur reus ipſo iure, vt l. ſoluendo. ff. de nego. geſtis. Et creditor non ce-
dit fideiuſſori actionem, quia extincta eſt, niſi hîc ante ſolutionẽ, vel
incontinenti pòſt fuerit actum, vt l. cùm is. ff. de fideiuſſo. ſed fideiuſ-
ſor tunc agit actione mãdati, ad petendum id, quod ſoluit ab ipſo reo.

Aut

Aut fideiussor soluit nomine suo,& tunc reus principalis non liberatur ipso iure,sed ope exceptionis,vt ff.mãda.l.si quis. Et tunc creditor cedit fideiussori actionem,vt l.Modestinus.ff. de solu. & l. fideiussoribus.ff.de fideiusso.cum l.sequē. Et in dubio præsumitur fideiussor no
5 mine suo soluisse.l.Papinianus.ff.manda. ¶ Notandum † tertiò, pro §.item per acceptilationem,quòd acceptilatio,est imaginaria solutio, & differt à vera solutione,quia vera solutio fit mediante re,sed acceptilatio fit per verba,vt ff.de acceptila.l.si acceptilatum.§.inter. Et licet acceptilatio sit inutilis iure acceptilationis,est tamen vtilis iure pacti,secundum Mar.quannis Bul.dicat cõtrarium. Quorum opiniones possunt sic cõcordari,quia aut acceptilatio est inutilis ratione rei,quia fit de re,quæ non est deducta in stipulationem , & tunc valet iure pacti,vt dicit Mar.aut est inutilis ratione formæ,vt scilicet, quia fit inter absentes,vel non dicuntur verba apta acceptilationi,& tunc nullo modo valet,vt dicit Bul.& ita no.ff. de pactis.l.si vnus.§. si acceptilatio.
6 ¶ Notandum † quartò,quòd ad sciendum , an solutio potest fieri pro parte,sic potest distingui:Quia aut hoc fit volente creditore , & tunc non est dubium.Aut inuito creditore,& tunc si debitor confitetur totum debitum,non potest fieri solutio pro parte,vt ff.de vsuris.l. tutor. §.Lucius. Aut debitor non confitetur totum debitũ,& tunc pars confessata potest solui creditore inuito,vt minuantur lites.ff. si certum petatur.l.quidam existimauerunt.& nota.ibi in gloss. dicunt tamen hîc Docto.communiter,quòd ex æquitate creditor tenetur partem solutionis capere,quanuis solutio pro parte habeat multa incommoda,vt
7 l.planè.ff.familiæ ercisc. ¶ Notandum † quintò,quòd stipulatio Aquiliana inuenta est,vt omnes obligationes reducantur ad stipulationem & renouentur:& ita iure isto nouatio fieri potest,quanuis per contrahentes hoc non sit expressum,quod hodie non fit,vt dicitur in sequē. §.præterea.Et potest etiam actio realis ad stipulationem reduci , sed tunc loco rei ponenda est æstimatio eius,quia nemo rem suam stipulari potest,vt suprà de inutili stipula.§.ij. notabili quinto. ¶ Notan-
8 dum † sextò,quòd actio dicitur respectu personæ,& petitio respectu rei,& persecutio respectu vtriusq;,vt ff.de acti.& obli.l. actio in per-
9 sonam. ¶ Notandum † septimò pro §.præterea, quòd quando fit nouatio obligationis,tunc tollitur prima obligatio,quanuis etiam secunda sit inutilis,nec habet creditor regressum ad primũ debitorem , nisi secundus eliserit obligationem per restitutionē in integrum Nã tunc haberet regressum ad primũ,quod verum est , nisi secundus dolo inductus sit ad obligandum se pro primo,vt notatur per Bar.in l.j.ff. de nouatio.Ratio autem quare prima obligatio tollitur, quando fit nouatio cum pupillo sine authoritate tutoris,& non quando fit cũ seruo,

eſt quia pupillus poteſt naturaliter obligari, quanuis non ciuiliter ſine authoritate tutoris, & cum authoritate tutoris obligari poteſt ciuiliter & naturaliter, ſeruus autem nullo modo poteſt obligari. ¶ Notan-
10 dum † octauò, quòd nouatio olim fiebat per interuentum nouæ perſonæ, vel per adiectionem alicuius qualitatis vel obligationis, ſed hodie non fit, niſi per contrahentes exprimatur, quòd volunt primã obligationem renouare, vt C. de nouatio. l. fin. Si tamen hodie primus contractus non ſtaret cum ſecundo, & appareret de intentione contrahẽtium, quòd voluerunt renouare obligationem, quanuis non expreſſerint: licet nouatio non valeat iure actionis: valet tamen ad excipiendũ vt dicta l. fin. C. de nouatio. ſa. l. pe. ff. de præto. ſtipu. & no. in l. ij. ff. de
11 nouationibus. ¶ Notandum † nonò, pro §. hoc amplius. quòd iſte tex. loquitur ſolùm de obligationibus, quæ ex conſenſu naſcuntur, de quibus dictum eſt in illo titulo. Nam in omni obligatione eſt conſenſus, ſed non ſolùm. Poteſt tamen intelligi, quod hîc dicitur etiam de quibuſdã alijs obligationibus, videlicet quę naſcuntur ex maleficio. Nam obligationes iniuriarum & ſimiles poſſunt tolli per diſſenſum, vt ff. de pactis. l. ſi tibi decẽ. §. quædam actiones. & ibi per Bart. Et poteſt etiã per diſſenſum remitti pœna debita parti, non autem pœna debita rei-
12 publicæ, vt ff. de pactis. l. ſi vnus. §. pactus. ¶ Notandum † decimò, quòd res non eſt integra in emptione & venditione, quando ſolutum eſt pretiũ aut pars pretij, aut res eſt tradita, vt hîc dicitur. Et ideò tunc non poteſt diſſolui obligatio per ſolam voluntatem, ſed requiritur retro traditio. vt C. quando licet ab emptio. diſce. l. j. & l. ab emptione.
13 ff. de pactis. ¶ Notandum † finaliter, ex vltima gloſ. quòd colliguntur vndecim modi, quibus tollitur obligatio. Primò, ſolutione, vt ſuprà eo. primo. §. Secundò, acceptilatione, ſuprà eo. §. item per acceptilationem. Tertiò, nouatione voluntaria. Quartò, nouatione neceſſaria. Et fit nouatio voluntaria per ſtipulationem, ſed neceſſaria fit per litis cõteſtationem, vel per ſententiam, vt ſi aliquis ſubeat pro me iudiciũ ad ad me liberãdum, vt ff. de nouatio. l. aliam. Quintò, compenſatione, vt infrà de actio. §. penul. Sextò, delegatione, vt ff. de nouatio. l. delegare. Septimò, confuſione debiti: vt ſi debitor fiat hæres creditoris. l. ſi debitori. ff. de fideiuſ. Octauò, per oblationem, cõſignationem, & de-
14 poſitionem, vt C. de ſolutio. l. ob conſignationem. Et ante † litẽ conteſtatam ſufficit ſola oblatio, ad tollendam obligationem, vt l. ſed & ſi alia. ff. de conſtitu. pecu. Niſi creditor eſſet abſens: quia tũc etiam requiritur cõſignatio & depoſitio, vt in l. ſtatuliberos. §. Stichus annua. ff. de ſtatulibe. Poſt litem autem conteſta. requirũtur iſta tria, ſcilicet oblatio, conſignatio & depoſitio, & quòd fiant congruo loco & tẽpo-
15 re, vt in d. l. ob cõſignationem. C. de ſolutio. Nonò, tolluntur † obligatio

gatio interitu speciei, vt ff. de verbo. obliga. l. si ex legati causa. Decimò, per maleficium, vt si quis propria authoritate capiat rem aliquam quam alius possidet, vt C. vnde vi. l. si quis in tantam. Vndecimò, dis-
16 sensu, vt dicitur in isto §. ¶ Et tollitur interdum ciuilis † obligatio, & remanet naturalis, vt per sentẽtiam, vt ff. de condic. indebi. l. Iulianus. Et interdum tollitur naturalis, & remanet ciuilis, vt per redditionem chirographi aut instrumenti, in quo continetur debitum, aut per iusiurandum, vt ff. de solutio. l. Stichum. §. naturalis. dicit autem Bart. in l. item quia. ff. de pactis. quòd per redditionem chirograhi aut instrumẽti continentis debitum, tollitur obligatio. Et ideò etiam si apud debitorem reperiatur instrumentum cancellarium, præsumitur obligatio extincta, si probetur, quòd hoc instrumentum est apud debitorem voluntate creditoris, vt l. Labeo. & ibi per Bar. ff. de pactis. ¶ Opponitur primò, & videť, quòd per solutionem non semper tollitur obligatio, per l. qui hominem. §. fin. ff. de solu. Solutio. Ibi solutum fuit indebitum, & ideò licet soluens liberabatur ab obligatione, tamen causabatur obligatio in recipiente. ¶ Sed replicatur de §. si non tacuerit, primo respon. in Authen. vt hi, qui perhibent se res habere. Solutio. Ibi tutor fuit debitor pupilli, & tacuit illud debitum, quãdo assumpsit tutelam. Et ideò si durante administratione soluat, non liberatur fauore pupilli, vt in Authen. minoris debitor. C. qui tutores dare possunt. Iterum replicatur de l. si rem meam. ff. de solutio. Solutio. Ibi res nõ fuit soluta, sicut fuit debita. Nam in ea fuit alienum ius constitutum. ¶ Iterum replicatur de l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. oblig. Solutio. Ibi soluens non liberabatur: quia tenebatur cauere de euictione, quod non fecit. ¶ Iterum replicatur de l. iij. §. si vendita. ff. commodati. Solutio. Ibi non liberabatur soluẽs, quia res, quam soluit, fuit
17 deteriorata. ¶ Opponitur finaliter, † & videtur, quòd alius non potest pro debitore soluere eo inuito, quia beneficium non redditur in inuitum, per l. inuito. ff. de reg. iuris. Solutio. Illa regula loquitur in priuilegijs, hîc autem loquimur in beneficijs. Vel illa regula intelligitur per directum, istud autem per obliquum. sed prima solutio est clarior.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS,

DE OBLIGATIONIBVS QVAE EX DELICTO NASCVNTVR.

TITVLVS I.

§. Cùm ſit expoſitum.

1 *Continuatio huius tituli, ad ſequentes.*
2 *Obligationes omnes ex maleficio deſcendentes, ex una cauſa naſcuntur. & nu. 4.*
2 *Rubrica generalior nigro.*

1 TEXTVS continuat iſtum titulum cum quibuſ-
dam ſequentibus ad ea, quæ prædicta ſunt. Et ideò
poteſt hîc fieri tale ſummariũ: Dictum † eſt ſuprà
de obliga. quæ ex contractu, vel ex quaſi contrac.
naſ. hîc cõſequenter tractatur de oblig. quæ ex ma-
2 lefic. ſeu delic. vel ex quaſi malefic. naſ. Et † quãuis
obligationes, quę ex cõtractu deſcendũt, naſcantur
ex varijs cauſis & ſeparatis, ſcilicet ex re, verbis, literis & conſenſu, vt
ſuprà de obli. §. harum æquè. obligationes tamen omnes, quæ ex ma-
lefic. deſcendunt, naſcuntur ex vna cauſa, ſcilicet ex ipſo maleficio.
3 Hoc dicit, vſque ad §. furtum enim. ¶ Notandum † primò, quòd iſta
rubrica generalior eſt, quàm nigrum, quia in iſto titulo non tracta-
tur de omnibus obliga. quæ ex maleficio naſcuntur, ſed ſolùm de fur-
tis. Simile eſt C. de reb. creditis & iureiu. quia in illo titul. non tracta-
tur de reb. creditis, ſed in ſequentib. Et quod dicit tex. hîc tractandum
eſſe de obliga. quæ ex quaſi malefic. naſ. hoc non fit in iſto titu. ſed
4 poſteà ponitur tit. ſpecialis de illis obliga. ¶ Opponitur † & videtur,
quòd non omnes obligationes, quæ ex maleficio deſcendunt, naſcan-
tur ex vna cauſa, ſcilicet ex re, quia etiam aliquæ naſcuntur ex verbis
iniurioſis, vt ex conuitio. per l. j. §. iniuriam. ff. de iniurijs. Et aliquæ
naſcuntur ex literis, ſcilicet diffamatorijs. per l. lex Cornelia. §. ſi quis
librum. ff. de iniurijs. Solutio. Quando obligationes naſcũtur ex ver-
bis iniurioſis, vel ex literis diffamatorijs, tunc non naſcuntur ex his, vt
ſunt verba vel literę, ſed vt in talibus verbis vel literis cõſiſtit malefi-
ciũ. Et ita tales obligationes naſcũtur ex re ſeu facto, ſ. ex maleficio.

§. Furtum enim.

1 *Furtum, quid.*
2 *Furtum ut committatur, ſex requiruntur, quæ perſtringit ibidem. & numero. 3. 4. 5. 6.*

Furtum

7 Furtum quando cõmittitur in usu rei uel possessione, tunc duplatio uel quadruplatio solùm fit de usu & possess. non de proprietate rei.
8 Contrectatio, quomodo hîc accipiatur.

1 In isto §. ponitur diffinitio furti, & ideò nõ summatur. Est †autem furtum, cõtrectatio rei alienæ, vel ipsius rei, vel vsus rei, vel possessionis rei fraudulenta inuito domino, vel quasi domino, lucrandi animo. Et istud furtum prohibitum est lege naturali. Hoc dicit. ¶ Notãdum
2 †ergo primò, quòd sex requiruntur ad hoc, quòd committatur furtũ. Primò, requiritur contrectatio, vt ff. de acquiren. posses l. iij. §. si rem. Et ideò si aliquis tradat alicui pignus, & dicat, quòd est aureum, sed in veritate est æreum seu cupreum, ille non committit furtum, vt l. cùm æs. ff. de furtis. Si etiam seruus dicat se esse liberum, vt sic recipiat debitum, non committit furtum, vt l. si quis vxori. §. neq; verbo. ff. eo.
3 quia in istis casib. non est contrectatio. Secundò, †requiritur, quòd sit res mobilis & corporalis. Nam in re immobili non committitur furtum, vt suprà de vsucapio. §. quod autem. Similiter nec in re incorporali, vt ff. de acquiren. rerum domi. l. seruus. §. incorporalis. Tertiò, requiritur, quòd sit res aliena, quia in re propria non committitur furtũ, vt infrà eodem. §. aliquando. In re tamen communi bene committitur furtum, vt l. si socius. ff. eo. Et hoc est verum, si socius vtatur re cõmuni fraudulenter, quod in dubio non præsumitur. quia potest vti re communi, loquendo de illo vsu, ad quem res est destinata, vt l. Sabi-
4 nus. ff. commu. diuidund. Quartò, †requiritur, quòd sit contrectatio fraudulenta, nam si tractans putet se vti iure suo, & sibi licere rem tractare, non est fur, vt infrà titulo proxi. §. quia tamen. vel etiam si putet hoc esse de volũtate domini, vt infrà eo. §. placuit. Nam furtum non committitur sine affectione. In dubio tamen præsumitur fraus, vt in l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. nisi appareant signa seu indicia de contrario, videlicet si contrectãs sit consanguineus, vel amicus domini ipsius rei, vt notatur per Barto. in l. inter omnes. §. rectè. ff. eodem.
5 Quintò, †requiritur, quòd res tractetur inuito domino, vel quasi domino, vel eo cuius interest, vt l. manifestissimi. C. de furtis. Nam si dominus non sit inuitus, quanuis contrectans hoc ignorat, non tamen cõmittitur furtum, vt infrà eo. §. placuit. Et in dubio præsumitur domi-
6 nus inuitus, sicut dictum est de fraude. Sextò, †requiritur, quòd con-
7 trectans faciat hoc animo lucrandi, vt l. j. §. j. ff. eo. ¶ Notandum †secundò, quòd quando furtum committitur in vsu vel possessione, tunc quadruplatio vel duplatio solùm fit de vsu vel possessione, & non de proprietate rei, vt C. de pœnis. l. sancimus, quanquàm aliqui voluerũt, quòd etiam proprietas rei debet æstimari in hoc casu. ¶ Opponitur, & vi-

3 †& videtur, quòd poteſt committi furtum ſine contrectatione, per l. qui tabulas. fi. §. ff. eo. vbi dicitur, quòd tradẽs tabulas committit furtum. Solutio. Contrectatio debet hîc capi generaliter, non pro amotione de loco ad locum. Et ideò delens ſcripturam inſtrumẽti, in quo ipſe ſcriptus eſt debitor, facit furtum.

§. Furtum autem.

1 *Furtum, unde dicatur.*

Summatur ſic: Furtum dicitur à furno, vel ſecũdum veritatem linguæ græcæ furuo, per v, id eſt, nigro ſeu obſcuro, furtũ quia plerunq; fit tempore nocturno, vel etiã dicitur à fraude, vel à ferendo, id eſt, au-
1 ferendo. Hoc dicit. ¶ Notandum † hîc, quòd furtum dicitur à furuo, id eſt, nigro ſeu obſcuro, quia qui malè agit, odit lucem, ad quod iſte textus ſolet allegari. Et dicitur notanter, quòd furtum plerunque fit nocte, quia etiam dicitur furtum, licet fiat in die. Et ideò non valeret hîc argumentũ ab interpretatione nominis, ſic ſcilicet arguẽdo. Nam fit tempore nocturno, ergo non eſt furtum. Et ratio eſt, quia iſta interpretatio nominis non conuertitur cum diffinitione furti. Quod autem in die factum, dicitur furtum, patet per l. j. ff. de furibus balnearijs. Verum tamen eſt, quòd delictum grauatur ex tempore nocturno, vt. Gracchus. C. de adulterijs. Et hinc eſt, quòd furem nocturnũ poſſum occidere impune, ſi immineat periculum perſonæ meæ vel rerum mearum. Sed furem diurnum non poſſum occidere, quanuis immineat periculum rerum mearum, ſed ſolùm ſi imminet periculum perſonæ meæ. Cuius ratio eſt, quia de nocte nõ poſſum cognoſcere furem, ſicut poſſum in die. Ex quo patet, quòd ſi poſſem furem nocturnum cognoſcere, non poſſum eum occidere, niſi propter periculum perſonæ meæ, quia tunc ceſſat ratio. vt in glo. in l. furem. ff. ad l. Corneliam de ſicarijs.

§. Furtorum.

1 *Furtum duplex.*
2 *Fur manifeſtus, quis dicatur.*
3 *Furem deprehendere poteſt quilibet.*
4 *Furti tenetur, qui aufert fructus ex fundo alicuius, ſi maturi ſint.*

1 Duplex eſt † furtum, ſcilicet manifeſtum & non manifeſtum. Manifeſtus fur eſt, qui deprehenditur aut videtur in ipſo furto, vel in loco vbi furtum fit, vel in loco in quo fur rem furtiuam propoſuit deferre. Aliâs eſt fur non manifeſtus. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 † primò, quòd ille dicitur manifeſtus fur, qui deprehenditur aut videtur

tur in actu furandi, vel in loco vbi furtum fit, vel etiam in alio loco, quandiu non peruenit ad locum, in illo die naturali proposuit rem deferre, vt l. quo destinauerit. ff. eodem. quamuis gloss. hîc in verbo, perferre. aliter dicat. Si tamen dominus occultasset se, & sic furem videret, non esset manifestus fur, vt in l. si quis in seruitute. §.
3 cæterùm. ff. eodem. ¶ Notandum †, secundò, quòd quilibet potest furem deprehẽdere, vt hîc patet. Ex quo sequitur, quòd si clericus committat furtum, tunc laicus impunè potest eum apprehendere & ducere ad iudicem suum, vt nota. per Innocen. in c. vt famæ.
4 extrà de senten excommuni. ¶ Notandum † tertiò, quòd auferens fructus ex fundo alicuius tenetur de furto, si fructus sint maturi, vt hîc patet in versi. & qui in oliuero. sed si non sint maturi, tunc non tenetur furti, sed actione l. Aquiliæ. vt l. si seruus. §. si oliuam. ff. eod.

§. Conceptum.

1 *Furti quatuor genera.*
2 *Furtum conceptum, quid.*
3 *Furti est particeps, qui rem furtiuam scienter emit.*

1 Quatuor † genera furti, scilicet conceptum, oblatum prohibitum & non exhibitum furtum, hodie non sunt in vsu, quia quicunq; scienter recipit, vel celat rem furtiuam, est fur non manifestus. Hoc di-
2 cit. ¶ Notandum † primò, quòd conceptum furtum dicitur, quando res furtiua apud aliquem reperitur, licet ipse non sit fur. Sed oblatum furtum est, quando res furtiua datur alicui, vt potius apud eum inueniatur, quàm apud dantem. Prohibitum autem furtum est, quando aliquis prohibet illi, qui quærit rem furtiuam, ne apud se quærat. Furtum autem non exhibitum est, quando res furtiua reperitur apud aliquem, qui monitus est exhibere, & non exhibuit. Et ideò quis tenet de iure canonico indicare furem latitantẽ. c. qui cum fure. extrà de furtis. adde ibi de hoc Abb. & Barto. in l. ciuile. C. de furtis. ¶ Notandũ
3 † secundò, quòd ille, qui emit rem furtiuam scilicet, est particeps furti, sicut qui fecit furtum, vt est gloss. in l. si quis vxori. §. sed si rem. ff. eo. Pręsumitur autẽ res empta furtiua ex qualitate seu quãtitate pretij, vel quando emens tenet rem clàm, vt nota. per Bar. in l. ciuilem. C. de furtis. ¶ Opponitur, & videt, quòd tex. in fine istius §. ibi sed cùm requisitio, non bene arguat: quia non valet consequentia, sublata solennitate, quæ consueuit fieri in aliquo actu, etiam aufertur actus, vt suprà de verb. oblig. §. in hac re. versi. sed hæc. Solutio. Verum est, quòd talis argumẽtatio nõ valet, nec sic arguit hìc, sed bene valet: Sublato aliquo actu, ad quẽ est aliqua sequela, etiã tollit sequela, & ita arguitur

hîc

hîc. Nam hodie non quæruntur res furtiuæ secundum prædictos modos. Consequens ergo est, vt etiam illa genera furti tollantur, & facit l.j.ff.de pecul.legato.

§. Pœna manifesti.

1 *Furti manifesti, pœna. Item, non manifesti & quo iure. nu. 2.*
3 *Furto facto à seruo, dominus liberatur à pœna, dando seruum pro noxa.*
4 *Furti duplex actio.*

1 Furtum † manifestum habet pœnam quadrupli, sed nõ manifestum pœnam dupli, siue furtum factum sit per seruum, aut per liberum homi
2 nem. hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd pœna furti manifesti est de iure prætorio, vt infrà de perpe. & tempora. ac. §. j. Et datur ista pœna etiam de iure cano. vt in glo. fin. c. fin. xiiij. q. v. Et datur ista pœna furtum passo, quanuis condictio furtiua detur solùm domino, vt infrà eod. §. fin. Sed pœna furti non manifesti, est de leg. xij. tabu. vt infrà de noxa. §. sunt autem. Et ita maior est pœna prætoria, quàm legis xij. tabularũ, quia furtum manifestũ est grauius delictum, vel etiam quia tẽpore conditionis leg. xij. tabul. homines fuerunt pauperiores, quàm tẽ
3 pore prætorum, vt infrà de iniurijs. §. pœna. ¶ Notandum † secundò, quòd si furtum factum sit per seruum, tunc dominus potest liberari à pœna, dando seruum pro noxa. vt infrà de noxa. in princ. ¶ Opponitur, & videtur, quòd pro furto non imponitur pœna quadrupli vel dupli, sed castigatio, vel mors, vt Authent. sed nouo iure. C. de seruis fugitiuis. & c. si quis quinque. in Authen. de pace tenenda. colla. x. Solutio.
4 De † furto potest agi dupliciter, scilicet criminaliter & ciuiliter, modò quod hîc dicitur habet locum quando agitur ciuiliter, quod autem dicitur in contrarijs, locũ habet, quando agitur criminaliter. ¶ Sed tunc replicatur de cap. in legibus. xij. quæstio. ij. vbi furtum ciuiliter punitur in decuplo. Solutio. Illud c. loquitur secundum legem Lombardicam, hîc autem loquimur secundum legem Romanam. ¶ Sed iterum replicatur de c. fraternitas. xij. q. ij. vbi dicitur, quòd Ecclesia non petit augmentum de rebus, quas amisit. Solutio. Illud c. loquitur secundum mansuetudinem iuris canon. hîc autem loquimur secundum rigorem iuris ciuilis.

§. Furtum autem.

1 *Furtum committit etiam, rem alienam contrectans inuito domino. Et cur ita. numero. 2.*
3 *Furtum committit, qui rem sibi commodatam ulterius alteri cõmodat.*
4 *Equum conducens usque ad quatuor milliaria, & ultrà illo utens, an committat furtum. disting.*

Non

1 Non solùm † amouens rem alienam, sed etiam qualitercunque eam inuito domino contrectans, committit furtum. Et ideò si creditor vtitur pignore, aut depositarius re deposita, committit furtum. Similiter commodatarius vtens aliqua re commodata aliter, quàm sibi tradita
2 est, committit furtum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ratio istius dicti est, quia furtum non consistit in amotione rei tantùm, sed in quacunque contrectatione, siue rei simpliciter, siue vsus rei, siue possessionis, vt suprà eod. §. furtum enim. tactum est in diffinitione furti.
3 Et concord. l. inter omnes. §. penulti. ff. eod. ¶ Notandum † secundò, quòd si aliquis rem sibi commodatam vlterius alteri commodauerit, committit furtum, quia vtitur re aliter quàm sibi tradita est, vt elicitur
4 ex isto text. & concord. l. si pignore. §. j. ff. eod. ¶ Notandum † tertiò, quòd si scholaris conduxisset equum vsque ad quatuor milliaria, & vteretur illo equo vsque ad octo milliaria, tunc si equus solet conduci, præsumitur equus reconductus, & non est furtum, si vtens intendat soluere pretium: sed si equus non soleat conduci, committeretur furtum, quia præsumitur dominus inuitus, & ita notatur per Bart. in l. item quæritur. §. qui impleri. ff. locati.

§. Placuit.

1 *Furtum ut committatur duo requiruntur. Et nume. 2.*
3 *Rei alienæ contrectatio, inuito domino, unde colligatur.*

1 Ad furtum † duo requiruntur. Primò, quòd contrectans rem alienam sciat dominum inuitum. Nam si crederet dominum velle, non esset furtum, quia furtum sine affectu furandi non committitur. Secundò, quòd in veritate dominus sit inuitus. Nam si contrectans credit dominum inuitum, & tamen dominus vult, non est furtum. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd istud secundũ dictum, scilicet quòd contrectans rem alienam, & credens dominum inuitum, qui tamen est voluntarius, non committat furtum. Verum est in foro contentioso, secus in foro conscientiæ, quia peccatum voluntate sola perpetratur, facit c.
3 penulti. xiiij. quæstio. vlti. ¶ Notandum † secundò, quòd ad sciendum, an præsumatur dominus inuitus, an non, sic est distinguendum secundum glos. hîc super verbo, inuito. quia aut contrectans ab initio, habuit rem de voluntate domini, vt in commodato, & tunc præsumitur etiam posteà dominus voluntarius. Sed si habeat ab initio rem, non de voluntate domini, præsumitur dominus semper inuitus, vt l. qui vas. §. vetare. ff. eodem. Et ideò licet sufficiat, quòd aliquis stultè credat dominum voluntarium, vt excusetur à furto, tamen hoc non sufficit, si credat dominum esse voluntarium ad hoc, quòd res sua sibi abstrahatur, vt in dicta l. qui vas. Dicit tamen Bartol. in l. inter omnes. §. re-

ctè.ff.eodem.quòd in dubio semper præsumitur dominus inuitus, quia nemo præsumitur rem suam velle iactare.

§. Vnde illud quæsitum.

1 *Seruo suadens, ut res à domino suo surripiat, & suadenti portet, licet hoc non faciat nisi ex domini uoluntate, tenetur non modò de furto, sed etiam de seruo corrupto. & nume. 2. 3.*

1 Summatur sic: Suadens † seruo, vt res à domino suo surripiat, & suadenti portet, licet seruus hoc non faciat, nisi de voluntate domini sui, tamen suadens tenetur non solùm de furto, sed etiam de seruo corrupto, quanuis in hoc casu non sunt regulæ introducentes actionem serui corrupti, & hoc propter duo. Primò, propter malum consiliũ, quod suadens dedit. Secundò, vt timore pœnæ caueant homines, ne alijs malum suadeant. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Opponitur primò contra istũ textũ, quia contradicit §. proximo præcedenti, cõtradicit etiã diffinitioni furti, in qua dicitur, quòd furtũ est cõtrectatio rei alienæ inuito domino. Solutio. Regula est, quòd furtũ nõ committitur,
2 nisi inuito domino. † Sed iste casus ab illa regula excipitur: & etiã à regula de seruo corrupto, ꝓpter duas causas tactas in summario in fine. ¶ Sed replicatur de l. quicũque. §. fi. C. de serui fugit. quia ibi videtur poni iste casus, & tamen ibi nõ cõmittitur furtũ. Solutio. Ibi maleficium incipit à domino ipsius serui, hîc autem incipit à suadente. Et ita
3 casus non est vndequaq; similis. ¶ Opponitur † secundò: quia si istud esset verum, sequeretur quòd aliquis puniretur pro sola affectione, quod est contra l. cogitatio. ff. de pœnis. Solutio. In illa lege dicitur, quòd nuda cogitatio non punitur, sed hîc non est cogitatio omnino nuda, procedit enim ad aliquem actum exteriorem, quia suadet seruo abstrahere res domini sui, & ideo punitur, & facit l. quisquis. C. ad legem Iuliam repetundarum.

§. Interdum etiam.

1 *Furtum fieri potest liberi hominis, si alterius subiectus est potestati. Et quid ita. nume. 2.*

3 *Mater non potest agere pro furto liberi hominis: nec frater. Et quid de patre.*

4 *Furti & serui corrupti actio parificantur in hac materia.*

1 Summatur sic: Liberi † hominis potest furtum fieri, si alterius subie-
2 ctus est potestati. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Ratio † autem quare Imperator istam decisionem facit, est, quia liber homo non recipit æstimationem, vt infrà de obligationibus, quæ ex delic. nascuntur.
3 §. hominẽ. ¶ Notandum † primò, quòd pro furto liberi hominis mater non potest agere, quia non habet filium in potestate, vt l. mater. in princ.

princ.ff.eo. Et multò minus frater agere poteſt pro fratre actione furti, vt dicit Ioan. Fab. Pater etiam non poteſt agere condictione furtiua, quia illa ſolùm datur ad proprietatē, vel ad poſſeſsionem, quarum neutram habet pater in filio ſuo, vt l.eum, qui. §.ſi filius.ff.eod. Sed pater bene agit actione furtiua propter operas, quibus pater caruit, ad duplum vel ad quadruplum, ſecundum quod furtum eſt manifeſtum, vel non manifeſtum, vt notatur in dicta l.eum, qui. §.ſi filius. Simpliciter autem non poteſt pater agere actione furti ciuiliter, ſecundū glo. quia vt dictum eſt, liber homo non recipit æſtimationem, ſed bene agetur criminaliter, vt ff.eod.l.fin.& l.fin.de priua.deli. ¶ Sed ſecundū Ioan.
4 Fab. † hæc gloſ.nō procedit, quia actio furti & ſerui corrupti pariſicantur in hac materia, vt ſuprà §.j.& pro filio corrupto datur vtilis actio, l.vt tantum. §.j.ff.de ſeruo corrup. Ergo poteſt agi ciuiliter, & habebitur, vt tectum, ratio operarum, & damni, quod pater ſuſtinuit. Debet enim filius operari patri, ſicut vxor marito. l.ſicut. ff.de operis libertorum. Si verò non ſciuerit operari, dicit Placen. quòd gloſſa tunc poſſet dicere verum, videlicet quòd fur tunc ſolùm puniatur criminaliter, cùm operæ non ſunt duplandæ vel quadruplandæ. Vel dicēdum, quòd ſeruitia & operæ communes, quas quilibet facere ſciret, ſecundum æſtimationem intelligentis debent æſtimari. argumen.l.ſi quis à liberis.ff.de libe.agnoſcen.

§. Aliquando autem etiam.

1 *Furtum facit, qui ſubtrahit rem propriam, alteri tamen impignoratam.*

Summatur ſic: Contrectatione rei ſuæ fit furtum ratione poſſeſsionis, quę eſt apud alium, vel ſic ſubtrahens rem creditori, quam ſibi impignorauit, furtum committit. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

1 ¶ Notandum primò, † quòd ſubtrahens rem propriam, alteri tamen impignoratam, facit furtum, quia res nō eſt ſua omni iure, ſed alius habet aliquod ius in tali re. Et ideò eſt hîc contrectatio rei alienæ, hoc eſt, alieni iuris: iſta tamen res non efficitur furtiua, vt ſcilicet ſit inuſucapibilis, vt ff.de vſucapio.l.ſequitur. §.ſi rem. & ff.pro empto. l.ſi rem. Et ita eſt hîc caſus, in quo committitur furtum, & naſcitur actio furti, & non eſt res furtiua. Sic etiam contingit econtrà, quòd res eſt furtiua, & tamen non naſcitur actio furti, vt infrà eod. §.hi, qui.

§. Interdum quoq; furti ten.

1 *Furti tenetur, qui præſtat opem & conſilium, ut furtum fiat. Et eius pœna. Et quid de principali fure. nume. 2.*

3 *Furti & ſerui corrupti delicti differentia.*

4 *Factum ipſum, interdum dicitur conſilium. Et quid conſilium. nume. 5. Et quid differat ab ope. nume. 6.*

7 *Furti non tenetur, qui excussit numos, uel fugauit animalia, per lasciuiam, non ut furtum fieret.*

8 *Furtum faciens, & consulens, pari pœna an sint puniendi. disting. nume. 9.*

Summatur sic: Præstans auxilium & consiliũ, vt fiat furtum, tenetur furti, vt si quis excusserit pecuniam de manu alicuius, vt alius eam raperet, vel animalia, vt oues & boues tuos, vt alius raperet, fugauerit. Sed si hoc fecit, non vt fiat furtum, sed per lasciuiam, tunc nõ tenetur furti, sed actione in factum. Et qui solùm consiliũ dedit, sed opem nullam præ-
1 stitit, nõ tenetur furti. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd præstans opem & consilium, vt furtum fiat, tenetur furti, vt hîc dicitur. Et ideò excutiẽs numos de manu alterius, vt alius eos capiat, vel fugans animalia panno rubeo, seu quocunq; alio modo, vt ab alio furentur, tenetur furti, non manifesti, & sic ad duplũ tantùm tenetur, etiam si ipse in furto deprehendatur, & istud totum verũ est, si furtum sequatur effectualiter, aliâs non, vt l. qui seruo. ff. eo. Ex quo patet, quòd præstans opem interdũ tenetur in minus, quàm principalis fur, vt in casibus prædictis.
2 Principalis † verò fur, si reperiatur cum re, antè, quàm ad locũ destinatum peruenerit, tenetur furti manifesti, & sic punitur in quadruplũ, sed ipse præstans in duplo tantũ, vt tactum fuit. Interdum tamen è regione opem præstans tenetur in plus, quàm principalis fur, verbi gratia: Si aliquis portet rem furtiuam, scienter de volũtate furis, & portando deprehendatur cum re furtiua, tũc ipse tenetur ad quadruplum, & fur solùm ad duplum, vt l. si quis quid perferen. ff. eod. Interdum autem præstans opem, in nullo tenetur, vt cõmodans scalas supponẽdas fenestris, vt furtum fiat, sed nullum sequitur furtum, vt dicta l. qui seruo. Et interdum principalis fur non tenet, & præstans opem tenet, vt infrà eo. §. proxi.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd præstans solùm cõsilium verbale, non tenetur furti, nisi fuerit tale consiliũ, quòd sine illo furtum non fuisset factum, vt l. qui seruo. ff. eo. Ex quo patet differentia inter delictũ furti & serui corrupti, quia suadens solùm tenetur actione serui corrupti, quia nõ oportet laudando malitias hominũ augere, vt infrà ad legem Aquil. §. cæterùm. Ratio autẽ differentiæ est, quia in furto nõ nascitur actio, nisi ex ipso delicto secuto ex persuasione, sed in seruo corrupto bene nascitur actio ex sola persuasione, vt suprà eod. §. vnde illud.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd ipsum factũ interdum dicitur cõsilium, vt patet hîc. Nam cõmodans scalas ad furtum faciẽdum, dicitur præstare consilium, nõ verbo, sed re ipsa, facit l. sæpe. ff. de verb. signifi. Interdũ
5 etiam † consilium dicitur propositum, seu intentio hominis, vt l. si quis fur. §. j. ff. eo. Et dicitur consilium interdum, quod alteri datur bonum vel ma

6 vel malum, vt l. in furti. §. pen. ff. eo. titu. Et est † differentia inter consilium & opem, quia consilium, vt tactum est, dicitur intentio hominis siue propositum, & consilium dicitur dare, qui persuadet vel impellit, vt maleficium fiat. Opem autem fert, qui ministerium vel adiutorium ad res surripiendas præbet, & seruit istud ad intellectum c. si di
7 gnum. extrà de homici. ¶ Notandum † finaliter, quòd si quis excusserit numos, vel fugauerit animalia per lasciuiam seu stultitiam, & nō vt furtum fiat, ille non tenetur furti, tenetur tamen ad resarciendum damnum actione in factum, vt infrà ad leg. Aqui. §. fi. & pen. facit l. in fur
8 ti. §. fi. ff. de furt. ¶ Opponitur † sic, & videtur, quòd non bene dictum sit in primo notabili, quòd præstans opem & consilium, interdū in minus, & interdum in plus tenetur, quàm principalis fur, quia consentientes & facientes pari pœna sunt puniendi, vt notatur in c. j. extrà de offi.
9 deleg. Solutio. Actio † potest institui dupliciter, scilicet in personam, aut in rem. Et verum est, quòd si agatur in rem, seu etiam criminaliter de furto, æqualiter puniuntur, faciens & opem præstans. Et ita intelligitur dictum allegatū in oppositū. Sed si agatur in personam, & ciuiliter de furto, tūc cum respectu vnius personæ furtum est manifestum, & respectu alterius non manifestū, contingit pœnam esse diuersam.

§. Hi, qui.

1 *Furti actione non agit contra filium pater, si quid ipse sibi furetur. Et quid agendum ei.*

2 *Principale non subsistit hîc, sed accessorium.*

Existentes in potestate parentum vel dominorum, & surripientes eis rem aliquam, faciunt furtum, & res fit furtiua & inusucapibilis, non tamen nascitur inter eos actio furti. Si tamen hoc fecerint ope & consilio alterius, ille alter tenetur furti. Hoc dicit, & patet intellectus textus.
1 ¶ Notandum † primò, si filius furetur patri, non agit contra eum pater actione furti, nisi filius habeat peculium castrense, vel quasi, tunc enim pater potest agere contra eum, quia sic reputatur filius tanquā paterfamiliâs. Et ideò etiam filius illo casu posset agere contra patrem, si pater surriperet sibi peculiū suum, vt l. si quis vxori. §. sed si filius. ff. eod. Et idem potest dici de vxore respectu mariti. Quod dicitur hîc de filio & de seruo, potest etiam intelligi in monacho. Et licet pater non habeat actionem furti contra filium, vt hîc dicitur, potest tamen pater talem filium castigare, nec iudex debet se de hoc intromittere, & si velit pater, potest talem filiū iudici præsentare, vt castigetur, & restituat quæ surripuit, facit l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. & l.
2 congruentius. C. de patria potesta. ¶ Notandum † secundo, quòd hîc est casus, in quo non subsistit principale, & tamen subsistit accessoriū,

contra l. grecè. ff. de fideiusso. quia principalis hîc non tenetur actione furti, & præstans consilium & opem tenetur, & ideò illa regula fallit hîc, de quo latius per Bar. in l. si quis seruum. ff. de iniur. ¶ Opponitur sic & videtur, quòd res in hoc casu non est furtiua, per l. quãuis. ff. eo. Solutio. In illa lege res non est furtiua, quia fuit posteà vendita furi, & sic vitium fuit purgatum superueniente domino.

§. Furti autem actio ei competit.

1 *Furti actio competit ei, cuius interest rem non esse furatã. Et quomodo id intelligatur. nu. 2.*

3 *Fur an possit agere contra furem, & prædo sit ne restituendus.*

1 Summatur sic: Actio † furti competit ei, cuius interest rem non esse furatam. Et ideò creditori de pignore subtracto & bonæ fidei emptori de surrepta re empta, quanuis nõ sunt domini ipsius rei, cõpetit actio
2 furti. Hoc dicit, & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd istud intelligitur de illo, qui habet interesse ex causa honesta. Nam si haberet interesse ex causa inhonesta, vt si à fure caperetur res furtiua non competit ei furti actio, vt infrà titulo proximo. §. fin. Requiritur etiam, quòd istud interesse sit ex causa onerosa, vt l. si quis vxori. §. penul. ff eo. Qui igitur habet interesse ratione custodiæ, ad quam tenetur, habet actionem furti. vt l. itaq;. in principio. ff. eo. Nam si non habeat custodiã præstare, vt depositarius, nõ habet actionem furti, vt infrà eo. §. sed is. Idem est de eo, qui habet interesse, ratione possessionis, sicut creditor habet in pignore. Nam ei competit furti actio, quia expedit potius pignori incumbere, quàm in personam agere, vt hîc in tex. Et iste tex. sæpe solet ad hoc allegari. Idem est etiam de eo, qui habet interesse ratione dominij realis seu naturalis, vel quasi dominij, quale habet vsufructuarius. Nam ei etiam cõpetit actio furti, vt l. cre-
3 ditor. §. dominus. ff. eo. ¶ Opponitur † sic, & videtur, quòd fur potest agere contra furem, per capitu. in literis. extrà de restitutio. spolia. vbi dicitur, quòd prædo restituendus est in possessionem, ergo etiã & fur. Solutio. Contrarium est verum, quia prædo est in possessione, sed fur nullam actionẽ habet, nec etiã habet possessionẽ, quia allegãs turpitudinem nõ est audiendus, nisi in casu d. §. si ego tibi. in quo licet sit fur propter rẽ alteri cõmodatam, nõ tamen est fur respectu proprietatis.

§. Item, si fullo.

1 *Fullo & sarcinator agunt furti actione. Limit. nu. 3. 4. Et quis dicatur fullo, quis sarcinator. nu. 2.*

Summatur sic: Si is, qui recepit mercedẽ pro custodia rei, illam rem amiserit furto, habet furti actionẽ, & nõ dominus, quia dominus potest rem ab eo petere actione locati. Et idem est de bonæ fidei emptore, vt si

vt si rem emptam furto amiserit, habet furti actionem, quãuis non sit dominus. Si tamen custodiens non sit soluẽdo in toto, vel in parte, tũc dominus habet furti actionem. Hoc dicit, & patet intellectus textus.

1 ¶ Notandum † primò, quòd ideo fullo & sarcinator agunt actione furti, quia sunt obligati domino ex locato, & tenentur de custodia, & sic interest eorum rem non esse surreptam, & ideò si interim absolue rentur & liberarentur à domino, nõ possent amplius agere furti, quia amplius eorum non interesset. Et si iste fullo vel sarcinator vteretur vestibus, quas habet in custodia, cõmitteret furtũ, vt l. fullo. ff. eo. Di-
2 citur † autem fullo, qui lauat pannos, & polit. Sed sarcinator dicitur, qui sarcit & addit, vbi est scissum vestimentum, vel pannus, & cõsuit. vnde dicitur, iste habet sarta tecta, quia cum essent fracta, sunt reparata ex quibusdam adiunctionibus, vt ff. de vsufruc. l. hactenus. & suprà
3 de mãda. in §. fi. & ideò si fulloni. in gl. ¶ Notandum † secundò, quòd licet fullo vel sarcinator, cui res furata est, habeat furti actionem, & nõ dominus, hoc tamen intelligitur cum limitatione, scilicet si fullo aut sarcinator sit soluendo in toto. aliâs enim dominus habet actionẽ furti. Et ratio est, quia qui nihil habet, eius periculo nihil est, vt l. itaque fullo. ff. eo. Nam inanis est actio, quam excludit inopia debitoris, vt l.
4 nam is. ff. de dolo. ¶ Notandum † tertiò, quòd idem est, si huiusmodi custodiens non sit soluendo in parte, siue in toto, facit ad hoc l. soluendo. ff. de verbo. signific. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd imò dominus habet furti actionem, quãuis custodiens sit soluẽdo, per l. cùm in plures. §. vestimenta. ff. loca. Solutio. Illa lex loquitur de actione reali, seu de condictione furtiua, & talem actionem bene habet dominus: sed loquimur hîc de actione furti, quæ soli fulloni datur, qui est soluendo. fa. l. si fullo. ff. de cõd. sine cau.

§. Quæ de fullone.

1 *Fullonis seu sarcinatoris, & cõmodatarij idem fuit ius agendi: hodie diuersum. & cur ita. ibid. & nu. 2.*

3 *Actionibus duabus competentibus, una electa nõ potest rediri ad aliam, modò scienter.*

Quanuis secundum antiqua iura idem sit de cõmodatario, quod dictum est de fullone & sarcinatore, hodie tamen si res cõmodata furata sit, habet dominus rei electionẽ agendi contra cõmodatariũ actione cõmodati, vel contra furem actione furti. Et vna actione scienter electa per dominũ, non potest venire ad aliam. Sed si elegit actionem cõmodati, ignorans aut dubitans rem esse furatam, potest actionem commodati dimittere & actionẽ furti intentare, nisi ipsi domino per cõmodatarium satisfactum sit, quia tunc fur est liberatus à domino,

ſed adhuc tenetur commodatario. Et iſtud verum eſt,ſiue cõmodatarius in parte ſiue in toto ſit ſoluendo. Hoc dicit,& patet intellectus
1 textus. ¶ Notandum † primò,quòd licet olim idem ius fuit de cõmodatario & fullone,ſeu ſarcinatore,quando res fuit furata,hodie tamen eſt differentia,quia quando res eſt furata fulloni vel ſarcinatori, tunc ſi fullo vel ſarcinator ſit ſoluendo in totum,ipſe agit cõtra furẽ actione furti,& non dominus,vt dictum eſt ſuprà eo. §.proximo. Sed ſi res commodata furata ſit, poteſt dominus agere contra cõmodatarium actione cõmodati, vel contra furem actione furti. Si tamen incipiat agere contra furem,liberatus eſt commodatarius,ſed ſi incipit agere contra cõmodatariũ,ſciens rem eſſe furatam,vel ſi ipſi domino à cõmodatario ſit ſatisfactum,liberatus eſt fur à domino,ſed non à cõmo
2 datario. Et ratio † differẽtiæ ponitur in gl. in l. manifeſtiſsimi. §.tales. in verbo,omni modo. C.eo. Quia contractus factus cum fullone aut ſarcinatore eſt gratia vtriuſq;, ſed contractus commodati eſt ſolùm gratia cõmodatarij ex ſola liberalitate cõmodantis. Et propter hoc iura plus fauent cõmodanti,vt ſcilicet habeat electionem,quã fulloni, aut ſarcinatori,vel alteri locanti operas ſuas in re,quæ furto amittitur.
3 ¶ Notandum † ſecundò, quòd quando alicui competunt duæ actiones,electa vna ſcienter,non poteſt peruenire ad aliam,facit l. nonnunquàm. ff. de colla. bonorum. Sed ſi ignoranter elegit,non præiudicat ſibi,quia nemo ignorans præſumitur ſuo iuri,quod ſibi cõpetit renuntiare,vt l. mater. ff. de inoffi. teſta. Et idem eſt ſiue ignoret hoc ius ſibi competere,ſiue dubitet,vt hîc in verſi. ſin autem neſcius. De quo etiã eſt bonus text. in l. manifeſtiſsimi. §. ſi autem. C. de furtis & ſeruo corrupto.

§. Sed is.

1 *Depoſitarius tenetur ſolùm de dolo, & lata culpa.*

Pro re depoſita furata depoſitarius non habet furti actionem,quia ſua non intereſt,niſi dolo fecerit,quòd res furata eſt. Hoc dicit,& pa-
1 tet intellectus tex. ¶ Notandum † primò,quòd depoſitarius ſolùm tenetur de dolo & lata culpa,vt ſuprà quib. mo. re contrahitur oblig. §. prætereà. Et ideò ſi res depoſita furto amittatur ſine dolo & lata culpa depoſitarij,nihil intereſt eius. Et cum furti actio non datur, niſi ei cuius intereſt,vt ſuprà eo. §.furti autẽ actio. ſequitur, quòd depoſitarius non habet furti actionem. Si tamẽ accepit mercedẽ pro cuſtodia, tunc cùm ſua interſit,habet actionem furti,vt eſt bona glo. in l. rogaſti. ff. ſi cer. pet. Et ſi res apud aliquẽ depoſita, auferatur per familiarẽ domini ipſius rei,& ille familiaris recedit cum illa re,nõ tenetur cuſtodiens,ſi ille familiaris ſolitus fuit portare,& auferre rem domini ſui. Se

eus si custodiens traderet huiusmodi rem alteri nomine domini, qui nõ solet res illius domini tractare, quia non debet faciliter credere, vt l. si quis vxori. apud Labeonem. ff. eo. Ex quo patet, quòd si bedellus habeat mercedem pro custodia librorum relictorum in scholis à studentibus, si libri perdantur, tenetur bedellus ad instar nautæ, cauponis & stabularij, fa. l. si merces. §. qui columnam. ff. locati.

§. In summa.

1 Furtum non committit impubes, nisi sit proximus pubertati.

Impubes non potest facere furtum, nisi sit proximus pubertati, quia furtum non cõmittitur sine affectu furandi. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd impubes non cõmittit furtũ, nisi sit proximus pubertati, id est, decem annorũ cum dimidio si sit masculus, vel nouem cũ dimidio si sit fœmina. Nam antè nõ præsumitur doli capax, vt in c. j. extrà de delic. puero. & furtũ non cõmittitur sine dolo & affectione furandi, vt dictum est suprà eo. §. placuit. Potest tamẽ impubes ante huiusmodi ætatem castigari cũ virgis vel ferula, si res abstrahat alienas, vt l. j. §. impuberes. & l. excipiuntur. ff. ad Silleianũ.

§. Furti actio.

1 Pro furto competunt quatuor remedia. Et quæ, & quis cuiuslibet usus. Et quid illa inter se differant. nu. 2.

3 Furtiua actione potest agi ciuiliter uel criminaliter. Fallit, nu. 4. 5. 6. & 7.

Summatur sic: Actio furti datur ad pœnam quadrupli vel dupli. Sed rei vendicatio & condictio furtiua dantur ad rem furtiuam persequẽdam. Et datur rei vendicatio contra quemlibet possessorem, sed condictio furtiua non datur, nisi contra furẽ vel hęredem eius. Hoc dicit.
1 ¶ Notandum † primò, quòd pro furto competunt quatuor remedia, scilicet actio furti, condictio furtiua, rei vendicatio, & actio ad exhibẽdum, vt l. si pro fure. §. furti. ff. de condic. furti. Et differunt istæ actiones, quia actio furti datur contra personam, & ad pœnã quadrupli, scilicet si sit furtum manifestum, vel dupli si sit furtum non manifestum, vt suprà eo. §. furtorum. Et cõpetit hæc actio cuilibet, cuius interest rem esse furatam, vt suprà eo. §. furti autem actio. & non solùm datur habentibus interesse, sed etiam hæredibus eorum, vt infrà de perpe. & tempora. actio. §. non autem omnis. Sed nõ datur contra hæredes furis: quia est actio pœnalis, quæ non datur contra hæredes, nisi lite contestata, vt l. j. C. ex delic. defuncto. Rei autẽ vendicatio & condictio furtiua, & etiam actio ad exhibendum, dantur ad persequendum rem
2 ipsam, & dantur domino vel hęredi eius, vt ff. de cõdic. furtiua. l. j. † Et differunt istæ actiones reales. quia rei vẽdicatio & actio ad exhibendum dantur contra quemcunq; possessorem: sed cõdictio furtiua non,

 datur

datur, nisi contra furem, contra quem etiam datur, licet nõ possideat, vt hìc in fine tex. Et ista condictio furtiua etiam datur contra hæredes furis, vt l. si pro fure. § .condictio. ff. de condictione furtiua. & l. in
3 condictione. ff. co. de condictio. furti. ¶ Notandum † secundò, quòd actione furtiua potest agi ciuiliter vel criminaliter. Si ciuiliter, tũc pœna applicatur parti, quæ passa est furtũ, & non fisco, vt l. iij. ff. de sepul. viola. Sed si agatur criminaliter, tunc pœna est arbitraria, ita tamen quòd sit pœna citra mortem aut membri abscisionem, vt Authé. sed
4 nouo iure. C. de seruis fugitiuis. Hoc tamen † fallit in fure famoso, qui scilicet tria furta fecit, quia ille furca suspenditur, vt in glo. in dicta Authen. sed nouo iure. vel secundum Bal. si fecit vnum furtum æquiualẽs
5 tribus furtis, in eadem Authenti. Fallit etiam, † si fur fregit pacem, quia tunc pro quinq; aureis furca suspenditur, vt in c. si quis quinque. in Au-
6 then. de pace tenenda, & eius violatori. collatio. x. † Fallit etiam, quando statuta municipalia terrarũ habent, quòd fur debeat suspendi, quia talia statuta à iure cõmuni sunt approbata. vt l. omnes populi. ff. de iu-
7 sti. & iure. Fallit † etiam in latrone, & deroboratore stratarum, vt l. capitalium. § .famosus. ff. de pœnis. Dicunt tamen Docto. quòd pro furto aut simili crimine nõ debeat facies hominis caracterari, aut stigmate in fronte vel in gena bullari, ne facies ad similitudiné cœlestis pulchritudinis formata deturpetur, vt l. si quis in metallum. C. de pœnis. & notatur in c. ad audientiam, extrà de pœnis. Et ideò non videntur valere statuta, per quæ talia fiunt. Et tantùm de illo titulo.

DE VI BONORVM RAPTORVM.

TITVLVS II.

1 *Rapina, siue raptus, variè contingit.*

1 COntinuatur sic: Suprà titulo proximo dictum est de furtis, hìc consequenter tractatur de rapinis. ¶ Notandum † ergo circa rubricam, quòd rapina seu raptus interdum cõtingit circa personas, & sic nõ tractatur hìc de rapina, sed C. de rapt. virgi. & extrà de rapto. per totum. Et interdum contingit circa res, & si illæ res sint ecclesiasticæ, tunc committitur sacrilegium: de quo etiam non tractatur hìc, & si illæ res sint prophanæ, & de rapina earum tractatur.

§. Qui vi res.

1 *Furti actio datur pro re rapta: & etiam vi bonorum raptorum.*
2 *Fur non solùm est, sed etiam improbus fur, qui rem alienam rapit.*
3 *Furti actione si agatur contra raptorem, raptore deprehenso agitur furti mani*

ti manifesti.

4 *Annus utilis, quot dies contineat, quibus quis agere possit.*

5 *Actio ui bonor. raptorum, potest institui dupliciter.*

1 Summatur sic: Pro † re rapta datur actio furti, & etiam actio vi bonorum raptorum, cuius pœna intra annum est quadruplũ, & post an-
2 num simplum. Hoc d. ¶ Notandum † primò, quòd qui rem alienã rapit, non solùm est fur, sed vocatur in probus fur, vt l. si cum exceptione. §. qui vim. ff. de eo quod met. cau. quia fur aufert rẽ domino ignorante: sed raptor aufert rem etiam domino sciente, & non solùm facit domino damnum, sed etiam iniuriam, & cõtingit etiam rapinam fieri
3 in re cõmuni, vt ff. de furtis. l. si socius. ¶ Notandũ † secundò, quòd si agatur contra raptorem actione furti, tunc si raptor sit deprehensus, agitur furti manifesti, vt l. si vẽdidero. §. cùm raptor. ff. de furtis. Aliâs autem agitur furti non manifesti, & si agatur furti manifesti. tollitur actio vi bonorum raptorum, sed si agatur furti nõ manifesti, cùm illa sit ad duplum, potest nihilominus agi actione vi bono. rapto. ad residuum, videlicet ad aliud duplum, quia actio vi bonorũ raptorum intra annum indistinctè est ad quadruplũ actione furti. Et hoc est verum, si in actione furti non manifesti lata sit sentẽtia condemnatoria. Secus autem si absolutoria, quia tunc non agitur ad residuum, vt notatur in l. ij. ff. de publica. & vectiga. Ex isto patet, quòd minor pœna per statutum illata, non tollit maiorem pœnam illatam de iure communi, nisi hoc exprimatur in staruto, vt l. quotiens. ff. de actio. & obli.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd annus vtilis cõtinet trecentos & sexaginta quinq; dies, in quibus quis agere põt, vt l. cũ hæres. §. Stichus. ff. de statu libe. Et de isto anno vtili loquitur hîc textus, vt l. finali. C. eodem. ¶ Opponitur sic, & videtur, quòd textus non bene ponat hîc pœnam actionis vi bonorum raptorum, per §. item lex Iulia. infrà de publi.
5 iudi. Solutio. † Actio vi bono. rapto. potest institui dupliciter, videlicet ciuiliter & criminaliter. Si ciuiliter habet locum, quod hîc dicitur. Si autem criminaliter, tunc aut agitur ad pœnam ciuilem, vel ad canonicam. Si ad pœnam ciuilem, tunc aut rapina facta est cum armis, & pœna eius est deportatio. Aut sine armis, & pœna est amissio tertiæ partis omnium bonorum, & ita loquitur §. in contrarium allegatus. Si autem agatur ad pœnam canonicam, tunc pœna est excommunicatio, & carentia sepulturæ ecclesiasticæ, & de illa pœna rapinæ tractatur in c. j. extrà de rapto.

§. Quadrupli.

1 *Furti actio, differt ab actione ui bono. raptorum. & nu. 2. & 3.*

In pœna quadrupli actionis vi bonorum raptorum, continetur res

rapta

1 rapta. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd differentia est inter actionem furti, & vi bonorum raptorum, quia in pœna actionis furti non computatur res furata, vt suprà tit. proxi. §. furti actio. sicut in pœna actionis vi bonorum raptorum, vt hîc. Et ideò, si agatur contra raptorē actione furti manifesti, punitur plus, quàm si ageretur contra eum actione vi bonorum raptorum, quia punitur in quintuplo cōputando rem furatam, vbi actione vi bonorum raptorum non punire-
2 tur, nisi in quadruplo. Alia † differentia est, quia in furto distinguitur inter manifestum & nō manifestum. Sed illa distinctio in actione vi bonorum raptorū, non habet locum. ¶ Opponitur & videtur, quòd etiam in actione vi bono. rapto. potest fieri distinctio per manifestū, & non manifestum, quia dicitur hîc in tex. siue comprehendatur raptor, siue non. Solutio. Hoc dicitur ad differentiam furti, in quo con-
3 sideratur talis distinctio. ¶ Sed tunc replicatur. Raptor † semper est manifestus, quia rapere, est de manu eripere, vt l. iiij. ff. ne quis eū, qui in ius vocatur, vi eximat. ergo hoc dicitur hîc superfluè. Solutio. Raptor & fur distinguntur ex animo, quia si animus sit capiendi rem palàm & violenter, licet neminem inueniat, quando rem rapit, dicitur tamen raptor. Et si animus sit capiendi rem clàm, quanuis deprehendatur, est fur, & non raptor.

§. *Quia tamen.*

1 *Credulitas, ignorantia, uel error an & quādo excusent à pœna.*
2 *Constitutiones contra rapientes etiam ignorantes.*
3 *Rapiens seu inuadens rem suam, punitur amissione ipsius rei.*
4 *Res potest auferri dupliciter.*

Summatur sic: Quanuis olim rapiens rem, credens eam esse suam vel sibi licere eam auferre, absoluebatur ab actione vi bono. rapto. & etiam ab actione furti, ex quo cessat dolus, hodie tamen rapiens rem etiam suam, perdit ipsam rem. Et rapiens vel inuadens rem alienam, restituit ipsam rem, & etiam æstimationem eius, siue sit res mobilis, si-
1 ue immobilis. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quando pro aliquo delicto dolo commisso imponitur pœna, tunc credulitas seu ignorātia vel error excusat aliquem, ne teneatur ad talem pœnam, non tamē statur assertioni dicentis se sic credere, vel ignorasse seu errasse, nisi hoc appareat ex euidentibus indicijs, vt si quis rapuisset rem à bānito, qui tamen legitimè non esset bannitus, vt nota. per Bart. in l. penul. ff.
2 de adulterijs. ¶ Notandum † secundò, quòd hodie sunt constitutiones, quæ dantur contra rapientes etiam ignorantes, nisi errarent seu ignorarent in facto alieno, vt si quis occuparet rem alienam inuentam in hæreditate, quam credebat esse defuncti, talis enim excusatur, vt no-

vt notatur per Inno. in c. cùm in officio. extrà de testa. ¶ Notandum
3 † tertiò, quòd per huiusmodi nouas constitutiones punitur rapiens, vel inuadens rem suã amissione ipsius rei. Et rapiens seu occupans, vel inuadens rem alienam, punitur in restitutione rei, & æstimationis ipsius rei solutione. Et si fecit dolum, restituit rem cum fructibus. si auté sine dolo, non tenetur sic ad restitutionem fructuum, vt notatur in l. si quis in tantam. vbi multa habentur de hac materia, & in lege se. C. vnde vi. facit l. extat. ff. de eo, quod met cau. & not. per glo. fi. in §. si ibi. ¶ Opponitur, & videtur, quòd auferens rem non punitur, per l. magi-
4 stratib. ff. de iniurijs. Solutio. Res † potest auferri dupliciter, scilicet authoritate iudicis, vel propria authoritate. Primo casu licet, & ita loquitur l. in contrariũ allegata. sed secundo casu non licet, & sic loquimur hìc. ¶ Sec replicatur, & videtur, quòd etiã liceat rem auferre authoritate propria, per l. liberam. C. quando liceat se sine iudice vindicare. Solutio. Illa lex loquitur, quando res aufertur incontinenti ab eo qui rem à domino abstulit, & hoc licet: hìc autem loquimur, quando res aufertur non incontinenti ab eo, qui abstulit. ¶ Sed iterum replicatur de c. lator. ij. q. vij. ibi res aufertur propria authoritate non incontinenti. Solutio. Illud c. loquitur in speciali dispensatione Papæ: hìc autem loquimur secundum regulam iuris communis.

§. Sanè.

1 *Actio ui bono. raptor. datur etiam non domino pro intereße.*
2 *Actio ui bono. rapt. si detur habenti intereße, tunc ille agit ad quadruplum ipsius intereße.*

Actio vi bonorum raptorum competit, cuilibet habenti interesse rem non esse raptam, licet non sit dominus. Et datur ista actio ex eis-
1 dem causis ex quibus datur actio furti. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd actio vi bonorum raptorũ, etiam datur nõ domino, pro interesse. Et ita datur pro re locata, commodata, impignorata, vel depo-
2 sita, vt hìc in textu. ¶ Notandũ † secũdò, quòd si habenti interesse detur hæc actio, tunc ille non agit ad quadruplũ ipsius rei raptæ, sed ad quadruplum ipsius interesse. verbi gratia. Rapti sunt mihi scyphi argẽtei valẽtes centum florenis, super quos mutuaui xx. florenos. Agendo hac actione non cõsequor quater centum flor. sed solùm quater xx. florenos. fa. l. si mulier. §. qui possessionem. ff. eo ti. quod metus causa. & l. pen. §. fi. ff. vti posidetis. ¶ Opponitur, & videtur, quòd inconuenienter dicitur hìc in tex. hanc actioné competere pro re deposita, per §. sed is, apud quem. suprà tit. prox. vbi dicitur, quòd depositarius non habet interesse, si res perdatur. Solutio, Verum est, quòd depositarius cõmuniter non habet interesse. si tamen dolũ, vel latam culpam com-

misit, vel custodiã promisit, & res perdatur, habet interesse, & ita loquitur tex. hic. Si tamen cõmisisset dolum, non haberet actionem furti, nec aliam actioné, nec ex improbitate sua consequeretur actionem, vt notatur in d. §. pe. suprà tit. prox. & facit l. itaq;. ff. de furtis.

DE LEGE AQVILIA.

TITVLVS III.

1 *Damnum, duplex.*

Continuatur sic: Dictum est suprà de furtis & rapina: Hoc consequenter tractatur de damno, pro quo datur actio l. Aquiliæ. Et habet l. Aquilia tria capita, quorum secundũ non est in vsu. Diuiditur ergo iste tit. in tres partes. Nam primò, tractatur de primo capite seu capitulo l. Aquiliæ. In secunda ibi, caput, d tertio capite, & in tertia ibi, Cæterùm, de actione l. Aquiliæ, & de natura eius. ¶ Notan-
1 dum † circa rubricam, quòd est duplex damnum. Nam quoddam est nondum illatum, sed timetur futurũ, & vocatur damnum infectum, de quo est tit. ff. de dam. infec. & de illo damno non tractatur hic. Aliud est damnum illatum, & de isto hic tractatur.

§. Damni iniuriæ act.

1 *Seruum alienum, uel pecus quadrupes occidens, ad quid tenetur. & qua actione.*

2 *Lex Aquilia, unde nomen sortita: & quis eius usus. ibid. & nu. 4. 5.*

3 *Lex Aquilia habet oculos retro.*

6 *Damnum, dupliciter accipitur.*

1 Summatur sic: Occidens † iniuriose alienum seruum vel pecus quadrupes, tenetur domino tantum dare, quanti plurimi eo anno seruus vel pecus valuit, actione l. Aquiliæ. Et in numero pecudum quadrupedum sunt animalia, quę gregatim pascuntur, vt oues, boues, &c. & nõ
2 feræ, bestiæ, neq; canes. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd l. Aquilia habet nomen ab authore, lata enim hæc l. est à quodã tribuno plebis Romanæ, qui vocabatur Aquilius, vt infrà eo. §. caput versi. nam plebem Romanam. Et inuęta est ista l. vt succurratur illis, qui iniustè
3 patiuntur damna ab alijs. ¶ Notandum † secũdò, quòd lex Aquilia habet tria capita seu capitula, quorum secundũ non est in vsu, vt dictũ est circa rubricam hic, & per primum caput punitur occidens alienum seruum vel animal in tanto, quanti plurimi valuit seruus vel animal infra annum retro computando à tẽpore, quo occisio facta est. Et ideò dicitur cõmuniter, quòd lex Aquil. habet oculos retro, vt l. ait lex. ff. eo. Et debet ista pœna computari secundũ communem ęstimationẽ, & non secundũ singularem affectioné, vt l. si seruum meum. ff. eod.

Debet

Debet etiam æstimatio fieri secundũ consuetudinem loci, in quo quis
4 cogitur respondere, vt in glo. in d. l. si si seruũ meum. † Et datur ista actio domino serui vel animalis occisi, vt l. item Mela. §. legis. ff. e. vel quasi dño, vt vsufructuario, vt d. l. item Mela. §. fi. Et datur cuilibet habenti ius in re, quãuis sua non interest, vt ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, l. ij. sicut de actione furti dictum est suprà de oblig. quæ
5 ex maleficio nas. §. furti autẽ. ¶ Notandũ † tertiò, quòd actio l. Aquiliæ ex primo capite solùm datur pro seruis & animalibus quadrupedibus, quæ in numero pecudum sunt, hoc est, quæ gregatim pascuntur, facit l. legatis seruis. §. pecoribus. ff. de leg. iij. Et ideò si quis occidat canem, non tenetur actione l. Aqui. ex. j. capite, vt l. ij. ff. eo. Tenetur tamen hac actione ex tertio capite, vt l. tantùm soluat, quãtum valuit canis retro cõputando, infra xxx. dies, vt l. si seruus seruum. §. tertio, aũt capite. ff eo. Et hoc verum est, nisi talis canis fuisset mordẽs, quia tunc licet eum occidere sine pœna, imò dominus canis teneretur læso, si nõ tenuisset canem ligatum, vt l. j. §. sed & si canis. & l. ij. ff. si quadru. pau. fecisse dica. Quod autem dicitur hîc de feris, intelligi debet, si feræ nõ sunt mansuetæ, vt l. j. §. bestias. ff. de postula. ¶ Opponitur, & videtur, quòd iste textus de l. Aquilia sit superfluus, cõtra l. quibus. in prima cõstitutione C. quia de damno illato tractatur etiam suprà, scilicet de fur
6 tis & rapina, in duobus tit. proximis suprà. Solutio. Damnum † accipitur dupliciter, vno modo generaliter pro quacunq; diminutione patrimonij, vt l. iij. ff. de dam. infec. Et ita cõprehendit in se furtum & rapinam. Alio modo propriè & specialiter. s. quando facta est corruptio vel deterioratio ei, vt l. qui occiderit. §. in hac. ff. eo. & sic non cõprehendit furtũ, neq; rapinam, quæ consistunt in amotione seu contrectatione rei, vt l. si seruus. §. si oliuam. ff. eo. & §. idem & in sylua.

§. Iniuria.

1 *Iniuria quid fieri in actione legis Aquiliæ, quod nullo iure fit.*
2 *Occidere alium an possit quis impunè.*
3 *Ludum exercens prohibitum sibi, & interficiens aliquem quoquo euentu, qua pœna aut actione teneatur.*

Summatur sic: Ille occidit per iniuriã, qui nullo iure occidit. Et ideò, si quis occidat aliũ se defendẽdo, vel casu, vel in ludo sibi vndequaq; licito, nulla culpa interueniente, non tenetur actione l. Aquiliæ. h. d.
1 ¶ Notandum † primò, quòd in actiõe l. Aqui. inuiria dicit̃ aliquid fieri, quod nullo iure fit, cõcordat l. sed & si. §. iniuriam. ff. e. siue fiat per dolum, siue per culpã etiam leuissimam, vt l. iij. ff. eo. fa. l. in lege. ij. ff. eo. Sed aliter capitur iniuria in actione iniuriarũ, vt videbitur infrà
2 de iniurijs. in prin. ¶ Notandum † secundò, quòd quis potest impunè alium occidere, videlicet latronem insidiantem, vt hîc dicitur. ad hoc

tamen

tamen requiritur, quòd iste occidés faciat hoc pro defensione sui corporis vel rerum, & quòd aliter non potest euadere, id est, cum moderamine inculpatæ tutelæ, quia, defensio est iuris naturalis, aliâs non licet, vt notatur per glo. & Bar. in l. furem. ff. de sicarijs. concor. cle. vnica, de homicidio. Non tamen tenetur fugere, si fuga esset sibi scandalosa, vt notatur per Bar. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Requiritur etiã, quòd talis occidés clamet, vt homines adueniant qualiter ipse coactus est facere, vt posteà super illo possent de hoc testimonia dicere, vt l.
3 iiij. ff. eod. ¶ Notandum † finaliter, quòd exercens ludum, qui sibi non licet, vel ratione personæ, vel ratione loci, & interficit aliquem, puta iagittando cum balista in loco ad hoc nõ ordinato, vel si sit clericus, cui ille ludus est interdictus, tenetur de homicidio, non tamen punitur lege Cornelia de sicarijs, quia hîc non est dolus, qui requiritur in illa lege, vt l. in lege Cornelia. ff. ad legem Corneliam de sica. & l. j. C. eo. punitur tamen talis etiam criminaliter arbitrio iudicis, si culpa præcessit etiam leuissima tantùm, vt per glo. in verbo, casu. & Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. Similiter si dederit operam rei illicitæ, vt in dicto casu. c. sicut dignum. extrà de homi. facit l. aut facta. ff. de pœnis. Patet ex istis, quòd periculosum est ire, vbi balistarij exercent ludum suum, quia si ibi aliquis interficiatur, imputari debet sibi ipsi, nisi interueniat dolus, quia ille præponderat culpæ, vt l. item si obstetrix. ff. eod. Patet etiam, quòd periculosum est sagittare in campis, vel in locis ad hoc non ordinatis: quia si aliquis lædatur vel interficiatur, tenetur sagittans, vt l. si quis cum telo. ff. ad leg. Corneliam de sicar. facit dicta l. si obstetrix. §. sed si per lusum.

§. *Item, si putator.*

1 *Putator arborum, si quem occidat deiectione ramorum uel arborum, an & qualiter teneatur. disting. ibid. & num. 2.*

3 *Imperitia connumeratur culpæ. & nume. 4.*

1 Si putans arbores † prope viam publicam, aut vicinalem, deijciendo arbores vel ramos, & non præclamauit, occidit seruum aut animal de numero pecudum, tenetur actione legis Aquiliæ ex primo capite. Sed si præclamauit, aut extra viam hoc factũ fuerit, etiã si non præclamauerit, nõ tenetur hac actione. Tunc ibi, præterea. Similiter hac actiõe tenetur medicus, per cuius imperitiam vel negligentiam seruus alicuius occisus est. Tunc ibi, impetu quoq;. Sic etiã tenetur director mulorum vel equorum, si propter imperitiam vel infirmitatem ipsius directoris, impetu istorum animalium seruus occisus sit aut pecus. Hoc di-
2 cit. ¶ Notandum † primò, circa §. item si putator, quod istud non solùm habet locum in deiectione arborum vel ramorum, sed etiam in omni-

omnibus alijs similibus casibus. Et ideò volens tegere domũ cum lateribus aut lapidibus, debet ponere aliquem, qui admoueat homines, ne transeant per illum locum, vel debet ibi ponere signum, vt homines videant. Aliâs si ex casu lapidum vel lignorũ aliquis lædatur vel occidatur, talis sic tegens domum, esset in culpa. Et quando fit præclamatio, tunc non sufficit eam fieri in ipsa proiectione, sed debet fieri satis tempestiuè, vt periculum vitari possit, vt l. si putator. ff. eo. ¶ Notandũ se-
3 cundò, † circa §. præterea. quòd imperitia connumeratur culpæ, vt hîc d. facit l. imperitia. ff. de regu. iuris. Et quod dicitur hîc de medico, hoc potest etiam intelligi de obstetricibus, per quarũ imperitiam & negligentiam interdum occidũtur puerperæ. Potest etiam istud intelligi de medicis animæ, vt sunt pastores & cõfessores, per quorum imperitiam & negligentiam frequenter occiduntur animæ, qui licet nõ teneantur hac actione alicui homini, sanguis tamen illarum animarum de manibus eorum requiretur à domino Deo, vt c. irrefragabili. extrà de offi.
4 ordi. ¶ Notandũ † tertiò circa §. impetu. quòd si ex impetu mularum vel equorum cõtingat damnum, eò quòd dirigens huiusmodi animalia non est peritus, aut non est satis fortis ad hoc faciendum, tenetur ipse, & est in culpa: quia non debet imperitia aut infirmitas sua alteri esse nociua, vt l. idem iuris. ff. eodem.

§. *His autem uerbis.*

1 *In actione legis Aquiliæ, ex primo capite, quid spectandum.*
2 *Actio legis Aquiliæ, est ciuilis.*
3 *Actio, quando dicatur pœnalis.*

Summatur sic: Quia in actione legis Aquiliæ, non solùm consideratur valor serui vel animalis occisi eo tẽpore, quo occisio fit, sed quanti plurimi valuit eo anno: ideò ista actio est pœnalis, & nõ transit ad hæredes. Et non solùm cõsideratur æstimatio damni in re perempta, sed omne damnum & cessans lucrũ, quod occasione interitionis rei pro-
1 uenit. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd in actione legis Aquiliæ ex primo capite consideratur, quanti plurimi res valuit eo anno, quo occisio facta est, vt dictum est suprà eodem. § j. Et licet regulariter in damnis non computetur lucrum cessans, vt ff. de actio. emp. & vend. l. si sterilis. §. cùm per venditorem. in ista tamen actione etiam lucrum cessans cõputatur, vt verbi gratia, Si quis habeat duos equos ad colendum terram suam, & aliquis occidit vnum ex illis equis, ille non solùm tenetur soluere illum equum, sed tenetur soluere totum damnũ, quod ille habet ex eo, quòd terra sua nõ est culta ex defectu equi occisi. Similiter, si quis habeat duos seruos scientes cantare comœdias, & vnus solus seruus non scit cantare comœdias, si aliquis occidat vnũ illorum

ſeruorum, ille non ſolùm tenetur ad æſtimationem illius ſerui occiſi,
ſed etiam ad lucrum ſoluendum, quod dominus conſueuit habere ex
cantu illorum ſeruorum. Et hoc eſt, quod dicitur hîc in fine textus. Ex
2 iſto † patet, quod hæc actio eſt pœnalis, & ideò nòn tranſit ad hæredẽ,
niſi lis fuerit conteſtata cum defuncto, vt C. ex delic. defun. l. j. vel niſi
hæres fuerit ex hoc factus locupletior, vt l. inde Neratius. §. hãc actio-
nem. ff. eod. quia turpia lucra ſunt ab hæredibus extorquenda, vt ff. de
3 calumn a. l. in hæredem. ¶ Notandum † ſecundò, quòd actio dicitur
pœnalis, quando plus ſoluitur pro re, quàm valuit res, propter quam
intentata eſt actio: non autem dicitur actio pœnalis, quando quis ſol-
uit aliquam pœnam. ¶ Opponitur. Nam contingit ſeruum vel anima-
occiſum plurimi eſſe, eo tẽpore quo occiditur, quo caſu iſta actio non
videtur eſſe pœnalis, & per conſequens hoc caſu debet tranſire ad hæ-
redes, ergo inconuenienter dicitur hîc, quòd iſta actio nũquam tranſit
ad hæredes, niſi in caſibus in notabili dictis. Solutio. Licet in iſto caſu
hæc actio non ſit pœnalis, apta nata tamen eſt eſſe pœnalis, & iura lo-
quuntur ſecũdum aptitudinem. facit l. j. §. quotidiana. ff. de aqua quo-
tidia. & æſtiua. loquuntur etiam leges vt in pluribus, & de his quæ fre-
quentius fiunt, vt l. nam ad ea. ff. de legibus. facit l. prima. §. item flumi-
num. ff. de fluminibus.

§. Liberum.

1 *Dominus ſerui occiſi, qua actione agat, & quotuplici. ibid. & nume. 2.*

1 Summatur ſic: Dominus † ſerui occiſi, poteſt agere l. Aquilia. vel l.
2 Cornel. de ſica. Hoc dicit. ¶ Notandum, † quòd pro ſeruo occiſo pu-
nitur quis l. Cornel. de ſica. ſicut pro libero homine occiſo, vt ff. ad l.
Cornel. de ſica. l. j. §. j. Et ideò dominus ſerui occiſi habet duas actio-
nes. Si tamen intentet vnam, non poteſt ſimul alia actione agere, vt ff.
de pub. iudic. l. iiij. & l. j. ff. de vi bonorum rapt. Sed vna peracta poteſt
aliam intentare, vt C. quando crimin. actio ciui. præiudi. l. j. Et hoc eſt
verum, niſi in prima actione lata eſſet ſententia abſolutoria.

§. Caput.

1 *Lex Aquilia habet tria capita.*

2 *Legis Aquiliæ caput primum & tertium, in quo conueniant, & in quo pugnent. & nume. 3.*

4 *Ruptum, uerb. eſt commune, & generale.*

5 *Verba in præfatione poſita, an intelligantur repetita in ſequentibus. ibid. & nume. 6.*

Summatur ſic: Reiecto capite ſecundo legis Aquiliæ, ex tertio ca-
pite punitur quis, ſi dolo vel culpa in cæteris animalibus in primo ca-
pite non enumeratis, vel alijs rebus damnũ fecerit, & damnatur quanti

plurim

plurimi fuerit res non integro anno, sed in diebus triginta proximis.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd lex Aquilia habet tria capita, vt etiam dictum est suprà eod. in princ. Sed secundum caput non est in vsu, nec eius verba habemus, sed solùm habemus duo capita, id est, capitula, scilicet primum & tertium, ex quo patet, quòd quando aliqua lex continet diuersa capitula, tunc quanuis vnum capitulum non sit in vsu: reliquum tamen potest esse in vsu, tunc talis lex non dicitur propriè abrogata, sed ei in parte derogatum est.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd primum caput & tertium legis Aquiliæ in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt. Conueniunt enim, quia sicut in primo capite requiritur dolus aut culpa, & sufficit etiam leuissima culpa, vt ff. eod. l. in lege Aquilia. nam aliter quis non tenetur, vt dictum est suprà §. iniuria. versicu. at nec is. sic etiam in tertio capite requiritur dolus aut culpa. Credo etiam, quòd conueniunt in hoc, quia vtrobique computatur lucrum cessans, vt dictum est de primo capite, suprà eod. §. his autem verbis. versic. illud. Sed † differunt, quia in primo capite requiritur occisio serui vel animalis, de numero pecudũ. Sed in tertio capite sufficit vulneratio serui vel pecudis, vel in alio animali occisio vel vulneratio, & in alijs rebus deterioratio. Differunt etiam, quia in primo capite attenditur, quanti plurimi res fuerit infra annum, retro computando à tempore occisionis, suprà eod. in princ. Sed in tertio capite attenditur, quanti plurimi res fuerit infra triginta dies, computando etiam retro à tempore, quo damnum datum est, vt hîc. Et ratio, quare longius tempus est in primo capite, quàm in tertio, est ista, quia ibi est grauius delictũ, vt ff. de offi. præsi. l. diuus. & l. præcedenti melius. & est hîc glos super verbo, triginta. ¶ Notandum † tertiò, quòd verbum ruptum, est generale. Nam vsta, scissa, effusa, fracta, vel alio modo deteriora facta, possunt dici rupta, vt hîc patet in tex. & l. si seruus seruum. §. inquit. ff. eod. ¶ Notandum † finaliter ibi, at nec plurimi, quòd verba in præfatione posita, intelliguntur repetita in sequentibus, vt ff. de verborum obligationib. l. Titia. §. idem respondit. ¶ Opponitur † contra vltimum notabile, & videtur, quòd ea, quæ ponuntur in præfatione, non intelliguntur repetita in sequentibus per l. Seio. §. fin. ff. de annuis lega. Solutio. Quod hic dicitur, est regulare. Fallit tamẽ, quando ex repetitione insurgit vitium aliquod aut ridiculum, vt est in l. in oppositum allegata. & in alijs, quæ contrà allegantur, hîc in glossa.

§. Cæterùm.

Legis Aquiliæ actio directa, quando detur. ibid. & nume. 3.
Dominus potest seruum suum claudere in carcere.
Actio utilis, cur sic dicta.

5 *Occasionem dans damni, an damnum dedisse dicatur.*

Summatur sic: Actio directa le. Aquiliæ datur, quando damnum datum est à corpore in corpus, sed actio vtilis eiusdem le. datur, quando damnum datum est à non corpore in corpus, vel econtra, à corpore in non corpus. Sed si damnum datum est à non corpore in nõ corpus, tũc neq; directa neq; vtilis actio le. Aquiliæ datur, sed actio in fa-
1 ctum. Hoc dicit, vsque ad finem titu. ¶ Notandum † primò, quòd actio directa legis Aquiliæ datur, quando damnũ datum est à corpore in corpus. verbi gratia: Si quis alienum seruum de ponte aut de ripa proijciat in flumine, & seruus ille moritur, tunc datum est damnum à corpore proijcientis in corpus ipsius serui proiecti. Ex quo patet, quòd iste § non solùm loquitur in tertio capite, sed indifferenter in primo & in tertio legis Aquiliæ. Sed actio vtilis legis Aquiliæ datur, quando damnum datum est à non corpore in corpus, vt l. pen. C. eod. vbi notat glo. verbi gratia: Si quis alienum seruum vel animal includat, & fame moritur. vel animal ita agitauerit, quòd moritur aut læditur, datum est dãnum à non corpore includentis vel agitantis, in corpus serui, vel animalis. ¶ Ex quo † patet à contrario sensu, quòd dominus
2 potest claudere seruum suum in carcere, non tamen debet in eum sæuire, vt § sed hoc tempore. suprà de his, qui sui, vel alieni iuris sunt. Sic etiam pater potest incarcerare, & in compedibus ponere filium iuris
3 cõtumacem, vt l. iij. C. de patria potestate. Et † datur etiã vtilis actio quando econtrà datum est damnum à corpore in non corpus, de quo non ponitur exemplum in textu, sed potest exemplificari, vt si quis excusserit anulum alterius ex digito suo, vt cadat in aquam, vt ff. eo. l. si seruus. § si quis de manu. Et licet istis duobus casibus daĩ vtilis actio legis Aquiliæ, competit tamẽ etiã actio in factũ, vt l. quemadmodum, § si magistratus. ff. eod. Et † dicitur actio vtilis, quia non datur ex verbis
4 legis, sed ex mente ipsius legis, sed directa vocatur, quando ipsa lex nominat actionẽ. Quãdo autem damnũ datũ est à nõ corpore in nõ corpus, nulla actio legis Aquiliæ cõpetit, sed actio in factũ, sicut si quis ex misericordia liberauerit seruũ alterius, quẽ dominus ad castigandũ clausit in carcere, vel posuit in cõpedibus. Nã hoc proximũ est dolo, vt ff. depo. l. si hominẽ. § j. Sed si hoc fecit non ex misericordia, tũc tenetur actiõe furti, vt ff. de dolo. l. & elegãter § itẽ Labeo. ¶ No-
5 tandũ † secundò, quòd hîc colligitur, quòd qui occasionẽ damni dat, damnũ dedisse videtur. Et ad hoc potest iste textus allegari. facit l. si occiderit. § in hac quoque actione. ff. eod. Quod verum est, si occasio cõsistat in actu propinquo ipsi damno, aliâs non. Nam faciens gladium, cum quo alius occiditur, non dicitur dedisse damnum, nec occasionem damni.

DE

DE INIVRIIS.

TITVLVS IIII.

1 *Iniuriarum agere potest iudex ex officio suo, parte etiam non conquerente.*

2 *Iniuria an sit priuatum delictum.*

Continuatur sic: Dictum est suprà de quibusdam priuatis delictis, & quia iniuria etiam est priuatum delictum, nam actio iniuriarũ non datur cuilibet, sed tantum iniuriato, vt infrà eodem. §. in summa. nisi in casu, scilicet de libello famoso, vt C. de famosis libel. l. vnica. idcirco consequenter tractatur hîc de iniurijs. ¶ Notandum † circa rubricam, quòd licet iniuria sit delictum priuatum, iudex tamen ex officio suo parte non conquerente, potest agere iniuriarum, secundum Ioan. Fabri hîc, quia expedit reipublicæ crimina non manere impunita, vt l. congruit. ff. de officio præsid. Et istud minus dubiũ habet apud Canonistas, secundum quos omnia crimina sunt publica, id est, reipublicæ nociua, non sunt autem omnia publica, id est, manifesta, vt in capit. notandum xxiij. quæstio. iij. & notatur per Archidia. in c. non est. de consuetud. libro vj. ¶ Opponitur sic, † & videtur, quòd iniuria non sit priuatum delictum, per l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis. Solutio. Aut iniuria committitur in priuatam personam, & tunc est priuatũ delictũ, nec competit actio cuilibet de populo, nisi in casu libelli famosi, vt dictum est: aut cõmittitur in personã publicam, & tunc est publicum delictum, vt si fiat iniuria clerico seu sacerdoti, & sic loquitur lex in oppositum allegata. Nã tunc potest dici sacrilegiũ, quod in dubio est publicũ delictum. Maximè, si sit iniuria commissa re. Nã si fieret solo verbo, iniuria facta clerico, nõ est crimẽ publicũ.

§. Generaliter.

1 *Iniuria, quid. Et quotuplex. ibid. & nu. 2.*

3 *Sententia iniqua & iniusta, quid differant.*

Summatur sic: † Iniuria generaliter dicitur omne, quod fit non iure. Specialiter triplex est iniuria, scilicet contumelia, culpa, & iniquitas seu iniustitia. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd tres sunt species iniuriæ, quarum prima dicitur contumelia verbalis aut realis, sub qua etiam continetur detractio. Et de ista iniuria præcipuè tractatur in hoc titulo, & etiã ff. de iniurijs. vt in glo. ibidem. l. j Alia species dicitur culpa, vt quãdo damnũ illatũ est alicui ex dolo & culpa, & de ista specie iniuriæ nõ tractatur hîc, sed de illa dictum est suprà, ad legẽ Aquiliã. Tertia est species iniuriæ, quæ dicitur iniquitas seu iniustitia iudicis. Nam quando iudex pronuntiat contra

æquitatem, tunc dicitur iniquitas, & quando pronuntiat contra rigo. rem iuris, tunc dicitur iniuſtitia. Si autem pronuntiet cõtra æquitatem

3 & contra ius, tunc dicitur ſimul iniquitas & iniuſtitia. Eſt † tamẽ diffe rentia inter ſententiã iniquam & iniuſtam. Nam ſententia dicitur ini. qua, quando iudex ſcienter pronuntiat contra ius, & tunc facit litẽ ſuã, & efficitur infamis, vt l. prætor edixit. & ibi per Bart. ff. eo. Sed iniuſta ſententia dicitur, quando iudex ignoranter pronuntiat contra ius. & tunc non efficitur infamis, debet tamẽ ſindicari, id eſt corrigi arbitrio ſindicatorum. Nam ſecundum iura officialibus dandi ſunt ſindicato. res, qui poſt completum officium debent inueſtigare ſententias latas, & ſi inueniant aliquas iniuſtas, debent punire iudices, qui tales ſenten. tias pronuntiauerunt, vt nota. per Ange. in l. j. ff. eo.

§. *Iniuria.*

1 *Iniuriarum actione, qualiter quis teneatur. ibid. & nu. 6. & 11.*

2 *Pugno ictus, dici poteſt pulſatus, non autem, uerberatus.*

3 *Iniuria, fit etiam uerbis. Limit. nu. 4.*

5 *Iniuriarum actione tenetur, poſsidens bona tanquàm debitoris ſui, qui tamen nihil debet.*

7 *Iniuriarum actione tenetur, qui ſcribit, componit, aut producit libellum famoſum.*

8 *Matremfamiliâs, quæ dicatur aſſectari. Et qua actione teneatur.*

9 *Prætexta, quid. Et quis dicatur prætextatã aſſectari. & qua actione teneatur.*

10 *Mulieris pudicitiam attentãs uerbo uel facto, tenetur actione iniuriarum.*

1 Summatur ſic: Pugno † aliquem percutiens, pulſans, aut fuſtibus cædens, ſeu verberans, vel etiam alicui conuitians, vel bona alicuius poſſidens, quaſi debitoris qui non eſt debitor, vel libellum famoſum ſcribens aut componens, & ad hoc conſilium dans, aut ad aliquid prædictorum, vel matremfamiliâs ſeu prætextatum aut prætextatam affectans, alicuius mulieris pudicitiam attentans, & pluribus alijs modis ſi-

2 milia faciens, tenetur actione iniuriarũ. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quando quis percutitur pugno, tunc poteſt dici pulſatus & non verberatus, quia verberatio fit aliter, quã cum pugno. quod facit. ſi ſit ſtatutum puniens verberantem, tunc ſi quis aliquẽ percuſſerit pugno, non cadit in pœnam illius ſtatuti, vt l. item apud Labeonẽ. §. ver-

3 beraſſe. ff. eo. ¶ Notandum † ſecundò, quòd iniuria non ſolùm fit re, ſed etiam verbis. Nam conuitians, id eſt, dicens alicui verba vituperioſa, tenetur actione iniuriarũ, vt dicendo, tu es fur vel latro, vel etiã dicendo, tu mẽtiris iniurioſè, vel etiã dicendo, tu es ſpurius, licet ſit, vt no-

4 tatur in §. j. in Authen. quib. mo. naturales efficiuntur ſui. Et hoc † eſt verum,

rerum,nisi talia dicantur ad vtilitatem reipublicæ, vt scilicet sciantur crimina,ne tales ad honores promoueantur in nocumentum reipublicæ,vt notatur in verbo.infamauit.in l eum qui nocentem.ff.eo. Canonistæ tamen dicunt,quòd etiam cōmittitur iniuria,quando aliquid improperatur alicui,quod expedit reipublicę,vt sciatur,vt si dicatur,tu es leprosus,ex quo hoc fit non iudicialiter,vt notatur in c.si culpa, extrà de iniurijs & dam.dato.Bar.tamen in dicta l.eum,qui.ff.eodem.tenet

5 contrarium. ¶ Notandum † tertiò,quòd ille,qui possidet bona alicuius tanquam debitoris sui,qui tamē nihil sibi debet,tenetur actione iniuriarum,vt hîc. Et ideò,si quis faciat se mitti in possessionē bonorum alicuius absentis,quasi ille esset debitor suus,& ille sibi nihil debet,quāuis hoc sit iudicialiter factum,tenetur tamen actione iniuriarum, quia dedit alijs intelligere,quòd ille nō esset satis soluendo,& ostendit vtilitatem seu paruitatem rei familiæ suæ, quod fieri non debet, vt C. quando & quibus quarta pars debe.de bonis decurio.l.ij. § .j. libro de

6 cimo.Patet † etiam,quòd si quis traxit alium in iudicio,quasi esset debitor suus,& sciuit eum non esse debitorem,& succubuit,potest ille sic vocatus contra eum agere iniuriarum,vt l.si creditor.ff.eo.Patet etiā quòd si quis dicat aliquem esse debitorem suum, qui in veritate non est,tenetur illi actione iniuriarum,dicta l.ij. C. quan. & quibus. lib.x. Sed potest quis aliquem appellare debitorem,aut in ius vocare,si in veritate sit debitor,quia vtitur iure suo,quo modo nemini fit iniuria, vt l.eum,qui.ff.eo.Si tamen aliquis propria authoritate intraret possessionem bonorum illius,qui in veritate est debitor suus facit sibi iniuriam,vt l. si iniuriæ.ff. eodem. & cadit à iure suo, vt est text & gloss. in l.final.ff.quod metus cau. fa.l.si quis in tantam. C.vnde vi. ¶ No-

7 tandum † quartò,quòd scribens aut componens, vel etiam producens libellum famosum,tenetur actione iniuriarum ciuiliter. Et si infamat de crimine capitali,tenetur criminaliter,vt est glo. in l.vnica. C.de famo.libel.& tunc quilibet de populo potest agere,vt est glo.in verbo, si quis,& in verb.capitali.in l.quod senatus.ff.eodem. Et accusans talem,meretur præmium,quod cōsequitur arbitrio iudicis,vt l.lex Cor

8 nelia. § .fi.ff.eodem. ¶ Notandum † quintò,quòd illa dicitur affectari matremfamiliās,quæ vtitur vestibus honestarum matronarum, cum tamen constet eam inhonestam esse,& si faciat hoc in ignominiā alterius tenetur actione iniuriarum.l.iij. § .fi.ff.de libe.exhi.& l.nam ciuiū ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Et hinc sumpsit occasionē statutū, quod in nōnullis est ciuitatibus,quòd meretrix teneatur portare vnā petiā panni cū nola in humeris,vt discernatur ab honestis. ¶ Notādū

9 † sextò,quòd prætexta,est vestis,qua solebāt vti nobiles ciues Romani.Et dicit affectari prętextum vel prętextatā,q vtitur tali veste,& nō

est de numero nobilium,& tenetur actione iniuriarum,vt l.apud La.
beonem. §.aliud.ff.eo. Ex quo patet,quòd vestis reputatur cũ perso.
na. Et ideò si quis capiat vestes clerici,vel scindat,vel laceret eas ani.
mo iniuriandi,cadit in canonẽ si quis suadente.xvij.q.iiij. Et ita dicit
Inno.in.c.nuper.extrà de sentẽ.excõmu. Patet etiam,quòd si rusticus
vtatur veste longa,subducta variè in derisionem doctorũ,tenetur in.
iuriarũ, vt l.item apud Labeonem. §. vestem.ff.eo. Patet etiã, quòd
si quis vtatur cappa alicuius religionis,sicut faciunt laruati in tempore
carnis priuiali in hastiludijs, possent illi religiosi agere cõtra tales in.
iuriarum,vt in §.fi.in Authen.de sanctis.epis.& in l.minime.C.de sa.
10 crosan. Ecclesijs. ¶ Notandum † septimò,quòd qui attentat pudicitiã
mulieris verbo vel facto,tenetur iniuriarum,& si aliquis filo captus,id
est,inamoratus frequenter insequeretur aliquam mulierem,posset illa
agere contra eum iniuriarum,vt l.item,apud Labeonẽ. §.appellare.ff.
eo.quod verum est,si sit mulier honesta,secus si esset inhonesta,vt d.
11 l.apud Labeonem. §.si quis virginem. ¶ Notandum † finaliter,quòd
adhuc sunt plures modi,quibus cõmittitur iniuria, de quibus hîc non
exemplificatur,vt si aliquis prohibet alteri piscari in mari, vel balnea.
re in balneo publico, vel ire per publicam plateam,vel vni re sua, de
quibus omnibus habetur in titu.de iniurijs.ff.eo.

§. Patitur autem quis.

1 *Pater an possit agere pro iniuria facta liberis in potestate existentibus. ibid. & nu.2. Et quid de Episcopo.nu.3.*

4 *Pater non habet actionem iniuriarum pro filio emancipato.*

5 *Sponsus habet actionem iniuriarum pro sponsa: sicut maritus pro uxore.*

1 Summatur sic:Pro † iniuria facta liberis existẽtibus in potestate,ha
bet pater actionem. Et pro iniuria facta vxori, agit maritus,sed non
ecõtrà. Et pro iniuria facta nurui agit socer, si maritus ipsius nurus sit
2 in potestate soceri. Hoc dicit,& patet intellectus tex. ¶ Notandũ † pri
mò,quòd quando dicitur hîc patrem posse agere pro iniuria facta fi.
lio,hoc debet intelligi,si iniurians sciuit eum esse in potestate, licet nõ
sciuerit in cuius potestate esset. Et ita etiam intelligitur de vxore:nam
si aliquis faceret iniuriam filio,& crederet eum esse patrẽfamiliâs, vel
vxori,quam crederet viduam,tunc pater non haberet actionẽ iniuria
rum,neq; maritus,vt in l.eum,qui nocentem. §.fi.ff.eo. Et sicut pater
3 habet actionem iniuriarum pro iniuria facta filio,sic † etiã episcopus
potest agere pro iniuria facta clerico suo, & abbas pro iniuria facta
monacho suo,& ciuitas potest agere pro iniuria facta ciui suo: diffe.
renter tamen,quia episcopus,abbas,vel ciuitas non habent hãc actio.
nem,nisi iniuria facta sit in eorum cõtumeliam,sed pater habet actio.
nem

nem pro iniuria facta filio, licet non sit facta filio, licet non sit facta in
4 contumeliam suam, vt ff. eo. l. j. §. fina. ¶ Notandum † secundò, quòd pater non habet hanc actionem pro filio emancipato, vt satis patet ex isto textu, & est glo. in. l. sed si vnus. §. filio, versi. sed & si pater. ff. eodem. quamuis glo. hîc in ver. patris, dicat contrarium: sic etiam pater nõ habet actionem iniuriarum pro filio naturali tantùm seu spurio, quia expressæ sunt personæ, pro quibus pater habet istam actionem, in l. j. & ij ff. eo. qui tamen facit iniuriam vni personæ, ille facit iniuriã omnibus de cognatione illius, quantum ad hoc, quòd non possunt esse testes, sed quilibet non potest agere iniuriarum saltem ciuiliter, criminaliter tamen quilibet de cognatione agere potest, sicut alius extraneus,
5 vt notatur per Bar. in dicta l. j. ¶ Notandum † tertiò, quòd sicut maritus habet actionem iniuriarum pro vxore, sic etiam sponsus pro sponsa, vt l. item apud Labeonem. §. sponsum quoq;. ff. eodem. Ex prædictis ergo patet, quòd pro iniuria facta vxori, quatuor personę possunt agere, scilicet ipsamet vxor, pater eius, maritus eius, & socer, scilicet pater mariti, in cuius potestate est ipse maritus. vt ff. eo. l. j. §. fin.

§. Seruis autem ipsis.

1 *Seruo iniuria fieri non potest, iure ciuili: naturali, potest.*
2 *Dominus an habeat actionem pro iniuria illata seruo. disting.*
3 *Seruo illata iniuria, agit proprietarius: non usufructuarius.*
4 *Pro iniuria illata discipulo, non agit magister uel artifex.*
5 *Iniuriam factam subdito, in contumeliam eius, non potest dominus remittere.*
6 *Iniuria facta seruo communi, an domini agant pro portione dominica.*

Summatur sic: Seruo non fit iniuria, sed domino eius, & habet dominus actionem pro iniuria facta seruo, si sit atrox, vel facta in contumeliam ipsius domini, & pro iniuria facta seruo communi, habent domini actionem, non pro portione dominica, sed secundum conditionem dominorum: & pro iniuria facta seruo vsufructuario, actionem habet proprietarius: sic etiam pro iniuria facta libero homini bona fide possesso, non habet possessor actionem, nisi facta sit in eius contumeliam: & pro iniuria facta seruo alieno bona fide possesso, non habet actionem possessor, sed dominus, nisi in eius cõtumeliam facta sit
1 iniuria. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd licet seruo non fiat iniuria inspecto iure ciuili. Secus tamen inspecto iure naturali, vt l. eum qui nocentem. §. j. ff. eodem. & lege secunda. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & suprà. §. finali. eodem. ¶ Notan-
2 dum † secundò, quòd pro iniuria facta seruo, dominus habet actionem, si sit iniuria atrox. Quæ autem atrox iniuria dicitur, statim pa-

 tebit

tebit infrà eodem. §. atrox. aut etiam si iniuria facta sit in contumeliam domini, vt hìc in textu. sed si iniuria facta seruo non est atrox, nec facta est in contumeliam domini, tunc dominus non habet actionem pro ea. non tamen relinquitur inulta, quia officio prætoris punitur, vt lege, item. apud Labeonem. §. si quis sic facit. ff. eodem.

3 ¶ Notandum † tertiò, quòd pro iniuria facta seruo vsufructuario, non agit vsufructuarius sed proprietarius, vt hîc, nisi iniuria facta sit in contumeliam vsufructuarij: nam tunc ipse habet actionem, vt lege, item, apud Labeonem. §. si vsumfructum. & § item, si liberum. ff. eodem. sic etiam pro iniuria facta alieno seruo, non agit bonæ fidei possessor, sed dominus serui: nec pro iniuria facta libero homini bona fide possesso, agit ipse possessor, sed ipsemet liber homo, nisi talis iniuria in contumeliam istorum possessorum seu possidentium facta sit, vt l. item apud Labeonem. §. antepenul. ff. eodem.

4 ¶ Notandum † quartò, quòd magister vel artifex non agit pro iniuria facta discipulo suo. quia sibi per discipulum non acquiritur, vt C. per quas personas nobis acquiritur. lege secunda. nisi iniuria fieret in contumeliam magistri vel artificis, quod tunc contingit, quando alias non fieret iniuria, nisi esset discipulus illius magistri vel artificis, vt lege, ædiles. §. Pedius. ff. de ædilitio edic. vel etiam si fieret in præsentia magistri vel artificis, vt lege, falsus. §. sed si is. ff. de furtis.

5 ¶ Notandum † finaliter, quòd dominus potest agere pro iniuria facta subdito suo, si facta sit in eius contumeliam, dominus tamen non potest illam iniuriam remittere, ita quòd subditus non habeat actionem, nisi consentiente subdito, & ideò postquàm fuerunt guerræ, & in tractatu pacis dominus remittit omnes iniurias subditis suis factas, illo non obstante possunt subditi adhuc agere contra iniuriantes, nisi consenserint in illam remissionem, vt notatur in capitulo, authoritate. extrà de priuilegiis. libro vj. in verbo, pertinent. ¶ Opponitur † sic,

6 & videtur, quòd non bene dicitur hîc in textu, si iniuria facta sit seruo communi, quòd tunc domini non agunt pro portione dominica. per l. sed non æquum est. ff. eodem. Solutio. Aut iniuria fit seruo communi in contumeliam vnius, vel plurium dominorum, & tunc locum habet quod hîc dicitur, quia tunc agitur ex persona dominorum: aut iniuria facta est seruo simpliciter, & non in cõtumeliam dominorum, & tunc agitur à dominis pro portione dominica, aut iniuria punitur officio prætoris, vt dictum est, si non sit atrox, & ita intelligitur lex in oppositum allegata, facit l. item apud Labeonem §. fin. ff. eodem.

§. *Pœna autem iniuriarum.*

1 *Iniuriarum pœna, quæ in lege xij. tabul.*

Membrum

2 *Membrum quid.*
3 *Supplicij similitudo.*
4 *Iniuriarum prætoria actio, tantùm durat anno.*
5 *Iniuriarum libellus, qualiter formandus.*
6 *Iniuriarum pœna ciuilis, introducta per legem Corneliam.*
7 *Iniuria est, si quis domum uiolenter alienam ingrediatur.*

Summatur sic: Olim ex lege duodecim tabularum, pœna iniuriarũ pro membro abscisso erat pœna talionis, sed pro membro fracto, seu læso erat pœna pecuniaria: hodie autem pœna iniuriarum est prætoria, & æstimatur ab iniuriato, secundum conditionẽ ipsius iniuriati, & quantitatem iniuriæ. In tribus tamen casibus pœna iniuriarum est ciuilis, scilicet, si quis sit pulsatus, vel verberatus, vel si quis domum suam violenter intrauit, quia talis pœna introducta est per l. Corne-
1 liam. Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandũ † primò, quòd pœna iniuriatũ in lege duodecim tabularum, erat talio pro membro rupto: sed pro membro fracto seu læso erat pœna pecuniaria constitu
2 ta. Et dicitur † membrũ secundũ Bart. & glo. in l. non sunt. ff. de statu hominũ. quod habet speciale officiũ in corpore, vt oculus qui videt,
3 & manus, & ita digitus non est membrũ. Dicitur † autẽ talis similitudo supplicij, vt si quis manũ amputaret, ei manus amputetur, vt C. de calumniato. l. fina. & ita loquitur de talione c. calumniator. ij. quæst. ij. vbi dicitur, quòd deficiens in accusatione punitur pœna talionis, quod est verum in ordinarijs criminibus: in extraordinarijs autem punitur secundum consuetudinem, secundum quam talis pœna solet imponi, vt l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui notantur infamia.
4 ¶ Notandum † secundò, quòd actio iniuriarum prætoria, non durat, nisi per annum, vt in l. si non conuitij. C. eod. & æstimatur ista pœna per iniuriatũ, iudex tamen debet moderari illam æstimationẽ, prout
5 sibi videbitur, vt l. constitutionibus. ff. eod. ¶ Notandũ † tertiò, quòd qui vult agere iniuriarum, debet libellare hoc modo: Domine Iudex, facta est mihi talis iniuria, illo die & in tali loco, & mallem perdidisse decẽ florenos, quàm sustinuisse talem iniuriam. Vel sic; Mallem me non passum fuisse talem iniuriam, quàm lucratum esse tot florenos, vt notatur per glossam, & per Bar. in l. iniuriarũ. ff. eod. & debet concludi, Idcirco domine iudex, peto talẽ in tanta summa pecuniaria, vel quãtũ vobis videbitur, condẽnari, attenta qualitate, cõditione, & quantitate personæ iniuriatæ, & iniuriæ illatæ, vt notatur per Ange. in l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. eodem Nec oportet in libello ponere quòd fecit animo iniuriandi, nisi certè esset talis persona, quæ posset corrigere, vt est magister scholarium, quia tunc oportet addere,

addere, quòd fecit animo iniuriandi, vt l. sed si quęcunq;. §. fin. ff. ad le
6 gem Aquiliam. ¶ Notandum † quartò, quòd in tribus casibus dictis in summario, pœna iniuriarum non est pretoria, sed ciuilis, introducta per l. Corneliam, vt hîc. Et concordat lex Cornelia, in prin. ff. eod. & ideò in istis casibus actio iniuriarũ non est annalis sed perpetua, vt infrà de perpe. & tempora. actio. in prin. Potest tamen quis si velit, etiam in istis casibus actionem pretoriam intentare, vt in glo. in d. l. lex Cornelia. & dicitur quis pulsatus, quando ex iniuria non habet dolorem, sed si habet dolorẽ, dicitur verberatus, vt d. l. lex Cornelia. §. j. ¶ No
7 tandum † finaliter, quòd idem est in hoc casu iniuriarum, scilicet quãdo quis violenter ingreditur domum alicuius, an sit domus propria, an conducta, an gratis concessa, an ibi sit tanquã in hospitio receptus, nihil refert, nisi esset ibi receptus ad momentũ, vt viator, vt l. lex Cornelia. §. si quis domum. ff. eo. vel nisi esset ibi tanquam laborator, vel stationarius in apotheca sua, vt d. l. lex Cornelia. §. tantũ. Et istud seruit ad sciendũ, quomodo citationes debent fieri in domo citãdi.

§. Atrox iniuria.

1 *Iniuria atrox, quotupliciter dicatur. ibid. & nu. 2. 3.*

4 *Iniuria atrox potest etiam committi per parentes in liberos. Et quæ sit actio eius.*

5 *Iniuria atrox, facta patrifamil. non differt à facta filiofamil. nisi actione.*

Summatur sic: Iniuria dicitur atrox, aut ratione facti, aut ratione loci in quo fit iniuria, vel ratione loci in corpore ipsius personæ iniuriatæ, aut ex ratione personæ, nec refert vt iniuria sit atrox, an iniu
1 riatus sit paterfamiliâs aut filiusfamiliâs Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd iniuria dicitur atrox ex facto, si quis sit vulneratus vel fustibus cæsus. Et dicitur atrox ex loco dupliciter, quia vel ex loco in quo fit iniuria, & ideò iniuria leuis fit atrox, si fiat in Ecclesia, vel in foro, vel in conspectu principis: alio modo ex loco, qui sumitur in corpore vt percussio facta in oculo, vel in facie, dicitur atrox, quæ esset leuis, si
2 fieret in dorso. Dicitur † etiam iniuria atrox ex persona, cui fit iniuria, & etiam ex persona iniuriantis: & ideò leuis iniuria facta ciui, est atrox si fiat Burgimagistro. & iniuria quæ est leuis, si fiat ab extraneo, est atrox si fiat patri à filio, vel patrono à liberto, quia isti tenentur ad re
3 uerentiam talibus exhibendam. Potest etiam dici iniuria † atrox, ratione temporis, vt si fiat tempore conuiuij in conspectu multorum, vt l. prætor edixit. §. atrocem. ff. eod. & si vestis alicuius laceretur vel scindatur, est atrox iniuria, vt notatur per Bar. in l. locatio. §. quod illicitè. ff. de publica. & per Innocen. in c. nuper. extrà de senten. excommuni.

¶ No-

4 ¶Notandum † secundò, quòd poteſt etiam atrox iniuria committi per parentes in liberos, & tunc liberi habent actionem contra parentes, vt in l. prætor edixit. §. preterea. ff. eo. Sed iſta actio eſt in factum, vt d. l. prætor. in verſ. niſi atrocitas quia actio iniuriarum infamat, vt l. j. ff. de his, qui notan. infa. modò liberi non poſſunt agere actione famoſa contra parentes, vt l. non debet. ff. de dolo. Et quando dicitur, quòd liberi poſſunt agere contra parentes, debet intelligi, ſi ſint emãcipati, exiſtentes enim in poteſtate non poſſunt, vt l. lis nulla. ff. de iudi. ſed quando commiſſa eſt atrox iniuria à parentibus, tunc cogũtur liberos em incipare, vt in glo. in ver. fuerit. in l. prætor. §. præterea. ff. eod. Nec poſſunt liberi agere criminaliter, ſed ſolùm ciuiliter, vt l. reſpiciendũ. §. furta domeſtica. ff. de pœnis. vt per Bar. in d. §. præterea.

5 ¶Notandum † tertiò, quòd non refert quantum ad hoc, vt iniuria ſit atrox, an fiat patrifami. an filiofami. refert tamen bene quantum ad actioné quia, ſi fiat iniuria filiofamiliâs, naſcũtur duæ actiones, ſcilicet filio & patri. quarum tamen vtriuſq; exercitium pater habet, vt l. ſed ſi vnius. §. filiofam. ff. eod ſed econtrà, ſi patri fiat iniuria, filius non habet actionem, vt l. pater. ff. eodem.

§. In ſumma.

1 *Iniuriæ actio, differt an intentetur ciuiliter, an criminaliter.*
2 *Actio ciuilis, an tollat criminalem, & econtrà. diſting. nu. 3.*
4 *Iniuriarũ actione intentata criminaliter, qualiter iudex punire debeat.*
5 *Procurator non poteſt interuenire, iniuriarum actione intentata criminaliter.*

Pro qualibet iniuria poteſt agi criminaliter & ciuiliter, & quando agitur ciuiliter, tunc pœna æſtimatur ab actore, ſed quãdo agitur criminaliter, tunc per officium iudicis imponitur pœna extraordinaria: & licet in criminali actione non interueniat procurator, illuſtres tamen & ſuperilluſtres poſſunt in cauſa iniuriarum agere, & reſpondere per procuratorem. Hoc dicit, & eſt glo. in l. fina. in verb. per procuratorem, & omnes Doctores. C. eod.

1 ¶Notandum † primo, quòd differentia eſt in actione iniuriarum ciuiliter intẽtata & criminaliter, quia ſi intentetur ciuiliter, tunc pœna applicatur parti, ſed ſi intentetur criminaliter, tunc pœna applicat̃ fiſco, ſi ſit pecuniaria, vt hic in glo. ſuper verb. extraordinaria. in l. fin. ff. eodem.

2 ¶Notandum † ſecundò, quòd actio criminalis tollit ciuilem, & econtrà, ſi vtraq; producatur ad vindictam, vt l. prætor. §. j. ff. eodem. & l. quod ſenatus. ff. eod. ſecus autem ſi vtraq; producatur ad rem familiarem, vt C. quando criminalis actio ciuili præiudicet. l. vnica.

3 Pro † quo diſtinguendum eſt, quia

quia aut vtraq; actio ex eodem facto producitur ad rem familiarē, & tunc vna præiudicet alteri, nisi in eo in quo vna excedit, vt infrà, si quadrupes paupe. fecisse dicatur. in princi. in glo. & in l. & item de fa. cto. §. finali. ff. nautæ, caupones, stabularij vel vna producatur ad vindictam, & alia ad rem familiarem, & tunc vna non præiudicat alteri: si autem ambæ producuntur ad vindictam, tunc actor habet electionem, & eligendo vnam præiudicat sibi de alia, vt suprà ad l. Aquiliam. §. liberum. Hoc tamen fallit in vno casu, quando scilicet agitur pro seruo mortuo, quia tunc licet sit actum ex l. Aquilia, potest tamē etiam agi criminaliter ex l. Cornel. de sica. vt est singularis textus in l. prætor. §. si dicatur. ff. eod. Ex istis satis patet, quòd licet quis egerit contra aliquem actione iniuriarum, potest adhuc ille agere contra eundem ex l. Aquilia, ad damnum, quia actio iniuriarum non datur ad damnum, sed datur ad reparationem contumeliæ, vt l. item, apud Labeonem. §. si quis seruo verberato. ff. eo.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd quādo agitur actione iniuriarum criminaliter, tunc iudex potest punire pœna capitis vel status, vt ff. eodem. in l. fina. debet tamen iudex in hoc seruare consuetudinem, vt imponat pœnam, quæ imponi consueuit, vt in glo. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa.
5 ¶ Notandum † finaliter, quòd quando agitur criminaliter, tunc regulariter non potest interuenire procurator, vt l. licet. §. ad actionem. ff. de procurato. siue agatur de crimine publici iudicij, vt l. penultima. §. ad crimen. ff de public. iudic. siue de crimine priuato, vt hic, & l. finali. C. eodem. Hoc tamen fallit in illustribus & superillustribus personis, vt dictum in summario. Quæ autem sunt personæ illustres & superillustres, habetur in glo. in princi. in authentica, vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt, collatione v.

§. Non solùm.

Iniuriam petens fieri per alium, sine interuentu pecuniæ, dicitur mandare: interueniente uerò pecunia, dicitur conducere. Et quando suasor dicatur.

Summatur sic: Non solùm faciens, sed etiam procurans iniuriā fieri, tenetur actione iniuriarum. Hoc dicit, vt l. non solùm. ff. codem.
1 ¶ Nota, † quòd si aliquis petat iniuriam fieri per alium, propter seipsum. scilicet qui petit sine interuentu pecuniæ, tunc dicitur mandatum, si autem interueniente pecunia, dicitur conductor. sed si petat propter eum qui facit iniuriam, tunc dicitur suasor. Patet ergo hìc, quòd consentientes & facientes pari pœna sunt puniendi, ad quod facit l. ij. §. diuus. ff. de iure fisci. & in isto casu, vno satisfaciente, alius non liberatur, vt l. non ideo minus. C. de accusa.

Opponitur

¶ Opponitur & videtur, quòd procurans seu consulens iniuriam non tenetur, per §. tua tantùm suprà mandati. Solutio. Ille §. loquitur, quando quis consulit hoc, quod tamen sine consilio fuisset sic factum: hîc autem loquimur quando ex consilio sequitur iniuria.

§. Hæc actio.

1 *Iniuriarum actio, tollitur dissimulatione. Et qualiter hoc intelligatur, & quotupliciter. nu. 2. & nu. 3.*
4 *Iniuria, quot prætereà modis tollatur.*
5 *Iniuria unde nascatur.*
6 *Iniuria semel remissa, non reuocatur.*
7 *Iniuriam remittere tenemur.*

1 Actio iniuriarum † tollitur dissimulatione, & semel remissa iniuria non potest reuocari. Hoc dicit, vt l. non solùm. §. iniuriarum. ff. eod.
2 ¶ Notandũ † primò, quòd quõ dicitur, quòd iniuria tolli seu aboleri per dissimulationẽ, hoc põt intelligi dupliciter. Vno modo, quòd propter dissimulationẽ nõ nascitur iniuria: vt si fiat alicui iniuria verbalis vel realis, & ille ridet, vel solatiatur cum iniuriãte, ita vt appareat sibi non displicere illud, quod dicitur, aut quod fit, & ita iniuria tollitur nuda voluntate, vt l. sed si vnius. §. nam & si. Alio † modo potest intelligi, quòd iniuria nata est, sed iniuriatus posteà comedit & bibit, ridet vel habet solatium cum iniuriante, tunc per hoc præsumitur iniuria remissa. Verum tamen est, quòd si iniurians & iniuriatus ambo simul vocentur ad aliquod conuiuium, vel etiam si iniuriatus in Ecclesia capiat osculum pacis ab iniuriante, nõ præsumitur remissa iniuria: quia iniuriatus facit ista ad vitandũ scãdalum, propter quod multa permittunt, quæ aliàs non permitterentur, vt in c. nisi cùm pridẽ. §. pro graui. extrà de renũtia. ¶ Notandũ †, secundò, quòd iniuria tollitur adhuc sex modis, preter istam dissimulationẽ. Primo modo, pacto, vt l. si tibi decem. §. quædam actiones. ff. de pactis. Secundo, transactione, vt l. non solũ. §. proinde. ff. eodem. Tertio, iuramento ipsius iniuriantis, vt dicta le. non solum. Quarto, per lapsum vnius anni, vt l. si non conuitij. C. eodem. hoc tamen fallit in tribus casibus, in quibus pœna iniuriæ non est prætoria, sed ciuilis, & in illis actio est perpetua, vt suprà eodem. §. pœna. versi. sed & le. Cornelia. Quinto, per satisfactionem etiam tollitur iniuria, vt l. sed si vnius. §. si ante. ff. eodem. Sexto, per mortem iniuriati aut iniuriantis ante litis contestationẽ, vel etiam per mortẽ iniuriantis, post litis contestationẽ, vt l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautionibus. Per istos tamen modos, nec etiam per dissimulationẽ, remitti iniuria seu actio iniuriarũ alteri cõpetens: & ideò si aliquis vulneratus sit, & remittat iniuriã, per hoc nõ tollitur actio, quæ debet fisco,

ſco,ex quo reſpublica læſa eſt,nemo enim dominus membrorũ ſuo-
5 rum,vt l.liber homo.ff.ad leg.Aquiliam. ¶ Notandum † tertiò,quòd
iniuria naſcitur in ipſo actu,quo fit iniuria,& non per illa verba, reuo
co ad animum,licet enim huiuſmodi verba non dicantur,& iniuriatus
oſtẽdit ſe iratum,nihilominus nata eſt iniuria,vt no.in l.ſi vnus.§.ſed
6 ſi pactum.ff.de pactis. ¶ Notandum † finaliter,quòd iniuria ſemel re-
miſſa,non reuocatur,etiam ſi remiſſa ſit ex cauſa, quæ quidem cauſa
non ſequitur.cuius eſt exemplum, Iniuriatus vult citare iniuriantem,&
intentare actionem contra eum,iniurians petit iniuriã ſibi remitti,pro
mittens propter hoc ſe daturũ vnum librum iniuriato, ſi tunc iniuria-
tus remittit,& iniurians non dat librum,tunc iniuriatus non poteſt age
re actione iniuriarum,ſed poteſt agere contra iniuriantẽ,vt det librũ,
& ſic ex ingratitudine non conualeſcit actio,vt eſt glo.in l.ſi donatio
7 nis.ff.de dona. Tenetur autem † vnuſquiſq; remittere iniuriam,quan-
tum ad rancorem, iuxta illud in oratione dominica: Et dimitte no-
bis,&c. ſed non quo ad actionem iniuriarum, de quo eſt bona gloſ.in
c.ſi quis contriſtatus.xc.diſtinc. Ex quo ſatis patet concordia opinio-
num,quas habent Docto.de iniuria remiſſa ab illo,qui conſtitutus eſt
in periculo mortis, & poſteà conualeſcit. nam ſi remiſit iniuriam quo
ad rancorem tantùm, prout eſt de neceſsitate ſalutis,adhuc agere po-
teſt: ſed ſi remiſit quo ad actionem iniuriarum,quod eſt ſupererogationis,tunc poſteà agere non poteſt.

DE OBLIGATIONIBVS, QVAE QVASI EX MALEFICIO NASCVNTVR.

TITVLVS V.

Continuatur ſic: Dicto de obligationibus,quæ ex maleficio naſcuntur, reſtat nunc dicendum de obligationibus,quæ quaſi ex maleficio naſcuntur.

§. Si iudex.

1 *Iudex malè iudicans,obligatur ex quaſi maleficio ad pœnã,arbitrio ſuperioris iudicis ſibi imponendam. Et nu.2.*

3 *Iudex malè iudicans,parte appellante liberatur à pœna: modò illa pars ſuccumbat.*

4 *Iudex illiteratus iudicans ſecũdum conſcientiam,coactus,non tenetur. Secus,ſi non coactus.*

5 *Iudex malè iudicans, corruptus muneribus, aut amore,aut odio, uel aliis dolo,non tenetur ex quaſi maleficio. Et quid in arbitro.nu.6.*

7 *Pœna ex quaſi maleficio, inſligitur iudici malè iudicanti, aut arbitro, arbitrio iudicis ſuperioris.*

Iudex

1 Iudex per imperitiam † malè iudicans, obligatur ex quasi maleficio ad pœnam, arbitrio superioris iudicis sibi imponendam. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò, quòd istud verum est, & locum habet, siue iudex sit paterfamiliâs, siue filiusfa. ita quòd si filiusfamiliâs per imperitiã malè iudicet, tenetur pater, quantum est in peculio filij, & potest etiam filius in hoc casu conueniri. Et sic sunt hîc tria specialia. Primum est, quòd quis tenetur de peculio ex quasi maleficio, vbi aliâs non tenetur, nisi ex cõtractu vel quasi, vt ff. de his, qui deiecerũt vel effude. l. j. §. si filius. & §. cùm seruus. Secundũ est, quòd hîc habetur respectus, quantum fuit in peculio, tempore quo filiusfami. fecit litem suam malè iudicando, vbi aliâs spectatur tempus, quo fertur sententia cõtra filium, vt l. quæsitum. ff. de peculio. Tertium est, quòd hîc filius conuenitur, vbi aliâs tantùm pater conuenitur nomine filij, vt ff. de iudi. l. si filius. istud tamen non habet locum, si filius sit emancipatus: quia tunc tenetur in
3 quantum facere potest, vt l. ij. ff. quod cum eo. ¶ Notãdum † secundò, quòd in hoc casu non releuat iudicem, si dicat quare pars non appellauit, quia pars respõdebit sibi, Culpẽt me alij, te me laudare necesse est, vt l. si mulier. §. cùm in fundo. ff. ad Velleia. Si autem pars appellauit & succubuit, non tenetur iudex hac pœna, vt l. à proconsulibus. C. de appella. sed si obtinuit pars appellans, vel si appellatio adhuc pendeat, tenetur iudex ad damna & ad sumptus, quanuis non ad totum interesse partis, vt l. fin. ff. de var. & extraordi. cogni. Si autem pars appellauit, & non est prosecuta appellationem, quanuis aliqui dicant, quòd tunc iudex non tenetur, vt refert Ioan. Fab. hîc in not. tamen dicit contrariũ, quòd scilicet etiam tunc iudex tenetur, in c. sæpe contingit. extrà de ap
4 pell. ¶ Notandum † tertiò, quòd si iudex illiteratus coactus iudicauit, iudicans secundũ conscientiam suam, non tenetur hac pœna: sed si non est coactus, & voluntariè assumpsit officiũ iudicandi, quanuis iudicauit secundum conscientiam suam, tamen contra iura, tenetur hac pœ
5 na, vt in Authen. sed hodie. C. de iudic. ¶ Notandum † quartò, quòd si iudex male iudicat, propter munera, aut amore vel odio, vel aliâs dolo, tũc non habet locum ista pœna, quia tunc non tenetur ex quasi maleficio, sed ex maleficio, & fit infamis & punitur, iuxta l. fin. & Authen. nouo iure. C. de pœna iudic. & incidit etiam in pœnam c. cùm æterni.
6 de re iudi. lib. vj. si sit ecclesiasticus. Et quod hîc † dicitur de ista pœna huius text. etiam habet locum in arbitro, vt C. de pactis. l. si quis in conscribendo. similiter & in arbitratore, & etiam in iudice delegato, vt notatur in l. fin. ff. de var. & extraor. cogni. habet etiam locum in Notario, qui malè conficit instrumẽta propter imperitiam, vt l. fin. C. de magistra. conue. & ideò Notarius debet scire iura, quæ conferunt ad artẽ suam, vt notatur in l. generali. C. de tabellio. lib. x. Secus est de consul-

tore. quia nemo tenetur sequi consilium alterius, vt l. ij. ff. mandati. De assessore tamen etiam videtur, quòd ipse teneatur, si iudex habet sequi consilium suum. Et punitur assessor vel Iureconsultus per imperitiam malè iudicans, non aliter quàm si dolo hoc egisset. l. ij. ff. quod quisque
7 iur. in alium sta. ¶ Notandum finaliter, † quòd ista pœna infligitur arbitrio iudicis superioris, qui debet attendere ipsum errorem, ex quo iudicatum est: plus enim debet puniri, qui errauit in lege facili, vt quòd l. Fusia canina correcta est, quàm si errauit circa intellectum l. Gallus. ff. de liber. & posthu. & tenetur iste iudex ad totum interesse partis, vt dicit Barto. in quadam quæstione disputata, quæ incipit, à sententia iudicis, qui per imperitiam iudicauit.

§. Item is, ex cuius.

1 *Inhabitator domus, tenetur pro damno uel maleficio illato per deiectionem uel effusionem inde factam. Et quæ sit pœna. nume. 2.*

3 *Suspensum aliquid aut positum habens in tali loco, unde si caderet, posset quem lædere, ille tenetur ad pœnam decem aureorum, etiam citra euentum. Et quid si casus contingat in hominem liberum. nume. 4.*

De damno dato per deiectionem vel effusionem ex aliqua domo tenetur inhabitator illius domus ex quasi maleficio, si per aliũ factum sit, quàm per seipsum, ad duplum damni dati. Et si quis suspẽdit vel posuit aliquid, vel suspensum vel positũ habet in loco, in quo ex illo posset contingere damnum verisimiliter, ille tenetur ex quasi maleficio ad pœnam decem aureorum. Et si homo liber ex istis occidatur, tenetur ad pœnam quinquaginta aureorum: sed si solùm læsus sit, & non mortuus, tenetur ad arbitrium iudicis, & debet iudex æstimare impensas omnes, factas in curatione, & operas præteritas & futuras, quibus caruit, & cariturus est, propter læsioné. Hoc dicit. ¶ Notandum primò,
1 quòd † pro damno vel maleficio facto per deiectioné vel effusionem ex aliqua domo, non solùm tenetur dominus domus, sed inhabitator, siue sit dominus, siue conductor, siue gratis inhabitat domũ, vt l. j. §. hæc in factum actio. ff. de his qui deiece. vel effude. Tenetur ergo quis pro familia sua, vt vult hîc glos. super verb. quia plerunque. Sic etiam hospes actiuus tenetur pro maleficio facto per hospitem passiuũ in domo sua, vt ff. de his qui deiece. vel effude. l. si verò. §. j. & magister pro discipulo suo, si fiat in loco, vbi magister habet instruere discipulum, vt dicta l. si verò. §. si horrearius. Passus ergo debet agere contra hospitem actiuum, vt ff. de his, qui deiece. vel effude. l. j. §. hospes. sed potest hospes actiuus recuperare, quod soluit, ab hospite passiuo, vt dicta l. si verò. §. cùm auté. sic etiam potest recuperare à familia sua. Ex isto patet, quòd si statuto alicuius ciuitatis sub certa pœna prohibitum sit, ne quis

ne quis deferat gladium certæ longitudinis,& venit forensis, id est,extraneus,ad illam ciuitatem,intrans hospitium,& postmodum vadit per plateas cũ huiusmodi gladio, iudex ciuitatis vel fiscus debet agere contra hospitem actiuum,eò quòd illum hospitem suum passiuũ non auisauerit,vt pulchrè dicit hîc Ioan.Fab.& facit l.fin. ff.de decre.ab ordi.
2 facien.& est † in istis casibus pœna dupli,pro damno per deiectionem, vel effusionẽ facto,vt hîc in text.& est annalis, quo ad pœnam istam, aliâs perpetua: quia continet rei persecutionem.l.si verò. §.hæc autem
3 actio.ff.eodem. ¶ Notandum † secundò,quòd si quis habeat aliquid positum vel suspensum in tali loco,vbi si caderet,posset alicui nocere, & verisimiliter noceret,ille tenetur ad pœnam decem aureorũ,quanuis istud non cecidit, nec aliquis læsus est, vt dicta l.si verò. §.prætor
4 ait.& §.fina. ¶ Notandum † tertiò, quòd si istis casibus occidatur liber homo, tenetur obligatus ex quasi maleficio ad pœnam quinquaginta aureorum,& non arbitrio iudicis, & isti quinquaginta aurei dantur non pro æstimatione liberi hominis,sed pro culpa deijcientis. Ratio est,quia liber homo æstimari nõ potest, vt ff.ad legem Rhodiam de iactu.l.ij. §.cùm in eadem. & actio ad istam pœnam non datur hæredi,nec etiam in hæredem,quia est merè pœnalis & popularis, vt dicta l.si verò. §.quæ autem. sed si liber homo læsus sit,tenetur ad omnes impensas factas in curatione, & ad æstimationem operarum præteritarum & futurarum : & in æstimatione operarum habenda est ratio ætatum,vt l.hæreditatum. ff.ad legem Falcidiam. sed non tenetur ad æstimationem cicatricum vel deformitatum relictarum ex læsione,vt l.fin.ff.de his,qui deiecerunt vel effuderunt.& datur actio in hoc casu ipsi læso perpetua,sed hæredi suo solùm datur annalis, vt l.si verò plures. §.hæc actio.ff.de his,qui deiecc.vel effuderunt.

§. Si filiusfamiliâs seorsum à patre.

1 *Filiusfamil.si seorsum habitet à patre suo, & ex eius domo per effusionem uel deiectionem,datum sit damnum,uel quid habet suspensum, quod posset lædere,agitur contra filium,non contra patrem.ibid.& nume.2.*

1 Summatur sic : Si † filiusfamiliâs habitet seorsum à patre suo,& ex domo sua per deiectionem vel effusionem, damnum datum est, vel habet aliquid suspensum aut positum, quod cadendo posset aliquem lædere, non agitur tunc contra patrem, sed contra filium : sic etiam si iste filius per imperitiam malè iudicat. Hoc dicit,vt suprà §.j.notab.j.
2 ¶ Notandum, † quòd isto casu filiusfamiliâs tenetur, quantum est in peculio suo,vt ff.de iudic.l.si filius.Et patet hîc,quòd per hoc quòd filius non habitat cum patre,non exit filius potestatem patris, nec etiam per hoc quòd sit iudex.

§. Item, exercitor.

1 *Exercitor ut teneatur ex quasi maleficio, duo requiruntur.*
2 *Maleficium & quasi maleficium differunt.*
3 *Actio in factum, quibus casibus detur.*

Summatur sic: Pro maleficio facto in naui, vel in caupona, vel in stabulo, per eos quorum opera ista gubernantur, tenetur exercitor nauis, cauponæ vel stabuli ex quasi maleficio: & non solùm isto casu, sed in omnibus obligationibus ex quasi maleficio, competit actio in factum, quæ datur hæredi, sed non in hæredem. Hoc dicit vsque ad finem.

1 ¶ Notandum † primò, quòd ad hoc quòd exercitor teneatur ex quasi maleficio, duo requiruntur. Primò, quòd maleficium fiat per homines, quibus nauis vel caupona vel stabulum gubernatur: nam si fieret maleficium in istis per alios homines, non habet locum iste text. Secundò requiritur, quòd isti homines sui faciant maleficium in naui, vel caupona vel stabulo. Nam si facerent alibi, exercitor non tenetur. Et datur in isto casu pœna dupli, vt l. fin. §. hæc actio. ff. nautæ, caupones, stabularij. tenetur etiam exercitor ex contractu de recepto, per actionem in factum, & tunc non solùm tenetur, si fiat maleficiũ per homines, quorum opera vtitur, sed etiam si fiat per alios homines, quos recepit in naui, caupona, vel stabulo, vt l. j. ff. nautæ, caupones, stabularij. Et quis di
2 catur exercitor, habes infrà quod cum eo. §. ij. ¶ Notandum † secundò, quòd differentia est inter maleficium, & quasi maleficium, quia quando plures tenentur ex maleficio, tunc quilibet tenetur in solidum, vt C. de condic. furti. l. j. non autem, quando plures tenentur ex quasi maleficio, vt ff. nautæ, caupones, stabula. l. j. & l. fin. §. si plures. Secundò, quia quando plures tenentur ex maleficio, tunc vno soluente alius non liberatur. Sed sic fit, quando plures tenentur ex quasi maleficio, vt ff. nautæ, caupones, stabula. l. licet. §. possumus. & dicta l. j. de cõdic. furt. Tertiò, quia furi non conceduntur actiones ex maleficio, vt ff. nautæ, caupones, stabularij. l. sed & ipsi. bene autem conceduntur actiones ex quasi maleficio, vt dicto §. possumus. Quartò, quia actiones ex quasi maleficio communiter dantur hæredi, vt hîc: sed sic non est in actionibus ex maleficio, vt infrà de perpe. & tempora. actio. §. sed hæ-
3 redibus. ¶ Notandum † finaliter, quòd in omnibus istis casibus dictis in foro isto titulo, datur actio in factũ, quæ datur hæredi eius, qui passus est damnum, excepto casu quando occisus est liber homo, sed non datur in hæredem, hoc est, contra hæredem eius, qui tenetur ex quasi maleficio, & ita intelligitur finis istius textus, vt l. Iulianus. ff. de iudic. & l. fin. ff. nautæ, caupones, stabularij. De iure tamen canonico semper tenetur hæres, cùm teneatur exonerare conscientiam defuncti, per ea, quæ ha

quæ habentur in c.fina.extrà de sepultu. & moderniores Legistæ, in l. Pomponius. §.cùm quis.ff.de acquiren.posses.

DE ACTIONIBVS.

TITVLVS VI.

1 *Continuatio huius rubr.ad superiores. Et qualiter rubricetur. nume. 2.*
3 *Actiones cur inuentæ.*
4 *De actionibus dupliciter tractatur.*

Continuatio istius tituli patet in principio nigri, cùm dicitur in textu, superest, vt de actionibus loquamur.
1 ¶ Notandum † primò, quòd ratio istius continuationis est. nam suprà de iure naturali gẽtium, & ciuili. §.omne ius. dictum est, quòd omne ius aut est personarum, aut rerum, aut actionum. Cùm ergo iam dictum sit, & tractatum de iure personarum, & de iure rerum, conueniens est modò tractare de iure actionum. Vel ratio continuationis est: Dictum est iam de obligationibus: sed quia obligatio, scilicet ciuilis & naturalis simul, est mater actionum, vt ff.de procurato. l.licet. §.ea obligatio. & l.Lucius Titius. la.ij.ff.depositi. ideò consequenter dicendum est de actionibus, quasi iure successorio, cùm actio sit filia obligationis. ¶ Notandum secun-
2 dò, † quòd iste titu.rubricatur de actionibus, & non de agendo, quia actio est iuris seu ius, sed agendum esse consistit in facto: etiam gerundia important necessitatem, sed actio est voluntaria. C.vt nemo inuitus agere aut accusare cogatur. l.j. & vide glos. in rubri. eodem titulo.
3 ¶ Notandum † tertiò, quòd actiones ideò sunt inuentæ, vt per eas homines compellantur ad dandum seu restituendũ id, quod alijs debent: quia frustrà iura conderentur, nisi essent aliquid quo exercerẽtur ipsa iura, vt l.ij. §.post originem.ff.de origi.iur. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd ista rubrica nõ bene intitulatur de actionibus, sed deberet intitulari de actione, quia statim infrà eod. §.actio. diffinitur actio in singulari. Solutio. Aliud est in rubricatione, & aliud in diffinitione, nam rubricatio debet exprimere materiam tituli, & quia in hoc titulo tractatur de natura diuersarũ actionũ, idcirco fit rubricatio de actionibus, sed diffinitio datur de re in sua generalitate, & ideò diffinitio datur de re in singulari, vt tamen cõtinet sub se diuersas species. ¶ Oppo-
4 nitur † secundò, & videtur, quòd iste titulus est superfluus, quia in diuersis passibus in isto libro tractatur de actionibus. Nam suprà quibus modis re cõtrahitur oblig. in §.item is. dictũ est de actione cõmodati, & in §.præcedenti. de certi condictione, & in §.seq. de actione deposi. & in §.si creditor. de actione pigno. similiter suprà de obligatio. quæ ex

malefi.nascun.in §. furti actio. dictum est de actione furti, & in titu. suprà proxi.in fine titu. dictum est de actione in factum. similiter in libris ff. & C. tractatur de actio.emp. & venditi. & in multis alijs passibus. Solutio. Dupliciter tractatur de actionib. Vno modo, vt cognoscantur naturæ actionum, & hoc modo tractatur de actionibus sub vno titulo. Alio modo, vt cognoscatur exercitiũ actionum, & sic tractatur de actionibus sparsim in diuersis passibus, vt probant iura in oppo.alleg. ¶ Opponitur tertiò, & videtur adhuc quòd iste tit. non bene rubricatur, quia in ff. rubricatur de actio. & obli. ergo sic etiam debet hic intitulari. Solutio. Iste liber factus est propter iuuenes, qui facilius intelligunt ea, quæ diuisim traduntur, quàm ea, quæ simul traduntur, vt suprà de lega.in §. sed non vsque. propter quod etiam, qui vult alios docere, debet valde attẽdere capacitatem ingeniorum illorum, quos docet. & secundum hoc verba sua aptare, vt viij. quæstione.j.in capi.oportet.

§. Actio.

1 *Actio, capitur multis modis. Eiusq́; diffinitio.ibid. Et partiũ explicatio nu.5.6.7.8.10.& 11.*
2 *Causa multipliciter accipitur.*
3 *Actio, & causa actionis differunt.*
4 *Actionis exercitium aliud fuit olim, quàm hodie sit.*
9 *Ius persequendi duplex.*

Iste §. non summatur: quia procedit diffinitiuè. Dicit enim, quòd actio nihil aliud est, quàm ius persequendi in iudicio quod sibi debe-
1 tur, vt l.nihil.ff.de actio.& oblig. ¶ Notandum † primò, quòd actio capitur multis modis. Vno modo, pro actu, vt in Authen.de alienan.§. si minus.col.ij.& l.iij.ff.de offi.procon. Secundo, pro accusatione, vt C.quando criminalis actio ciuili præiudicet.l.j. Tertio, capitur actio
2 pro iure agendi, & ita capitur hic, & in l.nihil.ff.eod. Quia tamẽ † Placẽtinus dixit actionẽ & causam actionis esse idẽ, vt si quis debeat mihi decẽ ex vẽditione, dixit venditionẽ illã esse actionẽ ex vẽdito, ideò primò sciendũ est, quòd causa etiã accipitur multipliciter, ne decipiamur in ęquiuocis. Primò accipitur causa pro lite, vt l.causa. C.de epi.& cle. & l.causas. C.de trãsact. Secũdò, accipitur pro ratione, vt l.solũ. C.de testibus. vbi testis dicit causam dicti sui, id est, rationem. Tertio modo pro vtilitate, vt ff.de rei vendicatione.l.præterea. Quartò, pro conditione, vt ff.de re iudi.l.inter eos. Quintò, pro re, vt ff.de re iudi.l.tempus. Sextò, pro eo, ex quo procedit effectus, & ita causa & effectus sunt relatiuum & correlatiuum, & hoc modo contractus vel quasi, & maleficium vel quasi sunt causa obligationis, vt suprà de obligatio.in §. sequens.

&isto modo capitur causa à Placen. tamen dictum suum non est ve-
3 rum. Nam † causa actionis & actio differunt, quod probatur. Primò, quia causa remota actionis est contractus vel quasi, aut maleficiũ vel quasi, & causa propinqua actionis est obligatio: sed causa remota non est eadem cum actione: quia illa cõsistit in facto: actio autem est ius, vt hic dicitur, facit pro illo l. consilio. §. fina. & j. ff. de cura. furio. obligatio etiam non est actio, quia differunt sicut causa & effectus. Secundò, probatur sic, quia causa actionis potest manere sublata actione, ergo non sunt idem. Antecedens probatur, quia stante vẽditione, potest submoueri actio ex vendito, scilicet per solutionem vel remissionem. Tertiò, probatur, quia actionibus cõmuniter sunt nomina imposita, sed non est aliquod nomen impositum, quòd causa esset actio, ergo hoc non debet dici, per l. Labeo. ff. de supplect. lega. verum tamen est quòd nomen actionis non est actio, sed significat actionem, sicut illa dictio, homo, nõ est homo, sed significat hominẽ. Quartò probatur, quia actiones interdum mutantur, vt actio de dolo mutatur in actionem in factum, quando agendum est contra parentem vel contra patronum, sed hoc fieret frustra, si actio esset idem cum causa actionis,
4 quia remanet eadẽ causa. ¶ Notandum † secundò, quòd ideò dicitur hic, actio nihil aliud est, quia olim aliud fuit, non quo ad substantiam actionis, sed quo ad exercitium. nam olim non agebatur nisi per certã conceptionem verborum, factam à magistratib. vt l. ij. §. deinde. ff. de origine iuris. & vocabatur illa conceptio, forma vulgaris, vt ff. de furtis. l. si seruus nauem. Sed illa solennitas hodie sublata est, vt C. de formu. & impetra. sublata. l. j. & ideò hodie in libellis nõ ponitur talis solennitas verborũ, vt in dicta l. j. Nec oportet in libellis exprimere nomen actionis, vt in c. dilecti. extrà de iudi. similiter ista solẽnitas hodie sublata est in interdictis, quæ sunt actiones prætoriæ, vt infrà de inter-
5 dic. §. fin. ¶ Notandum † tertiò, quòd dicitur in diffinitione actionis, quia nihil aliud est quàm ius, & hoc dicitur ad differentiã corporaliũ: nã actio est ius incorporale, suprà de rebus corporalib. & incorporal. §. j. secundum glo. hic, vel dicitur ad differentiam officij iudicis. Dicit tamen Bar. in l. j. ff. de iurisdic. omniũ iudi. quòd si actio capiatur propriè, differt ab officio iudicis, sed si capiatur largè, comprehẽdit etiam officiũ iudicis, saltem illud quod imploratur loco actionis, vt in resti-
6 tutione in integrum, vt l. actionis verbo. ff. eod. ¶ Notandum † quartò, quòd dicitur in diffinitione, ius persequendi, ad differentiam exceptionis, quæ non est actio. Nam sicut actiones sunt arma actorum, sic exceptiones sunt arma reorum, vt ff. de exceptio. l. ij. §. illud. & ita exceptio non est ius persequẽdi sed defendendi. generali tamẽ vocabulo exceptio interdũ vocatur actio, vt notatur in l. eleganter. ff. de dolo.

7 ¶ Notandum † quintò, quòd dicitur, in iudicio ad differentiam iuris,
quod quis poteſt perſequi extra iudicium, quod non eſt actio, vt C.
quando liceat vnicuiq; ſe ſine iudice vindicare. l. j. & l. ij. Sic etiã quis
poteſt capere propria authoritate furem nocturnum vel diurnum, vt
ff. ad legem Aquiliã. l. iiij. Etiam poteſt quis ſic capere debitorem fu-
gientẽ, vt tradat eum iudici, vt ff. quæ in fraudẽ creditorum. l. ait præ-
tor. §. ſi debitorem. & poteſt hoc etiam fieri die feriata, vt l. fi. C. de fe
rijs. & notat Bar. in l. omnes. C. de ferijs. facit l. j. in fine. ff. de ferijs. Et
ita ſunt hîc caſus, quibus quis aliquid facere poteſt propria authorita-
te, quod regulariter tamen fieri non poteſt, vt l. extat. ff. quod metus
8 cauſa. & l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. ¶ Notandum † finaliter, quòd
iſtud verbum, debetur, poſitum in diffinitione, debet capi generaliter,
vt extendatur ad actionem perſonalem & realem, facit l. pecuniæ. el. j
quæ eſt in ordine lex clxxviij. §. fin. ff. de verbo. ſigni. ſicut etiam hoc
verbum, perſequẽdi, refertur ad actionem perſonalem & realem, vt l.
actionum genera. ff. eo. & hoc ideò, quia quod meũ eſt, mihi non de-
betur propriè, vt infrà eo. §. ſic itaq;. & ſuprà de lega. §. ſed ſi rem. Dif
finitur ergo hîc actio, vt comprehendit actionem perſonalem & rea-
lẽ, quod patet, quia diffinitur illa actio quæ ſtatim diuiditur. §. proxi.
ſed illa eſt actio ſic generaliter ſumpta, quanuis glo. hîc videatur velle
contrarium, & verbum, debetur, accipiendũ eſt hîc generaliter. ¶ Op
9 ponitur † primò ſic, & videtur, quòd iſta diffinitio cõueniat obligatio-
ni, quæ differt ab actione, vt dictum eſt, quia per obligationẽ perſequi
tur quis, quod ſibi debetur, vt ſuprà de obligationi. in princi. ergo iſta
diffinitio non eſt bona. Solutio. Duplex eſt ius perſequendi, ſcilicet,
quo & propter quod: modò actio dicitur ius perſequendi quo, obliga
tio autem ius propter quod. ¶ Opponitur ſecundò, & videtur, quòd
per actionem poteſt quis perſequi, quod ſibi non debetur, ergo diffini
tio non eſt bona. antecedens patet per l. ſi pacto. C. de pactis. Solutio.
Illa lex loquitur de eo, quod debetur naturaliter & non ciuiliter, vt l.
fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſo. quia nudo pacto ex quo nõ da
tur actio iure ciuili, vt l. iure gentium. §. quinimò. ff. de pactis. quanuis
iure canonico ex nudo pacto bene datur actio, vt c. j. extrà de pactis.
Sed ad oppoſitionem poteſt dici, quòd ibi agebatur de facto, & nõ de
iure, quanuis glo. hîc dicat, quòd ibi agebatur ad id, quod verè debeba
tur, & ſub prætextu illius agebatur ad id, quod debebatur naturaliter
tantũ. Prima ſolutio eſt Ioannis Fabri, & eſt melior, quàm ſolutio gl.
¶ Opponitur tertiò ſic: Actio popularis eſt actio, & tamen non eſt ius
perſequendi quod ſibi debetur, quia per eam quis perſequitur quod de
betur toti populo, vt ff. de popu. actio. l. pen. & nõ quod debetur ſibi.
Solutio. Id quod debetur toti populo principaliter, etiam debetur ipſi
agenti,

agenti,ſaltem ex conſequenti poſt litem conteſtatam. ¶ Opponitur quartò,de actione iniuriarũ: quia per eam perſequitur quis,quod ſibi non debetur,quia nõ eſt in bonis ſuis id,quod perſequitur,vt ff. de iniur.l.iniuriarũ.etiam datur iſta actio ad vindictam,vt ff.de colla.bono.l.ij.§.emancipatus.ergo non ad id , quod ſibi debetur. Solutio. In actione iniuriarum perſequitur quis,quod ſibi debetur,videlicet æſtimationem:& quando dicitur quòd non eſt in bonis,hoc eſt intelligẽdum,quod non eſt ſic in bonis,vt tranſmittatur ad hæredes,vt l.pœnales.ff.ad leg.Falc.& licet etiam agatur ad vindictam,nihilominus etiã agitur ad æſtimationem,vt dictum eſt:quæ tamen æſtimatio moderatur per officium iudicis,vt ſuprà de iniurijs.§.pœna.notatũ eſt. ¶ Op
10 ponitur † quintò,de petitione hæreditatis,& de actiõe de peculio,quia in illis interdum agitur ad id,quod non debetur,vt ff.de peti.hæredi.l.iiij.& ff.de pecu.l.quæſitum.Solutio.Aut defectus debendi eſt ex parte rei,aut ex parte actoris:modò verum eſt,quòd in iſtis actionibus interdum petitur à reo,quod ipſe non debet in initio actionis: quia non habet rem,quę petitur,ſed poſteà ante ſententiam res peruenit ad eũ, & tunc condemnatur,quãuis in principio rem non habuit,& ita intelliguntur leges in oppoſitũ allegatæ,facit l ſolemus.ff.de iudi.ſed ſi defectus ſit ex parte actoris,tunc ſi in initio actionis actor nõ habuit ius, licet poſteà ante ſententiam ſuperueniat ſibi ius ex alia cauſa:nihilomi
11 nus ſuccũbit,& ita intelligitur iſta diffinitio. ¶ Opponitur † finaliter, quia prelatus & tutor & etiã procurator habent actionem pro re,quæ eis nõ debetur,ſed quæ debetur Eccleſiæ,vel pupillo,vel domino procuratoris.Solutio.Iſta diffinitio debet intelligi,quòd ſibi debetur,ſcilicet agenti,vel ei,cuius nomine agit,& ita diffinitio clara eſt, vel quia ſunt quaſi domini.ff.pro empto.l.qui fundum. §.ſi tutor.

§. Omnium.

1 *Actionum ſumma & bimembris diuiſio.& nu.6.10.& 11.*
2 *Verb.quibus.implicatiuè poſitum.*
3 *Actiones,coram quibus proponendæ.*
4 *Iudices & arbitri,differunt.*
5 *Res,generaliter accipitur.*
7 *Actio merè perſonalis,quæ.*
8 *Actio realis,quæ dicatur.*
9 *Ad actionem rei uendicationis tria requiruntur.*

1 Hìc ponitur prima diuiſio actionis,& ſummatur ſic: † Omnes actiones aut ſunt perſonales,aut reales.Perſonalis actio eſt illa , quæ datur alicui ex eo,quòd alius eſt ſibi obligatus ex contractu vel quaſi , vel ex maleficio vel quaſi,ad aliquid ei dandum vel faciendum. Sed realis

actio est, quæ datur alicui cõtra eum, qui possidet rem suã. Hoc dicit,
2 & patet intellectus tex. ¶ Notandum †primò, quòd dictio quibus, po
sita in tex. accipitur implicatiuè, & simile est in l. cũctos populos. C. de
sum. trini, & fide catholica. & non accipitur hìc exclusiuè, quia sic esset
sensus, quòd aliquæ essent actiones, quæ nõ proponerentur corã iudi-
cibus aut arbitris, quod falsum est, vt l. penul. C. de iudi. ¶ Notandum
3 †secundò, quòd actiones proponendæ sunt corã iudicibus siue ordi-
4 narijs, siue delegatis, vel etiam coram arbitris. Differunt †tamen iudi-
ces & arbitri, quia iudices habent potestatem iudicandi à iure, sed arbi
tri habent potestatem iudicandi à partibus. coram arbitris tamẽ debet
etiam obseruari processus iudiciarius, & ita dandus est libellus, vt C.
de arbitris. l. cùm anteà. §. tunc etenim & l. j. cum glo. ff. eod. sed corã
arbitratore seu amicabili compositore, non oportet processum iudi-
ciarium obseruare, vt vult Specu. in títu. de litis cont. §. restat videre.
5 ¶ Notandum †tertiò, quòd cùm dicitur in tex. de quacunq; rẽ, ibi ac-
capitur generaliter, vt comprehendit corporales res & incorporales.
6 ¶ Notandum †quartò, quòd cùm dicitur hìc, quò dista est summa di
uisio actionum, exponitur dupliciter. Vno modo, id est, prima, quoad
cognitionem naturæ. Alio modo, id est, breuissima, quia non poterit
7 esse breuior diuisio, quàm bimembris. ¶ Notandum †quintò, quòd
actio merè personalis est illa, quæ oritur ex facto personæ, quanuis in
terdum dicitur scripta in rem, & datur cõtra eum, qui obligatus est ex
contractu vel quasi, vel ex maleficio vel quasi, vt l. actionum genera.
§. in personam. ff. eodem vel contra hæredem eius, quia hæres & de-
functus quo ad hoc, censentur vna persona, vt l. actionum genera. §. j.
eod. Patet ergo, quòd cùm dicitur hìc in tex. alijs quibusdam modis,
hoc debet intelligi de obligatione ex quasi contractu, vel ex quasi ma
leficio. & idem est quod dicitur in l. j. ff. eodem. de varijs figuris iudi-
ciorum, vt etiam ibi vult glo. & satis apparet ex processu tex. quanuis
glo. hìc videtur hoc reprobare, & exponit de condictione furtiua &
de interdictis. sed de condictione furtiua non potest intelligi, quia est
ex maleficio, vt notatur per docto. in l. si ambo. §. quotiens. ff. de com
pensa. Nec potest etiam intelligi de interdictis, quia actiones compre-
hensæ sub varijs figuris, sunt illæ, in quibus non est sufficiens materia
actionis, sed in interdictis est sufficiens materia, vt notatur in l. j. ff. de
interdictis. Ioãnes Fabri aliter exponit istam particulã, alijs quibusdã
modis, dicens, quòd nõ debet referri ad obligationẽ ex contractu vel
ex maleficio. sed debet referri ad hoc quod dicitur, quòd per actionẽ
actor intendit aduersarium ei dare aut facere oportere, vt sit sensus,
quòd actor intẽdit aduersariũ alio modo oportere, quã dare aut face
re, videlicet patientiã habere, & cõcord. l. quotiens. ff. de seruitutibus.

Notand

8 ¶Notandum † sextò, quòd actio realis est illa, quæ oritur à re, & datur contra illum, qui nullo iure est obligatus, sed possidet, vel quasi possidet rem, quam alius petit, & quanuis textus exemplificat de rei vendicatione, actio tamen realis est multò generalior, quàm rei ven-
9 dicatio, vt statim posteà patebit. ¶ Notandũ † finaliter, ex quo textus exemplificat de rei vendicatione, quòd ad actionem rei vendicationis tria requiruntur. Primo, quòd res quæ petitur, sit corporalis, vt hîc in textu. Secundò, quòd petens sit dominus illius rei, vt. ff. de rei vendi. l. in rem. vel quasi dominus, vt infrà eo. §. aliæ. & ff. si ager vectiga. l. j. §. fin. Nam quasi dominus est emphyteota, aut superficiarius. vel bonæ fidei emptor. Tertiò, requiritur, quòd reus rem possideat, aut dolo desierit possidere, vt ff. de interrogato. actio. l. qui seruum. §. in iure. Et qui allegat dolum, tenetur eum probare, qui sic probari potest, qui scilicet intimauit reo se esse dominũ illius rei, vel aliter constabat reo, vt l. Fulcinius. §. quid sit. ff. ex quibus causis in possessionem eatur. Sufficit etiam, quòd reus habeat solam tenutam, quanuis non habeat veram possessionem, si habet facultatem rem restituendi, vt l. officiũ. ff.
10 de rei vendica. ¶ Opponitur † primò, & videtur, quòd ista nõ sit prima diuisio actionum, quia illa, de qua infrà eodem. §. aliæ. videtur esse prior. Solutio. Actio potest considerari dupliciter. Vno modo, quo ad originem, & sic verum est, quòd illa diuisio, qua actio diuiditur in ciuilem & prætoriam, est prior, quàm ista. Et ita etiam ponitur prius in arbore. Alio modo consideratur actio, quo ad cognitionem naturæ eius, & hoc modo ista diuisio est prima. Nam ista membra differunt
11 specie. ¶ Opponitur † secundò, & videtur, quòd ista diuisio non sit cõueniens, quia aliqua est actio mista, vt infrà eod. §. quædam. & illa non videtur sub ista diuisione cõprehendi. Solutio. Imò actio mista comprehẽditur sub ista diuisione, est enim realis aut personalis. Nam petitio hæreditatis est mista, vt l. sed & si lege. §. petitio. ff. de petitio. hæreditatis, & tamen est realis. Similiter actio finiũ regundorũ est mista, vt ff. finiũ regundorũ. l. j. & tamen est personalis. Patet ergo, quòd appellatione simplicis etiam continetur mistum, quando s. mistum nõ differt specie à simplici, vt est hîc, de quo nota per Docto. in l. j. ff. de interdictis.

§. AEquè si agat quis.

1 *Summarium huius §. ex sententia Dn. Nicasij.*
2 *Seruitutum quædam sunt reales, quædam personales. Et quotuplices personales. numero 3.*
4 *Pro seruitute uendicanda uel neganda competit duplex actio.*
5 *Confessoria actio.*
6 *Libellus formandus pro actione confessoria debet continere quatuor, quæ uide*

uide per nu. 7.8.9.

10 *Negatoria actio competit circa seruitutem altius tollendi ædes: quæ proponitur uerbis affirmatiuis: confessoria, negatiuis.*

Summatur sic: Dictum est de actionibus, quæ competũt pro rebus corporalibus: hîc consequenter tractatur de actionibus, quæ competunt pro rebus incorporalibus. Et quia seruitutes sunt res incorporales, ideò tractatur hîc de actionibus, quæ competũt pro seruitutibus, & primò de confessoria, in isto §. æquè. deinde de negatoria, in §. con-
1 tra. Summatur ergo iste §. sic: † Actio competens pro obtinenda seruitute personali vel reali, tam rusticorum quàm vrbanorum prædio-
2 rum est actio realis. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd seruitutum quædam sunt personales, & quædam reales. Personalium autem quædam sunt, quæ à persona debentur personæ, vt est seruitus, quam seruus debet domino suo, & de illis nõ hîc ad propositum. Aliæ sunt, quæ à re debentur personæ, & extinguuntur cum persona, vt suprà de vsufruct. §. finitur. dictum est, & l. j. ff. de seruitu. & in principio de vsu
3 & habita. sup. Sunt autem † quatuor huiusmodi seruitutes personales, scilicet vsusfruct. vsus, habitatio, & ministerium seruorum, vt in l. si quis binas. & ibi glo. in verbo, quod personæ. ff. de vsufruct. Realium autem seruitutum quædam sunt rusticorum prædiorum, vt iter, actus, via, aquæductus, & similes, de quibus suprà de seruitu. rustico. & vrbano. prædio. §. j. & quædam sunt vrbanorum prædiorum, & sunt illæ seruitutes, quæ fundantur in ædificijs, siue sint in villis, siue in vrbibus, vt. ff. de seruitu. vrba. l. j. Et vocantur reales, quia debentur rebus. vt
4 ff. de seruitu. l. j. ¶ Notandum † secundò, quòd pro seruitute vendicanda vel neganda competit duplex actio, scilicet confessoria & negatoria. de confessoria tractatur in isto §. & est illa, quæ datur ad obtinendum seruitutem contra illum, qui nititur seruitutem impedire. Et
5 † dicitur ideò confessoria, quia datur ad hoc, vt reus confiteatur serui
6 tutem debere, vt ff. si serui. vendice. l. ij. ¶ Notandum † tertiò, quòd libellus, qui formatur pro actione confessoria, debet continere quatuor. Primò, quòd actor sit dominus, vel quasi dominus illius rei, cui dicit seruitutem deberi, & hoc si agatur de seruitute reali, vel quòd ipse sit ille, cui debetur seruitus, si agatur de seruitute personali, vt no-
7 tatur in l. ij. §. hæc autem. ff. si serui. vendic. † Secundò, quòd alia res debeat rei suæ talem seruitutẽ, & hoc in seruitute reali, vt l. qui aliena. ff. de nego. gestis. vel sibi, & hoc in seruitute personali, vt. ff. si vsusfru.
8 petatur. l. vti frui. Tertiò, † quòd talis impediat eũ vti sua seruitute, & per hoc damnificauit eum in decem, vt. ff. si seruitus vendi. l. loci cor-
9 pus. §. in confessoria. Quartò, † vt iudex declaret talem rem debere

talem

talem seruitutẽ rei actoris, vel ipsi actori, & vt iudex ex officio suo cõdemnet reũ ad interesse, & vt caueat de nõ præstando impedimẽto in futurũ, vt l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruitus vendi. Modus aũt formandi huiusmodi libellũ declaratur in textu, & ibi per Bar. in l. harum. ff. si seruitus vendicetur. Notandum † finaliter, quòd secundũ glo. hic in verbo, tollendi, exemplũ, quod hic ponitur de seruitute altius tollẽdi ædes, est exemplũ de actione negatoria. Dicit enim glo. quòd si tu eras in possessione, quòd ego nõ ædificarẽ altius domũ meam, & ego velim ædificare altius te impediente, agam contra te negatoria. ff. si seruitus vendice. l. & si forte. §. ij. Et ita in hac seruitute negatoria proponitur verbis affirmatiuis, & cõfessoria verbis negatiuis, vt ff. si seruitus vendic. l. loci corpus. §. competit. Vel dicit glo. poteſt istud exemplũ intelligi in confessoria hoc modo: quia tu teneris domũ tuam altius ædificare ad cõmodum domus meæ, vt scilicet non nimis resplendeat in domo mea, vel vt venti nõ noceant domui meæ, vel vt domus mea non videatur à transeuntibus, ne molester eos recipere hospitio, vt in l. sicuti. §. competit. ff. si seruitus vendicetur. & l. eum debere. & l. si arborẽ. §. interdũ. ff. de serui. vrba. prædio. Sed sub conditione videtur posse dici multò facilius, vt apparet, quòd istud sit exemplũ in confessoria hoc modo posito, quòd tu & ego moramur in ciuitate, in qua statutũ est, vt nemo ædificet altius, quàm ad certam mensurã, nisi de consensu vicini sui, & ego habeo à te vicino meo consensum altius ædificandi, tu tamen postea impedis me volentẽ altius ædificare, tunc agam contra te confessoria, & istud sic declarat Pe. de bella pertica, & videtur magis consonum textui, quia nullo modo dicendũ est, quòd textus peruertit hîc ordinem, ponendo negatoriam inter confessorias, vt gloss. secundum primam expositionem videtur innuere.

§. Contra quoq;

1 *Negatoria actio, quæ & quis eius usus.*
2 *Libellus in actione negatoria debet quatuor continere.*
3 *Actor nõ adstringitur in negatoria actiõe omnia probare, quæ proponit*
4 *Seruitus altius tollendi ædes.*
5 *Publiciana actio, competit pro seruitutibus.*
6 *Confessoria & negatoria, dantur etiam pro rebus incorporalibus.*

Summatur sic: Actio competens neganti se seruitutem personalẽ, vel realem rusticorum uel vrbanorum prædiorum debere, etiam est realis, & dicitur negatoria. Hoc dicit, & patet intellectus textus, vsq;
1 ad. §. quod genus. Notandum † primò, quòd actio negatoria est, per quã actor negat alteri cõpetere seruitutẽ in re sua, & ideò vocatur negatoria, vt hîc in textu. Et datur ista actio contra omnes illos, qui volunt

lunt ſeruitutem inducere in re aliena, vel qui volunt impedire aliquẽ
vti re ſua, verbi gratia: Volo piſcari in viuario meo, & tu vis me impe-
dire, dicendo, quòd ego non poſſum piſcari, niſi dem tibi decem, tunc
ego agam contra te negatoria. Sed ſi tu velles me impedire ſimplici-
ter, non dicendo, quòd ideò impedis, quia ego teneor tibi dare decem,
tunc ego ago contra te non iſta actione, ſed actione iniuriarum, vt no
ta. in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. vendi. Quando autem agitur con-
tra eum, qui inducit ſeruitutem in re aliena, non pono hîc exemplum,
2 quia faciliter poni poteſt. ¶ Notandũ † ſecundò, quòd libellus in ne
gatoria etiam debet quatuor continere. Nam primò actor dicet ſe do
minum, vel quaſi dominũ illius rei. Secundò, quòd illa res nõ debet ta
li, ſcilicet reo, aliquã ſeruitutem. Tertiò, quòd ille nihilominus nititur
inducere ſeruitutem in tali re, vel ipſum dominũ in vſu illius rei impe-
dire, propter quod ipſe actor damnificatus eſt in decem. Et quartò,
quòd ideò iudex pronunciet huiuſmodi impedientẽ ius non habere, &
vt ex officio ſuo condemnet eũ ad intereſſe præteritũ, & vt caueat de
cætero non præſtare impedimentũ, vt notatur per Bar. in l. harum. ff.
3 ſi ſerui. vendice. Et licet actor † in confeſſoria omnia probare debeat,
quæ proponit, hoc tamen nõ eſt neceſſariũ in negatoria. Nam in hac
non oportet actorem probare, quòd aduerſarius non habet ius in re
ſua: quia omnis res præſumitur libera, niſi probetur contrarium, vt l.
4 altius. & l. ſi in ædibus. C. de ſeruitu. ¶ Notandũ † tertio, quòd glo.
noſtra hîc conformiter loquitur de ſeruitute altius tollendi, ſicut in §.
ſuprà proximo. ſed dicendũ eſt, vt ibi dictũ eſt. In hoc tamẽ, quod gl.
dicit, quòd plus attendendum eſt ad ſenſum, quàm ad verba, per c. in-
telligentia. extrà de verbo. ſignifica. bene dicit, & facit contra quoſdã
aduocatos, qui articulos negatiuos ponunt ſub verbis affirmatiuis, vt
ſic dicendo, Soluiſti mihi abſq; eo, quòd mutuaui tibi, de quo per Bar.
in l. inter ſtipulantem. ff. de verborum obligationibus. ¶ Notandum
5 † quartò, quòd pro iſtis ſeruitutibus etiam competit actio publiciana,
vt ſi ſeruitus conſtituta eſt à non domino. Et de natura publicianæ di
cetur infrà eod. in §. ſed iſtæ quidem. Et ideò publiciana habet ſe in
6 plus, quàm rei vendicatio. ¶ Notandum † vltimò, quòd iſtæ actio-
nes, ſcilicet confeſſoria & negatoria, non ſolùm dantur pro ſeruituti-
bus, ſed etiam pro alijs rebus incorporalibus, vt pro iure electionis, vt
pulchrè notatur per text. & glo. in c. cum Eccleſia Sutrina. extrà de
cau. poſſeſſ. & proprieta. de quo etiam notatur per Innoc. in c. j. extrà
de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cau. rei ſeruan. & per Barto. in l. ij
prius. ff. de noui operis nuntiatio.

§. *Quod genus.*

1 *Actionum competentium pro rebus corporalibus, & pro rebus in-
corpo-*

corporalibus differentia.

2 *Posidenti non est prodita actio. Limit. nu. 3. 5.*

4 *Posidens in uno casu, obtinet partem actoris.*

Summatur sic: Actionibus competentibus pro rebus corporalibus, posidens nõ potest agere, vno tamẽ casu posidens habet partẽ acto-
1 ris. Hoc dicit. ¶ Notandum primò, † quòd hîc ponitur differentia inter actiones, quæ competunt pro rebus incorporalibus, & inter actiones, quæ competunt pro rebus corporalibus. Nam actionibus, de quibus iam dictum est, scilicet confessoria & negatoria, posidens potest agere, vt l. sed & si forte. §. sciendum. ff. si serui. vendice. sed actione competente pro rebus corporalibus, posidens non potest agere: quia
2 ibi reus est posidens, vt patet in rei vendicatione. ¶ Notandum † secundò. quòd notanter dicitur in textu, quòd posidenti non est prodita actio, per quam negat rem actoris esse. Nam bene habet actionẽ, in qua probat se dominum esse, vt l. officium. ff. de rei vendica. Nam commodatarius non posidet, sed commodator, & tamen si commodatarius non reddit rem commodatam, potest commodator se probare dominum, vt l. rei. ff. commoda. Similiter etiam dicendum est in conductore, quòd ipse non posidet, sed locator, & tamen locator potest se probare dominum, vt ff. de vsucapio. l. nõ solùm. §. ij. in versi.
3 cùm ergo. Et ita † quando dicitur hîc, quòd posidens non potest age-
4 re, intelligi debet de posidente & detinente. ¶ Notandum † finaliter, quòd textus dicit notanter, quòd in vno casu posidens, obtinet partem actoris, quem casum dicit gloss. esse in duplicibus iudicijs, vt ff. de iudi. l. in tribus. vel dicit istum casum esse in qualibet exceptione, in qua excipiens sustinet partem actoris, quia sibi incumbit onus probandi, quemadmodum actori, vt C. de exceptio. l. j. Et ideò textus non dicit, quòd in isto casu posidens agit, sed dicit, quòd actoris partem obtinet. Vel potest dici, quòd si tu dicas rem meam tuam esse, possum
5 contra te agere, & probare eam meam esse. ¶ Opponitur † & videtur, quòd posidens bene potest agere actione competente pro corporali, per l. si duo. j. respon. ff. vti poside. Solutio. Istud debet intelligi de posidente in solidum. Nam si duo posideant, verbi gratia, vnus ciuiliter, alius naturaliter, tunc si vterq; vincat agendo contra tertium, potest vnus ab alio rem vendicare, & hoc vult l. in oppo. allega.

§. Sed istæ quidem.

1 *Prætoriæ actiones, quæ.*

2 *Actionum secunda diuisio. Et oppos. nu. 27. 28. 29. 30.*

3 *Exempla multum iuuant intellectum.*

4 *Actiones cognoscere, multùm utile.*

Public

5 *Publiciana actio, quorſum, & à quo inuenta. & nu. 7.*
6 *Authoritas ſæpe fidem facit.*
8 *Publiciana ut habeat locum, multa requiruntur, quæ ibidem enumerat, & per diſcurſum. nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*
16 *Iuramentum, an & quando requiratur in Publiciana.*
17 *Publiciana agere, facilius eſt, quàm rei uendicatione.*
18 *Publiciana qualiter format libellum. & nu. 19.*
20 *Publiciana datur contra quencunque poſſeſſorem, præter dominum contra quem datur etiam ſex caſibus, quos uide ibidem. & numeris 21. 22. 23. 24. 25. 26.*
31 *Res uendicatur ratione dominij.*

Summatur ſic: Omnes actiones aut ſunt ciuiles, aut prætoriæ. De
1 ciuilibus dictum eſt hucuſq;. Prætoriæ † verò ſunt quas prætor ex
edicto conceſsit. Quarum vna datur ad rem vendicandam vſucaptã
quaſi non eſſet vſucapta. Alia verò Publiciana competit pro re vendi-
canda non vſucapta, quaſi vſucapta fuiſſet, & intentatur, cùm quis bo-
na fide per traditionem titulum habeat à domino putatiuo, ante præ-
ſcriptionem cõpletam, ſi à rei poſſeſsione cecidit, & dicitur à Publicio
2 prætore edita. Hoc dicit. ¶ Notãdũ † primò, quòd hîc latẽter per do.
Iuſtinianũ introducitur ſecũda diuiſio actionũ, quę eſt: Actionũ alia
ciuilis, alia prætoria. Et dicitur ciuilis actio, quæ à iure ciuili originẽ ha-
bet, & pretoria, quæ à iure prætore inuẽta eſt, & ſub iure ciuili cõprehẽ-
dũ hîc lex xij. tab. plebiſcita, ſenatuſcõſulta, principũ placita, & prudẽ-
tũ reſponſa, de quibus ſuprà de iur. na. gen. & ciuili. §. ſcriptũ. & in alijs
§. ibi ſe. Et licet glo dicat hîc ſuper ver. ſimiles, quòd ſimiles actiones
ſunt, quæ ex contractu, vel quaſi, ex maleficio, vel quaſi deſcẽdunt, vt
prima facie apparet ex gl. hoc tamen ſecundum illum intellectũ, non
eſt verum: quia actio negotiorũ geſtorum, quę eſt ex quaſi cõtractu,
vt ſuprà de obliga. quæ quaſi ex contrac. naſcun. §. j. ſimiliter actio fur-
ti manifeſti, & actio vi bono. raptorum, ſunt ex maleficio, & tamẽ iſtæ
actiones non ſunt ciuiles, ſed ſunt prætoriæ. Debet igitur iſtud dictum
gloſ. intelligi, quòd actiones reales prædictæ, & ſimiles eis, id eſt, ex il-
3 lo eodem iure deſcẽdentes, ſunt ciuiles. ¶ Notandum † ſecundò, quòd
per exempla multum iuuatur intellectus, ad quod facit iſte text. Nam
declaratio difficultatum valde facilitat ipſas difficultates per exempla,
vt l. vt reſponſum. C. de tranſac. & l. precibus. C. de impub. & alijs ſub-
4 ſtitu. ¶ Notandum † tertiò, quòd neceſſarium eſt, id eſt, multum vtile
eſt, actiones cognoſcere, vt hîc in text. Et ratio eſt, quia ſicut medica-
menta deſeruiunt morbis curandis, ita actiones deſeruiunt negotijs iu-
ſtè finiendis, vt in Authen. hæc conſtitutio innouat. in princi. collatio.
viij.

5 viij. ¶ Notandum † quartò, quòd iure ciuili non habebatur actio, per
quã ille, qui bo.fid.& ex iusta causa rem accepit, & possesionẽ amisit,
potuisset talẽ rem petere, & hoc erat valde durum: quapropter à præ-
tore inuenta est actio ad huiusmodi rem petẽdam, & hæc vocatᷣ publi
ciana, ab authore Publicio, sicut l. Aquilia ab Aquilio. Nam ll. interdũ
vocantur siue denominantᷣ ab authore, interdum à loco, interdũ etiam
6 à tempore, sed istud non facit ius. Creditur † tamen interdum vni dicto
plus, quàm alteri propter authorẽ, sicut beato Augustino plus creditur
in disputationibus, quàm alijs doctorib⁹, Gregorio plus in moralibus,
7 & Hieronymo plus in tralationibus. Datur autẽ † ista Publiciana, non
solùm si possesio rei casu amittatur, sed etiam si amittatur furto vel ra
pina. Nam licet tunc detur actio furtiua, vel actio vi bonorũ raptorũ,
vt suprà de oblig. quæ ex malefi. nascun. §. fin. versic. sed bonæ fidei. &
suprà vi bonorũ rapto. §. fin. datur tamẽ etiam hæc actio Publiciana,
vt dicit hîc glo. super verbo, casu. Ex qua glos. elicitur, quòd furtum &
rapina non comprehenduntur sub casu, vt l. cum duobus. §. damna. ff.
pro socio. Et hoc est verum, nisi furtum cõmittatur à domestica perso
8 na, vt vult Cy. in l. j. C. depositi. ¶ Notandum † quintò, quòd ad hoc,
quòd Publiciana habeat locum, multa requirũtur. Primò, traditio, vel
quasi. Nam licet interdum transferatur dominiũ sine traditione rei, vt
in legato, quod directè peruenit ad legatariũ ex vltima voluntate de-
functi, sine traditione, vt ff. de furtis. l. à Titio. non tamen competit Pu
bliciana sine traditione, & hoc verũ est de legatario, si agat ex perso-
na propria, secus si agat ex persona defuncti, vt ff. de vsuca. l. illud tem-
9 pus. §. in re legata. Et † dicitur notanter, vel quasi traditio, propter res
incorporales, quæ non tradũtur, vt ff. de acquir. rerum domi. l. seruus.
§. incorporales. sed quasi tradũtur, propter quas etiam competit Publi
ciana, vt dictũ est suprà eod. §. contra. & est text. in l. si ego. §. ij. ff. de
10 publicia. † Secundò requiritur, quòd res sit tradita ex iusto titu. habili
ad translationẽ dominij. Nam sicut in rei vend. requiritur dominium,
sic in publiciana requiritur quasi dominiũ, & ex quocũq; titulo trans-
fertur dominium per ipsum dominũ in alium, ex eodẽ etiam trãsfertur
quasi dominiũ per non dominum in alium, ad causandũ publicianam,
& econtrà, vt l. quæcunq;. §. j. ff. de publicia. Nam si res datur commo
dato vel precario, non causatur Publiciana, quia illi non sunt tituli ha-
11 biles ad transferendũ dominium. Tertiò requiritur, † quòd traditio fa
12 cta sit à non domino, vt ff. de Publicia. l. j. §. j. Quartò, quòd † recipiẽs
rem fuerit bonæ fid. quod sufficit ad publicianam, quãuis tradẽs fuerit
malæ fidei, vt ff. de publi. l. eum, qui à furioso. §. prætor. Et sufficit ista
bo. fides recipientis tẽpore contractus in omnibus cõtractibus, præter,
quàm in contractu emp. & vend. quia ibi requiritur bona fides duobus

temporibus, scilicet tempore contractus, & tempore traditionis, & hoc propter frequentiam illius contractus, vt notatur per Bar. in l. si aliena.
13 ff. de vsucap. Quintò requiritur, † quòd actor tempore illo, quo agit, credat se esse non dominum, aliâs esset contrarius sibijpsi. Sextò, quòd
14 res † nō sit vitiosa, sicut furtiua, vt suprà de vsuca. §. furtiuæ. quia sicut talis res non potest vsucapi, ita ad eam non cōpetit publiciana. Septimo
15 requiritur, quòd vsucapio † non sit interrupta, sed quòd sit tempus continuū, aliâs enim oporteret de nouo rem vsucapere, si debeat competere publiciana, vt l. naturaliter. ff. de vsuca. Sufficit tamen breuissimum tempus, imò etiam momentaneum, vt competat hæc actio, vt l. cùm sponsus. §. fin. ff. de publ. Et probatur continuū tempus probatis extremis, scilicet, quòd illo tempore incepit vsucapere, & nunc adhuc vsucapit. Nam extremis probatis præsumitur de medio tēpore, vt l. siue possidetis. C. de probat. Non tamen oportet, quòd actor omnia ista probet, sufficit enim in publiciana probare traditionē & iustū titulū. Nam alia depēdent ex conscientia actoris, & in illis præsumitur pro eo, vt in glo. in l. pen. C. de long. temp. præscrip. Debet tamen iudex per verisimilia indicia aduertere, an asserens se scire vel credere habeat iustam causam scientiæ vel credulitatis, vt in glos. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Conscientia enim debet regulari secundū arbitrium boni viri, & non secundū habenas propriæ voluntatis, vt l. j. ff. de leg. ij. Et quā-
16 uis † in isto casu Publicianæ non requiritur iuramentum, in pluribus tamen alijs casibus, quando res pendet in cōscientia, requiritur iuramentum, vt in c. si verò. ij. extrà de sen. excō & in c. pastoralis. extrà de ex-
17 cep. Ex † isto patet, quòd facilius est agere Publiciana, quàm rei vendi, quia in rei vend. quatuor sunt probanda, scilicet traditio, iustus titulus bo. fides, & quòd tradens fuerit dominus, vt l. cùm res. C. de proba. Sed in publ. vt dictū est, solùm duo sunt probanda, & illis probatis obtinet actor, nisi aduersarius probet tradentem fuisse dominū. Et si hoc casu succumbat, potest agere rei vend. vt ff. de euictio. l. minor. §. si seruus.
18 ¶ Notandum † sextò, quòd agens Publiciana in libello suo dicet se talem rem habere ex emptione, donatione, legatione, vel quouis alio iusto titulo, & ita incepit eam rem vsucapere, sed quia talis nunc possidet illam rem, debet petere, vt iudex declaret illam rem ad ipsum actorem pertinere, & vt iudex ex officio suo condēnet possessorem debere restituere ipsi actori talem rem cū damnis, interesse & fructibus. Potest
19 † etiam libellus formari alternatiuè, maximè quādo actor est dubius, an tradens fuerit dominus, an non, & tūc dicet, quòd talem rem habuit iusto titulo, & eam possedit iure dominij, vel quasi dominij. Et ita hodie determinatū est posse libellum fieri, in c. abbate. per glo. in verbo, dominij, vel quasi. de re iudi. lib. vj. Et si tunc actor succumbat ex vna causâ,

causa,videlicet in publiciana,potest agere rei ven.vt dictū est. Et hoc verum est,nisi in processu declinasset ad probationes vnius causæ,quia tunc obstaret exceptio rei iudicatæ in vtraq;, vt not.per Bar.in l.& an
20 eandē. §.actiones.ff.de excep.rei iudi. ¶ Notandū † finaliter,quòd Publiciana datur contra quēcunq; possessorē, præter contra dominū,vt ff.de public.l.fin. In sex tamen casibus etiam datur cōtra dominū. Pri-
21 mus est,† si habeo rem à non domino, qui posteà fit dominus, & ego perdo possesionem,& res peruenit ad ipsum, tunc ego possum contra
22 eum agere Publiciana,vt l.si à Titio.ff.de rei ven.Secūdus est,† si habeo rem à non domino,& dominus agit contra me rei vend. Et in illa actione ego efficior absolutus ab impetitione sua, & res posteà venit ad eū,tunc ego possum agere contra eū publiciana,quia si dicat se esse dominū,ego replicabo me quo ad hoc esse absolutū, vt l.si quis rem.
23 ff.de excep.rei iud. † Tertius casus est,si ego egi noxaliter contra possessorem alieni serui, & ille præstitit mihi seruū pro noxa,si ille seruus posteà perueniat ad dominū suum,ego possum agere contra illum dominū,Publiciana,scilicet vt restituatur mihi seruus, vel satisfiat pro no
24 xa, vt ff.de noxa.l.generaliter. Quartus † casus,si vicinus meus posideat domū non suam,& ego agens de dam.infec.missus sum ex primo decreto in possesionē illius domus, ex quo possessor non cauet de dā. infec. si talis domus posteà perueniat ad verum dominū, agam contra
25 eū Publiciana, vt l.damni. §.non solū.ff.de dam.infe. Quintus † casus, si nō dolo,sed culpa desij posidere rem,quā aliquis vēdicat à me,propter quod soluo æstimationē rei,iuxta l.qui restituere. ff.de rei ven. si talis res posteà perueniat ad dominū,agam contra eum Publiciana, vt
26 l.si culpa.ff.de rei ven. Sextus casus,si tu † me mandante vēdidisti rem meā,sed me prohibente tradidisti eam, tunc emptor habet exceptionē cōtra me,si petam talem rem tanquàm dominus, & si res perueniat ad me,ipse emptor potest agere contra me Publiciana, vt l.si quis prohibuit.aliâs incipit,Papinianus.ff.de public. ¶ Opponitur primò,& vide-
27 tur,† quòd ista diuisio non sit bona,quia omnes actiones vidētur esse ciuiles.per l.ij.ff.de orig.iur. Solutio. Ibi ius ciuile capitur generaliter,
28 vt etiam comprehendat ius prætorium. ¶ Opponitur † secundò,& videtur,quòd ista diuisio non sit bona,quia aliqua est actio,quæ est prætoria & ciuilis. Nam actio,quæ datur contra eum,qui dolo desijt possidere,videtur prætoria,vt ff.de noxa.l.electio. §.ij.& l.iij.§.fin. ff.de alie.iudi.mutan.cau.fac. Videtur etiam ciuilis,vt ff.de rei vendi.l.in rē. Solutio. Illa actio simpliciter est ciuilis, vt in l.si plurium. ff.de noxa. quanuis recipiat aliquam formam à iure prætorio. ¶ Ad idem oppo-
29 nitur † de actione commodati,quæ videtur esse prætoria, vt l.j.§.prætor.ff.commodati. Videtur etiam ciuilis,vt l.in cōmodato.§.sicut.ff.

commodati. Solutio. Illa actio similiter est ciuilis, quia à iure ciuili est inuenta. Sed quod dicitur in l.j.alleg.in oppo. vbi prætor dicit, iudicium dabo. hoc debet intelligi approbando vel confirmando, non autem inueniendo. ¶ Opponitur † quartò, & videtur, quòd iste text. non
30 bene dicat, quia ius non debet permittere mendacium, quia punit mendacium, vt in l.meminerit. C. vnde vi. sed hîc permittitur mendacium. Dicitur enim in tex. quòd actor dicit se vsucepisse, quod non vsucepit. Solutio. Iste tex. debet sic intelligi, quòd actor dicit se quasi vsucepisse, id est, incepit vsucapere, sed non vsucepit, scilicet perfecte, quia vsu-
31 capio non fuit completa. ¶ Opponitur † finaliter, & videtur, quòd malè dicatur in tex. quòd quis dominiũ vendicare potest, quia aut vendicans habet dominium, aut non habet. Si habet, tunc non vendicat. Si etiam non habet, tũc non vendicat, quia vẽdicans debet esse dominus. Præterea, dominiũ, est res incorporalis, sed rei vendi. nõ datur, nisi pro rebus corpora. Solutio. Quando dicitur hîc dominiũ vendicari, hoc debet intelligi, sic scilicet, quòd res vendicatur ratione dominij.

§. Rursus.

1 *Rescissoria actio, quando & contra quem competat.*
2 *Respubli. hîc dicitur etiam ciuitatum & municipiorum.*
3 *Absens causa Reipubl. uel ita captus ab hostibus, potest rem præsentis in ciuitate usucapere, per se, uel per alium. Oppon. nume. 9. 10.*
4 *Iudicium duplex, rescindens & rescissorium.*
5 *Bissextus emergit ex quatuor annis utilibus.*
6 *Dies utilis, quis dicatur.*
7 *Quam exceptionem habeat ille, cuius res est usucapta propter absentiam.*
8 *Libelli forma pro iudicio rescindente.*
11 *Vsucapere qui non potest per seipsum, an posit per alium.*

Dictum est in §. præcedẽti, de actione prætoria, qua petitur res non vsucapta, ac si esset vsucapta. Consequenter tractatur hîc de actione prætoria, qua petitur res vsucapta, ac si non esset vsucapta. Summatur
1 ergo sic: Si † absens causa reipublicæ, vel quia captus est ab hostibus rẽ præsentis in ciuitate vsucepit, tunc, postquam iste absens desinit abesse, rescissa vsucapione datur intra annũ, contra eum actio ad restituendũ rem, ac si non vsucepisset, quæ vocatur rescissoria. Similiter si præsens vsucepit rem absentis, datur contra ipsum præsentẽ hæc actio. Hoc di-
2 cit. ¶ Notandũ † primò, quòd respubl. non solùm dicitur ciuitatis Romanæ, sed etiam aliarum ciuitatum & municipiorũ, quantum ad istum casum, vt l.respublica. C. ex quibus causis maio. & facit l.rempub. cum
3 ibi notatis per glos. C. de iure reipub. lib. xj. ¶ Notandum † secundò, quòd absens causa reipublicæ, vel ita captus ab hostibus, potest rem præsen

præſentis in ciuitate vſucapere, per ſe vel per alium. Per ſe nanq; vſucapit, ſi rem ſecum detulit, vel etiam ſi domi dimiſerit animo poſsidendi, ſicut dicitur de eo, qui pergit ad nundinas, vt ff. de acqui. poſſeſ. l. clàm. §. qui ad nundinas. Nam ſola ciuilis poſſeſsio ſufficit ad vſucapionem, vt ff. de acquir. poſ. l. j. §. per ſeruum. Per alium autē poteſt vſucapere, videlicet per filiū, vel per ſeruum, præcipuè ſi ſit res in peculio, vt ff. ex quib. cau. maio. l. ait prætor. §. hi planè. & facit l. iuſto. §. ſi cùm apud. ff. de vſucapioni. Similiter poteſt præſens vſucapere rem abſentis, vt ff.
4 ex quib. cau. maio. l. j. §. verba edicti. ¶ Notandum † tertiò, quòd quo ad propoſitū noſtrum hìc ſecundū Ioan. de Pla. duplex eſt iudicium, ſcilicet reſcindens & reſciſſorium. Per iudicium reſcindens datur reſtitutio in integrū offic. iudicis, contra vſuca. vel præſcrip completam, vt ff. ex qui. cau. maio. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. Et iſtud iudicium datur intra quadriennium continuum, vt C. de tempo. in integrū reſtitu. l. fin. vbi etiam Barto. vide omnino. Sed per iudicium reſciſſorium petitur, poſt reſtitu. in integ. res reſtitui amota vſucap. per iudiciū reſcindens, vt C. ex quib. cau. maio. l. fin. Et datur iſtud iudicium intra annum, quod poteſt intelligi poſt reſtitutionem in integrum factam.
5 Et † intelligitur etiam iſtud de anno vtili, qui continet trecētos & lxv. dies, vt ff. de ſta. libe. l. cùm hæres. §. ſi Stichus. Adduntur etiam ſex horæ, quæ in quatuor annis faciunt vnum diem, vnde inuentus eſt annus
6 Biſſextilis, vt l. cùm biſſextus. ff. de verb. ſignifica. Dicitur † autem dies vtilis, quando actor poteſt agere, & non impeditur, neq; per ſe, neque
7 per iudicem, vt ff. de diuer. & tempo. præſcrip. l. j. ¶ Notandum † quartò, quòd ſi ille cuius res eſt vſucapta propter abſentiam, acquirat poſſeſsionem rei, tunc habet exceptionem ex iſto iure, ſicut quando non habet poſſeſsionem, datur ſibi actio, vt ff. ex qui. cau. maio. l. necnon.
8 §. exemplo. ¶ Notandum † quintò, quòd pro iudicio reſcindente debet ſic formari libellus, vt ſcilicet actor dicat ſe fuiſſe abſentem cauſa reipub. vel cauſa ſtudij vel captum fuiſſe ab hoſtibus, quapropter non potuit vſucapionem interrumpere: & quia talis reus poſsidet rem, quæ ante vſucapionē fuit ipſius actoris, petit vt iudex ſubducat tempus abſentiæ ſuæ, reſtituendo eum in integrum. Quo facto petet conſequenter, quia iam per iſtum iudicem, vel per alium amotū eſt obſtaculum, res ſibi reſtituatur, cum fructibus & intereſſe. Similiter econtrà fiet, ſi præſens vult agere contra eum, qui fuit abſens. Et poſſet fieri vnus libellus pro iudicio reſcindente, & reſciſſorio, vt faciliter capi poteſt ex his, quæ iam dicta ſunt, de iſtis notatur per Bart. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi
9 quid ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maio. ¶ Opponitur † primò, & videtur, quòd quis non poteſt vſucapere per alium, ſcilicet per filium aut per ſeruum. l. neque. ff. de vſucapio. Solutio. Illa l. loquitur in re non

peculiari,modò dictum est, quòd istud locum habet in re peculiari.
10 ¶ Sed replicatur, † & videtur, quòd saltem captus ab hostibus non potest seruum, aut per filium vsucapere, quia ad vsucapionem requiritur possessio, sed iste possidetur ab hostibus, ex quo est seruus hostium, vt suprà de iure personarum. §. serui primo. Qui autẽ possidetur, nõ potest possidere, neq; per se, neq; per alium, vt ff. ad leg. Iuliã de adulte. l. sic veniet. Solutio. Verum est, quòd iste non vsucapit veritate inspecta iuris, cũ sit seruus, qui iure ciuili nihil est, vt l. quod attinet. ff. de regu. iuris ex quo non possidet, & ita procedit contrariũ. Sed inspecta fictione iuris postliminij, dicitur possidere, & vsucapere, de quo notatur in §. si ab hostibus. suprà quib. mod. ius patriæ potestatis soluitur. ¶ Ad
11 huc replicatur, † quia quando quis non potest vsucapere per seipsum, tunc etiã non potest per alium, vt l. Labeo. §. sed cum. ff. de vsuca. Sed iste captus ab hostibus, non vsucapit per seipsum ergo nec per alium. Solutio. Verũ est, quòd quando quis nõ potest vsucapere per seipsum, propter delictum suum, vel propter vitium rei, tunc non potest vsucapere per alium, vt in §. sed eum. allega. in oppositum. Secus autem est, quando non potest vsucapere per seipsum, eò quòd captus est ab hostibus.

§. Item, si quis.

1 *Reuocatoria actio quando, & quibus detur.*
2 *Reuocatoria actio, quotuplex. & cui quælibet detur. ibid. & nu. 3. 4. 5. 6. 7.*
8 *Reuocatoria actio ut competat, an requiratur quòd alienatio fuerit facta in fraudem. disting. ibid. & nu. 9. 10.*
11 *Reuocatoria actio, ut competat, quatuor requiruntur.*
12 *Reuocatoria actio unde nascatur.*
13 *Reuocatoria actio, est personalis.*
14 *Reuocatoria actio, contra quos detur.*

1 Summatur sic: Si debitor † bona sua in fraudem creditorũ alienauerit, tunc post sententiã à iudice pro creditoribus vt bona debitoris possideant, latam, datur creditoribus actio reuocatoria, ad petendũ bona alienata, ac si mansissent in bonis debitoris. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 primò, † pro intellectu istius tex. quòd sex sunt actiones reuocatoriæ. Prima datur ad reuocandũ res corporales alienatas in fraudem creditorum. Et vocatur Pauliana, quia inuenta est à Paulo Iurisconsulto, & de hac actione tractatur in isto. §. loquitur enim hîc tex. in rebus corporalibus, quia dicit, si debitor tradiderit. Nam traditio solũ fit de re-
3 bus corporalibus. Secunda datur † ad reuocandum res incorporales in fraudem alienatas, & vocatur actio in factum. Et de ista notatur per Bar. in l. hac in factũ actione. ff. de his, quæ in fraudẽ creditorũ. & dicitur

4 citur ista etiã interdum Pauliana, quia à Paulo inuenta. Tertia † datur patrono ad reuocandum alienata per libertũ in fraudẽ eius, quia libertus tenetur relinquere patrono tertiam partẽ bonorũ suorũ, vt suprà de successione libertorũ. §. sed nostra. Et ista vocatur fauiana, de qua in l. videamus. el. ij. §. in fauiana. ff. de vsuris. Quarta † est cõmunis creditoribus & patronis, ad reuocandũ alienata in fraudẽ eorum, & vocatur caluisiana, de qua in l. si in fauiana. ff. si quid in fraudẽ patro. Quin
6 ta † datur filio arrogato, ad reuocandum alienata per arrogatorem in fraudem eius, quia debet habere quartã partem bonorũ arrogatoris, vt l. si arrogator. ff. de adop. & ista vocatur vtilis caluisiana. Similiter datur etiam filio naturali & legitimo, ad reuocandũ alienata per patrem in fraudem eius, quo ad suã legitimã iure naturæ sibi debitam, vt notatur per Bar. in l. ij. ff. si quis à parente manumissus sit. Et idẽ dicit
6 Host. in c. Raynutius. extrà de testa. Sexta † est interdictum reuocatorium, quod datur quãdo tutor pupilli fecit, quòd debitor pupilli soluit creditori tutoris, vt l. si pupilli debitor. el. ij. in prin. ff. de solutio. ¶ No
8 tandum † secundò, quòd ad hoc vt cõpetat actio reuocatoria, requiritur, quòd alienatio sit facta in fraudẽ. Circa hoc tamẽ distinguendũ est, quia vel alienatio facta est inter viuos, vel in vltima voluntate. Si inter viuos, tũc vel titulo oneroso vel lucratiuo. Si titulo oneroso, tũc requiritur fraus in alienante, & in accipiente, aliòquin non datur reuocatio, vt ff. de cõtrahen emp. l. si sciens. Si titulo lucratiuo, tunc sufficit fraus in alienante tantùm, vt ff. quę in frau creditorum. l. omnes. §. Lucius. Et ratio diuersitatis est, quia ille qui accepit rem titulo oneroso, certat de damno vitando. Qui autẽ accepit titulo lucratiuo, certat de lucro captando, & ideò res difficilius reuocatur à primo, quàm à secũdo. Non enim paria sunt, lucra capere, & damna vitare, vt C. de codicillis. §. non enim l. fin. Et quando res alienata est titulo lucratiuo, tũc probatur fraus, si omnia bona sua alienauerit, per præsumptionẽ, quia tunc præsumitur quòd in fraudem fecit. Secus si non alienauit omnia. Sępe etenim homines de facultatibus suis amplius, quã in his est, sperãt, vt suprà qui manumit. non possunt. §. in fraudẽ. ver si. præualuisse. Sed tunc probanda est fraus ex alijs cõiecturis, vt si donauit cõiuncto, vel post donationem iterũ possedit, vel donatarius permisit eũ rem vendere, vel accusatus est de crimine, vel perpetrauit crimen, quod est no
9 torium. ¶ Et † simili modo etiam distinguitur, quando libertus alienauit in fraudem patroni, vt ff. de proba. l. patronum. Si verò alienatio facta sit in vltima voluntate, tunc aut facta est legando, vel libertates dando. Primo modo sufficit solus euentus, vt præsumatur fraus, scilicet si supra vel vltra legata nõ sint sufficientia bona, ad satisfaciendum creditoribus, vt C. de iure delibe. l. fi. §. si verò creditores. quia præ-

ſumitur, quòd legata relicta ſunt, deducto ęre alieno, vt l. quod autem §. penul. aliâs item neceſſarius. ff. quæ in frau. creditorum. Si autem relictæ ſunt libertates, tunc aut relictæ ſunt libertates directæ aut fidei cõmiſſariæ. Si directæ, requiritur euentus & conſilium. Si autẽ fideicõmiſſariæ, ſufficit ſolus euentus, vt C. de reuocan. his quę in frau. creditorum l. fi. Et ratio diuerſitatis eſt, quia directæ libertates ſtatim debẽtur mortuo teſtatore, fideicõmiſſariæ autem non debentur, niſi poſt aditam hæreditatem, & ideò primæ difficilius reuocantur, quã ſecun-
10 dæ. ¶ Et etiã ſimiliter † diſtinguendũ eſt in vltima voluntate de alienatione per libertum facta in fraudem patroni, vt ff. ſi quid in fraudẽ patroni. l. j. §. j. Patet igitur qualiter ad actionem reuocatoriã requiri-
11 tur, quòd fraus ſit cõmiſſa. ¶ † Requiritur etiam ſecundò, quòd euentus ſit fraudis, videlicet quòd creditores ſint decepti, vt l. ait prætor. §. ita demũ. ff. quæ in frau. credito. Requiritur tertiò, quòd ille qui alienauit, poſſedit naturaliter & ciuiliter, vt l. is qui. C. de actio. & obliga. Requiritur quartò, quòd alia bona debitoris ſint excuſſa, quæ ſcilicet remãſerunt, antè, quàm detur iſta actio reuocatoria, vt C. de reuocã.
12 his quæ in frau. credito. l. j. ¶ Notandũ † tertiò, quòd ſi fraus ſit in alienante & in accipiente, tunc iſta actio naſcitur ex quaſi maleficio, licet enim dolus eſt maleficium, vt in glo. ij. ſuprà de oblig. quæ ex delicto naſcun. §. j. tamen iſta actio nõ naſcitur ex maleficio propter velamẽtum contractus, & ideò naſcitur ex quaſi maleficio, ſed ſi fraus ſit in alienante tantũ, tunc iſta actio naſcitur ex quaſi contractu. Nã emẽs non contraxit cũ creditore agente, ſed quia contraxit cũ debitore, ſic
13 per conſequentiã quaſi contraxit cum creditore. Et † eſt iſta actio reuocatoria perſonalis, vt ff. ſi quid in fraudem patroni. l. j. §. hæc actio. Sed ponitur hîc inter reales propter ſimilitudinem, quam habet cum actio. proximè prędictis, quia ſicut ibi dicitur aliquid nõ eſſe quod eſt, & econtrà: ſic hic dicitur bona non eſſe tradita, quæ tamen in veritate
14 ſunt tradita. ¶ Notandum † finaliter, quòd antè, quã detur iſta actio, creditor petit à iudice, vt det ſibi poſſeſsionem bonorũ debitoris per ſententiam. Et tunc intra annum vtilem datur hæc actio, vt ff. quæ in frau. credito. l. j. & datur contra accipiẽtem in ſolidum, ſi cõmiſit fraudem. Sed ſi non cõmiſit fraudem, datur contra eum & hæredẽ eius, de eo quod ad ipſum peruenit, vel dolo fecit, quòd ad ipſum non peruenit, & tunc actio eſt perpetua, vt l. ait prætor. §. hæc actio. ff. quæ in frau. credi. & non datur contra alienantem, niſi diſperſiſſet bona ſua, ita quòd non appareret vbi bona eſſent. Nam tũc mittitur in carcerẽ, vt dicat, quid de bo. ſuis fecit, vt ff. quæ in frau. credito. l. fin. §. fi. Non datur etiam contra emptorem, niſi eſſet particeps fraudis, vt l. ſi ſciens. ff. de contrahen. emptio. Poteſt autem ille, contra quem agitur, debitori.

tori soluere,& sic ré retinere,& hoc potest creditori facere, dũmodo soluat ante litem cõtestatam, vt in l. ait prætor. §. illud certè, allegata, patrono autem soluere potest, ante litem contestatam & post, vt ff. si quid in frau. patro. l. j. §. si quis.

§. Item Seruiana.

1 Seruiana actio datur ad repetendas res, & retinendas eas, donec fuerit satisfactum.
2 Seruiana actio ut intentetur, quid requiratur. ibid. & nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. & 11.
12 Actio quasi Seruiana, competit creditori ad petendum res sibi impignoratas, uel hypothecatas.
13 Libellus qualiter formandus in actione Seruiana. Et quasi Seruiana. nume. 14.
15 Saluiana actio, differt ab interdicto Saluiano. & nu. 16.
17 Seruiana actio, unde dicta.

Seruiana actio prætoria, datur locatori, ad petendum res pro mercede conductionis obligatas. Sed quasi Seruiana actio prætoria datur creditori ad petendum res sibi pro debito suo obligatas. Hoc dicit.
1 ¶ Notandum † primò, quòd quando quis locat alicui domũ vel fundum, tunc omnes res, quæ per conductoré importantur seu inferuntur in talem domũ vel fundũ, obligantur pro pensione cõductionis, atq; pro deterioratione, vel certi iuris. C. loca. Si igitur tales res ab alijs possideantur, datur locatori actio Seruiana, ad petendũ huiusmodi res, &
2 ad retinendũ eas quousq; fuerit sibi satisfactum. ¶ Notandum † secundò, quòd ad actioné Seruianam multa requiruntur. Primò, quòd præcessit contractus validus, scilicet locationis vel similis, vt l. certi iuris.
3 C. loca. Secundò, quòd † res sint inuectæ vel illatæ in fundum conductum seu in domũ, vt l. iij. & iiij. ff. in quibus cau. pig. vel hypo. taci. cõ
4 traha. Tertiò, quòd locator † sciat tales res esse illatas, quod verũ est, si conductor sit colonus. sed si sit inquilinus, tũc nihil refert, an sciat vel
5 non, vt dicta l. certi iuris. Et † est differentia inter colonũ & inquilinũ, quia colonus est in prædio rustico, sed inquilinus in prædio vrbano. Ratio autẽ diuersitatis est, quia sancta rusticitas non nouit, nisi ligones & aratra. Et rustici non habent pretiosa, quæ sunt abscondenda, sicut inquilini, quibus periculosum esset diuitias ostendere, & etiã pau-
6 pertaté propalare, vt notatur in dicta lege, certi iuris. Quartò, † quòd tales res sint illatæ, vt ibi permaneant. Nam si mercator induceret res suas in domum, quam ego conduxi, vt ibi venderet tales res, nõ sunt
7 obligatæ, vt l. debitor. ff. de pig. † Quintò requiritur, quòd cõductor potuit illas res obligare tanquã dominus, vel quasi dominus: nam res

alterius obligari nõ poteſt,vt l.itẽ quia ff. de pactis. Si tamen aliquis
recepiſſet aliquas res in domũ cõduct.m ad pompã,vt appareat diues
8 tales res obligantur,vt no.in l.ſiue. C.ad Velei Sextò,quòd † ſint res,
quæ obligari poſſunt:nam liber homo nõ obligatur,quãuis ſit in do-
mo cõducta,vt l.ob æs. C.de actio.& oblig. Quod verũ eſt reſpectu
priuati. Nã publicæ perſonæ,vel reipu.liber homo poteſt obligari.vt
no.Bar.in l.à Titio. §.ij.ff.de verb.obli. Nam liber homo poteſt eſſe
obſes,vt in c.ex reſcripto.extrà de iureiur.& tunc nõ poteſt facere te-
9 ſtamentũ,vt l.obſides.ff. de teſta. Septimò requiritur † quòd talis res
veniat in generali obligatione. Nã ſi requireretur ſpecialis obligatio,
ſicut ſunt nomina debitorũ,tunc per illationẽ in fundũ cõductum ta-
10 les res nõ eſſent obligatæ,vt l.obligatione.ff.de pigno. Octauò † re-
quiritur,quòd locator excuſſerit alia bona conductoris,antè,quã de-
tur ſibi ſeruiana cõtra poſsidẽtes extraneos,vt no.in d.l. certi iuris C.
loca.in Authen.hoc ſi debitor.& ibi doct. C de pigno. Vltimò requi-
11 ritur † quòd conductor ſit maior annis. Nam ſi fuerit minor, res illatæ
non eſſent obligatæ,vt in gl.in l.itẽ quia.ff.de pactis. Scholares tamẽ
ſtudentes de voluntate parentum obligant res ſuas,quia non ſolũ ipſi
obligati ſunt,ſed etiã parentes eorum.facit l. ſi longius.ff. de iudicijs.
12 ¶ Notandum † tertiò,quòd actio quaſi Seruiana cõpetit creditori ad
petendũ res pro debito ſibi impignoratas vel hypothecatas,vt hic,&
in l.cũ notiſsimi. C.de præſcrip.xxx.vel xl.annorũ. Ad quã actionem
etiã aliqua requiruntur. primò,quòd ille,qui obligat res, ſit dominus,
vel quaſi dominus earũ,vt l.rem alienã.ff.de pign.actio.& l.ij.eo.tit.
Secundò,quòd excuſſa ſint alia bona debitoris,vt Auth.c.hoc ſi debi-
tor. C.de pigno. Et de iſto notatur per Bar.in l.ſi decẽ.ff. de ver.obli.
13 ¶ Notandum † quartò,quòd in actione Seruiana libellus debet ſic for-
mari,vt actor dicat ſe locaſſe Caio talem fundũ pro tali penſione, ad
quẽ ipſe Caius intulit tales res ſciente actore vel neſciente.ſi ſit in præ-
dio vrbano,de qbus rebus modo Titius aliquas poſsidet. Et quia acto-
ri non eſt ſatisfactũ de ſua penſione,ſeu deterioratione,nec poteſt ſibi
ſatisfieri ex alijs bonis,idcirco petit,vt iudex declaret, quòd Titius tra-
dat illas res ipſi actori retinendas donec ſibi fuerit ſatisfactum. Sed in
14 quaſi Seruiana † debet ſic formari libellus, vt actor dicat Caium ſibi
debere xx.flor.ex mutuo,vel ex empto,aut alio cõtractu,pro quo de-
bito Caius impugnorauit ſeu hypothecauit tales res,quas modò poſsi-
det Titius. Et ideò petit,quòd iudex declaret Titium debere tales res
tradere ipſi actori. Et de iſtis formis latius tractatur per Specu.in ti-
15 tulo de loca.§. poſtquàm. verſiculo.porrò. ¶ Notandum † finaliter,
quòd actio Seruiana differt ab interdicto Saluiano, quia ad Seruia-
nam requiritur,quòd actor probet conductorem poſſediſſe res, quas
petit

petit tẽpore obligationis, vt l. & quæ nondũ. ff. de pigno. sed in interdicto Saluiano sufficit probare quòd conductor possedit aliquo tem
16 pore, vt ff. de saluia. interdic. l. j. Differunt † secundò, quia interdictum Saluianum est iudicium possessoriũ, sed actio Seruiana est iudiciũ pe
17 titorium, vt l. j. ff. de saluia. interdicto. Et dicitur † actio Seruiana à seruando: quia oẽ ius consistit in seruãdo, acquirendo, vel amittendo, vt ff. de legib. & senatusconsul. l. fi. Et sunt istæ actiones reales, quæ competunt cõtra quoscunq; possidentes, & sunt prætoriæ, non tamen sunt annales, vt infrà de perpe. & tempora. actio. §. j. & l. in honorarijs. ff. de action. & oblig.

§. Inter pignus.

1 *Pignus & hypotheca, quid conueniant, & quid differant. & in quo conueniant.*
2 *Pignoratitia actio, est duplex.*
3 *Pignus potest constitui in re incorporali, excepta seruitute urbana.*
4 *Actiones reales prætoriæ, decem.*

Summatur sic: Inter pignus & hypothecam non est differentia, quo ad actionem pignoratitiam. Differunt tamen pignus & hypotheca, quia pignus consistit in re mobili, quæ tradita est: sed hypotheca consistit etiã in re immobili, & sufficit ad eã nuda conuentio. Hoc di
1 cit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd pignus & hypotheca conueniunt & differunt. conueniunt enim in hoc, quòd pro vtroq; datur actio pignoratitia: sed differunt primò, quia ad hypothecam non requiritur traditio, quæ tamen requiritur ad pignus, vt ff. de verbo. signific. l. plebs. §. item pignus. Nam dicitur pignus à pugno, id est, manu, per quam fit traditio. Differunt etiam in hoc, quia pignus non præscribitur à creditore, quanuis creditor ipsum possideat: sed hypotheca bene præscribitur x. vel xx. annorum spatio, vt C. si aduer.
2 credito. l. j. ¶ Notandum † secundò, quòd actio pignoratitia est duplex, scilicet directa, quæ datur debitori, quando solutum est pretium, ad petendum pignus à creditore & contraria, quæ datur creditori contra debitorem pro sumptibus, & expensis factis in pignore. De directa pignoratitia actione loquitur. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pigno. actio. De contraria loquitur. l. si necessarias. ff. de pignorati. actio.
3 ¶ Notandum † tertiò, quòd pignus seu hypotheca potest constitui etiam in re incorporali, excepta seruitute vrbana, & hoc, ne vrbs de
4 formet ruinis, vt ff. de pign. l. si is qui. §. fin. & l. seq. ¶ Notandũ † finaliter, quòd ex hoc textu & ex textibus præcedentibus & sequentibus, colligunt decẽ actiones reales prætoriæ, videlicet publiciana, rescissoria, Seruiana, & quasi Seruiana, & præiudiciales, actio de superficiebus,

seu

ſeu actio, quæ datur ſuperficiario, qui conduxit rem non modico tempore, vt ff. de ſuperficie. l. j. Eſt etiam realis & prætoria actio, quæ datur propter metum, vt ff. quod vi, metúsve cau. l. metum. §. volenti. Similis etiam eſt actio de bonorum poſſeſsione, ſiue directa, ſiue fideicommiſſaria, vt. ff. de poſſeſsio. hæredita. petitio. l. j. & l. ij. Et vna in rem ſcripta, vt reuocatoria, de qua ſuprà.

§. In perſonam.

1 *Actio de conſtituta pecunia, eſt perſonalis & prætoria.*
2 *Pecunia, pro omni re, hîc accipitur.*
3 *Actio de conſtituta pecunia, præſupponit debitum naturale, & ciuile, uel naturale tantùm.*
4 *Actio receptitia, hodie ſublata: cuius uice fungitur actio de conſtituta pecunia.*
5 *Actio de conſtituta pecunia ut inſtituatur, quid requiratur.*
6 *Actio de conſtituta pecunia, non habet locum, quando quis obligatur ex emptione, ſtipulatione, aut ex ſimili contractu.*
7 *Actio de conſtituta pecunia, datur ex nudo pacto, contra legem iuris gentium.*
8 *Actio ex nudo pacto ſex caſibus datur.*
9 *Libellus quomodo formandus, in actione de conſtituta pecunia.*

Actio de conſtituta pecunia, & actio de peculio, ſimiliter & actio, quæ competit ex iuramento, ſunt actiones prætoriæ perſonales. & actio de conſtituta pecunia datur contra illum, qui conſtituit ſe pro ſe vel pro alio ſoluturum, nõ interueniente ſtipulatione, quia ſi interueniſſet ſtipulatio, teneretur iure ciuili. Hoc dicit, & patet intellectus
1 textus. ¶ Notandum † primò, quòd actio de conſtituta pecunia, eſt perſonalis, & prætoria, vt ff. de conſtitu. pecu. l. j. in princ. Et accipitur
2 † hîc pecunia, non pro numerata pecunia, neq; pro ea re, quæ conſiſtit in pondere, numero & menſura, neq; etiam pro certa quantitate aut ſpecie, ſed pro omni re, vt C. de conſtitu. pecu. l. ij. §. penul. ¶ Notan-
3 dum † ſecundò, quòd iſta actio præſupponit debitum naturale & ciuile, vel naturale tantùm. Nam ſi fuerit debitum ciuile tantùm vt eſt debitum, contra quod eſt exceptio fauorabilis, ſicut eſt pactum de non petendo, vel iuramentum, tunc pro tali debito non competit actio de conſtitu. pecu. Datur enim talis regula, quòd vbicunq; competit repetitio, ibi non datur actio de conſtituta pecunia. Sed ſi non competat repetitio, tunc poteſt conſtitui & naſci iſta actio, vt l. iij. §. ſi quis autem ff. de conſtitu. pecunia. Poteſt etiãm conſtitui iſta actio, quando debitum eſt conditionale. Sed tunc habet naturam ex prima actione, vt l. id, quod ſub cõditione. ff. de conſtitu. pecunia. Et ſeruit iſta actio, quia quando

quando debitum ſte inefficax, vt pro eo detur actio, tunc ſi conſtitutio facta eſt competit actio de conſtitut. pecunia. vt notatur per Bart.
4 in l. j. ff. de conſtit. pecunia. ¶ Notandũ † tertiò, quòd licet olim actio receptitia, differebat ab actione de cõſtituta pecunia, quia actio de cõſtituta pecunia ſolùm erat in rebus, quæ conſiſtunt numero, pondere & menſura, receptitia autem etiam conſiſtebat in alijs rebus, hodie tamen receptitia receſsit ab vſu, & quicquid in ea erat plus, quàm in actione de conſtitu. pecu hoc totum reductum eſt ad actionem de cõ
5 ſtitu. pecu. vt patet hîc in tex. & l. iij. §. pe. C. eo. tit. ¶ Notandũ † quartò, quòd ad hoc vt inſtituatur actio de conſtitu. pecunia, requiritur quòd conſtituens pro alio ſoluere poteſt ſe pro alio obligare, & ideò mulier ex quo nõ poteſt ſe obligare pro alio, non poteſt contra eam competere iſta actio, ſi promiſit pro alio ſoluere. Sed ſi promiſit ſoluere pro ſeipſa, tunc competit iſta actio, quia poteſt ſe pro obligare, vt notatur in l. j. §. ij. ff. de conſtitu. pecu. Qui autem non poteſt ſe obligare, neq; pro ſe, neq; pro alio, non conuenitur iſta actione, vt eſt
6 furioſus & infans & ſimiles. ¶ Notandũ † quintò, quòd ſi aliquis obligetur ex ſtipulatione, vel ex emptione, aut ex ſimili contractu, tunc non habet locum iſta actio: ſed ſi ſit obligatus ex ſtipulatione de re incerta, competit actio ex ſtipulatu. Si autem pro re certa, competit actio ex certi condictione, vt ſuprà de verborum obligationibus. §. j. Et eſt ſtipulatio de iure ciuili, quanuis cõmuniter alij contractus ſint de iure gentium, vt ſuprà de iure natu. gen. & ciuili. §. ius autem gentium. Stipulatio tamen continet in ſe vinculum, quod eſt de iure natu-
7 rali, ſcilicet conſenſum, vt ff. de pactis. l. j. §. penul. ¶ Notandum † ſextò, quòd iſta actio datur ex nudo pacto contra legẽ iuris gentium. §. ſed cùm nulla. ff. de pactis. Et dicit hîc gloſſ. quòd hoc ideò eſt, quia vnum datur hîc, ſcilicet quòd ille qui conſtituit, non tenetur, niſi poſt x. dies, vt l. promiſſor. ff. de conſtitu. pecu. cùm tamen in alijs contractibus ſtatim quis eſt obligatus, vt l. eum, qui calendis. ff. de verborũ obliga. Cùm ergo vnum hîc detur, aliud aufertur, ſcilicet quòd obligatur ex nudo pacto, vt ff. de iureiuran. l. eum, qui. ponit gloſſ. adhuc
8 † ſex caſus, in quibus datur actio ex nudo pacto. Primus in donationibus, vt l. ſi quis argentum. §. ſinant. C. de dona. Sed glo. non bene dicit in illo, quia hoc quod dicitur, intelligitur de contractibus innominatis, ſed donatio hodie eſt contractus nominatus. Secundus caſus, quando mulier promiſit dotẽ marito ſine ſtipulatione, vt C. de dotis promiſsio. l. ſi pater. Sed glo. etiam non bene dicit in illo caſu, quia ibi ius fingit ſtipulationem interueniſſe, vt C. de rei vxo. actio. l. vni. Tertius caſus, quando quis propter honorem decretum vel decernendum, aliquid palàm pollicitus eſt, id eſt, ſine interrogatione, vt ff. de pollicita. l.

cita.l.j.Sed in isto casu etiam glo.non bene dicit: quia ista actio datur propter pollicitationẽ, quæ oritur ex nuda promissione fauore reipublicæ, quando promissio, est pollicitatio. Quartus casus est in nautico fœnore, vt ff.de nauti.fœno.l.periculum.sed hoc hodie non procedit de iure cano.quo vsuræ prohibentur, vt in c.nauiganti.extrà de vsu. nec etiam iure ciuili, quia vsuræ etiam prohibentur illo iure, nisi quatenus veniunt ratione interesse, vt in authen.ad hæc. C.de vsu. Quintus casus in accessione frumenti, vini & olei, vt C.de vsu.l.cùm non frumentum. Sextus casus in vsuris ciuitati promissis, vt l.etiam.ff.de vsu.

9 ¶ Notandum † finaliter, quòd libellus in ista actione formandus est, vt actor dicat, quatenus Titius est sibi obligatus in decem ex tali causa, & Caius constituit se soluturum ista decem pro Titio, vel ipsemet Titius constituit se soluturum, nihilominus actor non potest solutionem consequi à Caio vel à Titio, idcirco petit vt iudex condemnet Caium, aut Titium debere soluere actori, aut suo nomine recipienti prædicta x. vt notat Specu.in tit.de solu. §.prænotandum. versic. cæterùm. ¶ Opponitur, & videtur, quòd ista actio est omnino inutilis, quia hodie ex nudo pacto datur actio, vt in c.j.extrà de pactis. Solutio. Verum est quòd datur actio ex nudo pacto iure canonico, sed non iure ciuili, vt l.iuris gentium. §.sed cùm nulla.ff.de pactis.& ideò in terris, in quibus Papa non habet temporalem iurisdictionem.& in causa seculari ista actio hodie habet locum, vt notat Innocen.in c.j. extrà de no.operis nuntiatione. Et ista actio nascitur, siue quis constituat per seipsum, vel per nuntium, vel per literas, vt l.qui autem.§.fin. ff.de constitu.pecu. Et qui recipit literam, & non contradicit, approbat constitutionẽ, vt notat Bart.in l.Titius Seio.ff.de constitu.pecu.

§. Actiones autem.

1 *Peculium, quid.*
2 *Filius emancipatus, non habet peculium.*
3 *Peculium, est quadruplex.*
4 *Actio de peculio, cur inuenta à prætore.*
5 *Actio de peculio, non est propria actio, sed adiectio ad aliam.*
6 *Actio de peculio, unde nascatur.*
7 *Libellus, qualiter formandus in actione de peculio.*

Summatur sic: Pro contractu facto per filium tenetur pater de peculio. Et pro contractu facto per seruum tenetur dominus de peculio, & sunt istæ actiones personales & prætoriæ. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 † primò quòd peculium dicitur esse illud, quod habet seruus vel filius existens in potestate, de voluntate domini vel patris, separatum à bonis domini vel patris. Et vocatur peculium, quasi pusilla pecunia, vel pusillum

pusillum patrimonium, vt l.depositi. §.fin.ff.de pecu. Non tamen dicitur verum patrimonium, quia sola voluntate patris vel domini potest reuocari, vt l.non statim. §.j.ff.de pecul. Et dicitur notanter,
2 †quòd filius habens peculium, debet esse in potestate, quia si sit emancipatus, tunc non habet peculium, sed verum patrimoniũ. vt C.de in
3 officio. testa.l.fina. §.fin. ¶ Notandum † secundò, quòd quadruplex est peculium, scilicet castren. quasi castren. aduentitium, & profectitium. vt dictum est suprà per quas perso nob. acquir. §.j. Et loquitur
4 textus hîc præcipuè de peculio profectitio. ¶ Notandum † tertiò, quòd ista actio de peculio, ideò inuenta est à prætore, quia iure ciuili nemo obligatur ex contractu alterius, vt C.ne filius pro patre l.j.& C.quod cum eo l.dominum. Cùm ergo filius vel seruus contraxit iure ciuili, pater neq; dominus fuit obligatus, sed prætor ex æquitate ordinauit, quòd quando tales haberent peculium, tunc pater vel dominus obligaretur, vsq; ad vires pecul ij, vt l.sed si damnum. §.j.ff.de pecu. Et videndum est, quantum fuerit in peculio tempore sententiæ, vt l.quæsitum.ff.de peculio. Nam si quis egerit de peculio, & succubuerit, quia tempore sententiæ nihil fuit in peculio, tunc si posteà talis acquirat peculium, potest actor causam resumere, vt nota. per Bart.in d.
5 l.quæsitum. §.is qui semel. ¶ Notandum † quartò, quod actio de peculio est adiectio ad aliam actionem, & non propria actio. Nam actio mandati potest dici de peculio, vt l.iij. §.cui congruit.ff.de pecu. Similiter actio depositi potest dici de peculio, vt l.depositi. §.fina. ff.de peculio. Et ideò ista actio est temporalis vel perpetua, secundũ naturam actionis, cui adijcitur. Si tamen filius moriatur, vel emancipetur, vel seruus manumittatur vel vendatur, vel etiam moriatur, tunc actio de peculio contra patrem vel dominum, est annalis, vt ff.quan
6 do actio de pecu.anna.est l.j. ¶ Notandum † quintò, quòd actio de peculio nascitur ex contractu filij, vel serui contra patrem vel dominum, vel etiam ex quasi contractu, vt si filius vel seruus gessit negotia alterius, vt ff.de neg. gestis.l.si filius. Nascitur etiam ex maleficio vel quasi maleficio. Et licet olim tam filius, quàm seruus potuit dari pro noxa, vt infrà de noxali. §.fin. Hoc tamen hodie non obtinet de filio, sed de seruo tantùm, vt infrà de noxa. §.j. Et ille, qui agit noxaliter, potest etiã agere de peculio, si plus sit in peculio, quàm ex noxali posset cõsequi, vt l.tam ex cõtractibus.ff.de iudi. De actione autẽ in rem verso, & quod iussu, & de exercitoria, & institoria et tributoria loquit̃ hîc gl. Sed quia in tit.prox.infrà de illis tractat̃, idcirco declaratio ea
7 rũ reseruat̃ illi tit. ¶ Notandũ † finaliter, quòd libellus in hac actione debet sic formari, vt scilicet actor dicat, quatenus cõtraxit cũ filio vel seruo Titij. Et rõne illius cõtractus, habet obligationẽ de decẽ, & quia

istæ

iste filius vel seruus habet propriũ peculiũ. idcirco petit actor vt sibi sa tisfiat per patrem vel dominũ, ex peculio filij vel serui de istis decem.

§. Item, si quis postulan.

1 *Iuratoria actio, cui & contra quem detur.*
2 *Iuramentum, est duplex.*
3 *Iuramentum confirmatorium, quid. Et quotuplex.*
4 *Iuramentum necessarium.*
5 *Iuramenti uis & potentia.*
6 *Ex iuramento quotuplex detur actio.*
7 *Actiones duas unà concurrere, non est inconueniens.*
8 *Libellus in actione ex iuramento, quomodo formandus.*
9 *Duntaxat, dictio, quomodo accipiatur.*

1 Actio † iuratoria prætoria, datur iuranti cõtra eum, qui detulit sibi iuramentum, vt fiat id, quod iuratum est. Hoc dicit. ¶ Notandum pri-
2 mò, † quòd duplex est iuramentum, scilicet promissorium, quod præstatur ad aliquid dandum vel faciendum, aut non dandum vel non faciendum: & assertorium, quod præstatur de re præsenti vel præterita, & istud est multiplex. Nam quoddam est iuramentũ calumniæ, quoddam iuramentum purgationis, quoddam in litem, quoddam est intro-
3 ductorium nouæ obligationis, & quoddam † est cõfirmatorium, quo contractus minus solennis fit solennis, & iuramentum decisorium litis. Et de isto vltimo iuramento principaliter loquitur iste text. Et istud est adhuc triplex, scilicet voluntarium, quod voluntariè præstatur, suscipitur & recusatur, vt ff. de iureiuran. l. iusiurandum. Aliud est neces-
4 sarium, † quod scilicet imponitur vel approbatur per iudicem in defectum probationis, vt ff. de in litẽ iuran. l. fin. Et istud non potest referri, nec recusari sine iusta causa, vt C. de reb. credi. & iureiurã. l. generaliter. §. sin autem. Tertium est iudiciale, quod scilicet parti defertur à parte in iudicio, & istud potest referri & recusari, vt C. de rebus credi-
5 tis & iureiuran. l. delata. ¶ Notandum † secundò, quòd iuramentũ est tantæ efficaciæ, quod contra ipsum præstitum & delatum non admittitur probatio per testes, vel per instrumenta, licet etiam aduersarius posset probare iuramentum esse falsè præstitum, nisi hoc sit inter partes conuentum, vt l. j. C. de rebus credi. & iureiuran. Est etiam tantæ efficaciæ, vt à sententia seu à causa decisa per iuramẽtum, non admittatur appellatio, vt l. generaliter. §. sed iuramento præstito. C. eod. Et idem est, siue actor iurauerit, siue remissum sit ei iuramentum, quo ad hoc, vt habeat actionem, vt l. non erit. §. fina. ff. eo. & l. sequenti. & l.
6 actori. C. de reb. credi. ¶ Notandum † tertiò, quòd ex iuramento interdũ datur actio in factum, interdũ actio ex eo contractu nata ex iu-

cramento

cramento,& interdum vtilis actio in rem.& interdũ exceptio tantùm. Pro cuius intellectu est sic distinguendũ,quia aut actor iurat,aut reus. Si actor,tunc aut in actione personali,aut reali. Si in personali,tũc aut iuratur informiter, hoc est, sine adiectione causæ, & tunc datur actio in factum,aut iuratur formiter, id est,cum adiectione causæ, vt dicendo,peto decem ex vendito, & tunc datur actio vtilis ex eo contractu, nata ex sacramento,quæ habet efficaciam,ac si verus contractus præcessisset,quanuis non præcessit,vt l.si duo. §.si quis iurauerit.ff.eod. Si actor iurat in actione reali,& iurat rem esse suam,datur vtilis actio in rem,vel etiam in factum contra deferentem tantũ, vel successorẽ eius, vt l.nam posteà. §.fin.ff.eo.& l.seq. Si autem reus iurat,aut hoc est in actione personali,aut reali.Si personali,datur sibi exceptio. Si in reali, tunc aut iurat rem non esse petentis,& habet exceptionem tantùm,aut iurat rem esse suam,& datur sibi actio contra deferentem tantùm, vel successorem eius,& non cõtra tertium,quia idem est de iuramento, & de re iudicata seu sententia,& ideò sicut sentẽtia inter aliquos lata non nocet alijs,sic etiam nec iuramentum,vt l.ij.ff.eo. Et hoc verum est,si actio detur ex delatione iuramenti tantùm. Nam si ex iuramento res sit tradita,tunc datur Publiciana cõtra quemlibet possessorem,si iurauit rem esse suam,vel quasi suam, quia iuramẽtum est sufficiens causa traditionis,vt in glo.in l.nam posteà. §.fin.ff.eo.& l.quia.& l.sequen.

7 ¶ Notandum † quartò,quòd licet aliqui dixerint hanc actionem non dari,si secuta sit sententia ex iuramento, quia tunc datur actio ex sententia,sed contrarium verius est secundũ Docto.cõmuniter,quia non est inconueniens concurrere duas actiones, vt l.non est nouum. ff.de actio.emp.& vend.tamen semel tantùm fit exactio,vt ff.de verb.obli

8 ga.l.qui bis.& l.bona fides.ff.de regu.iur. ¶ Notandũ † finaliter,quòd libellus in hac actiõe debet sic formari, vt actor dicat,qualiter petebat x.à Titio,in quibus dixit Titium esse debitorẽ suum, sed Titius detulit sibi iuramentum, quod quidem iuramentum ipse actor præstitit secundum formam sibi delatam, nihilominus Titius adhuc recusat soluere, quapropter petit actor à iudice, vt declaret Titium debere sibi soluere prædicta x.vigore iuramenti præstiti. Et hoc præcipuè,quando iuratum est informiter.Nam si formiter iuratum sit,tunc libellus formatur diuersimodè, secundũ naturas diuersarum actionum & factorum, circa quas vel quæ tale iuramentũ contingit. Et de formis libellorũ in hac actione latius notaí per Spec.in tit.de iureiuran. §.j.ver.sic.porrò.

¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd quando reus iurauit rem esse suam vel quasi,non datur Publiciana cõtra quẽlibet, sicut dictũ est in tertio notabili circa fin.per l.eum,qui. §.si petẽti.ff.de public. Solutio.

9 Illa † dictio dũtaxat, quæ ponitur in illa lege,solùm excludit dominũ,

quia publiciana nõ datur cõtra dominũ,vt l.pen.ff.de publ.Imò exclu dit,& alios secundũ Doct.hîc,quia datur solùm aduersus desereētem.

§. Pœnales.

1 *Actio prætoria in factum & pœnalis, datur contra corrumpentem aliquod scriptum in albo prætoris.*
2 *Actiones pœnales, differunt ab actionibus rei persecutorijs.*
3 *Prætoris album triplex olim. Et quæ pœna corrumpentis illud, aut aliàs maculantis.*
4 *Pœna albi prætorij corrupti, cui applicetur.*
5 *Libellus quomodo formandus in actione de albo Prætoris corrupto.*
6 *Actiones pœnales, an sint odiosæ.*

1 Summatur sic: Contra † corrumpentem aliquod scriptum in albo prætoris,datur actio prętoria in factum,& pœnalis. Hoc dicit,& patet
2 intellectus tex. ¶ Notandum † primò,quòd hîc tractat dominus Iustinianus de actionibus pœnalibus. Et differunt istæ actiones ab actionibus persecutorijs rei:quia actiones pœnales prætoriæ sunt annales,excepta actione furti, vt infrà de perpe.& temp.actio. in princ.sed actiones rei persecutoriæ sunt perpetuæ,vt l.in honorarijs.ff.de acti.& obl. Secundò,quia actiones pœnales sunt odiosæ, sed rei persecutoriæ nõ, vt l.interpretatione.ff.de pœnis. Tertiò,quia actiones pœnales nõ transeunt ad hæredes,nisi quatenus aliquid ad eos peruenit,vel nisi lis cõtestata sit cum defuncto,vt C.ex delic.defunc.l.j.Sed actiones rei persecutoriæ transeunt ad hæredes,vt l.ex cõtractibus.ff.de actio.& oblig. Quartò,quia in actionibus rei persecutorijs vno soluente alius liberaĩ, non autem sic in actionibus pœnalibus,si sint pœnales ex vtraq; parte, scilicet actoris& rei,& ex delicto. Nam si tum essent pœnales ex quasi delicto , vel essent pœnales ex parte actoris, & persecutoriæ ex parte rei,vt actio de calũniatoribus. Vel etiam si essent persecutoriæ ex parte actoris,& pœnales ex parte rei,vt actio legis Aquiliæ,tunc vno soluente alius liberaĩ,vt l.perceptione.ff.de his,qui deiec.vel effud.& notatur in l.licet. §.fin.ff.nau.caup.stabul. Hoc tamen quod dictũ est de pœnalibus ex vtraque parte,fallit in quibusdã administratoribus,qui si plus debito recipiunt,delinquũt,item vbi aliâs etiã plures teneñt actione prætoria rei persecutoria,sed nõ habet quilibet soluere nisi partem suam,& vno soluente alius liberatur,vt notaĩ in l.si multi.ff.de public.
3 & vectig in verb.dupli,& constituerunt. ¶ Notandũ † secundò,quòd olim erat triplex albũ prætoris,in quorũ vno scribebantur edicta prætorũ,seu præcepta generalia vel specialia,in alio scribebantur nomina decurionũ,& in tertio citationes. Modò ad propositũ nostrum,si quis deleuit,aut corrupit,aut maculauit, vel etiã abstraxit scripturam primi albi,

albi, incidit in pœnã quinquaginta aureorũ,& pro illa pœna habenda dať ista actio, vt l. si quis id, quod. ff. de iurisdi. om. iud. Sic etiã hodie, si quis corrũperet aliquam picturã factam ad perpetuã rei memoriã puniret in quinquaginta aureis,& etiam de falso, vt d. l. si id quod. Hodie autẽ citationes fiunt ad valuas locorũ, vbi reddũtur iudicia, vel Ecclesiarũ, vt in cle. j. extrà de iudi. quæ citationes olim fiebant per edictũ in albo prætoris, vt Authẽ. qui semel. C. quomo. & qñ iud. Et fiũt hodie citationes ad valuas prædictas, quando nõ possunt cõmodè peruenire ad personã citatam, vt in d. cle. j. Aliter autẽ necessariũ est citationem fieri in personam, vel in domũ habitationis suæ, vt dicit Bar. in extraua ganti, ad reprimendũ. super ver. per edictum. & in ver. publicè. Et licet glo. dicat, quòd pro corruptione citationũ etiam dať ista actio, Doct. tamen dicunt contrariũ in l. si quis id quod. ff. de iurisdi. om. iud. Nam tũc datur actio arbitraria, vt ff. de iure delib. l. j. & in c. de causis. extrà
4 de offi. iudi. dele. ¶ Notandũ † tertiò, quòd quãdo agitur ista actione ciuiliter, tunc pœna applicať parti, vt ff. de verbo. signific. l. si cui. Sed si agatur criminaliter, tunc pœna applicať fisco, vt notatur per Bart. in l.
5 agraria. ff. de termino amoto. ¶ Notandũ † finaliter, quòd libellus in ista actione debet sic formari, vt scilicet actor dicat prætorẽ tale præceptũ seu edictum, continens talẽ materiam scripsisse. Sed Titius talem scripturam corrupit, deleuit, aut maculauit, vel etiã abstraxit, per quod populus læsus est. Et quia actor est vnus de populo,& sua interest talẽ corruptionẽ factam nõ fuisse, idcirco petit à iudice, vt condẽnetur sibi in quinquaginta aureis, si actio sit ciuilis, aut fisco, si sit criminalis. Et de forma huius libelli latius tractať per Spec. in titu. de dolo & contu.
6 in §. restat. ¶ Opponitur † sic,& videtur, quòd actiones pœnales non sunt odiosæ, quia excõmunicatio est pœnalis, & tamẽ non est odiosa, quia est ordinata in bonum cõmune, vt c. vt fame. extrà de sentẽ. excõmu. Et ergò etiam dicitur medicinalis, vt in c. cùm medicinalis. de senten. excõ. lib. vj. Solutio. Actiones pœnales possũt cõsiderari dupliciter, scilicet ex parte finis,& ex parte substantię. Modò ex parte finis nõ sunt odiosæ,& hoc volunt iura contraria, sed ex parte substantiæ sunt odiosæ,& ita intelligitur dictũ in primo notab. in secũda differentia.

§. Et in eum.

1 *Actio prætoria pœnalis datur etiam contra eum, qui uocauit parentem uel patronum suum in ius sine uenia. Et quid de doctore. nume. 3.*

2 *Veniam uocandi parentem uel patronum in ius, non sufficit petere.*

4 *Pœna uocantis parentem uel patronum suum in ius, sine uenia, quæ nam. Et qualiter formandus libellus.*

5 *Parentes quî intelligũtur, qui non debent uocari in ius à liberis sine uenia.*

6 *Filius uel libertus, uocans parentem, uel patronum in ius sine uenia, si non habet in ære quod soluat, luit in corpore.*

7 *Patroni nomine, uenit patrona.*

8 *Agens contra hæredem patroni sine uenia, non incidit in pœnā. Et quid de filio. nume. 9.*

10 *Libellus quomodo formandus contra filium uel libertum uocantem parentem uel patronum in ius, sine uenia.*

11 *Filius non potest uocare patrem in ius criminaliter, etiam cum uenia. Et quid ciuiliter. nume. 12.*

1 Actio prætoria † pœnalis etiam datur cōtra eum, qui vocauit paren-
tem vel patronum suum in ius sine venia. Hoc dicit. ¶ Notandum pri-
2 mò, † quòd ista venia seu licentia non sufficit petita, sed debet esse ob-
tenta à iudice. Si tamen iudex negauerit licentiam, potest appellari, vel
adiri superior iudex. Et petitur ista licentia hoc modo, Domine iudex
habeo causam contra patrem vel patronum meum, & ideò peto licen-
tiam agendi contra eum, vt infrà de pœn. teme. litigan. §. fina. Et licet
3 † doctor habendus est in reuerentia à discipulo vt pater, potest tamen
discipulus contra eū agere sine venia, & hoc præcedente citatione ver-
bali. Non tamen potest contra eum agere, præcedente citatione rea-
li, quia non potest eum facere capi vel poni ad carceres, vt l. medicos.
4 C. de professo. & medic. lib. x. ¶ Notandum † secundò, quòd pœna, de
qua loquitur iste tex. est quinquaginta aureorum, vt l. quiq;. §. prætor
ait. ff. de in ius vocā. Et licet in §. præceden. vt incidat quis in pœnam,
requiritur dolus, hîc tamen sufficit factū, vt C. de in ius vocan. l. venia.
Et introducta est hæc actio ex naturali ratione, vt inter istos non cau-
setur odium, inter quos præcipuè debet esse amor, vt dicta l. venia.
5 ¶ Notandum † tertiò, quòd istud intelligitur de parentibus ascenden-
tibus vsque ad infinitū, ita vt si Adam adhuc viueret, nemo posset eum
in ius vocare sine venia, vt l. iiij. §. j. ff. de in ius vocā. Intelligitur etiam
de parentibus naturalibus tantùm, vt l. parentes. ff. eo. titu. Etiam si fi-
lius sit vulgò quæsitus, vt l. quiq;. §. fin. cum l. sequen. ff. de in ius vocā.
Intelligitur etiā de socero & de socru, vt l. generaliter. ff. de in ius vo-
can. & de parentibus adoptiuis, vt l. sed & si hac lege. §. liberos paren-
6 tes ff. de in ius vocan. ¶ Notandum † quartò, quòd si libertus non ha-
beat soluere pœnam pecuniariam, tunc castigabitur in corpore, quod
etiam secūdum aliquos Doct. obtinet in filio, quanuis filius non datur
pro noxa, vt ff. de in ius vocan. l. vlti. & infrà de noxa. §. fin. ¶ Notan-
7 dum † quintò, quòd per patronum etiam intelligitur patrona. Et idem
est de filijs & parentibus patroni, vt l. iiij. §. j. ff. de in ius vocan. Et di-
citur patronus, qui seruum manumisit directè, vel ex fideicommisso,

vel emit

vel emit vt manumitteret, vel manumisit ex constitutione D.Marci,
8 vt l.adoptiuum. §.ij.ff.de in ius vocand. ¶ Notandum † sextò, quòd si quis agat contra hæredem extraneũ patroni, non incidit in istam pœnam, vt l.hæres.ff.de obse.patro.à libe.præstan. Et ratio, quare potest agere contra hæredem extraneum, & non contra filium patroni, est, quia hæredem esse extraneum est odiosum, & in illo casu istud est re-
9 stringẽdum. Sed filium † esse hæredem est fauorabile, & ideò istud ibi ampliandum, vt l.cùm quidam.ff.de liber.& posthu. Potest etiam quis agere contra parentem vel patronũ nomine alterius, vt puta tanquàm tutor, & non incidit in pœnam, vt l.sed si hac lege. §.fin.ff.de in ius vocand. Quia nemini officium suum debet esse damnosum, vt ff.quemadmodum testamen.aperian.l.sed si quis ex signatoribus. Si etiam pater vel patronus consentiat, vt in ius vocetur à filio, vel liberto, vel si remittat pœnam, vel si pater, vel patronus primò incipiat agere, vel etiam si filium, vel libertum pœniteat vocasse parentem vel patronũ, & remittat actionem, tunc euitatur ista pœna, vt l.libertus. ff.de in ius vocand. Nec etiam inciditur in pœnam per oblationem libelli supplicatorij, qui datur ante citationẽ. Sed per citationem cadit quis in istam pœnam, vt l.quanuis.ff.de in ius vocan. Et si parens vel patronus citatus non veniat, tamen adhuc inciditur in pœnam, licet per hoc pœna minuatur, secundum communiter Docto. in dicta l.quanuis. ¶ No-
10 tandum † septimò, quòd libellus in hac actione debet sic formari, vt actor dicat, Filius meus vel libertus meus vocauit me in ius sine licentia petita & obtenta, & ideò propter talem irreuerentiam factam incidit in pœnam quinquaginta aureorum, & ideò petit, vt sibi talis pœna soluatur, vel si non habeat in ære, luat in corpore. ¶ Opponitur, & vi-
11 detur, † quòd filius non potest in ius vocare patrem etiam cum venia, per l.sed & si hac lege. §.prætor.ff.de in ius vocan. Solutio. Duplex est actio, scilicet criminalis & ciuilis. Illa lex loquitur in actione criminali. Nam filius non potest criminaliter agere contra patrem etiam cum venia, sed bene potest ciuiliter contra eum agere cum venia.
12 ¶ Sed † replicatur de l.fina. C.de in ius vocan. vbi dicitur, quòd etiam filius non potest ciuiliter agere cum venia contra patrem. Solutio. Text.loquitur hìc de filio emancipato, & illa lex loquitur de filio existente in potestate, quia ille non potest agere contra patrem, nisi de castren. vel quasi castren. peculio, vt l.lis nulla.ff.de iudi.facit glos. verbi vocari.in l.adoptiuum.ff.de in ius vocan. Et quando filius agit contra patrem, tunc ipse iurat de calumnia, si sit maior: si autem sit minor, datur sibi curator ad litẽ, vt in Authent. vt liceat matri & auiæ. §.j. colla. viij. Sed quando filius habet actionem contra extraneum, tunc si sit in potestate, pater agit & iurat de calumnia, vt C.de iuramen.calum.l.ij.

Et si filius agat tantùm, non iurat, nisi de consensu patris, vt C. de bo. quæ libe. l. fi. §. sin autem pro patre. & facit glo. in verbo imponenda. in §. j. C. de bonis, quæ libe.

§. Item, aduersus.

1 *Actio prætoria & pœnalis, datur contra eum, qui ui eximit uocatum in ius. & nu. 6.*

2 *Actio prætoria & pœnalis, unde descendat.*

3 *Edicta, ne quis eum, qui in ius uoc. est, ui exi. Et, de eo, per quem factum est, ne quis in iudicio sistat, differunt. & nu. 4. 5.*

7 *Actiones in factum prætoriæ, sunt innumerabiles.*

8 *Libellus in actione, de eo, per quem factum est, ne quis in iud. sist. quomodo formandus.*

Actio in factum prætoria & pœnalis etiam datur cõtra eum, qui vi eximit vocatum in iudicium, aut qui dolo facit, quòd alius eum eximit. Et preter dictas actiones sunt adhuc innumerabiles actiones prætoriæ in factum. Hoc dicit, & patet intellectus tex. vsq; ad §. præiudiciales.

1 ¶ Notandum † primò, quòd ista actio datur, si feci aliquem vocari ad iudicium, & tu tenuisti illum per vim, aut dolo fecisti, vt alius eũ teneret. Nam tũc iurabo in litem, vt tu præstes mihi, quãtum mea interest, quo ad operas meas, & quo ad salaria aduocatorum, & ideò ista actio est pœnalis ex parte actoris, & ex parte rei. Ex parte actoris enim, quia potest plus iurare, quàm in veritate est. Et ex parte rei, quia ipse soluit & nihil recipit, vt ff. ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat. l. pe-
2 nul. §. j. ¶ Notandum † secundò, quòd ista actio descendit ex edicto, ne quis eũ, qui in ius voca. est, vi eximat. Est autem alius titu. de eo, per quem factum est, ne quis in iudicio sistat, qui differunt ab inuicẽ. Nam actio descendens ex primo edicto, est pœnalis ex vtraq; parte, vt dictum est. Sed actio descendens ex secundo edicto tantũ, est pœnalis
3 ex parte rei, vt ff. de eo. per quẽ factum est. l. fi. Secundò differũt † ista duo edicta, quia primũ datur actori, vt l. j. & iij. §. eximere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est, vi eximat. secundum datur actori & etiam vocato, vt ff. de eo, per quem factum est. l. j. §. si reus. Tertiò differunt,
4 quia † actio ex primo edicto datur ante satisdationẽ, & post vocationem in ius. Sed actio ex secundo edicto nòn datur, nisi post satisdatio
5 nem de iudicio sisti, vt ff. de præto. stipula. l. j. §. j. Quartò † differunt, quia in primo edicto requiritur ius, in secũdo non, vt ff. de eo, per quẽ factũ est. l. j. §. j. & ff. ne quis eũ, qui in ius voca. est, vi eximat. l. j. ¶ No
6 tandum † tertiò, quòd ista actio locum non habet, nisi quãdo libellus oblatus est principi, vt fiat litis cõtestatio, vt C. quãdo libellus oblatus principi litis contest. facit l. j. vel aliâs, lis cõtestata est. Nam per solam citatio

citationẽ ista actio non habet locũ, vt notatur per Bar. in. l. fi. ff. de eo per quem factũ est. ¶ Notandum † quartò, quòd adhuc sunt innumerabiles actiones in factũ prætoriæ nõ ideò quia numerari nõ possunt, sed quia difficulter enumerari possunt, vt ff. de verb. sig. l. nepos Proculo. Et possunt aliquæ enumerari, præter eas, quæ dictæ sunt, vt est actio in factum de calumniatoribus, vt infrà eo. §. quadrupli. & actio quod metus causa, & furti manifesti. & serui corrupti, vt infrà eod. §. omnes autem actiones. Similiter etiã est actio de effusis, & deiectis, & appẽsis, vt ff. de his, qui effude. vel deiece. l. si verò. §. pretor. ¶ Notandũ † finaliter, quòd libellus in ista actione potest sic formari, vt actor dicat, qualiter vocauit reũ ad iudicium, sed Titius tenuit eum, vel dolo fecit, vt alius teneret eũ, ne cõpareret in iudicio, propter quod dãnificatus est actor in tanta summa, & ideò petit, vt talis impeditor seu detentor condemnetur in tali summa, quam ipse iurauit, salua tamen taxatione iudicis.

§. Præiudiciales.

1 *Actiones præiudiciales in rem, treis sunt. & nu. 3.*
2 *Actiones dicuntur præiudiciales tripliciter.*
4 *Actio de liberis exhib. quando detur.*
5 *Seruo datur actio contra dominum præiudicialis: patrono contra libertum, & filio contra patrem.*
6 *Actiones præiudiciales utiles, dantur contra adscriptitios uel colonos.*
7 *Præstationes longo tempore præstitæ, qualiter petantur.*
8 *Libellus quomodo formandus in actione præiudiciali, uel de liberali causa.*
9 *Libelli forma in actione de partu agnoscendo.*
10 *Actio præiudicialis, cur sic dicta.*

1 Tres sunt † actiones præiudiciales in rem, scilicet de libertate & seruitute, de libertinitate & ingenuitate, & de partu agnoscendo, inter quas vna tantùm est ciuilis, & aliæ duæ sunt prætoriæ. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd actiones dicuntur præiudiciales tripliciter. Primò, quia sunt actiones principales, & aliæ accessoriæ. Secundò, quia sententia in illis actionibus lata parit exceptionem rei iudicatæ in alijs actionibus. Tertiò, quia mouentur circa statum hominis, & hoc modo loquitur iste §. de præiudicialibus. Et quamuis non semper præiudicant, dicuntur tamen præiudiciales, quia aptæ natæ sunt præiudicare, sicut imperator dicitur Augustus, quia debet augere imperium, vt dictum est in rubrica proœmij huius libri. ¶ Notandum
3 † secundò, quòd tres sunt actiones præiudiciales, quarũ prima est, qua quæritur, an quis sit seruus, an liber. Nã ista actio datur domino con-

tra eum,qui negat ſe eſſe ſeruum,vt ff.de liberali cauſa.l. liberis.§.fi.
Secunda dicitur de ingenuitate,qua ſcilicet quæritur, an quis ſit liber-
tus,an ingenuus,& datur patrono cõtra eum,qui negat ſe eſſe libertũ,
vt ff.de ſta.hominũ.l.ingenuũ. Tertiò dicitur de partu agnoſcendo,
qua quæritur,an quis ſit filius vel non,& datur patri contra eũ,qui ne-
gat ſe eſſe filiũ.Nam pater habet multa iura in filio,ſit ſuprà de patria
poteſtate. §.ius autem.Ad petendum ergo talia iura, datur iſta actio,
vt ff.de libe.agno.l.j. §. Iulianus. Eſt tamen etiã alia actio, quæ datur
contra filium,qui eſt in poteſtate,& ſe negat eſſe filium, vel detinetur
ab aliquo,qui non dicit ſe habere ius in filio,& iſta actio non eſt præ-
toria,ſicut præcedens,ſed eſt de iure ciuili,& dicitur eſſe rei vẽdicatio
de iure Quiritum. Nam pater nõ habet dominum in filium,vt l. inter
ſtipulantem. §.ſacrã.ff.de verb.obli.& ideò pater non poteſt ꝑ re q̃
filium vendicare,niſi cũ addito,de iure Quiritũ.Sic etiã abbas poteſt
vendicare monachum de iure canonico,vt notatur in glo. & per Bar.
4 in l.j. §.per hanc.ff.de rei vendi. Sed † ſi quis detineat filium,& dicat ſe
habere ius in illum.datur alia actio, quæ vocatur de liberis exhibẽdis,
5 vt ff.de libe.exhibẽ.per totum. & præcipuè.l.iij. ¶ Notandum † tertiò
quòd ſicut domino,patrono & patri datur actio præiudicialis contra
ſeruum,libertum vel filiũ,ſic etiam econtrà datur actio ſeruo contra
dominũ,qua petit ſe pronuntiari liberum, & liberto contra patronũ,
qua petit ſe declarari ingenuum,& filio cõtra patrem, qua petit ſe de-
clarari non eſſe filium,vt C.de ingenuis manumiſsis.l.diffamari.Et ta
men iſtæ actiones non dicuntur cõtrariæ,ſicut in actione depoſiti mã
dati,cõmodati,& ſimilibus:quia hoc non reperitur in iure,quòd ſcili-
6 cet iſtæ actiones dicantur contrariæ. ¶ Notandum † quartò,quòd cõ
tra adſcriptitios vel colonos bene dantur actiones præiudiciales vti-
les,vt in Authẽ.de ſanctiſsimis epiſcopis. §. adſcriptitios.colla.ix. Nõ
enim dantur directę:quia iſti non ſunt ſerui,quãuis in aliquibus aſsimi
lantur ſeruis,vt C.de agrico. & cenſitis.l.ne diutius. lib xj. Et dantur
adſcriptitijs,vel colonis contra dominos cõtrariæ,vt C.in quibus cau
ſis coloni cenſiti dominos accuſare poſſunt.l.j. lib.xj. ¶ Notandum
7 † quintò,quòd ad præſtationes longo tempore factas imploratur offi
cium iudicis,vel petuntur ex longa cõſuetudine, vt ſi quis ſoluit alicui
multis annis par caponum,ille poteſt petere ſolutionẽ,& allegabit lon
gam cõſuetudinem pro titulo,vt l.cùm de indebito.ff. de proba. & in
gl.in l.ij. § circa. C.de doli exceptione. Qualitas tamẽ perſonę poſſet
obſtare,vt ſi quis dediſſet longo tempore ſingulis annis alicui nobili
& potenti vnũ par caponũ,præſumitur,quòd hoc nõ fecit iure,ſed ex
liberalitate ad conſtituendũ illum amicũ ſuum,vt in gl.in l.ſolet.ff.de
8 offic.proconſul.& leg. ¶ Notandum † finaliter,quòd in actione præ-
iudiciali

iudiciali,de liberali causa debet sic formari libellus, vt actor dicat talem esse seruũ suum,& ideò petit,vt iudex pronuntiet eum esse seruũ, & vt faciat omnia,quæ seruus tenetur facere domino suo. Sic etiã ecõtrà,si seruus petit se esse liberum,debet dicere in libello, quatenus talis inquietat eũ,volens eum esse seruum suũ,cum tamen non sit, & ideò petit declarari se liberũ.vt l.libe. §.fi.ff.de lib.cau. Similiter in actione de ingenuitate debet sic formari libellus,vt actor dicat talem esse libertum suum,& ideò petit eum declarari libertum,& teneri ad omnia iura,in quibus libertus tenetur patrono. Et sic etiam econtrà libertus si se dicat esse ingenuũ,vt l.fi.in prin.& §.fin.ff.si lib.inge.esse dica. Habet tamen etiam locũ hoc casu officiũ iudicis.l.si duo patroni.in prin. ff.de iureiuran & l.j.& ij.ff.si liber.inge.esse dica.l.j.§.j.ff. de rei ven
9 di. Et in actione † de partu agnoscendo, debet sic formari libellus, vt actor dicat talem esse filiũ suum,& ideò petit eum declarari filium & obligatũ esse ad omnia iura,in quibus filius tenetur patri. De istis formis libellorum vide latius in Specul.in ti.de na.ex lib.ven.§. oportet. versi.sæpe. ¶ Opponitur primò,& videtur,quòd actio de liberali causa non est præiudicialis,per l.si seruus.ff. de liberali causa. Solutio. In illa lege non fuit pronũtiatum super seruitute,vel potest dici, quòd ibi
10 erat collusio,quòd seruum emerat à non domino. ¶ Opponitur † secundò,quòd actio de ingenuitate non est præiudicialis,per l.sed si hac §.fi.ff.de in ius vocan. Nam ibi non cessant aliæ quæstiones propter istam actionem,quod tamen requiritur ad actionem præiudicialem. Solutio. Actio non dicitur præiudicialis,quia preiudicat omnibus alijs quæstionibus,sed solùm,quia præiudicat illis quæstionibus,quæ cessarent,si constaret esse verum,quod per actionem quæritur. Nam illæ quæstiones non cessant, quæ possent moueri ,etiam si constaret verum esse,quod in actione præiudiciali quæritur, vt notatur in l. fin.ff. de noxa.

§. Sic itaq;.

1 Actio personalis nulla cuiquã competit ad petendum sibi dari rem suam. Limit.nu.2.19.
3 Actio personalis ad restituendum,bene competit pro re sua.
4 Dare & recipere,differunt.
5 Contra furem plures dantur actiones.
6 Actio condictitia datur contra furem in odium ipsius. Et contra quencunque malæ fidei possess.nu.7.
7 Actio condictitia,datur etiam contra quencunque malæ fidei possessorẽ.
8 Condictio,dicitur actio abusiuè. Et quibus illa competit.nu.12.
9 Monitio an debeat præcedere uocationem in ius.

10 Libelli forma in actione condictitia.
11 Furtum requirit propositum.
13 Condictio, est multiplex.
14 Condictio ob causam, quid. Et quando, & quibus competat.
15 Condictio ob turpem causam, quid. Et quando, cuiue competat.
16 Condictio sine causa, quid. Et quando sit locus.
17 Condictio triticaria, quid. Et eius usus.
18 Condictio ex lege, quid. Et quando, & quibus competat.

Actio personalis, qua petitur aliquid dari, non datur alicui ad peten-
dum rem suam, nisi contra furem, contra quẽ in odium ipsius furis dan-
tur plures actiones. Et actiones in rem vocantur vendicationes, sed
actiones personales, quib. petitur aliquid dari vel fieri, abusiuè voca-
1 tur condictiones. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd nulla actio
personalis competit mihi, ad petendum, vt detur mihi res mea, quia res
quæ mea est, amplius mea fieri non potest, ad quod cõmuniter allega-
2 tur iste §. & cõcordat §. si rem legatarij. suprà de legatis. Istud † tamẽ
fallit contra furem, contra quẽ datur cõdictio furtiua, quæ cõpetit do-
mino, vt hîc dicitur, quod aliâs non fit, vt ff. vsufructuarius quẽadmo-
3 dum caueat. l. si. facit l. j. & v. ff. de condict. furtiua. ¶ Notandum † se-
cundò, quòd licet actio personalis ad dandum, non cõpetit alicui pro
re sua, actio tamẽ personalis ad restituendũ bene competit pro re sua,
4 vt cõmodati, depositi, & similes. Est † enim differẽtia inter dare & re-
stituere, vt ff. de actio. empt. l. ex empto. Nam dare est accipientis face-
re, vt l. vbi autem non apparet. ff. de verb. obli. Sed restituere, est rem
ad pristinum statum ponere. Hinc est, quòd dicitur hîc in tex. si appa-
reat eum dare oportere, nã ista clausula olim erat de solẽnitate actio-
nis personalis ad dandum, sed ista solẽnitas modò sublata est, vt C. de
formulis & impetra. sublatis. l. j. Hæc tamen clausula adhuc virtualiter
includitur in actionibus istis, si scilicet appareat eum dare oportere, id
est, si verũ est quod proponitur. Aliôquin reus absolueretur, vt l. qui
5 accusare. C. de edendo. ¶ Notandum † tertiò, quòd cõtra furẽ dantur
plures actiones. Nã contra eũ dantur actio furti ad pœnam dupli vel
quadrupli, vt suprà de obli. quæ ex malefi. nascũ. §. si. datur etiã cõtra
eũ rei vendi. & actio ad exhibendũ, quæ est præparatoria ad rei ven.
vt l. si pro fure. §. furti. ff. de condict. furtiua. Datur etiã cõtra eũ cõdi-
ctio furtiua, vt hîc & d. l. si pro fure, quæ non solũ cõpetit cõtra ipsum
furẽ, sed etiam cõtra hæredẽ eius, quãuis nihil ad eũ peruenit ex furto,
quod est speciale, quia ex delictis defunctorũ cõmuniter hæredes nõ
6 obligantur: vt C. ex delictis defunctorũ. l. vnica. ¶ Notandum † quar-
tò, quòd ista condictio furtiua datur contra furem in odium ipsius,
& hoc

& hoc tripliciter. Primò, quia licet ex ista actione non oritur infamia iuris, vt ff. de actio. & obliga. l. cessat. oritur tamen infamia facti apud bonos & graues viros, vt ff. de obsequijs. l. honori. Ex rei autem vendicatione nulla oritur infamia, vt l. in rem. ff. de rei ven. Secundò, quia in rei ven. liberatur reus interitu rei, non autem in cōdictione furtiua, vt d. l. in rem. Tertiò, quia sicut vtilius est habere plures debitores, vt ff. de liber lega. l. si quis decedens. §. fi. & plures actiones. vt ff. de lega. ij. l. cùm filius. §. varijs. sic etiam grauius est pluribus actionib. teneri.
7 Et datur ista condictio furtiua † non solùm contra furem, sed contra quemlibet ma. fi. possessorem alienæ rei, vt suprà de re. diuisione. §. si
8 tamen. in fine. & l. j. in fi. & l. ij. ff. de condi. triti. ¶ Notandū † quintò, quòd condictio abusiuè dicitur actio. Nam olim magistratus constituebāt condictionē in ipsa actione, vt ff. de orig. iuris. l. ij. §. omniū, & condicere idem erat, quod denuntiare, sed ista solennitas etiam mo
9 dò sublata est. C. de formu. l. j. Ex quo patet, quòd † hodie non necessarium aliquem monere, antè, quàm vocetur ad iudicium, sed hoc fieri potest supererogganter ex quadam vrbanitate, vt l. quidam hybernus. ff. de seruitu. vrb præd. nisi actor vellet reum constituere in mora, vt l. vinū. ff. si certum petatur. Et tunc sufficit vna interpellatio, id est, monitio, vt l. mora. ff. de vsuris. quanuis in venditione pignoris requiritur trina denuntiatio. l. si conuenerit. ff. de pignorati. actio. & istud verum est de iure ciuili. De iure tamen canonico secundum communiter Doct. requiritur monitio, vt nota. in c. nouit. extrà de iudi. & per
10 Specu. in tit. de secundis nup. §. j. ¶ Notandum † sextò, quòd libellus in hac actione debet sic formari, vt actor dicat qualiter Titius ex proposito, & dolosè abstraxit rem suam, eo inuito, quapropter petit, vt iudex pronuntiet Titium debere dare sibi illam rem, si extat, vel æstima
11 tionē eius, si nō extat, quæ quidē æstimatio sunt decem floreni. Et † dicitur notanter in libello, ex proposito. quia ad furtū requiritur propositum, vt l. qui saccū. ff. de furtis. & dicitur dolose, quia ad furtū requiritur dolus. Nam si crederet domino id placere, nō esset furtum, vt in §. placuit. suprà de oblig. quę ex malefic. nascuntur. Et dicitur rem suā quia condictio furtiua solùm datur domino, vt ff. de condict. furtiua. l. j. vel quasi domino, vt tutori vel curatori, vt l. interdum. §. qui tute
12 lam. ff. de fur. & ideò ista † actio etiam datur prælatis & rectoribus Ecclesiæ, si agant nomine ecclesię, vt notat Bar. in l. neq; tutores, quæ est §. fin. l. vj. de condictioi ndebi. ff. de cōdictio. indebiti. Secus, si agerent nōie suo, nisi pro fructibus separatis, quos faciūt suos, Authē. hoc ius porrectū. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et dicitur, aut æstimationē rei, quia in ista actiōe reus nō liberatur interitu rei, vt dictū est. ¶ No
13 tandū † finaliter, ex quo hîc dicitur de cōdictiōe furtiua, quòd multi-

plex

plex est condictio,qua agitur. Nam quædam est condictio certi,quæ
dam condictio indebiti,quædã condictio ob causam,quædã ob tur-
pem causam,quædã sine causa,quædã triticaria,quædã ex lege:& quæ
dam condictio furtiua. De condictione autẽ furtiua iam dictum est.
Etiam dictum est de condict. certi,suprà quibus modis re contrahitur
obliga. §.j. Dictũ est etiã de condictione indebiti,suprà de oblig.quæ
14 ex quasi cõtractu nascũtur. §.fin. Sed † cõdictio ob causam,est actio,
quæ datur alicui,qui dedit aliquid propter causam,& causa non est se-
cuta,& datur contra eũ,qui hoc recepit,verbi gratia: Dedi tibi decem
florenos,vt seruum tuum manumitteres, & non manumisisti seruum
tuum,ago cõtra te hac actione,scilicet cõdictio. ob causam,vt reddas
mihi decem florenos. vel dedi tibi decẽ,vt recederes à lite,& non fec-
stí,vel dedi tibi decẽ,vt ires pro me Romam,quod possum reuocare,
quanuis paratus esses ad eundem. Et teneris mihi reddere decem hac
actione,abstracto tamen illo,quod tua interest, pro quo non habeo
15 istam actionẽ. Condictio † ob turpem causam est actio,qua petitur,
quod turpiter datum est. Pro quo sciendum, quòd aliquid potest esse
turpe ex parte dantis tantùm,vel ex parte recipientis tantùm,vel ex
parte vtriusq;. Si sit turpe ex parte dantis tantùm, non datur hæc a-
ctio,& ideò quod datur meretrici,nõ potest repeti,quia turpe est ex
parte dantis,sed nõ ex parte recipientis,quãuis enim meretrix turpiter
facit,tamẽ nõ turpiter recipit pecuniã. Si etiã sit turpe ex parte vtriusq;,
nõ datur hæc actio,vt si detur pecunia iudici,vt malã sententiã pro-
ferat,non etiã datur ista actio,quia in hoc casu potior est cõditio pos
sidentis. Si autẽ sit turpe ex parte recipientis tantùm,vt si dem tibi pe-
cuniam,quòd non facias sacrilegiũ vel aliud peccatũ,tunc possum hac
16 actione repetere,quod dedi tibi. Condictio † sine causa est actio, qua
petitur illud,quod sine causa datũ est,vel si ex causa datũ sit,quæ cau
sa posteà cessat,vt si fulloni traditum sit vestimentũ poliendũ,& ipse
fullo vestimentum amisit,& domino vestimenti pretium soluit. Si ta-
le vestimentum posteà ad dominum peruenerit, datur fulloni ista
actio ad repetendum pretium,quod soluit, vt ff. de condiction. sine
17 causa. l. si fullo. Condictio † triticaria est,quæ datur ad possessionem
18 rei,vt ff. de condiction. tritica. l. j. Sed condictio † ex lege est,quæ da-
tur,quando ex lege ciuili immediatè nascitur obligatio, ratione cu-
ius obligationis in lege non est data aliqua actio,vt ff. de condiction.
ex lege. l. vnica. Et dicitur notanter ex lege ciuili,quia si daretur talis
obligatio à prætore,non daretur condictio ex lege, sed actio in fa-
ctum. Et dicitur notanter,si illa obligatio immediatè nascitur ex lege,
quia si nascatur obligatio mediante contractu, tunc non datur con-
dictio ex lege,sed actio ex eo contractu,vt dicta l. vnica. ¶ Oppo-
nitur

19 nitur † primò, & videtur, quòd res quæ mea est, bene posſit amplius mea fieri, quia res potest pluribus modis deberi, vt l. & an eadem. §. actiones. in fine. ff. de exceptio. rei iudica. ergo etiam apparet, quòd potest amplius mea fieri. Solutio. Consequentia ista non valet, quia licet res pluribus modis debeatur mihi, si tamen vno modo facta est mea, non potest alio modo mea fieri, vt ff. de acquirend. possesſio. l. iij. §. ex pluribus, nisi illa res desinat mea esse, vt ff. de verbo. obligationib. l. si rem meam. quæ est lex xxxj. ¶ Opponitur secundò, & videtur, quòd actio ad dandum pro re sua non competat alicui contra furem, quia per furtum non perditur dominium. Nemo enim perdit dominium sine facto suo, vt l. id quod nostrum. ff. de regulis iuris. Solutio. Non datur ista actio contra furem ad dominium, sed ad possesſioné petendam, vt ff. de acquirend. possesſion. l. rem quæ à nobis.

§. Sequens illa diuisio est, quædam actiones rei persequendæ.

1 *Actionum quædam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales, quædam mistæ.*
2 *Actiones omnes rei persecutoriæ, sunt reales. Et cur sic dictæ.*
3 *Depositum fit dupliciter.*
4 *Pro deposito uoluntariè facto, duplex datur actio. ibid. & nu. 5.*
6 *Depositum necessarium, quid. Et quæ in actio detur.*
7 *Certi condictio, datur pro mutuo & pro pecunia in stipulatum deducta: uariè tamen.*
8 *Commodati actio, est duplex. & nu. 9.*
10 *Mandatum duplex, generale & speciale. Et quid utrunque.*
11 *Actio mandati contraria, datur contra mandantem mandatario.*
12 *Actio pro socio, duplex.*
13 *Actiones possunt dici pœnales, tripliciter.*

1 Summatur sic: Actionum † quædam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales, & quædam mistę. Rei persecutoriæ sunt omnes actiones reales, & etiam personales, quæ ex contractu nascuntur, præter actionem depositi, quando aliquid depositum est propter tumultum hostium, vel propter incendium, ruinam vel naufragium, quia tunc prætor dat contra depositarium & hæredem eius actionem in duplum, si agatur
2 de dolo, & hæc actio est mista. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd actiones rei persecutoriæ omnes sunt actiones reales, & dicuntur rei persecutoriæ, quia actor quod sibi abest, & reo adest, persequitur, vt infrà eod. §. proximo. personales etiam, quæ nascuntur ex contractu, sunt rei persecutoriæ, præter actionem depositi in quibusdã casibus, & de hoc

de hoc statim latius dicetur. Sed pœnales sunt, quibus agitur ad pœ-
nam, vt actio furti. Mistæ autẽ sunt, quibus petitur res & etiã pœna, de
3 quibus mox infrà. ¶ Notandum † secundò, quòd depositũ fit dupli-
ter, scilicet voluntariè, & necessariò. Pro deposito voluntariè datur
4 duplex actio, vna † directa, quæ datur depositori contra depositariũ.
Et in ista potest sic formari libellus, vt scilicet actor dicat, qualiter de-
posuit talẽ rem apud Titium custodiendã, quam Titius etiam recepit,
& quia ipse Titius iam interpellatus renuit reddere talem rem, ideò
petit, vt iudex declaret eũ debere reddere rem ipsam. Et dicitur notan-
ter in libello, quòd Titius talem rem custodiendã recepit: quia si ego
ponam librum meum in domo tua, te vidente, non teneris mihi actio-
5 ne depositi, si custodiam eius non recepisti. † Alia est actio deposi-
traria, quæ datur depositario contra depositorem, pro expensis factis
in re deposita. Et in ista actione potest sic formari libellus, vt scilicet
actor dicat, qualiter Titius deposuit apud eum talem rem, in qua fecit
tales expensas necessarias, quas tamen soluere Titius renuit, & ideò pe-
tit, vt iudex declaret eum soluere debere, vt ff. depositi. l. j. §. si verò.
6 Sed † depositum necessariũ est, quando aliquid deponitur propter me-
tum hostium, vel propter incẽdium, ruinam, vel naufragiũ. Et tunc si
depositarius sit in dolo, datur cõtra eũ actio mista in duplũ. Et in hac
actione debet sic formari libellus, vt scilicet actor dicat, qualiter vidit
hostes venientes, vel fuit incendium in domo sua, vel in domo cõti-
gua, quapropter deposuit res suas apud Titium: & ideò petit, vt Titius
hmôi res sibi reddat, & si negauerit, duplũ reddat, vt ff. deposi. l. j. §. ij.
Ex quo patet, quòd libellus põt esse conditionalis. facit l. cùm tutores.
ff. loc. & l. non ab re. & nota. in gl. in verbo, ordine. C. vnde vi. ¶ No-
7 tandum † tertiò, quòd pro mutuo & pro pecunia mutuata in stipulatũ
deducta, datur actio, quæ dicitur certi condictio, vt ff. si certũ petatur.
l. si quis certum. Diuersimodè tamen, quia pro mutuo datur cõdictio
certi specialis, vt sup. quib. mo. re contrahitur obligatio. §. j. sed pro pe-
cunia mutuata in stipulatum deducta, datur condictio certi generalis,
si pecunia sit certa, vel actio ex stipulatu, si sit incerta, vt suprà de ver-
bo. significationib. §. j. & secundum hoc diuersimodè debet formari
8 libellus. Est etiam duplex actio † commodati, scilicet directa, quæ da-
tur commodatori contra commodatarium, & formatur libellus sic, vt
actor dicat, qualiter cõmodauit Titio talem rem ad talem vsum, qui
vsus iam expletus est, vel tempus transijt, quo expleri potuit, nihilomi-
nus tamen commodatarius rem non restituit, & ideò petit pronũciari
9 eum debere restituere. Alia † est actio commodati contraria, quæ da-
tur commodatario contra commodatorem pro expensis factis in re
commodata, & formatur libellus, vt actor dicat, qualiter Titius com-

modauit

modauit sibi talem rem,in qua fecit expensas necessarias, quas renuit soluere, & ideò petit pronuntiari eum debere soluere, vt ff. commo.
10 l. in commodato. §. sicut. Est etiam † actio mandati, & est duplex mandatum, scilicet generale & speciale. Mandatum generale est de omnibus negotijs in generali, sed mandatum speciale est de vno negotio. Exemplum primi, vt mandaui Titio omnia negotia mea in ciuitate Colonieñ propter absentiam meam, causa visitationis liminum Apostolorum Petri & Pauli. Exemplum secundi, Mandaui Titio, vt emeret mihi vnum librum, & secundum hoc diuersimode formandus est libellus. Nam in mãdato generali actor dicet, qualiter mandauit negotia sua. Et quia non potest habere rationes, ideò petit reum pronuntiari, debere rationes reddere. Sed in mandato speciali actor dicet: Mandaui Titio mihi emere talem rem, & quia non fecit, vel carius emit, quàm fuerat sibi mandatum, in quo damnificatus sum vel impeditus sum in tanto lucro, ideò peto pronũtiari, vt satisfiat mi-
11 hi de interesse. Est † etiam actio mandati contraria, quæ datur mandatario contra mandantẽ, & fit libellus sicut in contraria cõmodati, mu
12 tatis mutandis. Est etiam † actio pro socio, quæ duplex est. Nam quędam datur in generali pro contracta societate. Alia datur ad particulares præstationes, vel ad fructus, vel ad expensas. Et secundũ hoc diuersimodè formatur libellus. De actionibus autem empti & venditi, locati & conducti, posteà dicetur. ¶ Opponitur primò, & videtur, quòd ista diuisio non sit sufficiens. Nam sunt aliquæ actiones, quæ dantur, ne in loco sacro vel publico quid fiat, aut quod factũ est, tollatur. Sed tales actiones, non videntur esse rei persecutoriæ, neq; pœnales, neq; mistæ, ergo &c. Solutio. Istæ actiones sunt rei persecutoriæ, non quidem rei priuatę, sed rei diuinæ vel publicæ, pro quibus rebus agitur nomine Dei, vel nomine reipublicæ, vel etiam põt quis agere pro eis, suo nomine, quoniã sua interest. Nam vniuscuiusq; interest, vt loca sacra conseruentur in esse, in quibus oratur pro remissione peccatorum, vt in Authen. vt lic. ma. & auię. §. quia verò, coll. viij. Et iniuria religionis, est iniuria cuiuslibet hominis, & ideò quilibet de ea potest agere, vt l. Manichæos. C. de hæreti. & Manichæ. & ita etiam est de republica, & ideò gl. in verbo, mistæ. per Docto. pro & per l. ij. §. j. ff. ne quid in lo. publi. nam reip. ff. de no. ope. nun. ¶ Opponitur secũdò, & videt, quòd aliquæ actiones reales sunt pœnales, quia in quibusdã iuratur in litem, vt ff. de rei vendica. l. qui restituere. Solutio. Quòd in eis iuratur in litem, non est iure actionis, sed ex officio iudicis, vt §. præterea. infrà eodem. ¶ Opponitur tertiò, & videtur, quòd actiones personales, quæ ex cõtractu nascuntur, sint pœnales: quia in eis petitur interesse actoris, quod aliquãdo abest reo, vt ff. de actio. empti & vẽdi. l. j.

in prin.

13 in prin. Solutio. Actiones † possunt dici tripliciter pœnales. Primò, ex ex parte actoris & rei, quia scilicet petitur, quod neq; actori neq; reo adest, vt in actione furti. Et de illis pœnalibus loquitur iste tex. Secundò, actiones sunt pœnales ex parte rei, scilicet quando interesse actoris excedit illud, quod adest reo: quia tunc inspecta persona rei, actio est pœnalis, vt ff. de eo, per quem factum est. l. j. §. si plures. Tertiò dicitur actio pœnalis ex parte actoris tantùm, vt si tu recepisti pecuniã, eò quòd diceres contra me calumniam, ego peto à te illam pecuniam, quo casu actio est pœnalis ex parte actoris: quia petit rem, quæ sua nõ fuit, vt ff de calumniato. l. & generaliter. §. illud erit notandum.

§. Ex maleficijs uerò proditæ actiones.

1 *Furti actio, est merè pœnalis.*
2 *Actio ui bonor. raptorum, est mista.*
3 *Actio legis Aquiliæ, est mista.*
4 *Factum clàm an leuius puniatur, quàm factum palàm, aut econtrà.*

Summatur sic: Actionũ descendentium ex maleficio, quædam sunt pœnales tantùm, vt actio furti: quædam sunt mistæ, vt actio vi bonorum raptorum, & actio legis Aquiliæ, quæ datur contra negantem in duplũ, & etiam illa quæ datur in simplum, quando res plus valuit præcedenti tempore, quàm tempore damni dati. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 primò, † quòd actio furti, est merè pœnalis: quia si agatur furti manifesti, est pœna quadrupli. Si verò non manifesti, pœna dupli. Sed pro re furtiua competunt alia remedia, videlicet rei vendicatio, vel condictio
2 furtiua, vt suprà eo. §. sic itaq; dictũ est. ¶ Notandum † secundò, quòd actio vi bonorum raptorum est mista: quia in quadruplo continetur etiam res ipsa, & ideò pœna solùm est tripli, nisi agat Iudæus contra Christianum. Nam tũc pœna solùm est dupli, vt C. de Iudæis. l. Christianis. Potest etiã agi pro re rapta actione furti non manifesti ad duplum, vt ff. vi bonorum raptorum. l. j. vel etiã furti manifesti ad quadruplũ, vt ff. de furtis. l. si vendidero. §. cum raptor. ¶ Notandum
3 † tertiò, quòd actio legis Aquiliæ est mista, & hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, si agatur contra inficiantem, id est, negantem. Nam tunc agitur ad duplum, vt C. ad l. Aquiliam. l. contra negantem. Secundo modo, si agatur contra confitentẽ, & res valuit plus eo anno, si agatur ex primo capite, vel infrà xxx. dies si agatur ex tertio capite, quàm ipsa res valeat tempore damni dati. Et ita ista actio est pœnalis ex accidenti, & non ex natura sua ab initio, vt suprà ad legem
4 Aquiliam. §. j. & §. caput ¶ Opponitur, † & videtur, quòd pœna furti non manifesti debet esse maior, quàm manifesti, quia quod fit clàm plus punitur, quàm quod fit palàm, vt ff. de admini. tut. l. nõ existimo.

Solutio.

Solutio. In hac materia distinguendum est: quia aut loquimur in casu, qui nullo iure permittitur, & tunc plus punitur quod fit palàm, quàm quod fit clàm, & ideò manifestus vsurarius plus punitur, quàm occultus, vt in cap. quia in omnibus. extrà de vsuris. & ita etiam est de furto. Aut loquimur in casu, qui aliquo iure permittitur, vt est tutorem contrahere cum pupillo, & in hoc casu plus punitur, quod fit clàm, quàm quod fit palàm: & hoc ideò est, vt magis vitetur fraus & dolus. Et sic loquitur lex, in oppositum allegata.

§. Item, mista.

1 *Actio competens ad petendũ relicta Ecclesijs, uel uenerabilibus locis, datur dupliciter. ibid. & nume. 4. Et quid ad eam actionem præterea requiratur. nume. 2. Et contra quos detur. nume. 5.*

3 *Ecclesia & minor æquiparantur.*

6 *Relictum pastori aut ministro Ecclesiæ, censetur relictum Ecclesiæ. & datur contra eum actio.*

7 *Legata soluta pijs locis, quanuis non debita, non repetuntur.*

8 *Libelli forma, in actione petendorum relictorum pijs locis.*

9 *Pœna an posit uitari per ipsum reum, per pœnitentiam. & nume. 10.*

Summatur sic: Actio competens ad petendum relicta Ecclesijs, vel venerabilibus locis, retardata solutione, vsque ad vocationem in iudicium, est mista, & datur ad duplum. Hoc dicit, & patet intellectus text.

1 ¶Notandum primò, † quòd ista actio datur dupliciter, scilicet ex dilatione, & ex negatione. Nam primò datur ex dilatione, si scilicet dilatio fiat fraudulenter. Nam si fieret ex iusta causa, non haberet locum hæc actio, vt ff. si certum peta. l. quòd te. Debet tamen differens soluere, probare dilationem esse factam ex iusta causa, quanuis in alijs casibus allegans dolum, teneatur dolum probare, vt l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probatio. Verũ tamen est, quòd datur aliquod tempus ad soluendum huiusmodi legatum, vt l. si quis filium. §. ij. ff. de collatio. bo-
2 norum. Requiritur etiam ad istam actionem, † quòd differens solutionem huiusmodi legati sit vocatus in ius, vt hîc dicitur in textu. Nam pœnæ sunt restringendæ, vt l interpretatione. ff. de pœnis. Sed verum est, quòd ex sola dilatione bene cõstituitur in mora, sine aliqua interpellatione, ad instar minoris, vt C. ex quibus causis restitu. in integ. est
3 necessa. l. in minorum. Et sic patet, quòd Ecclesia & † minor æquiparantur, vt C. de rei vendicatio. l. si vt proponas. Quod verum est, quo ad actionem concedendam, sed non quo ad tempus restitutionis intentandæ, & ita solet dici, quòd Ecclesia comparatur minori facto maio-
4 ri, vt notatur in c. j. & ij. extrà de restitu. in integ. † Secundò, datur hæc actio ex negatione. Nam si obligatus soluere relicta pijs locis, primò

confiteatur,& posteà negauerit,vel simpliciter negauerit,datur contra eum ista actio,propter inficiationem seu negationem. Sed si primò negauerit,& posteà confiteatur,ex quo pœnitere potest,non datur contra eum ista actio,sed releuat actoré ab onere probationis, vt l.cum.qui. ff.de iureiuran. Et si non negauerit legatum esse relictũ,sed dicat testamentum non valere,non tenetur ista actione,vt l.penul.ff.de his,quib. vt indig. ¶ Notandum † secundò,quòd ista actio datur contra hæredes,seu illos, qui per legata vel fideicõmissa possunt grauari, vt supra de singulis rebus per fideicõmiss.relic. §.j. Et sic non habeant soluere in re,luent in corpore, vt ff.de pœnis.l.j. §.generaliter. Nam hoc non solùm habet locum in pœna fisco applicanda, sed etiam in pœna applicanda parti, vt l.si quis id,quod. ff.de iurisdic.om.iudic. Quod verum est,si mora sit fraudulenta,quia ex simplici mora nemo punitur in corpore, vt l.si procuratorem. §.si ignorantes.ff.mandati. ¶ Notandum

6 tertiò, † quòd si aliquid relinquatur ministro Ecclesiæ, vt puta parocho, competit hæc actio: quia hoc intelligitur relictũ esse ipsi Ecclesiæ, vt in glos.in l.annua. §.à Titia. ff.de annuis lega. Nisi relictum esset ratione coniuncta persona,quia tunc intelligeretur relictum intuitu personæ,& non Ecclesiæ, vt notatur in c.requisisti.extrà de testamẽ. Et tale legatum non est hoc modo priuilegiatum. Si etiam relictum sit Deo,tunc competit hæc actio,quia hoc intelligitur relictum parochiali Ecclesiæ ipsius relinquentis. Sic etiam si relinquatur alicui Sancto. Nam hoc intelligitur relictum Ecclesiæ,in qua talis Sanctus est patronus,si huiusmodi Ecclesia sit in illo territorio, & si non sit, tunc intelligitur relictum maiori Ecclesiæ. Et si plures sint Ecclesiæ dedicatæ ad honoré illius Sancti,tunc intelligitur relictum pauperiori, vt in Authen.de ecclesiast.tit. §.si quis in nomine.colla.ix. Sed pro relictis reipublicæ vel fisco, non datur hæc actio, quamuis in multis ius publicum & ius diuinum æquiparentur, vt C.de sacrosan. Eccl.l.fin. nec etiam pro relictis ad redemptionem captiuorũ. Et ratio est, quia ista actio est pœnalis, & ideò non est trahẽda extra casum,de quo text. loquitur, vt in l.pen.

7 ff.de pœnis.& infrà eo. §.sed furti. ¶ Notandum † quartò, quòd istud est priuilegium datum fauore locorum piorum. Et eadem ratione datur etiam aliud priuilegium huiusmodi legatis, videlicet quòd licet nõ sint debita, si tamen fuerint soluta, non repetuntur, vt dictum est suprà de obligatio. quæ ex quasi contrac.nascuntur. §.fina. Pro alijs autem legatis non datur hæc actio in duplum. Si tamen obligatus ea soluere fuerit in mora, tenetur ad vsuras, & ad fructus, vt ff.de lega.ij. l.qui solidum.& ff.de vsu.l.videamus. in principio. & §.etiam respublica. facit l.j. C.de vsur.& fruc.lega.seu fideicom. Et pro istis competunt alia

8 remedia, vt Authenti.hoc amplius. C.de fideicom. ¶ Notandum † finaliter,

naliter, quòd libellus in hac actione debet sic formari, vt scilicet actor dicat se esse rectorem talis Ecclesiæ, cui Titius in testamento suo reliquit decem florenos. Sed Seius hæres Titij post aditam hæreditatem, vel postquàm se immiscuit hæreditati, distulit soluere huiusmodi legatum, ita quòd propter hoc tractus est in iudiciũ, & idcirco petit actor, quatenus Seius condemnetur ad soluendum dictos decem florenos ratione legati, & alios decem ratione pœnæ, quam incurrit ex dilatione. Et hæc forma satis probatur ex §. sed & illa. infrà eodẽ. ¶ Opponitur, 9 & † videtur, quòd qui primò negat huiusmodi legatum, quanuis posteà confiteatur, teneatur adhuc hac actione, per l. quis sit fugitiuus. ff. de ædilitio edic. Solutio. Illa lex loquitur de vitio purgando, quod scilicet reus purgare non potest per solam pœnitentiam, hîc autem loquimur de pœna vitanda per ipsum reum, & hoc fieri potest per pœnitentiam. ¶ Dicit † tamen hîc Ioan. Fab. quòd quando reus primò negat, & posteà confitetur, tunc reus vitat pœnam, si actor voluit probare relictum esse factum ex confessione. Sed si actor voluit hoc probare per testamentum, vel per testes, tunc non sufficit posterior confessio ad vitandum pœnam.

§. *Quædam actiones mistam causam.*

1 Actiones mistæ, quæ. Et quot respectibus dicantur mistæ. ibidem. & nume. 2.
3 Familiæ erciscundæ actio, est mista. Et quid ea petatur. nume. 4.
5 Familia, idem quod hæreditas.
6 Familiæ erciscund. actio, quandiu duret.
7 Libellus in actione famil. erciscun. quomodo formandus.
8 Communi diuidundo, actio, datur pro re diuidenda.
9 Libellus quomodo formandus in actione communi diuidun.
10 Finium regundorum actio, quibus detur. Et quorsum. ibid. & nume. 11.
12 Libelli forma in actione finium regund.
13 Hæreditatis petitio, an sit actio mista. Et contra quem illa detur. numer. 14.

1 Summatur sic: Actio † familiæ erciscũdæ competens pro hæreditate diuidenda, & actio communi diuidundo, competens pro re communi diuidẽda, & actio finium regundorũ competẽs habentibus agros cõfines, etiam sunt actiones mistæ. Et potest iudex in his tribus actionibus ex æquitate vni rem adiudicare, & inæqualitatẽ potest per pecuniã ad æqualitatẽ reducere. Hoc dicit, & patet intellectus tex. ¶ Notandũ primò, † quòd actiones tribus modis seu respectibus possunt dici mistæ. Primo, quia sunt rei persecutoriæ, & etiam pœnales, & de istis mistis dictum est suprà eo. duobus §. proximis. Secundo, possunt dici mistæ,

quia in eis idem poteſt eſſe actor & reus. Et hoc modo iſtæ tres actio-
nes, de quibus loquitur hîc text. poſſunt dici miſtæ. Sic etiam interdi-
ctum vti poſsidetis, poteſt dici miſtum, vt infrà de interdic. §. duplicia.
Verum tamen eſt, quod huiuſmodi iudicia magis propriè dicuntur cō-
munia, quàm miſta. Tertio modo poſſunt actiones dici miſtæ, reſpe-
ctu naturæ actionis, quia ſcilicet partim ſunt reales, & partim perſona-
les, & hoc modo etiam iſtæ actiones dicunt̃ miſtæ. verbi gratia: Actio
3 † familiæ erciſcundæ, eſt realis, quando per eam petitur res alicui tra-
ſeu aſsignari iure dominij, ſed eſt perſonalis, in quantum per eam pe-
tur res alterius. Nam ſi tu & ego ſumus cohæredes, tunc non eſt ali-
res in hæreditate tam parua, in qua tu non habes partẽ, ſimiliter & ego
habeo partem in ea. Quæ tamen partitio percipitur intellectu iuris
non demonſtratur oculis, vt l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij. In quan-
tũ ergo ego peto talẽ rem ex eo iure, quod ego habeo in ea, iſta actio
eſt realis. Sed quia peto illam rem, vel peto portionem, quam tu habes
4 in ea, tũc eſt actio perſonalis. Petũtur † etiam hac actione fructus, quos
vnus recepit plures, quàm alius, & tunc etiam eſt perſonalis. Petuntur
etiam expenſæ factæ per vnum in re hæreditaria, quas alius negat ſol-
uere, & tunc etiam eſt perſonalis, vt l. Labeo. §. familiæ. ff. fami. erciſ.
& eſt gloſ. in l. ij. ff. eo. Et eodem modo dici poteſt in actione cõmuni
diuidundo, & in actione finium regundorum, vt in text. & glo. in l. ij.
& in l. iiij. §. ſicut. ff. commu. diui. & l. iiij. ff. finium regund. ¶ Notan-
5 dum † ſecundò, quòd actio dicitur familiæ erciſcundæ, id eſt, hæredita-
tis diuidẽdæ. Nam familia idem eſt quod hæreditas, licet etiam habeat
alia ſignificata, vt ff. de verb. ſignific. l. pronuntiatio. §. familiæ. Et da-
tur iſta actio pro hæreditate diuidenda, vt hîc, datur etiam ſi vnus co-
hæredum commiſit dolum vel culpam in hæreditate, vt ff. familiæ er-
ciſcun. l. & puto. §. ſed & ſi dolo. & ſi dubitetur, an aliquis ſit hæres, non
datur iſta actio, donec dubium deciſum fuerit, vt l. hæredes. §. quantũ.
6 ff. familiæ erciſcun. Et durat † iſta actio xxx. annis, vt ff. de anna. exce-
ptio. l. j. & fit computatio à tempore aditæ hæreditatis ſecũdum Ioan.
Fab. Et naſcitur iſta actio ex quaſi contractu, vt ſuprà de obliga. quæ
7 quaſi ex contrac. naſcũ. §. item ſi, inter aliquos. ¶ Notandum † tertiò,
quòd in actione familiæ erciſcundæ debet ſic formari libellus, vt ſci-
cet actor dicat, qualiter Titius, & ipſe ſunt facti cohæredes ex teſta-
mento, vel ab inteſtato, & Titius negat diuiſionem fieri iſtius hære-
tatis, vel ipſe Titius percepit plures fructus quàm actor, vel quòd actor
fecit expenſas, quas Titius ſoluere renuit, & ideò petit, vt iudex com-
pellat eum ad diuiſionem, & ad ſolutionem fructuum & expenſarum.
De qua forma habetur per Speculatorem, in titulo de iudicijs. § ſeq.
8 tur. verſicu. item hæres. ¶ Notandum † quartò, quòd actio commu.
diuidun-

diuidundo datur pro re diuidenda Et differunt actio familiæ ercifcundæ,& actio communi diuidundo,& actio pro focio, quia actio familiæ ercifcundæ datur pro re vniuerfali diuidenda fcilicet pro hæreditate. Sed actio communi diuidundo datur pro re fingulari diuidenda. Actio verò pro focio,datur pro rebus communicandis, vt notatur in
9 l.prima.ff.communi diuidundo. ¶ Notandum † quintò,quòd libellus in hac actione debet fic formari, vt actor dicat qualiter Titius,& ipfe habent rem fingularem communem indiuifam, quam ipfe Titius negat diuidi, & etiam Titius ex illa re recepit fructus, & actor in ea fecit expenfas, quas non potuit pro parte facere, petit ergo,vt iudex compellat Titium ad diuifionem iftius rei, & ad reftitutionem fructuum, & ad folutionem expenfarum. Et de hac forma habetur per Specula-
10 to.in titulo de iudic. §.fequitur.in fine. ¶ Notandum † fextò,quòd actio finium regundorum,datur habentibus agros confines,aut vt termini prius pofiti non apparentes appareant, vt in gl.in l.j.ff. finium regundo. aut vt termini euulfi à flumine,vel ab homine reponantur. Et poteft iudex contra euellenté criminaliter procedere,vt ff.fin.regundo.l.iiij.§.fi dicantur. Aut vt termini inconuenienter pofiti,quia fcilicet vnus non poteft agrum fuum colere vel arare, fine impedimento alterius,vel nifi intret in agrum alterius, vt fcilicet termini conuenien-
11 tius ponantur,vt l.ij.§.fina.ff.finium regundorũ. Et † datur hæc actio etiam ad perfonales præftationes, vt puta ad fructus, intereffe, & ad damna, vt ff.fin.regundo. l.iiij.§.in iudicio. Sed non datur hæc actio habentibus domos confines feu ædificia,vt d.l.iiij.in fi. Si tamen vnus habeat feu ædificiũ,& alius habeat fundũ,tũc datur hæc actio vtilis,vt not.in glo.l.iij.in ver.ædificium. Et fi tale ædificiũ effet pofitum loco termini,daretur directa,vt l.ij.& not.glof.ff.fin.regun. ¶ Notandum
12 † finaliter,quòd libellus in hac actiõe debet fic formari,vt actor dicat, qualiter Titius,& ipfe habent agros confines, fed termini,quibus agri diftinguuntur,non apparent,aut funt euulfi,vel funt incõuenienter pofiti,& quòd ipfe petijt à Titio huiufmodi terminos inquiri aut reponi, vel meli⁹ poni,fed Titius recufauit hoc fieri,quapropter petit,vt iudex fupponat huiufmodi agros oculis fuis,vel oculis agrimenforis, ita fcilicet vt appareant,aut de nouo reponantur,aut melius ponantur. Et de hac forma habetur per Specula.in titu.de iudic. §.fequitur.in princip.
13 ¶ Opponitur † & videtur, quòd non fatis enumerentur hîc huiufmodi actiones miftæ, quia actio petitionis hæreditatis etiam videtur mifta,vt C.de petitio.hæredita.l.hæreditatis. & ff.de petitio.hæredita. l. fi bonæ fidei. §.primo.de qua tamen hîc non fit mentio. Solutio. Petitio hæredita.non eft mifta actio ea ratione, qua iftæ funt miftæ, fed propter fimilitudinem, quam habet cum actionibus perfonalibus, &

realibus in origine,& effectu. In origine autem,quia ſicut actio perſo nalis oritur ex contractu,vel quaſi,ſic etiam petitio hæreditatis ex iu re,quod habet heres cum defuncto,cum quo cenſetur eadem perſona vt ff. de acqui. poſſeſ. l. cùm hæredes. In effectu autem,quia ſicut actio perſonalis datur cõtra debitorẽ perſonaliter obligatum,vt §. ſic itaq; ſuprà eod. ſic etiam petitio hæreditatis,vt l. ſed vtrum. ff. de pe. hæred.
14 Et † ſicut actio realis datur contra quemcũq; poſſeſſorem ſeu detento rem,vt l. officium. ff. de rei ven. ſic petitio hæreditatis contra poſſiden tem pro poſſeſſore,vel pro hærede,vt l. regulariter. ff. de peti. hære. Sic etiam actio noxalis datur contra quemlibet poſsidentem ſeruum qui noxam fecit,vt infrà de noxali. §. omnes. Similiter actio quod me tus cauſa. vt ff. quod metus cauſa. l. ſi cũ exceptione. §. Pedius. Sic etiã actio in factum,contra eum,qui habet aliquid poſitũ in loco publico ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. antepenul. Idẽ dicẽdum eſt de actio ne quod vi aut clàm,vt ff. quod vi aut clàm. l. competit. Et dicunt ali qui,quod iſtæ ſunt actiones anomalæ. Sed in veritate iſtæ actiones ſunt perſonales,quia principaliter oriuntur à perſona,licet ex cõſequẽ ti,& ex quadam æquitate dentur in rem,vt no. in l. ſi cum exceptione. §. aliquando. ff. quod vi metús ve cauſa. Et dicuntur in rem ſcriptæ,vt eſt pulchra glo. & etiam notatur per Dy. in l. iij. §. eſt autem perſona lis. ff. ad exhibendum.

§. Omnes autem.

1 *Actionum quarta diuiſio. Vel potius ſubdiuiſio. nu. 5.*
2 *Ex ſtipulatione naſcuntur duæ actiones.*
3 *Libelli forma in actione certi condictionis.*
4 *Libellus in actione ex ſtipulatu, diuerſimodè formatur.*
6 *Actio nulla, an extendatur ultra quadruplum. fusè, per nu. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

Sic ſummatur: Omnes actiones vel dantur in ſimplum, vel in du plum,vel triplum,vel quadruplum,vltra quod nulla actio datur. Et a ctiones deſcendentes ex contractu, regulariter dantur in ſimplum.
1 hoc dicit. ¶ Notãdum † primò,quòd hîc ponitur quarta diuiſio actio
2 num. ¶ Notandum † ſecundò,quòd ex ſtipulatione naſcuntur duæ actiones,quia aut ſtipulatur res certa,& naſcitur cõdictio, vt ff. ſi cer. petatur. l. ſi quis certum. aut ſtipulatur res incerta,& naſcitur ex ſtipula
3 tu actio,vt ſuprà de verbo. obli. ¶ Notandum † tertiò,quòd in actio ne certi condictionis libellus debet ſic formari,vt ſcilicet actor dicat, qualiter ſtipulatus eſt à Titio talẽ rem,puta librum,ex cauſa tali, præ cedente eius interrogatione,& ſubſequente incontinenti ipſius Titij reſponſione,quem tamen librum Titius recuſat dare & tradere acto ri,&

ri,& ideò petit actor,vt iudex ipsum ad hoc cōpellat,& probatur hæc forma in d.l.si quis certum.& per Specu in titu.de oblig.& solu. §.se-
4 quitur.versi.si verò aliquis. Sed † in actione ex stipulatu diuersimodè formatur libellus,actor diuersimode petit illud, quod stipulatum est. Aut enim petit simpliciter ipsum factum,vt si stipulatum sit,quòd domus ædificetur,aut simpliciter petit interesse,aut petit factum cum cōditione,quod si non fiat,præstetur interesse,vt notatur per Bar.in l.sti-
5 pulationes non diuiduntur ff.de verbo.obli. ¶ Opponitur,† & videtur,quòd ista diuisio sit superflua,quia videtur coincidere cum diuisione supra co. §.sequens. Solutio. Ista latius declarat quàm illa, & po-
6 test proprie dici subdiuisio quædam respectu illius. ¶ Opponitur † secundò,& videtur,quòd inconuenienter dicitur in tex. nullam actionē extendi vltra quadruplum. Nam actio quæ datur pro occisione serui, qui fuit institutus hæres,datur interdum ad centum,vel ad mille,secundum quod valuit hæreditas,& hoc longè excedit quadruplum valoris ipsius serui,vt suprà ad l. Aquiliā. §.illud. Similiter videtur de actione quæ datur contra eum,qui extraxit clauum de naui, vnde tota nauis periclitata est,quæ datur ad totum damnum, quod longè excedit quadruplum valoris illius claui,vt ff.de incen. ruina,naufra.l.iij. §.senatus. Idem videtur de actione,quæ datur mihi cōtra eum,qui vendidit mihi pecus morbidum,vnde totus grex meus contaminatus est,vel ex vitio tigni,vnde totum ædificium corruit,vt ff.de actio.emp l. Iulianus.in prin. Solutio. Tex.iste debet intelligi de actiōe,quæ est merè pœnalis ex vtraq; parte,scilicet actoris & rei. Actiones autē,de quibus loquuntur contraria iura,non sunt pœnales ex parte actoris, quia to-
7 tum quod petit,est suum interesse. ¶ Sed replicatur † de actione,quæ datur contra eum,qui manumisit seruum alienum in præsentia principis. Nam ille habet soluere duos seruos domino,& tres fisco. Et ita punitur in quintuplū,vt C.de his qui à non domino manumit.l.fi. Idem videtur de actione,quæ datur contra eum, cui tu dedisti pecuniam ne fieret mihi calumnia.nam tu repetis, quod dedisti, & ego prosequor quadruplum,& sic actio datur in quintuplum,vt ff. de calumniato.l.si quis ab alio. Solutio. Tex.iste debet intelligi de actione, qua pœna datur vni & eidem. Modò in contrarijs iuribus pœna datur diuersis, vt manifestè patet ex dictis in opposi.

8 ¶ Sed iterum † replicatur de actione, quæ datur contra eum,cui ego dedi pecuniam, ne faceret mihi calumniam, & ipse recepit pecuniam ab alio, vt diceret contra me calumniam. Nam iste punitur in octuplum,& pœna datur vni,vt ff.de calumnia.l.& generaliter. §.fin. Solutio. Iste tex.debet intelligi de pœna,quæ datur vnica actione in numero, sed contraria l. loquitur de pœna, quæ datur duabus actionibus,

9 quarum neutra excedit quadruplũ. ¶ Sed iterum † replicatur de actione, quæ datur contra libertũ, qua scilicet propter offensam reuocatur in seruitutem, vt C. de libe. & eorum liberis. l. si manumissus. Nam illa est vna actio, & hæc pœna longè excedit quadruplũ, cùm libertas sit res inæstimabilis, ff. de his, qui deiecerunt vel effuderunt. l. fi. Idem videtur de actione, quæ datur contra illum, qui eripuit seruũ fisci. Nam ille reddit seruũ, & cum hoc adhuc quadruplum, vt C. de ser. fugitiuis. l. pe. & tamẽ est vna actio. Solutio. Iste tex. adhuc intelligitur, quãdo in pœna habetur respectus ad ipsam rem. In contrarijs autem non habetur respectus ad rem, sed ad delictum seu punitionẽ tantũ. ¶ Iterum
10 replicatur † de actione, quæ datur contra eum, qui recepit pecuniã ab eo, qui emit administrationem. nam reddit quadruplũ, & cõfiscantur bona sua. & priuatur cingulo, vt in Authen. vt iudices sine quoquo suffragio. § . sic ergo. colla. ij. Solutio. Iste tex. loquitur de actione, vt manifestum est. Quod autem dicitur in contrario, non fit per actionem,
11 sed per accusationẽ. ¶ Iterum † replicatur de § . alteri. suprà de inuti. stipula. quia ibi potest excedi quadruplũ. Solutio. Iste tex. in § . præsenti, intelligitur de pœna legali, quæ est, quando iudex vel cõmunitas aliqua dicit, quicũq; cõmiserit furtum, morietur, quia hoc ius dicit. Contrarium autẽ loquitur in pœna cõuentionali, quæ est, quando aliquis dicit, Ioannes, si non veneris ad lectiones, solues album, quia tunc est,
12 conuentio facta, inter illum & me. Pœna † igitur legalis non potest extendi vltra quadruplum. Sed de pœna conuentionali est distinguendum, quia vel apponitur per nomina multiplicatiua, vt simplũ, duplũ, triplum, &c. & tunc etiam nõ potest extendi vltra quadruplum, vt l. si dictũ. ff. de euictionibus. vel apponitur per nomina simplicia, vt vnũ, duo, tria, & tunc aut apponitur facto, vt dicendo, Promittis mihi scribere talem librum sub pœna centũ, & potest extendi vltra quadruplum, vt in § . alteri. in oppo. alle. vel apponitur speciei, vt dicendo, Promittis mihi dare talem librum sub pœna centum, & iterum potest extendi vltra quadruplum, vt l. Lucius. ff. de actio. emp. & vendi. & l. sciendum ff. de euicti. Aut apponitur quantitati, vt dicendo, Promittis mihi dare decem sub pœna centum, & tunc nõ potest extendi vltra quadruplum quia præsumitur fieri in fraudem vsuræ, vt l. Iulianus. § . idem Papinianus. ff. de actionibus empti.

§. In duplum agimus ueluti furti nec manifesti.

1 *Actiones furti nec manifesti, quibus casibus dentur in duplum.*
2 *Serui corrupti actio datur, pro eo, quòd seruus corruptus est mente.*

Actio

3 *Actio utilis serui corrupti, datur patri pro filio corrupto, aut filia corrupta. Et quibus prætereà.*

Actiones furti, nec manifesti. l. Aquil. depositi in quibusdam casibus, serui corrupti, & quæ datur pro legato relicto venerabilibus locis dantur in duplum. Et datur actio serui corrupti contra eum, cuius persuasione vel cõsilio seruus factus est deterior, in qua quidem actione etiam veniunt res, quas seruus domino abstulit. Hoc dicit. ¶ Notan-
1 dum † primò, quòd qualiter actio furti nec manifesti datur in duplum, dictum est suprà de obligationibus, quæ ex malefic. nascuntur. §. pœna. & qualiter actio legis Aquiliæ datur in duplum, scilicet per inficiationem, dicetur infrà eodem. §. at ille. Et qualiter actio depositi datur in duplum in quatuor casibus, dictum est suprà eod. §. sequens. Qualiter autem actio pro legatis relictis venerabilibus locis in duplum da-
2 tur, dictum est suprà eo. in §. itẽ mista. ¶ Notandum † secundò, quòd actio serui corrupti nõ datur pro eo, quòd seruus corruptus est in corpore, quia sic daretur actio legis Aqui. vt suprà ad legem Aquiliam. in §. j. & in §. caput. Sed datur pro eo, quòd seruus corruptus est mente, quia scilicet de bono factus est malus, vel de malo deterior, vt ff. de seruo corrupto. l. j. §. persuadere. & l. sequẽ. & facit l. præses. ff. de offi. præsid. Et datur ista actio non solùm ad duplum æstimationis serui, sed etiam ad duplum æstimationis rerum, quas abstulit domino suo, siue tales res peruenerunt ad persuasorẽ seu corruptorẽ, siue ad alium, vt ff. de ser. corrup. l. in hoc iudicio. Sed in isto duplo continetur ipsa æstimatio serui, & rerum ablatarum, vt l. vt tantum. §. in hac. ff. de ser. corrup. Et istud verum est, si is qui persuasit, vel consilium dedit, fecit hoc ex dolo malo, vt l. dolo. ff. de ser. corrup. Et potest etiã puniri criminaliter talis persuadens, vt l. in eum. ff. de extraor. criminibus. Secus autem, si non fecit dolo, quia tunc tenetur actione l. Aqui. vt l. sed cõ-
3 modius. ff. de ser. corrupto. ¶ Notandũ † tertiò, quòd vtilis actio ser. corrupti. datur patri pro filio corrupto, aut filia corrupta, quia interest patris habere filios bonos, & nõ malos, vt l. vt tantum. §. j. ff. de seruo corrup. Et datur ista actio ad æstimationem operarum, quæ per filios fieri solent: quia liberum corpus non potest æstimari, vt ff. de his, qui deiec vel effu. l. fi. Et fit hæc æstimatio taxatione iudicis, mediante iuramento in litem ipsius patris, de valore operarum, & de sua affectione, sicut fit in actione iniuriarum, vt suprà de iniurijs. §. pœna. Datur ideò etiam hæc actio vtilis scholari contra socium suum, qui persuasit sibi, quòd pecuniam suam inutiliter expenderet. Nam si datur patri pro filio, magis videtur dari ipsi filio, quia charitas incipit à se, vt l. præses. C. de seruitu. & aqua.

§. Tripli.

1 *Actio competens ex lege condictitia, datur in triplum, contra eum, qui maiorem summam libello inseruit, quàm reus sibi debebat.*
2 *Libellus dandus est, de iure nouo. Et quid in eo exprimendum.*
3 *Sportulæ, quid. Et quotuplices. nu. 4.*
5 *Sportulæ, secundo modo, dabantur olim secundum quantitatem summæ in libello petitæ: hodie aliter. nu. 6.*
7 *Libelli forma in actione sportularum.*

1 Summatur † sic: Actio competens ex l. condictitia datur in triplum
contra eum, qui in libello inseruit maiorem summam, quàm reus sibi
debebat, vt ipsum reum maiori summa sportularum oneraret. Hoc di-
2 cit, vsq; ad §. Quadrupli. ¶ Notandum † primò, quòd de iure nouo,
dandus est libellus, vt C. de arb. l. cùm anteà. §. fi. iure tamẽ veteri non
dabatur libellus, nisi ex voluntate, vt ff. de eden. l. j. Et in ipso libello
exprimenda est certa quantitas, vel res certa, & etiam actor in actione
personali habet reum certificate, vt in Authen. de litigi. §. ad excluden
3 das. ¶ Notandum † secundò, quòd sportulæ dicuntur quædam obla-
tiones, dictæ à sporta seu sportula, & est genus vasis, in quo dictæ obla
4 tiones consueuerunt repræsentari. Et † sunt duplices sportulæ. Nã quæ
dam dantur iudicibus, vt in Authen. vt iudices sine quoquo suffrag. §.
volumus. colla. ij. Aliæ sunt sportulæ, quæ dantur executoribus, quia
licet repræsentant partes iudici. Primæ autem sportulæ non crescunt
neq; decrescunt extra quantitatem summæ, vt in Authen. de iudi. §. ne
5 autem. Sed † secundæ sportulæ olim dabantur secundum quantitatem
summæ petitæ in libello. Verum tamen est, quòd quibusdam remitte
bantur, vt pauperibus, quibusdã autem minuebantur, vt clericis, vt C.
de epis. & cler. Authen. sed hodie. quibusdam etiam remittebantur per
priuilegium principis viuẽtis, vt C. de fruc. & litium expensis. l. fi. Et de
6 istis sportulis loquitur hìc tex. Sed quia tamen † hodie nõ dantur spor
tulæ secundum quantitatẽ summæ petitæ in libello, sed secundũ cõsue
tudinẽ & longitudinẽ viæ, vt Authen. sed hodie. C. de episc. & cler. ita
vt pro quolibet miliari detur vnus numus seu bolendinus, vt in gl. in
authẽ. de iudi. §. disposita. & ideò iste §. hodie nõ habet locũ. Si tamẽ
dolo quia plus petat, quã pro executione sua ordinatũ est, punitur in
triplo expensarũ, vt infrà eod. §. plus. Non tamen cadit à tota causa.
7 ¶ Notãdum † tertiò, quòd in ista actione libellus potest sic formari,
vt scilicet actor dicat, qualiter fuit debitor Titij in x. & ipse Titius,
vt actor plus grauaretur in solutione sportularum, posuit in libello
xx. quapropter actor petit eum condemnari ad triplum soluendum.

¶ Opponi

¶ Opponitur, & videtur, quòd ille, qui plus petit, debet cadere à tota causa,per l.vnicam. C.de plus peti. Solutio. In illa lege dicitur, quòd ille qui plus petit,quàm sibi debitum est, & etiam de hoc petit cautionem ex dolo,ille cadit à tota causa,quia grauius puniri debet,quàm ille qui plus petit sine dolo,vt ff.de offic. præsid.l.diuus.vbi nota optimum casum.

§. Quadrupli.

1 *Actiones quænam in quadruplum.*

2 *Actio quod met.caus.cui detur, & contra quem.*

3 *Actio in factum de calumnia,quando cui, & contra quem detur.*

4 *Litium executores, plus debito exigentes pro sua executione, puniuntur in quadruplum.*

1 Actio † furti manifesti,& actio quod metus causa,& actio de calumnia,similiter & actio,quæ datur ex l.condictitia contra executores litium,petentes plus à reis, quàm petere debeant, sunt in quadruplum. Hoc dicit,vsq; ad §.sed furti. ¶ Notandum primò,quòd de pœna furti manifesti dictum est suprà eo.§.ex maleficijs.quia ibi tractatnm est
2 de illa actione. ¶ Notandum † secundò,quòd actio quod metus causa,datur mihi contra eum, qui per metum cadentem in constantem virum compulit me ad tradendũ sibi rem meam,vt ff. quod metus cau. l.si cum exceptione. §.j. Ex quo faciliter potest concipi, forma libelli in hac actione quæ etiam patet l.iij. C. quod metus causa. Et datur ista actio in quadruplum ex contumacia,vt statim dicetur infrà eo.§. item actio. Et est annalis in quadruplum. In simplum verò est perpe-
3 tua, vt ff.quod me.l. si cum exceptione.§.j. ¶ Notandum † tertiò, quòd actio in factum de calumnia,datur mihi contra eum,qui recepit pecuniam ab alio,vt faceret aut diceret contra me calumniam. Datur etiam mihi contra eum,cui ego dedi pecuniam, vt non diceret contra me calumniã. Et ita diuersimodè formatur libellus in hac actiõe ff.de calumniato.l.& generaliter. Et est hæc actio etiam annalis in quadruplum,in quo tamen quadruplo cõtinetur res ipsa, siue pecunia data, vt in §.fina.l.in hæredem.ff.eo.& nota.in glo.ff.de calumniato. In sim-
4 plum verò est perpetua,vt ff.de calũniato.l.j.§.j. ¶ Notandum † finaliter,quòd executores litium plus debito exigẽtes pro sua executione puniũtur in quadruplũ,& ita differt hoc,quod hic dicitã §.tripli.suprà eo quia ibi daĩ actio in triplũ,contra actorem maiorem summã inferẽtem in libello,vt reum plus grauet in solutiõe executoribus faciẽda, vt ibi dictum est.hìc aũt datur actio cõtra ipsos executores plus petentes,quã debeant. Et datur ista actio in quadruplũ,sic tamen quòd triplum applicetur fisco,& simplũ applicetur parti,vt in auth. vt litigãtes iurent.

iurent. §. hoc quoq;.colla.ix. Et petitur istud quadruplum per hanc actio. quæ dicitur condictio ex hac lege, vt ff. de condict. ex le.l.j.

§. Sed furti.

1 *Actio furti non manifesti, & serui corrupti dantur in duplum originaliter: & nu. 2. Et quæ dentur accidentaliter.*

3 *Pœna, quæ datur ex negatione uel contumacia, dicitur accidentalis.*

1 Actio furti † non manifesti, & actio serui corrupti dantur in duplum originaliter, sed actio legis Aquiliæ, & actio depositi in quatuor casibus, dantur in duplum accidẽtaliter, scilicet ex negatione. Nam si reus confiteatur, tunc non dantur nisi in simplũ. Hoc dicit, vsq; ad §. sed &
2 illa. ¶ Notandum † primò, quòd de actione furti non manifesti satis dictum est suprà de obliga. quæ ex malefic. nascuntur. §. pœna. Actio autem serui corrupti ex natura sua datur in duplum. Nam siue reus negauerit, siue confiteatur, datur in duplum, nisi inter virum & vxorem. Nam tunc datur in simplum, vt ff. de seruo corrupto .l. doli verbum. §. hæc actio. Et hoc est propter honorẽ matrimonij, vt l. ij. ff. rerum
3 amotarum. ¶ Notandum † secundò, quòd pœna, quæ datur ex negatione vel contumacia, dicitur esse accidentalis, & non ratione primæ obligationis. Et ergo fideiubens pro malefactore, de solutione pœnæ, ad quam condẽnabitur ratione maleficij, sui nõ tenetur soluere illam pœnam, in quam cadit iste malefactor propter negationem suam vel contumaciã, de quo notatur per Bar. in l. j. ff. de in litem iuran.

§. Sed illa.

1 *Actio competens pro relictis uenerabilibus locis, differt ab alijs, quæ dantur in duplum. & nu. 2.*

1 Actio † competens pro relictis venerabilibus locis, etiam differt ab alijs actionibus, quæ dantur in duplum, quia hoc contingit accidentaliter, & extrinsecè, non solùm ex negatione, sed etiam ex retardatio-
2 ne solutionis, vsq; ad iussum iudicis. Hoc dicit. ¶ Notandum, quòd licet in actione competente pro relictis venerabilibus locis reus deferat iuramentũ actori, propter hoc tamen non punitur in duplũ, sed releuat actorem ab onere probandi, vt ff. de iureiur. l. eum qui.

§. Item, actio.

1 *Actio, quod met. cauſ. differt ab alijs actionibus, quæ dantur in quadruplum. & quæ sit eius natura.*

2 *Res per metum ablata. si restituatur ante sententiam, reus absoluitur.*

3 *Actio, quod met. cauſ. habet duas sententias.*

1 Actio quòd † metus causa. differt ab alijs actionibus, quæ dantur in quadruplum, quia natura istius actionis est, quòd si res per metum ablata

ablata iussu iudicis restituatur, absoluitur reus dãdo simpliciter ipsam rem, sed in alijs actionibus, quæ dantur in quadruplum, non vitatur ista pœna per restitutionem. Hoc dicit, vsq; ad §. actionem autem.

2 ¶ Notandum, † quòd si res per metum ablata restituatur ante sententiam, tunc reus absoluitur, nec habet soluere quadruplum, vt hic. & ff. quod metus cau. l. si cum exceptione. §. satis clementer. Et intelligitur

3 hoc de secunda sententia. Nam in ista actione † sunt duæ sententiæ, quarum vna est de restituendo, & alia de soluendo quadruplum, vt ff. quod me. cau. l. si cum exceptione. §. hoc autem. Et potest vtraq; sententia dici diffinitiua pro tanto, quia diffinit controuersiam, vt ff. de re iudica. l. j. Non tamen sic, quòd vtraq; habeat solennitates requisitas ad sententiam diffinitiuam, de quibus notatur in l. prolatam. C. de sen. & interlo. om. iud. Nam prima sententia dicitur iussus iudicis, & secunda dicitur esse executiua primæ. Simile notatur per Inno. in c. sæpe contingit. extrà de appel. vbi declarat differentiam inter sententiam quæ datur pro expensis, & inter sententiam quæ datur de principali causa.

§. Actionum.

1 *Actionum quædam sunt bonæ fid. quædam stricti iuris. & nu. 2.*
3 *Actiones bonæ fidei, quid, & quotupliciter differant ab actionibus stricti iuris. ibid. & nu. 4. 5. 6.*
7 *Actio ex empto, quid & cui detur. Quid itidem ex uendito: cuiq; cõpetat.*
8 *Locati actio, datur locatori contra conductorem: & actio ex conducto, conductori, contra locatorem.*
9 *Negotiorum gestorum actio, est duplex.*
10 *Depositi actio, an sit bonæ fidei.*
11 *Actio pro socio, ex utraq; parte, est directa.*
12 *Tutelæ actio, directa, & contraria bonæ fidei sunt.*
13 *Pignoratitia actio, est duplex.*
14 *Familiæ erciscun. actio: item communi diuid. sunt bonæ fidei. & cur non itidem actio finium regũ. nu. 15.*
16 *Actio æstimatoria. quando detur.*
17 *Libelli forma in actione æstimatoria.*
18 *Permutatio rerum, est contractus innominatus.*
19 *Actio de permutatione rerum, unde, & quando nascatur.*
20 *Libellus quando formandus in actione de rerum permutatione.*
21 *Actio præscriptis uerb. sæpe concurrit cum actione in factum.*
22 *Actio in factum, oritur quatuor modis.*
23 *Hæreditatis petitio, est bonæ fidei & cui illa detur. nu. 24.*

Actio-

1 Actionum quædam † sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. Actiones bonæ fidei sunt ex empto, vendito, locato.conducto, negotiorũ gest.mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, fa. ercifcundæ, communi diuidundo, præscriptis ver. æstimatoria, rerum permutatio, & hæred. petitio, de qua tamen hæred. petitione fuit dubium, vsq; ad tempus D. Iustiniani, qui posuit eam inter actiones bo-
2 næ fidei. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd hîc ponitur quinta diuisio actionum. Et quia exprimuntur actiones bonæ fidei, elicitur quòd aliæ omnes actiões sunt stricti iuris, ad quod facit. §. videamus. suprà de his, qui sui vel alie. iuris sunt. Actiones tamen stricti iuris non sunt ma.fi. quia in omnibus actionibus & contractibus debet esse bo. fi. vt C. de acti. & oblig. l. bonam fidem. Nam dolus dans causam contractui in cõtractu bonæ fi. facit contractum ipso iure nullum, vt ff. de dolo. l. & eleganter. In contractu aũt stricti iuris, dolus non facit contractum ipso iure nullum, sed eliditur talis contractus per actioné, vel per exceptionem doli, vt C. de inuti. stipula. l. dolo. Si verò dolus incidat in contractu bonæ fidei, non facit contractũ ipso iure nullum, sed eliditur & dissoluitur talis contractus per actionem ex eo contractu, vt ff. de actio. empti & vendi. l. Iulianus. §. si venditor. Dolus auté incidens in contractu stricti iuris, dissoluitur per actionem vel per exce-
3 ptionem doli, vt in d. l. & eleganter. §. non solùm. ¶ Differunt † auté actiones bo. fi. ad actionibus stricti iuris, quia in actionibus stricti iuris non veniunt vsuræ ex mora. vt ff. de nego. gestis. l. quia tantũ. Sed illæ veniunt in actionibus bo. fi. vt ff. de acti. empti. l. Iulianus. §. ex vẽdito. Quod hodie etiam obtinet, quanuis vsuræ sunt reprobatæ, quia
4 loco vsurarum venit interesse. Secundò differũt, † quia in actionibus stricti iuris, si peto, quod nunquã fuit meum, non veniunt fructus ex mora, nisi à tempore litis cõtes. quod secus est in actionib. bonæ fidei,
5 vt ff. de vsuris. l. videamus. §. si actionem. Tertiò differunt, † quia in actionibus stricti iuris non venit interesse, si dare sit in obligatione, quanuis aliud est, si tradi vel fieri sit in obligatione, vt ff. de verborum obligationibus. l. vbi autem. §. fin 2. secus in actionib. bonæ fidei, vt ff.
6 de actio. empti. & vendi. l. j. Quartò, differunt, † quia in actionibus stricti iuris solùm venit illud, quod continetur in natura actionis, sed in actionibus bonæ fidei etiam venit illud, de quo non est cogitatũ, vt puta, deteriorationes, rupta, & similia, vt ff. de action. empti. l. fundi. §. si rupta. & suprà de obligationibus, ex consensu. in fin. ¶ Notandum
7 † secundò, quòd de emptionibus & venditionibus dictum est suprà, titulo de emptio. & venditio. Est autem actio ex empto, quæ datur emptori, vt res empta sibi tradaĩ, q̃a ideò oportet, quòd per emptioné res efficiaĩ emptoris, vt ff. de actio. empti. l. ex empto. Actio aũt ex vendito

dito datur venditori ad petendũ pretium, vt d.l.ex empto. & secundũ hoc faciliter patet, qualiter in istis actionibus formandus est libellus, vt
8 l.j.ff.de actio.emp.clarius habetur. ¶ Notandũ † tertiò, quòd actio locati datur locatori contra conductorẽ, ad petendum mercedem, sed actio ex conducto, datur conductori contra locatorem, ad petendum ea, de quibus in contractu locationis conuentũ est, vt ff.loca.l.ij. Et secundum hoc etiam formandus est libellus, de cuius forma habetur in
9 l.ij.C.loca.& per Spec.in tit.de loca. §.postquã. ¶ Notandum † quartò, quod actio negotiorũ gestorum duplex est, s.directa & contraria & vtraq; est bonę fidei, quia fauor est ampliãdus, vt ff.de libe.& posthu.l.cùm quidam. Formatio autẽ libelli in actione negotio.gestorũ,
10 satis patet in l.ij.ff.de negocijs, gestis. ¶ Notandum † quintò, quòd actio depositi, etiam in quatuor casibus, in quibus ipsa est dupli, per infictiationem est bonæ fidei, quia lex non distinguit, & ita non debemus
11 etiam distinguere. ¶ Notandũ † sextò, quòd actio pro socio ex vtraq; parte est directa, & non est aliqua contraria, vt infrà de pœ.teme.liti-
12 gan.§.ex quibusdam. ¶ Notandum † septimò, quòd actio tutelæ directa est, quę datur pupillo contra tutorem, vt suprà de Attilia.tuto.§.fin. Sed contraria est, quæ datur tutori contra pupillum, quãdo aliqua exposuit de substantia sua in vtilitatem pupilli. vt suprà de obliga.quę ex quasi contractu nas. §.tutores. & vtraq; est bonæ fidei eadem ratione, sicut dictum est de actione negotiorũ gestorum. ¶ Notandum
13 † octauò, quòd actio pignoratitia etiam est duplex. Nam quædã est directa, quæ datur debitori contra creditorem, postquàm solutum est debitum, vt restituat pignus, suprà quibus mo.re contrahitur oblig.§.fin. Alia contraria quæ datur creditori contra debitorem pro expensis factis in pignore, vt C.de pigno.l.si necessarias. & vtraq; etiam est
14 bonæ fidei. ¶ Notandum † nonò, quòd actio familiæ erciscundæ datur inter cohæredes super diuisione hæreditatis, vt ff.familiæ erciscundæ.l.ij.& est bonæ fidei. Sed actio communi diuidundo datur inter illos, qui habent rem communem, vt scilicet talis diuidatur, vt suprà de obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur. §.item si inter
15 aliquos & etiam est bonæ fidei. † Et licet actio finium regundorum habeat similitudinem cum istis, vt suprà eo.§.quædam actiones. non tamen est bonæ fidei. Nam nulla actio, quæ hîc non ponitur, potest dici bonæ fidei. Et potest esse ratio, quia in actione finium regundorum, id quod purè meum est, potest adiudicari alteri. vt ff.finium regundorum.l.ij. Sed in duabus actionibus statim dictis, quod commune est, adiudicatur alteri tanquam proprium, vt infrà de offic.iudic.§.fina Potest etiam esse ratio, quia illæ duæ actiones habent principium suum in communione, sed actio finium regundorum ha-

het

16 bet principiũ suum in separatione. ¶ Notandum † decimò, quòd actio æstimatoria datur, quando quis ęstimauit rem suam, puta ad decem. Et tradidit illam rem alteri vẽdendam: vt scilicet restituat ipsam rem vel æstimationem. Et si plus vendatur, hoc sit ipsius vendentis, & in isto casu periculum rei pertinet ad accipientem, vt ff. de æstimato. actio. l. j. Sed si res tradatur hoc modo, vt scilicet restituatur ipsa res vel æstimatio, tunc distinguendum est, an tradens rogauerit alium de vendendo. an accipiens rogauerit de tradendo, quia hoc casu periculũ est rogantis, vt ff. de præscriptis verbis. l. si gratuitam. §. primo. alias si margaritas. In dubio autem videtur iste contractus celebratus, gratia vtriusq; contrahentiũ, & ideò accipiens nõ tenetur de periculo, nisi ia-
17 tem cõmittat leuem culpam, vt dicta l. si gratuitam. Et in † hac actione debet sic formari libellus, vt scilicet actor dicat, qualiter tradidit Titio librum æstimatum ad decẽ florenos. Et quia Titius non restituit librum, neque æstimationem, ideò petit, vt iudex condemnet eum ad restituendum librum, vel æstimationem. Dicit tamen Ioan. Fab. quòd iste libellus alternatiuus non admittitur, nisi primò interrogetur, an liber sit venditus, an non, quia si non sit venditus, tunc solùm competit actio ad librum, & non ad æstimationem. Quotidiana tamen practica est contra Ioan. Fab. quia iste libellus admittitur, & ad hoc faciunt notata per Innocen. in c. constitutus. extrà de in integrum restitutio.
18 ¶ Notandum † vndecimò, quòd rerum permutatio, est contractus innominatus: quia istud nomen conuenit omnibus contractibus, in quibus hincinde aliquid traditur, vt in rubrica notatur. C. de rerũ permu.
19 Et nascitur † actio, quæ dicitur de permutatione rerum, quando res ab vna parte tradita est, & non ab alia. Hæc tamen actio non nascitur de traditione rei, sed ex pacto præcedente, vt l. ex placito. C. de rerũ permuta. Nascitur igitur communiter ista actio ex contractu innominato, qui est, do vt des. Et sic actio præscriptis verbis de æstimatione, & actio præscriptis verbis de rerum permutatione, sunt actiones bonæ
20 fidei. Et in ista actione † potest formari libellus, vt scilicet actor dicat qualiter permutauit cum Titio de libro suo, & de tunica Titij. Et quia Titius recepit librum ab actore, & recusat tradere tunicam, ideò petit actor, vt iudex condemnet eum ad traditionem tunicæ. & hæc forma satis elicitur ex l. j. ff. de rerum permuta. & in Spec. in titulo de rerum permuta. §. videndum. Sed ex contractu innominato do vt facias, & ex cõtractu facio vt facias, etiam nascitur actio præscriptis verbis, sed illa non est bonæ fidei, sed stricti iuris, vt ff. de præscrip. verbis. l. ij. Ex contractu autem innominato facio vt des, nascitur actio de dolo, vt l. naturalis. §. at cùm facio. in versic. sed si dedi. ff. de præscrip. verbis.
21 ¶ Notandũ † duodecimò, quòd actio præscriptis verbis sæpe cõcurrit cum

rit cum actione in factum. Actio tamen in factū est generalior, vt nota. in rubr. ff. de præscrip. verb. & oritur actio in factum quatuor mo-
22 dis. Primò † ex edicto vel interdicto prætoris, cui prætor non dedit nomen, vt infrà de interdic. §. fin. Secundò, datur in subsidium l. Aquiliæ. vt suprà ad l. Aquiliam. §. fin. Tertiò, actio præscriptis verbis dicitur in factum, vt dictū est. Quartò, datur ex varijs figuris, vt C. de sacrosan.
23 eccl. l. sancimus. ¶ Notandum finaliter, † quòd de petitione hæreditatis erat dubiū, an esset bonæ fidei, vsq; ad tempus Iustiniani, qui declarauit eam esse bonæ fidei, vt hîc. Et causa dubitationis fuit, quia petitio hęreditatis est actio realis, & omnes aliæ actiones bonæ fidei sunt per-
24 sonales. † Datur autem actio petitionis hæreditatis vero hæredi contra eum, qui possidet res hæreditarias, vel hæreditatem pro herede, vel pro bonorum possessore, vt ff. de peti. hæredit l. regulariter. Et potest formari libellus in ista actione, vt scilicet actor dicat, qualiter ipse est hæres Caij defuncti, Titius tamen possidet aliquas res, quæ pertinebāt Caio, dum viueret, vel hæreditatem eius sine iusto titulo, & ideò petit ipsum Titium compelli, vt restituat huiusmodi res seu hæreditatē ipsi actori, cum fructibus perceptis, & percipiendis. Et elicitur hæc forma ex l. ij. ff. de peti. hæred. de qua etiam habetur in Spec. in titulo de iudi. §. j. ¶ Opponitur, & videtur, quòd differentia inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris, non sit bene posita in primo notabili, quia in actionibus arbitrarijs etiam veniunt fructus, & interesse ex mora, & tamen illæ sunt actiones stricti iuris, vt infrà eodem. §. prætereà. ergo nō est verum, quòd hoc solùm est in actionibus bonæ fidei. Solutio. Ista veniunt in actionibus arbitrarijs officio iudicis, & non iure actionis, sed in actionibus bonæ fidei veniunt iure actionis, vsura tamen in eis etiam venit officio iudicis, vt C. deposi. l. iiij.

§. Fuerat anteà.

1 *Actio rei uxoriæ, hodie sublata est, & transfusa in actionem ex stipulatu.*

2 *Actio ex stipulatu pro dote petenda uel repetenda, est maximè priuilegiata. Et competit etiam patri. nume. 6.*

3 *Mulier an præferatur omnibus creditoribus. disting.*

4 *Priuilegium mulieris, datur solm ei si agat ipsa pro dote: non autem eius hæredi.*

5 *Actio ex stipulatu pro dote repetenda, non datur generaliter, nisi soluto matrimonio.*

Summatur sic: Actio rei vxoriæ cum omni suo iure translata est ad actionem ex stipulatu, quæ datur pro dote petenda vel repetenda. Et est ista actio priuilegiata, quia tacitam habet hypothecam, & si ipsa

mulier agat pro dote sua, præfertur alijs creditoribus. Hoc dicit, & pa-
1 tet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd olim marito pro dote petenda, & vxori pro dote repetenda dabantur duæ actiones, quarum vna vocabatur actio rei vxoriæ, & alia actio ex stipulatu, vt C. de rei vxo. actio. l. vnica. §. j. Sed hodie sublata est actio rei vxoriæ, & totum ius, quod erat in ea, transfusum est in actionem ex stipulatu, vt dicta l. vnica. Et est hæc actio bonæ fidei, quia sapit naturam eius, scilicet actionis rei vxoriæ, in cuius locum surrogata est, de quo notatur in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obliga. ¶ Notandum secun-
2 dò, † quòd hæc actio ex stipulatu pro dote petenda vel repetenda multum priuilegiata. Primò, quia fingitur stipulatio interuenisse, quamuis nō interuenerit. Secundò, quia licet stipulatio interuenit inutilis, vt quia facta inter absentes, est tamen vtilis stipulatio. Tertiò, quia licet actio ex stipulatu de sua natura sit stricti iuris, ista tamen est bonæ fidei. Quartò, quia licet quando in stipulatione venit res certa, tunc oritur actio, quæ dicitur certi condictio, vt suprà de verborum obligationibus. §. j. tamen hîc datur actio ex stipulatu ad certam rem, scilicet certam dotem. Quintò, quia ista actio habet tacitam hypothecam, id est, obligationem pignoratitiam. Nam omnia bona mariti tacitè obligantur, & impignorantur pro dote vxoris, vt l. assiduis. C. qui potiores in
3 pigno. habeantur. Et præfertur † mulier omnibus creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam in bonis mariti, non autem habentibus expressam hypothecam, & illa est tertia opinio hîc in glo. super verbo, creditoribus. quæ quidem opinio videtur esse verior alijs duabus. Et ratio est, quia lex præsumitur à creditoribus adimere priuilegium, quod per ipsam legem datum est fauore mulieris, sed non præsumitur adimere priuilegium, quod homines sibijpsis cōstituerunt ex conuentione, & ideò tacita hypotheca creditoris, quæ data est per legem, non nocet mulieri, sicut expressa, quæ est ex conuentione hominum; vt C. qui potio. in pigno. habeantur. l. fina. ¶ Notandum tertiò,
4 † quòd istud priuilegium datur mulieri, si ipsa agat pro dote. Non autem datur eius hæredi, vt C. de priuileg. dotis. l. j. nisi esset suus hæres: nam ille haberet idem priuilegium. ff. solu. matrimonio. l. etiam. Idem etiam priuilegiū haberet procurator suus, nisi esset procurator in rem
5 suam, vt ff. solu. matrimonio. l. alia. ¶ Notandum † quartò, quod ista actio generaliter non datur, nisi soluto matrimonio, vt l. ij. ff. solu. matrimo. daretur tamen, si maritus vergeret ad inopiam, vt dicta l. si constante. in princi. ff. solu. matrimonio. Et datur ista actio ipsi mulieri, & etiam patri eius, & potest pater agere sine filia, quia ipsa præsumitur consentire: debet tamen pater dotem filiæ suæ integram reseruare, nisi per cladem, aut aliâs per malam fortunam patrimonium suum esset di-
minu

minutum, vt in Authen. de æqualita. dotis. §. quia verò iam. colla. vij.
6 Et ita † patri datur etiam istud priuilegium, quod verum est secũdum Salice. in l. vnica. C. de rei vxoria actio. viuente filia. Secus, si ipsa esset mortua, quia tunc cessaret causa, vt in glos. fina. in l. ij. C. de episcop. & cler. Dicit autem Ange. in dicta l. vnica. Quòd istud priuilegium datur patri, si agat communi nomine, scilicet suo & filiæ, secus si agat nomine proprio. Si autem extraneus dedit vxori dotem, tunc ipsa vxor agit, & non extraneus, nisi ipse pactus fuerit dotem sibi restitui soluto matrimonio. Nam tunc ipse agit, & dos sibi restituitur, vt in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio.

§. In bonæ fidei iudicijs.

1 *In actionibus bonæ fidei potest Iudex æstimare ex æquitate, ut reus det actori plus, uel minus, quàm in contractu expressum sit.*
2 *Compensatio quomodo olim, & quando opponebatur. Et quid hodie.*
3 *Compensatio solùm fit in rebus, quæ recipiunt abinuicem functiones. Et generis ad genus. nume. 4. 5.*
6 *Compensationem opponere necesse est.*
7 *Iudicis officium, largè dicitur actio.*
8 *Compensatio quibus casibus non opponatur.*

Summatur sic: In actionibus bonæ fidei, potest iudex ex bono & æquo æstimare, quantum reus debet dare actori, in quibus olim compensatio perimebat actionem vsque ad concurrentem quantitatem. Sed in actionibus stricti iuris, solùm opponebatur compensatio per exceptionem doli mali. Sed hodie tam in actionibus bonæ fidei, quàm in actionibus stricti iuris compensatio perimit actionem vsque ad concurrentem quantitatem, præterquàm in actione depositi, in qua compensatio non habet locum ad vitandum fraudem. Hoc dicit.

1 ¶ Notandum † primò, quòd in actionibus bonæ fidei potest iudex æstimare ex æquitate, vt reus det actori plus vel minus, quàm in contractu expressum est, vt hîc. Non tamen potest iniquè iudicare, quia dicitur ex æquo & bono, & sic etiam procurator qui habet mandatum, vt faciat quicquid voluerit, non potest iniquè facere. Pro quo facit l. filiusfamiliâs. ff. de donatio. & clemen. sæpe contingit. de verborum significationibus.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd olim in actionibus stricti iuris compensatio debuit opponi per exceptionem doli mali: quia dolo facit, qui petit quod restituturus est, vt ff. de exceptio. doli. l. dolo. & in regula, dolo. de regul. iuris. libro vj. Sed hodie tam in actionibus bonæ fidei, quàm in actionibus stricti iuris compensatio per modum exceptionis opponi potest, vt hîc, & l. finalis. C. de compensationibus. Posset tamen etiam hodie generalis dolus

opponi, si actor certificatus esset de debito, in quo compensatio petitur: aliâs enim dolus non haberet locum. ¶ Notandum † tertiò, quòd compensatio solùm fit in rebus, quæ recipiunt ab inuicẽ functiones, & de specie ad speciem, neq; de specie ad quantitatem, nec econtrà, neque de quantitate ad quantitatem, si quantitas ponatur vt species, ponitur compensatio: quia vnum non fungitur vice alterius, vt ff. de pecul. l. si creditor. §. j. & notatur per glo. in verbo, venditori. Sed de quantitate ad quantitatem, ita quòd quantitas ponatur vt quãtitas, bene fit, & hoc est, quod dicitur hìc in text. quòd istud intelligitur de compensationibus, quæ aperto iuri innituntur. Facit l. si conuenerit. ff. de pign. actio.

4 Potest † tamen fieri compensatio generis ad genus, vt ff. si pars hæred. petatur. l. j. §. item, si cùm me. Et hoc verum est, quando genera sunt paris æstimationis, vt si ego debeo tibi hominem, & tu debes mihi hominem, si tu petas hominem à me, possum compensationem opponere: quia vtrobique debetur homo mediocris, vt l. legato generaliter. ff. de lega. j. Secus autem si genera sint disparis æstimationis, vt si ego debeo tibi bouem, & tu debes mihi hominem, non habet locum compensatio, quia homo & bos non recipiunt inuicem functionem, vt ff. si pars hæredita. petatur. l. j. §. item, si cùm me. Si etiam debitum ab vna parte sit confessatum, & ab alia parte negatum, non fit compensatio. vt C. de compensa. l. fina. §. penul. Nisi debitum negatum probari posset infra duos menses, vt de fisco dicitur. ff. de iure fisci. l. aufertur. §. qui compensationes.

5 Requiritur † etiam, quòd debitum ab vtraque parte sit liquidum, vt C. de compensa. l. fina. vel statim liquidandum, quod fit arbitrio iudicis, vt in glo. in d. l. fin. Et qui negat debitum, si tale debitum posteà probetur, tunc ille non potest opponere compensationem, vt l.

6 nemo. quæ est lex xliiij. in ordine. ff. de reg. iur. ¶ Notandũ † quartò, quòd necesse est compensationem opponere: quia ius nõ tollit actionem propter compensationem, quod probatur tribus rationibus. Primò, quia fideiussor potest eligere, an velit compensare cum eo, quod sibi debetur, vel quod debetur reo, vt ff. de compensatio. l. si quid. Secundò, quia reus potest eligere, si debeatur ex pluribus causis, ex qua causa velit compensare, vt ff. de compensatio. l. quòd Labeo. Tertiò, quia ille, cui potest opponi compensatio, dicitur malè agere, vt ff. de compensatio. l. verum. ergo habet actionem, quãuis talis actio per exceptionem elidatur, vt ff. quando dies legati cedit. l. j. & l. hæredis. eo.

7 ¶ Notandum † quintò, quòd per alias quascunque actiones, de quibus hìc dicitur in textu, potest intelligi officium iudicis, quod largo vocabulo etiam dicitur actio, vt ff. de actio. & oblig. l. actionis verbo. Nam ei quod petitur officio iudicis, potest opponi compensatio, de quo est casus in l. etiam. C. de compensatio. quanuis hoc non veniat in obligationem

tionem,vt l.si per collusionē.ff.de actio.emp. Et petitioni cautionum de damno infecto,etiam potest opponi compensatio,vt ff.de dam.in-
8 fec.l.qui bona.§.si quis. ¶ Notandum † finaliter,quòd possunt colligi certi casus, in quibus non opponitur compensatio. Primò,de specie ad speciem. Secundò,de specie ad quantitatem,nec econtrà. Nec etiam de quantitate ad quantitatem,si quantitas ponitur pro specie, vt si tradatur alicui pecunia clausa in sacculo,& ideo etiam si talis quantitas pluries legetur in vno testamento,non intelligitur,nisi semel legata,sicut de fundo dicitur,vt l.planè.§.si ita.& §.si eadem res.eo.tit.ff.de leg.j. Tertiò,in deposito,vt hîc. Quartò,si res sit ablata per violentiam, vt C.de compensatio.l.fin. Quintò,fisco in certis casibus. ff.de iure fisci. l.aufertur.§.qui compensationes. Sextò,administrator,qui defraudauit rempublicam in annona, nō potest opponere compensationem,vt l.ob negotium.ff.de compensatio. vbi etiam dicunt Docto.quòd pro debito ratione victualium non posset fieri compensatio,vt Bart.in dicta l.ob negotium. ¶ Opponitur primò sic,& videtur,quòd de specie ad speciem bene potest fieri compensatio, per l.qui restituere. ff.de rei vendic. Solutio. Illa lex loquitur, quando species est perempta,& petitur æstimatio : nam tunc species reducta est ad quantitatem, & ideò hoc modo in realibus potest fieri compēsatio. ¶ Opponitur secundò, & videtur,quòd compensatio perimit actionem,licet non proponatur ab homine,per l.si ambo.§.quotiens.ff.de compensatio.& etiam quia dicitur hîc in textu, quòd actiones minuuntur ipso iure. Solutio. Illa l.si ambo. loquitur in delictis, quæ mutua compensatione tolluntur, etiam licet compensatio non opponatur ab homine, vt vult Dynus in regula,in pari.extrà de regu.iuris.libro vj. Et quod hîc dicitur in tex. ipso iure,hoc debet intelligi,quòd non oportet aliam exceptionem opponere,sicut olim in actionibus stricti iuris.

§. Præterea quasdam.

1 *Actiones dicuntur arbitrariæ,diuersimodè.*
2 *Actio de eo,quod certo loco dari oportet,quando habeat locum.*
3 *Actio ad exhibendum , est præparatoria aliarum actionum. Et cui illa competat.*
4 *Actio de dolo,dicitur arbitraria.*
5 *Libelli forma,in actione de dolo.*
6 *Actiones arbitrariæ,differunt ab actionibus bonæ fidei, in quibus etiam locum habet arbitrium Iudicis.& nume.7.*

Summatur sic : Quædam sunt actiones arbitrariæ, quæ scilicet locum habent,quando reus non satisfecit actori,secundum iussum iudicis,scilicet restituendo,exhibendo,soluendo,vel noxam dando. Nam

tunc iudex arbitrio ſuo habet æſtimare, quomodo ſatisfieri debeat a-
1 ctori. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd actiones diuerſimodè di-
cuntur arbitrariæ. Nam quædam ſunt arbitrariæ ex natura actionum
vt ſunt actiones bonæ fidei, in quibus arbitriũ iudicis pinguius exten-
ditur, quàm in alijs actionibus, vt ſuprà eo. §. in bonæ fidei. Et de iſtis
arbitrarijs non loquitur hîc textus. Aliæ ſunt arbitrariæ, quia depen-
dent ex mero arbitrio iudicis, vt ſi quis non reſtituat vel exhibeat ſe-
cũdum iuſſum iudicis, nam tunc iudex poterit ſuo arbitrio deferre iu-
ramentum in litem, vt hîc, & no. in l. in actibus. ff. de in litem iurã. Ter-
tiò, dicuntur arbitrariæ, eò quòd non fit ſolutio in loco deſtinato, ſed
in alio, & tunc habetur cõſideratio ad intereſſe actoris, & rei, arbitrio
iudicis, vt ff. de eo, quod certo loco. l. ij. & l. non vtiq;. §. nunc de offi-
cio, & in l. vnica. vbi glo. etiam & Bar. C. vbi conue. qui cer. lo. Quar-
tò, dicuntur arbitraria, quia arbitrio iudicis iudicatur de qualitate con-
demnationis, non de quantitate, quæ ſcilicet actio datur, quando dubi-
tatur, an quis debeat ſoluere noxam in ſolidũ, vel debeat liberari dan-
do ſeruum vel animal pro noxa, vt ff. de noxali. l. ij. nam ſi noxa facta
eſt, dño ignorãte, vel prohibere nõ valente, liberatur dando ſeruũ, vel
animal pro noxa. vt l. in delictis. ff. de nox. & de iſtis tribus arbitrarijs
2 actionibus determinatur hîc. ¶ Notandũ † ſecũdò, quòd actio de eo,
quod certo loco dari oportet, habet locũ, quando ex ſtipulatu, vel ex
cõſtituto, vel ex legato, vel ex mutuo promiſſum eſt aliquid certo lo-
co ſolui, vt ff. de eo, quod certo loco. l. ij. §. hęc autẽ. Et in iſta actione
iudex habet conſiderare vtilitatẽ actoris & rei, vt §. loco. infrà eo. &
ideò, qui promiſit certo loco ſoluere, poteſt in alio loco conueniri, ſi
ibi ſortiatur forum, vt l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudic. facit l. vni-
ca. C. vbi cõueniatur, qui certo loco da pro. Et dicit Bar. in l. ſi hæres.
ff. de eo, quod certo loco, quòd in omnibus actionibus ſtricti iuris, in
quibus adiectus eſt locus, datur iſta actio. Sed ſi locus nõ eſt adiectus,
nõ competit iſta actio, vt l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo, quod certo loco.
3 ¶ Notandũ † tertiò, quòd actio ad exhibendum, eſt præparatoria alio-
rum actionum, quibus res petitur, vt ff. ad exhiben. l. iij. Et competit
illi, cuius intereſt rem exhiberi, vt d. l. iij. §. ſciendum. Et defertur iura-
4 mentum in litem, vt ff. ad exhibẽ. l. theſaurus. ¶ Notandum † quartò,
quòd actio de dolo dicitur arbitraria, quia in ea, ſi doloſus non poſſit
rem reſtituere, iuratur contra eum in litem arbitrio iudicis, taxando
intereſſe. & cõpetit hæc actio, vbi dolus interuenit, & alia actio ſpecia-
lis non poteſt competere, vt l. j, §. ait prætor. ff. de dolo. & durat tan-
tùm per duos annos, vt in l. fi. C. de dolo. Formatur autem libellus di-
uerſimodè, ſecundum diuerſitatem caſuũ, vt ſuprà eo. in §. actionum.
5 de quibus formis vide Spec. in titu. de dolo & contumacia. † Et gratia
exempli

exempli potest hîc poni exemplum tale. Coram vobis &c. dico, quòd Ioan. per dolum malum, fraudem & maliciam suam, me induxit, vt si-bi venderem cyphum aureum tanto pretio, quem nullo modo eram aliàs venditurus, quem etiã eidem tradidi de facto me ignorante do-lum & fraudem, propter quæ dicta venditio ipso iure erat nulla, nihilo minus prædictus Ioannes recusat mihi cyphum illũ restituere. Qua-re cum mea intersit dictam traditionem non fuisse factam, peto, vt ex vestro officio declaretis dictam venditionem fuisse nullam, atq; con-demnetis prædictum Ioan. ad restitutionem dicti cyphi, quam restitu tionem si ipse non fecit, peto ipsum condemnari quantiplurimi huius-modi cyphus valet. quæ vltima verba important verã æstimationem rei interesse, & iuratur in litem, vt notatur in l. arbitrio. in principio. & in glo. verbi, quanti. ff. de dolo. Probatur hæc forma ex coniunctione plurium legum, videlicet hîc. & in l. eleganter. ff. de dolo. l. si cùm ex-ceptione. §. j. ff. quod metus causa. & l. si dolo. C. de rescindenda vẽdi.

6 ¶ Notandum † quintò, quòd istæ actiones arbitriæ differunt ab actio nibus bonæ fidei, in quibus etiam locum habet arbitrium iudicis, quia in istis de restitutione & exhibitione proferuntur duæ sententiæ, vna de restituendo, & alia si non fiat restitutio, de interesse, vt l. si cum ex-ceptione. §. in hac actione. ff. quod metus causa. In actione tamen de eo, quod certo loco profertur vna sententia, considerando vtilitatem

7 actoris & rei, vt dictum est. Differunt † etiam, quia in actionibus bo-næ fidei agitur de dolo. qui ab initio cõmissus est, vt l. si possessor. §. fin. ff. de petitio. hæredita. Sed in actionibus stricti iuris, non agitur de dolo, nisi qui est, quando res petitur, vt ff. de dolo. l. arbitrio.

§. *Curare autem.*

1 *Petitio debet esse certa. Item, sententia. & nu. 2. Fallit multis casibus: quos adfert, nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

9 *Sententia, etiam interlocutoria, debet esse certa.*

10 *Sententia debet fieri in scriptis.*

Summatur sic: Iudex debet curare, vt in quantum fuerit vbi possi-bile, ferat certam sententiam, licet de incerto sit actum coram eo. Hoc

1 dicit. ¶ Notãdum † primò, quòd petitio debet esse certa, vt ff. de edẽ. l. j. & sic etiam sententia debet esse certa, quia sententia debet confor-mari petitioni, vt l. vt fundus. ff. communi diuidundo. Si enim petitio fuerit incerta, non debet sequi condemnatio cõmuniter, vt l. idẽ Pom-

2 ponius scribit si frumentum, ff. de rei vendi. Et † hoc verum est, nisi ta lis incertitudo ante sententiam declaretur, & reducatur ad certitudi-nem, vt l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & ita sicut incertitu-do vitiat petitionem, sic etiam vitiat sententiam, vt C. de senten. quæ

sine certa quantitate profertur. l. penul. Et sicut actor potest incertitudinem suam declarare, ita etiam iudex ante executionem potest incertitudinē sententiæ suæ declarare, & hoc verum est, si sit ordinarius, nō autē delegatus, vt ff. de appel. l. ab executione. vt notatur per Bar. in dicta l. ab executione. ¶ Notandum † secundò, quòd ista regula fallit in
3 multis casibus. Primo, in actionibus vniuersalibus & generalibus. sunt autem actiones vniuersales, vt petitio hæredi. bono. possessoria hære. peti. actio de pecu. Sed generales actiones sunt, vt actio tutelæ, actio nego. gesto. actio pro socio, & similes. Modò dicendum est, quòd in actionibus istis potest esse petitio incerta, vt in gl. in l. j. ff. de edendo. Sed differentia est in istis quo ad sentētiam, quia in actionibus vniuersalibus potest esse sententia incerta, quæ tamen declaratur ante executionem. Sed in actionibus generalibus declaratio debet fieri ante sententiam, vt l. si cui. ff. de condi. & demonstra. Sic etiam potest esse petitio incerta, quando petitur castrū vel villa, cum suis pertinentijs, vt notatur per Inno. in c. cùm ad sedem. extrà de restit. spo. Si tamen in istis actionibus petatur res singularis, puta res hæreditaria, debet petitio
4 esse certa, similiter & sentētia, vt l. restituta. ff. ad Trebel. Fallit † secundò ratione incertitudinis prouenientis ex debito, quia scilicet obligatio est alternatiua, vt ff. de ver. obli. l. vbi non apparet. §. qui illud autem. Nā tunc potest dari libellus alternatiuus, vt ff. de iniurijs. l. prætor edixit §. quod autem. in glo. verbi neq;. Sic etiam, quando petitur res vel æstimatio, vt ff. de actio. emp. l. j. in prin. & in glo. Sic etiam si petatur res, inquantum extat, quòd si nō extat, petitur æstimatio, vt l. si seruū. §. fi. ff. de verbo. obli. & hoc vltimo casu potest ferri sententia alternatiua, executio tamen debet fieri in æstimatione, vt in gl. in l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. In alijs autem prædictis casibus debet iudex perscrutari, inquātum potest, vt ferat certam sententiam, vt in gl. in l. præ
5 tor edixit. §. quod autem. ff. de iniur. Tertiò fallit, † si sit incertitudo in re petita, videlicet quādo aliquis petit sibi fieri domum, quod factū sicut & alia est incertum, & sic petitio est incerta, vt ff. de verbo. obli. l. vbi non apparet. in prin. & tunc admittitur libellus incertus, & similiter sententia potest ferri super incerto. Item hoc casu potest etiam peti interesse post moram, & reus condemnabitur ad interesse. Et potest tunc libellus conditionaliter admitti, puta peto factum illud, & si non facias, peto interesse, & de isto plenè per Bar. in l. stipulationes nō diuiduntur, tunc petitio est incerta, vt ff. de verbo. obli. l. vbi non apparet. in prin. Sic etiam admittitur petitio incerta, quando petitur, vt quis cōseruetur indemnis, vt C. de senten. & interlocu. om. iudi. l. cū eorum.
6 Quartò, † fallit ratione incertitudinis insurgentis apud vtrunque litigantem, verbi gratia: Petitur aliquid, quod de sui natura, vel per rela-

tionem

tionem ad aliud,eſt certum, ſed tamen apud iudicem & partes eſt incertum,vt quando petitur intereſſe,vel quando petitur quantitas legata in teſtamento,de qua ignoratur certitudo. Nam tũc admittitur incerta petitio,ſed tamen iudex debet ſubtiliter inueſtigare & declarare illam quantitatem,quantum eſt poſsibile,vt C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt proferun.l. vnica. Dicit tamen Ioan. Fabri. quòd actor tunc habet probare de aliquo certo.per l.qui accuſare.aliâs reus abſoluitur. C.de eden. Quod verum eſt,ſi actor expreſsit incertam quãtitatem ſuper intereſſe. Nam ſi non expreſsit certam aliquam quantitatem,& iudex ſe non poteſt informare de certo, admittitur petitio incerta,& profertur incerta ſententia,vt l. quæ de tota. §.incertæ.ff. de
7 rei vendic. Quintò,fallit † ratione acceſſorij dependẽtis. Nam quo ad acceſſoria admittitur petitio incerta,& etiam fertur incerta ſententia, vt quando res petitur cum fructibus perceptis & percipiendis, vel cum expenſis factis & fiendis,vt infrà de offic.iudicis. §.ſi in rem actio. Iſta tamen debent taxari ſaltem poſt ſententiam,& ante executionem, vt notatur per doct.in c.finem litibus.extrà de do.& contu. Secus autem eſſet,ſi fructus & expẽſæ peterentur principaliter,quia tunc petitio debet eſſe certa,ſimiliter & ſententia,vt l.ſi in rem.quæ eſt lex.xliij.ff.de
8 rei vendicatione.† Sextò,fallit ratione generalis obligationis præcedentis,vt ſi debeatur homo in genere, nõ poteſt eſſe certa petitio nec ſententia. Imò ſi actor peteret rem certam,puniretur,vt ff. de verbo. obligationibus.l. vbi non apparet,& hoc verum eſt, niſi debitor ante ſententiam ſpecificet,quid velit dare,vt infrà eod. §.prætereà. Non valet ergo ſententia,ſi condemnetur quis in tanto,quantum reperitur in actis,quia acta communiter ſunt dubia & incerta. Si ergo eſſent cer-
9 ta,valeret ſententia, vt l.ait prætor.ff. de re iudi. ¶ Notandum † tertiò,quòd iſtud non ſolùm intelligitur de ſentẽtia diffinitiua, ſed etiam de ſententia interlocutoria, quando vertitur circa materiam certam, vt quando petitur reſponderi poſitionib. vt l.ij. C.de iuramento calũ. Secus ſi vertitur ſuper materia incerta,vt de proponendis exceptionibus aut producendis teſtibus,vt in c.paſtoralis.extrà de except.& in c.
10 vltra tertiam.& c.fin.extrà de teſti. ¶ Notandum † finaliter,quòd ſententia debet ferri in ſcriptis,vt C.de ſen.ex pericu.recitan.l.j. Niſi in tribus caſibus. Primus,ſi iudicium ſit de parua ſumma. Secundus,ſi ſit inter viles perſonas. Tertius,ſi epiſcopus iudicat inter clericos ſibi ſubiectos,vt Authen.niſi breuiores. C.de ſenten. ex pericu.recitan. Et licet aliqui dicant,quòd in alijs caſibus iudex etiam de conſenſu partiũ,non poſſet ſententiam proferre ſine ſcriptis: quia nemo priuatus poteſt iuri publico renuntiare, ad quod videtur facere lex ſecunda. §. ſed quia veremur. C.de iuramen.calum.contrarium tamen eſt verum,per l.iu-

 dicem.

dicem. ff. communi diuidundo.

§. Si quis agens.

1 *Actor plus petens, quàm sibi debebatur, olim cadebat à causa: nec restituebatur in integrum.*

2 *Plus petens, de iure Digestorum, non cadit à causa.*

3 *Minor restituitur in integrum aduersus, plus petitionem intentatam. Et quid de maiori. nu. 4.*

1 Actor plus petens, quàm sibi debetur, olim cadebat à causa, nec restituebatur in integrum, nisi fuisset minor xxv. annis, deceptus ex sua simplicitate, vel maior errans, ita quòd prudentissimus non cognouisset errorē. Nam in illis casibus fiebat restitutio in integrū. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò, quòd iste §. loquitur de iure antiquissimo. Nā de iure Digestorum plus petens nō cadit à causa, vt l. bouem. §. si sub conditione. ff. de ædili. edicto. & l. pecunia. in ordine xxxvj. ff. si cer. peta. Et ita notatur per Barto. in l. non solùm. §. tale. ff. de liber. lega. Et intelligitur istud, quod hîc dicitur, non solùm in priuato, sed etiam

3 in fisco, vt C. de iure fisci. l. iustas. lib. x. ¶ Notandum † secundò, quòd minor restituitur in integrum, aduersus plus petitionem intentatam, si plus petijt ex sua simplicitate. & multò magis, si ex dolo aduersarij. vt ff. de mino. l. j. Secus, si plus petijt ex dolo suo: quia si sit verus dolus, non restituitur in integrum, vt l. auxilium. ff. de mino. quamuis restituitur, si commisit dolum præsumptum, vt in glo. in l. vbi exigitur. ff.

4 de edendo. ¶ Notandum † tertiò, quòd etiam maiori plus petenti succurritur, si erret in eo, in quo etiam constantissimus, hoc est, prudentissimus erraret, vt hîc. & facit ff. de iuris & fact. ignoran. l. ij. verbi gratia: Titius legauit mihi centum in testamento suo, & postea fecit codicillos me ignorante. quibus ademit mihi quinquaginta, ego peto centum. Nam tunc licet plus peto, quàm mihi debetur, non incido in pœnam, per istum textum. Si etiam in codicillis grauauit bona sua, ita quòd legata grauant bona sua vltra dodrantem, tūc hæres habet abstrahere Falcid. quæ etiam abstrahenda est de centum mihi legatis, & ideò quamuis tunc petam centum, non cado in pœnam.

§. Plus autem.

1 *Plus petere quis dicitur, quatuor modis.*

2 *Plus petere re, quis dicatur.*

3 *Plus petit tempore, qui prius petit, quàm sibi debeatur.*

1 Aliquis † dicitur plus petere quatuor modis, scilicet re, tempore, loco & causa. Tunc autem quis petit plus re, quando pro decem petit viginti, vel quando petit totam rem vel maiorem partem, cuius solùm habet partem. Sed tempore quis plus petit, quando petit ante diem, vel ante

ante conditionem, quia sicut ille minus soluit, qui pòst soluit quàm soluere debet, sic etiam plus petit, qui petit antè, quâm petere debet.
2 Hoc dicit, vsq; ad §.loco. ¶ Notandum primò, † quòd ille plus petit re, qui petit maiorem quantitatem, quàm sibi debetur, vel maiorem partem rei, quàm quæ sua est. Quòd verum est, secundum Ioannem Fabri, si petat principaliter. Non autem si petat accessoriè, & ideò si quis petat rem cum fructibus & interesse, quanuis fructus sibi non debentur, nec interesse, non tamen dicitur plus petere, quia pœnæ sunt
3 restringendæ. ¶ Notandum † secundò, quòd qui tardius soluit, quàm soluere debet, ille minus soluit, & sic per contrarium, qui prius petit quàm sibi debetur, plus petit, vnde habet hîc locum illud famosum dictum. Sicut oppositum in opposito, sic propositum in proposito. ad quod etiam iste textus solet allegari, facit etiam l. fi. in fine. ff. de legatis iij. Nam contrariorum eadem est disciplina, vt in glo. prima §. j. suprà de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

§. Loco plus petitur.

1 *Plus petere loco, quis dicatur.*
2 *Promissione facta certo loco, qui alio loco petit, plus petere intelligitur: aliâs datur actio arbitraria.*
3 *Actio arbitraria, datur hîc ex stipulatu.*
4 *Pecunia est in omnibus regionibus eiusdem ualoris, licet pretia rerum in diuersis sint diuersa.*

1 Loco dicitur † aliquis plus petere, qui petit sibi solui in alio loco quàm in contractu expressum est, non facta mentione de loco cõuento. Sed si quis petat in alio loco, facta tamen mentione de loco, qui in contractu expressus est, non dicitur plus petere, sed datur sibi actio arbitraria, in qua habetur consideratio vtilitatis, quantũ habuisset soluens, si soluisset in loco conuẽto. Hoc. d. vsq; ad § hinc aũt, & patet in
2 tellect. tex. ¶ Notandũ † primò, quòd quando promissio facta est certo loco, tunc qui alio loco petit plus petere intelligit̃, si fiat sine cõmemoratione loci conuenti. Sed si fiat cum cõmemoratione de loco cõuento, tunc datur actio arbitraria, & potest reus cõueniri in quolibet
3 loco vbi sortitur forũ, vt ff. de iudi. l. hæres absens. ¶ Notandũ † secundò, quòd actio arbitraria datur hîc ex stipulatu, si stipulatio intercesserit, vel datur certi cõdictio ex mutuo, si mutuum dandum sit certo loco, vel actio ex testamento, si legatum relictum sit certo loco, vt ff. de eo, quod certo loco. l. si hæres. & l. ij. §. hæc autem actio. &
4 l. aut si mutuum. ¶ Notandum † tertiò, quòd pretia rerum in diuersis regionibus sunt diuersa, sed pecunia est eiusdem voloris, licet in diuersis regionibus sub leuioribus vsuris, & alijs sub grauioribus fœ-

neretur

neretur, facit l. ideò. ff. de eo, quod certo loco. ¶ Opponitur & videtur, quòd reus in isto casu poterit couueniri in quolibet loco, per l. eũ, qui. ff. de iudi. & per l. si duo. § sed & si certo. ff. de constitu. pecu. Solutio. Illæ leges loquũtur de loco idoneo, vbi scilicet reus sortitur forum, vt ff. de mune. & hono. l. vt gradatim.

§. Hinc autem.

1 *Plus peti causa, quando dicatur.*
2 *Promißione facta alternatiuè, si petatur unum determinatè, plus petitur.*
3 *Obligatus soluere aliquid in genere, liberatur soluendo mediocre.*

1 Causa plus petitur, † quando vnum petitur ex his, quæ alternatiuè promissa sunt, vel quando species petitur, vbi genus promissum est.
2 Hoc dicit, vsque ad §. sed hæc quidem. ¶ Notandum † primò, quòd quandocunq; aliquid promissum est alternatiuè, tunc si petatur vnum determinatè, plus petitur, quia iuxta regulam iuris: In alternatiuis debitoris est electio, nisi alterum interierit, quia tunc vnum præstandum est, vt ff. de eo, quod certo loco. l. non vtiq;. Si tamen debitor vellet soluere æstimationem eius, quod interijt, esset audiendus, vt ff. de leg. j. l. cùm res. §. sed si, Stichus. Nisi interijsset res facto ipsius promisso-
3 ris, vt ff. de solutio. l. Stichum. ¶ Notandum † secundò, quòd quando aliquis est obligatus soluere aliquid in genere, tunc liberatur soluendo mediocre, vt ff. de legatis primo. l. legato generaliter. & ideò licet quis petat vilissimum, dicitur tamen plus petere: quia interdum facilius est promissori acquirere, quod pretiosius est, & ideò creditor non potest rem viliorem, quàm sibi debetur à debitore petere, nisi in necessitate, vt Authen. hoc nisi debitor. C. de solu.

1

§. Sed hec quidem.

Plus petens tempore, punitur in duplicatione temporis. Et quid de plus petentibus alijs modis. ibid. & nu. 2. 3.

1 Plus † petens tempore, punitur in duplicatione temporis, & plus petens alijs modis, punitur in triplo sportularum. Hoc dicit, vsq; ad §. si
2 minus. ¶ Notandum † primò, quòd ille qui plus petit tempore, punitur in duplicatione temporis, & etiã in expensis, vt infrà de excep. §. hodie. Sed qui alijs modis plus petit, punitur in triplo sportularum. Hoc
3 dicit, vsq; ad §. si minus, & patet intellectus textus. Et si † post litis contestationem plus petitum sit dolo, & petens voluit habere cautionem de eo, quod plus petijt, cadit à tota causa, non autem si hoc fecit ante litis contestationem, vt C. de plus peti. l. prima. & l. amplius. ff. rem ratam haberi.

§. Si

§. Si minus.

1 *Minus petens, quàm sibi debeatur, siue scienter, siue ignoranter, non uidetur reliquum donare aut remittere. Et potest posteà reliquum petere. nume.*

3 *Petens aliud pro alio, uel ex alia causa, potest errorem suum corrigere. & nu. 5. Et nouæ dantur actiones, nouæq́ inde dilationes. nu.*

Si actor minus petat, quàm sibi debetur, non punitur, [illegible]us suum manet sibi, ita quòd iudex in reliquo condemnat reum, in eodem iudicio. Similiter si aliud pro alio petat, aut quod petat ex alia causa, quàm ex qua sibi debetur, potest corrigere errorem suum. Hoc dicit, vsque
1 ad §. præterea. ¶ Notandum † primò, quòd licet actor minus petat, quàm sibi debeatur, siue scienter, siue ignorãter, per hoc tamẽ non videtur reliquum remittere, aut donare, quia non præsumitur, quòd quis velit rem suã iactare, vt l. cum de indebito. ff. de probati. Nam hîc est solùm quædam abstinentia, quæ non inducit donationem aut remissionem. Verum tamen est, quòd si petat hoc tanquam restum, siue cõplementum, tunc non potest plus petere, vt l. si ex plurib. & ibi glo. ff. de solutio. Sic etiam si petat cum dictione exclusiua vel taxatiua, vt dicendo. Peto tantùm quinq;, quæ mihi debentur, vt nota. per Bart. in
2 l. si cum dos. ff. rerum amota. ¶ Notandum † secundò, quòd quando actor minus petit, potest posteà reliquum petere. Et sic potest libellus mutari addendo vel minuendo, pro quo potest sic distingui: Quia vel mutatio fit in re, vel in qualitate, vel accessorijs. Si fit in re, tunc aut actio est vniuersalis, aut singularis. In actiõe vniuersali potest fieri additio in libello, vsq; ad sententiam, vt l. edita. C. de eden. quia in hac actione admittitur libellus, sine expreßiõe rerum, vt dictum est suprà eo. §. curare. Sed in actione singulari, si primò minus petatur, non potest posteà plus peti, nisi vsq; ad litem contestatam, & illud quod actor vult addere post litem contestatam, reseruatur sibi in alio iudicio, id est, in alio simili iudicio, quod dicitur idem cum primo, propter identitatem personarum, rerum & causæ, licet propriè sit aliud iudicium, & alia instantia, & ita debet intelligi text. cum glo. rubricæ, facit l. certa. C. de inoffic. testa. Si primò plus petatur, non potest etiam post litem contestatam minus peti, quia conuenit lites minuere, vt l. quidam æstimauerunt. ff. si certum peta. Debet tamen actor reo soluere expensas, vsq; ad emendationem, vt nota. c. ij. extrà de confes. lib. vj licet Bart. contrà, in hoc v l. in l. j. §. si stipulatori. ff. de verb. obli. Si autem loquamur in mutatione qualitatis, verbi gratia. Peto à te damnũ mihi illatũ per seruum tuum, sed non dico, an te sciente, an te ignorante, possum vsq; sententiam petitionem meam mutare, dicendo, quòd factum est te scien

te sciente, vt l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. & ibi per Bar. quod verum est, nisi qualitas primò fuisset expressa in libello, quia tunc non possum posteà mutare, vt nota, per Inno. in. c. j. extrà de libel. obla. Et etiam istud verum est, nisi per talem mutationem qualitatis sit mutata actio proposita, vt l. prætor. §. decem. ff. vi bono rapto. nisi etiā inducatur diuersitas in substantia facti, vt l. denuntiasse. §. quid tamē ff. ad l. Iuliam [illegible] adul. Si aūt fiat mutatio in accessorijs, puta in fructibus, in damnis, vel in interesse, tunc potest fieri mutatio vsq; ad litem cōtestatam, vt l. edita. C. de eden. Lite aūt contestata super principali, non potest fieri additio super accessorijs iure actionis, sed bene officio iudicis, vt si sint fructus pendentes, aut nondū percepti, vt l. sinant. §. fin. ff.
3 de rei vendic. ¶ Notandū † tertiò, quòd quis potest corrigere errorem suum, quando petijt aliud pro alio, vel ex alia causa. Et ita quis potest intentare aliam actionem, nisi in noua actione obstaret exceptio rei iudicatæ alterius actionis, vt l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiuran. vel nisi actiones essent tales, quòd vna tolleretur per electionem alterius,
4 vt ff. de tributo. actio. l. quod in hæredē. §. eligere. ¶ Notandum † finaliter, quòd quando fit ista mutatio, tunc etiam dantur nouæ dilationes, nisi in prima petitione reus esset sufficienter instructus, videlicet si primò actum esset vi bo. rapto. & posteà ageretur actio. furti, non darentur nouæ dilationes. C. de dila. l. j. & iterum in hoc casu iuratur de calumnia, vt ff. de dam. infec. l. qui bona fide. §. fina. aliâs, si alieno.
5 ¶ Opponitur † & videtur, quòd quis non potest errorem suum corrigere, per §. omne. in Authen. de litigiosis. colla. viij. habetur Authen. qui semel. C. quomodo & quādo iudex. Solutio. Dixerūt aliqui, quòd iste tex. & etiā l. edita. C. de eden. corrigeretur per §. in opposi. assumptum. & per Authen. qui semel. Sed quia correctio iurium est vitanda, C. de inofficio. dot. l. j. ideò melius dicitur, quòd iste text. loquitur in alio casu. Nam ille §. omnem. & Authen. qui semel. loquuntur de eo, qui desistit à lite, aut vult litem frustrare. Sed iste textus, & l. edita. loquuntur de mutatione petitionis seu libelli.

§. *Sunt præterea.*

1 *Actiones, quibus prosequimur in solidū, quod nobis debetur, uel minus.*
2 *Pater obligatur ex contractu filij, quantum est in peculio. Dominus ex contractu serui.*
3 *Actionum duodecim sunt diuisiones, quas ordine colligit author.*
4 *Mulier agens pro dote, non pōt plus petere, quàm maritus facere possit.*
5 *In rebus dotalibus possunt fieri impensæ necessariæ, utiles & uoluntariæ.*

1 Quædam † sunt actiones, quibus persequimur insolidum, quod nobis debetur, vel minus. vt est actio de peculio filij vel serui, & actio de dote,

dote,quam petit mulier à marito. Et si maritus fecit impensas in rebus dotalibus,potest eas retinere, quousq; impensæ soluantur. Hoc dicit,
2 vsq;ad §.sed & si quis. ¶ Notandum † primò,quòd ex contractu filij obligatur pater,quantũ est in peculio. Et ex cõtractu serui obligatur dominus.Si tamen filius contrahat, ipse tenetur insolidum,& si non sit soluendo,detruditur in carcerem.vt C.qui bo. cedere possunt.l. cùm
3 & filij. ¶ Notandũ † secũdò,quòd ista non est vna de duodecim diuisionb.actionum,sed est extrauagans.Nam prima diuisio est, actionũ aliæ sunt reales,aliæ personales, vt suprà eo. §.omnium. Secunda est, actionum aliæ sunt ciuiles,aliæ prætorię,vt suprà eo. §. sed istę quidẽ. Tertia est,actionum quędam sunt rei persecutoriæ,quædam pœnales, & quædam mistæ, vt suprà § sequens. Quarta est,actionũ quædam sunt in simplum,quędam in duplum,quędã in triplum,& quędã in quadruplũ.vt suprà eo. §.oẽs. Quinta est,actionũ quædã sunt bonæ fidei, & quædam stricti iuris,vt suprà eo. §.actionum autẽ.Sexta est,actionum quædam sunt perpetuæ, quędam temporales. Septima est,actionum quædam transeũt ad hæredes,quædã non,vt infrà de perpe.& tẽpora.actio. §.non omnes. Octaua est,actionum quædam sunt famosæ,& quædam nõ,vt infrà de pœ.temerè liti. §.penul. Nona est,actionum quædam sunt directæ,quædam vtiles ff. si quadruples pau. fe.dicatur.l.fi.Decima est,actionũ quędam sunt directę,quædã contrarię, suprà de oblig.quæ ex quasi cõtrac.nascun. §.j.& ij. Vndecima,actionum quædam sunt vniuersales,quædã generales,& quædã singulares, vt ff.pro socio.l.pro socio §.arbiter. Duodecima est,actionũ quædã sunt simplices,quædam sunt duplices. De simplicibus satis patet,de duplicib. vt fa.ercis.communi diuidun. fini.regun.& similes. Sed hæc diuisio,quæ ponitur,non est de istis xij.quia illę dantur de natura actio. in ista autem consideratur priuilegium actio. vt vult hic Ioan. Fabri.
4 ¶ Notandum † tertiò, quòd si mulier agat pro dote,non potest plus petere,quàm maritus facere potest,habendo etiam respectũ,vt ipse nõ egeat:quia non esset decens, quòd mulier maritũ suum, cum quo ipsa est vna caro,permitteret mendicare,vt l.aduersus. C.de crimine expila.hæreditatis. Et habet maritus istud priuilegium, non solùm pro se, sed etiam pro communibus hæredibus ipsius & vxoris,vt l.maritum. ff.solu.ma. Et istud verum est, nisi maritus dolo faciat, vt satisfacere non posset de dote. Nam tunc teneretur insolidum,vt C.de rei vxo.
5 ac.l.vnica. §. cum autem. ¶ Notandum † finaliter, quòd in rebus dotalib.possunt fieri impensę necessariæ, vtiles,& voluntarię. Necessarię sunt,sine quibus res esset peritura,vel deterior futura. Vtiles sunt quibus res melioratur. Voluntarię sunt,quibus res exornatur,vt ff.de verb.sig.l.impensarum. Si ergo factæ sunt impensæ necessariæ, ipso iure

iure tales impensæ abstrahuntur,& minuunt dotem, & ideò si in dote sit fundus & pecunia, tunc pecunia retineri potest, pro impensis necessarijs in rebus dotalibus factis. Si verò in dote sit fundus,& tantū impensum est, quantum fundus valet, potest retineri ipse fundus, nisi mulier infra annum soluat impensas factas, vt ff. de impen. in reb. dota. factis. l. quod dicitur. Si verò sint impensæ vtiles, tunc etiā repetūtur, non ipso iure, sed actione nego. gest. vel actione mandati, si mulier mādauerit. Sed si sunt voluntariæ, permittit abrasio, sine læsione pristini status.

§. Sed & si quis.

1 *Parens conuentus, non tenetur vltrà, quàm facere potest. Et quis de cæteris. nu. 4.*

2 *Socius non potest conuenire socium, vltrà, quàm possit.*

3 *Donatoris priuilegium.*

Parentes, socij, & donatores non conueniuntur, nisi in quantum facere possunt. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd si quis conueniat
1 parentem suum; non potest plus consequi, quàm talis parens facere potest. Et ratio est, quia filius tenetur parentem suum nutrire, vt l. alimenta. in fine. ff. de liber. agnosc. Et quandocunq; aliquis non potest alium insolidum conuenire, tunc etiam ille non tenetur cedere bonis, nec debet detrudi in carcerem, nec debentur vsuræ centesimæ post quadrimestre, vt in l. in condemnatione. ff. de regul. iuris. & filius non potest conuenire parentem, nisi in quantum facere potest, sic etiam parens non potest conuenire filium, quia in isto iure est reciprocatio, vt ff. quod quisque iur. l. j. Nam parentes etiam tenentur nutrire filios suos,
2 vt ff. de liber. agnosc. l. si quis à liberis. ¶ Notandum † secundò, quòd socius non potest conuenire socium, nisi in quantum facere potest. & hoc est propter fraternitatem, quæ est in societate, propter quam inconueniens esset, quòd vnus egeret, & alius locuples esset, vt l. verum in prin. ff. pro socio. si tamen quis negat societatem, non habet locum istud priuilegium, quia negans causam beneficij, videtur negare beneficium ipsum, vt ff pro so. l. si vnus. §. fina. & hoc verum est, si negat vsq; post li. contestatam. Nam anteà pœnitere potest, vt ff. de noxal. l. electio §. neq;. Si etiā negaret solùm in genere, dicēdo: Nego narrata, non noceret sibi quia istud intelligitur, quando negat ne in specie, vt nota. per Bart. in l. si dubitetur. §. si ita demum. ff. de fideiusso.
3 ¶ Notandum † tertiò, quòd donator habet amplius priuilegium, quia deducitur æs alienum. Nam propter liberalitatem suam pinguius
4 ei prouidetur, vt ff. de re iudi. l. ne ex liberalitate. ¶ Notandum † finaliter, quòd etiam istud locum habet in domino feudi, & in vasallo, vt in c. j. in Authen. de natura feu. collatio. x. Habet etiam locum in patrino

trino & filiolo,quia quis debet diligere eum,qui leuauit ipſum ex fonte,ſicut patrem,vt xxx.quæſtio.iij. c.ita diligere. Habet etiam locum in patrono,vt in gloſ.in c.piæ mentis.xvj.quæſtio.vj. Similiter locum habet in prælato reſpectu ſubditi ſui,qui eſt tanquam miles Dei, vt in l.miles.ff.de re iudica. Sic etiam locum habet in paſtore,quo ad ſuum ſubditum,ita etiam in Doctore,quo ad ſcholarem, vt not. in l.medicos.C.de profeſſo.& medic.lib.x.

§. Compenſationem.

1 *Compenſatio an in contractibus habeat hodie locum. & nume. 2.*

Compenſatio opponi poteſt actori, & ſic minuetur actio, niſi in
1 quibuſdam caſibus.Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd hodie iſta compenſatio locum habet tam in contractibus bonæ fidei,quàm ſtricti iuris,vt dictum eſt ſuprà eodem.in §.in bonæ fidei. ¶ Notandum
2 ſecundò, † quòd dicitur hîc plerunque, quia in actione depoſiti non opponitur compenſatio,vt etiam ibi dictum eſt ſuprà.§.in bo.fidei.

§. Cum eo.

1 *Cedens bonis,non poteſt poſteà à creditoribus conueniri, niſi in quantum poteſt.*

2 *Ceſsio bonorum,cur inuenta.*

3 *Ceſsionis priuilegio an poſsit quis renuntiare.*

1 Cedens bonis,non † poteſt poſteà à creditoribus conueniri, niſi in
2 quantum facere poteſt. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd ceſsio bonorum inuenta eſt,ne quis detrudatur in carcerem, non tamen liberatur per hoc à debito, quia ſi poſteà perueniat ad pinguiorem fortunam,tenetur ſatisfacere,in quantum poteſt, deducto eo,vt ſcilicet habeat vnde viuat.l.prima.C.qui bon.cede.poſſunt. Et requiritur,quòd ipſe confiteatur debitum,& poteſt retinere vilem veſtem,vt l.penulti. ff.de ceſsio.bono. Qui ergo ſpoliatus eſt bonis ſuis, per guerras, aut per alia diſſortunia, non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt,quia plus eſt aliquem ſpoliare neceſsitate,quàm voluntate,vt vult
3 hîc Ioan.Fabri. ¶ Notandum † ſecundò,quòd quis non poteſt renuntiare iſti priuilegio,vt in Authent.immo. C.de actio.& obligationib. quia hoc eſſet contra bonos mores, & ideò ſtatutum, quòd excommunicatus non debet abſolui, etiam ſi cedat bonis, non valet,quia eſt contra conſtitutionem Papæ,vt in capitu. Odoardus. de ſolution.extrà. & notatur in verbo, ad pinguiorem. Sed debet facere cautionem ſaltem iuratoriam de ſoluendo, cum venerit ad pinguiorem fortunam.

QVOD CVM EO, QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIVM GEſtum eſſe dicitur. TIT. VII.

COntinuatur iſte titu. ſecundum glo. Suprà dictum eſt. qualiter conuenimur ex contractibus per noſmetipſos factis, conſequenter dicendum eſt, qualiter conuenimur ex contractibus factis per eos, qui in poteſtate noſtra ſunt.

§. Quia.

1 *Superfluitas uitanda eſt, in iure.*
2 *Similitudo poteſt eſſe inter illa, quæ in quibuſdam conueniunt.*

Quia dictum eſt de actione, quæ datur in peculio filiorum aut ſeruorum: ideò de illa actione, & de alijs competentibus contra parentes & dominos, ex contractu filiorum & ſeruorum, nũc dicendum eſt. Et vt vitetur ſuperfluitas, ſatis eſt dicere de actionibus competentibus cõtra dominos ex contractu ſeruorum, quia ex illis intelliguntur actiones competentes contra parentes ex cõtractu filiorum. Aliquæ tamen
1 differentiæ inter eas poſteà dicẽtur. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ſuperfluitas in iure eſt vitanda, vt hîc, & l. j. §. quibus. C. de nouo Codice conficiendo. & hoc valde facit contra illos, qui in ſuis ſcriptis, & relationibus multiplicant verba, facit l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de appella. cum ibi notatis per glo. & Doct. ¶ Notandum ſe-
2 cundò, † quòd ſimilitudo poteſt eſſe inter illa, quæ in quibuſdam conueniunt, quanuis etiam in aliquibus differant, pro quo facit ca. non poteſt. extrà de præbend. lib. vj. & procedendum eſt à ſimilibus ad ſimilia, vt hîc, & in l. non poſſunt. ff. de legibus.

§. Si igitur.

1 *Dominus tenetur in ſolidum ex contractu facto per ſeruum iuſſu domini. Et dicitur actio, quod iuſſu.*
2 *Actiones ſex oriuntur ex negotijs factis per filios aut ſeruos, quibus parentes, aut domini poſſunt conueniri.*
3 *Dominus ut teneatur ex contractu ſerui, requiritur iuſſus.*
4 *Iuſſus & mandatum, quid differant.*

1 Ex † contractu facto per ſeruum iuſſu domini, tenetur dominus in
2 ſolidum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd iſta actio vocatur quod iuſſu. nam ex negotijs factis per filios aut ſeruos, quibus parentes aut domini poſſunt conueniri, oriuntur ſex actiones, ſcilicet quod iuſſu, exercitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio, & de in rem verſo. Et ſunt iſtæ actiones prætoriæ & perpetuæ, vt l. Macedoniani. C. ad Macedo. quanuis actiones prætoriæ communiter ſunt annales, vt infrà de perpe. &

3 perpe.& tempora.actio.per totum. ¶ Notandum † secundò, quòd ad quòd dominus teneatur ex contractu serui, requiritur ipsius iussus. Qui quidem iussus potest fieri seruo, vel etiam ipsi contrahenti, vt ff. quod iussu. l.j. §.ij. Et satis est, quòd huiusmodi iussus fiat verbo vel nuntio, vel epistola, aut sola subscriptione, aut aliquo alio modo, quo possit apparere voluntas domini iubẽtis, vt ff. quod iussu. l.j. §.iussum.
4 Et † differunt iussus & mandatum, quia iussus importat necessitatem. Mandatum autem voluntatem præsupponit, vt in dicto §.iussum.

§. Eadem ratione.

1 *Actio exercitoria, cui & contra quem detur. ibid. & nume. 2.*
3 *Exercitor, quis dicatur. Quis magister nauis. Quis institor.*
4 *Institor, quid differat à procuratore.*
5 *Ius idem, ubi eadem æquitas.*

Actio exercitoria datur contra eum, qui fecit seruum suum magistrum nauis, ex contractu facto per seruum, in his, quæ pertinent ad ipsam nauem. Sed actio institoria est, quæ datur contra eum, qui præfecit seruum suum tabernæ, aut alteri negotiationi ex contractu facto per seruum de his, quæ pertinent ad tabernam vel huiusmodi negotiationem. Et dantur etiam istæ actiones contra illum, qui præposuit liberum hominem aut seruum alienum naui, vel tabernæ, vel negotia-
1 tioni, propter identitatem rationis. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd actio exercitoria datur in hæredem, & contra hæredẽ, vt l. si tamen. §.fin. ff. de exerci. actio. Idem est de institoria, vt l. nouissimè. ff. de instit. actio. Idem etiam est de actio. de in rem verso, vt ff. quando
2 actio de pecu. anna. est. l. quæsitum. in fi. ¶ Notandũ † secundò, quòd ista actio exercitoria datur contra exercitorem, quando quis cõtraxit cum præposito nauis in vtilitatẽ ipsius nauis. Si enim ex alia causa quis cum eo contraxit, non datur exercitoria, vt l.j. §.non autẽ. ff. de exerci. actio. Et dicitur quis contrahere in vtilitatem nauis, si fecit expensas pro emptione, vel pro reparatione nauis, vel fecit sumptus pro illis, qui necessarij sunt in naui, vt l.j. §.magistrum. ff. de exercit. actio. Et non oportet creditorem probare rem versam esse in vtilitatẽ nauis, sed satis est, quod ad vtilitatẽ nauis expẽdit. Secus est in œconomo aut procuratore Ecclesiæ, quia si aquis expendit pro Ecclesia, necesse est eum probare rem versam esse in vtilitatẽ Ecclesiæ, vt in Authen. de aliena. & emphy. §.si verò quis. Tenetur igitᷓ exercitor pro magistro nauis, de his quæ facta sunt gratia nauis. Sed pro alijs nautis non tenetur, nisi pro delictis eorũ, vt ff. de exerci. l.j. §.magistrum nauis. ¶ Notandum
3 tertiò, † quod exercitor dicitᷓ ille, ad quem quotidianus quæstus nauis pertinet. Ille verò qui naui præponitᷓ, siue sit seruus, siue filius, siue alius

quilibet homo, vocatur magister nauis vel præpositus. Sed institor dicitur ille, qui præponit tabernæ, vel alteri negotiationi. Ex quo patet, quòd actiones diuersimodè sumũt nomina sua. Nam exercitoria, nominatur à præponẽte. Institoria, nominatur à præposito. Sic etiã nominatur actio à cõtrahente, vt ex empto, vel ex vẽdito, nominatur etiam quãdoq; ab inuẽtore, vt Publiciana, à Publicio, Aquiliana, ab Aquilio.
4 ¶ Notandũ † quartò, quòd institor differt à procuratore, quia institor præponit vniuersali negotiationi, vt l. quicũq;. ff. de insti. acti. & etiam præponit negotiationi quæstuariæ, qui autem præponitur ad recipiendũ fructus dicitur villicus seu procurator, vt l. si cum villico. ff. de insti.
5 actio. ¶ Notandum † finaliter, quòd quandocunq; est eadem æquitas, tunc etiam debet esse idem ius, vt hîc, & ff. ad leg. Aquil. l. illud.

§. Introduxit.

1 *Actio tributoria, quæ.*
2 *Actio tributoria, quid requirat. Et num. 4. 6. Et quid differat ab actione de peculio. nume. 5.*
3 *Peculium, quid.*
7 *Indebitum totaliter soluens, dicitur plus soluere, quàm debet.*

1 Summatur sic: Actio † tributoria est, quæ datur, vt inter dominum & creditores serui diuidatur, quod est in peculio serui, ex contractu ipsius serui, facto in mercibus peculiaribus, vel quod ex eis receptũ est pro rata portione, quando seruus sciente domino in peculio negotia-
2 tus est. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ad actionem tributoriam primò requiritur, quòd negotiatio facta sit in re peculiari, vt hîc, & l. j. §. licet. ff. de tribut. actio. Nam si fieret negotiatio in re domini-
3 ca, daretur actio institoria, vt suprà eod. §. institoria. Dicitur † autem peculium, quod separatum est à ratione domini vel patris, quamuis peculium pluribus modis dicitur, vt notatur circa rubricam. ff. de pecul.
4 Secundò requiritur, quòd ista negotiatio facta sit sciẽte domino. Nam si domino ignorãte facta esset, daretur actio de peculio, vel de in rem
5 verso, vt infrà eodem. §. præterea. Differt † autem actio tributoria ab actione de peculio, quia in actione de peculio deducitur id, quod debetur domino, & etiam illis qui in sua potestate sunt. Sed in actione tributoria, fit distributio pro rata inter dominum & creditores, vt ff.
6 de tributo. l. j. in princ. Tertiò requiritur, † quòd negotians sit in potestate ipsius domini verè vel præsumptiuè, & ideò ex contractu serui vsufructuarij datur actio tributoria, vel serui alieni bona fide possessi,
7 vt l. j. §. potestatis. ff. de tribu. actio. ¶ Notandum † secundò, quòd dicitur hîc in text. si minus tributum sit. Et hoc etiam verum est, si nihil tributum sit, vt ff. de tribut. l. illud. §. si cuius dolo. facit l. minus. ff. de verbo

verborum significationibus. Ex quo patet, quòd si aliquis promisit mihi vendere aliquam rem duobus florenis minus, quàm alius emeret, ille tenetur mihi talem rem minus vendere, quàm valeat, quanuis nullus velit eam emere. Et per oppositum etiam idem est, quando aliquid dicitur plus fieri, & ideò qui totaliter soluit indebitum, dicitur plus soluere, quàm debet, de quo per Barto. in l. prima. §. hæc verba. ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid.

§. Præterea.

1 *Ex contractu serui facto sine uoluntate domini, si id, quod uenit ex contractu, uersum sit in rem domini, tenetur dominus actione de in rem uerso. Et quid dicatur uersum in rem domini. nume. 2.*

3 *Actiones de in rem uerso, & de peculio, habent diuersas qualitates & diuersas formas.*

4 *Actio de peculio, potest dari pro parte, & pro parte actio, de in rem uerso.*

1 Ex contractu † serui facto sine voluntate domini, si id quod venit ex contractu, versum sit in rem domini, tenetur dominus actione de in rem verso. Si autem non sit conuersum in rem domini, tenetur dominus actione de peculio ad tantum, quantum est in peculio. Si verò partim versum est in rem domini, & partim non, tunc pro parte versa tenetur actione de in rem verso, & pro alia parte de peculio. Hoc dicit.

2 ¶ Notandum † primò, quòd hoc dicitur esse versum in rem domini, quod impensum est ad suam necessitatem vel vtilitatem, vt hîc in exēplis positis in text. concord. l. iij. §. in rem. ff. de in rem verso. sed si aliquid impensum sit ad voluptatem ipsius domini, non datur actio de in rem verso, sed permittitur abrasio sine læsione status ipsius rei.

3 ¶ Notandum † secundò, quòd actio de peculio, & actio de in rem verso, sunt duæ actiones, & non proponūtur in vna instantia, habent ideò diuersas qualitates, & diuersas formas, & hoc est quod dicitur hîc in textu, quòd habent diuersas condemnationes. Nam per actionem de in rem verso, condemnatur dominus in solidum soluere, quod in rem eius versum est, sed per actionem de peculio non condemnatur, nisi quatenus est in peculio, pro quo facit l. si pro patre. §. in rem. ff. de in rem verso. Et ita etiam debet hîc intelligi glos. magna super verbo,

4 debes. ¶ Notandum † tertiò, quòd pro parte potest dari actio de in rem verso, & pro parte actio de peculio, vt hîc clare patet ex textu, & l. si pro parte. §. idem. ff. de in rem verso.

§. Cùm autem.

1 *Peculium, quomodo capiatur.*

2 *De peculio quando agitur, quid deducatur.*

3 *Seruus si quid teneatur uicario, hoc non deducitur ex peculio.*

1 Hoc † intelligitur esse peculium, quod remanet deducto eo, quod seruus tenetur domino suo, & eis qui in potestate domini sunt, excepto eo quod seruus ordinarius tenetur vicario. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd quando agitur actione de peculio, tunc deducitur quicquid seruus tenetur domino, vel illis qui in potestate sua sunt. Et ratio est, quia dominus fingitur conuenisse cum seruo, quòd ipse debet alijs creditoribus præferri, vt l. peculium autem. ff. de peculio. ¶ No-
3 tandum † secundò, quòd si seruus ordinarius tenetur aliquid seruo vicario, hoc non deducitur ex peculio, quia hoc fieret frustra: maneret enim in peculio ordinarij, & hoc est, quod vult iste tex. in fine. ¶ Opponitur, & videtur, quòd iste tex. præsupponit falsum: quia inter serui & dominum non potest esse obligatio, per l. quod attinet. ff. de regulis iuris. Solutio. Verum est, quòd inter seruum & dominum non potest esse obligatio naturalis, & ciuilis: sed bene potest esse obligatio naturalis tantum: quia inspecto iure naturali seruus potest se domino suo obligare, & econtrà dominus illi, de qua obligatione suprà, de oblig. §. j. in notabili primo.

§. Cæterùm.

1 *Actiones, quod iussu, exercitoria & institoria, concurrũt cum actione de peculio, & de in rem uerso. & nu. 2.*

3 *Remedijs pluribus competentibus, idq; imparibus, stultè facit, qui eligit difficilius.*

4 *Actiones, de peculio, & de in rem uerso, cur maiorem difficultatem probandi habeant, quàm aliæ.*

1 Summatur sic: Actio † quod iussu, & actio exercitoria & institoria, concurrunt cum actione de peculio, & de in rem verso. Tutius tamen est primis actionibus agere, quàm secundis: quia in actione de peculio & de in rem verso, est maior difficultas probãdi. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd in isto tex. soluitur quoddam dubium. Nam dictum est suprà eod. §. prætereà. quòd quando seruus contrahit ignorante domino, tunc datur actio de peculio, & de in rem verso, & ideò aliquis dubitare posset, an ne istæ actiones etiam dentur ex contractu serui facto sciente domino. Et respondetur hîc, quòd sic, & ita istæ actiones concurrunt, de quibus loquitur hîc tex. Exponitur igitur cæ-
3 terùm, id est, sed. ¶ Notandum † secundò, quòd quando competunt plura remedia imparia, tunc stultus est, qui eligit difficilius, & dimittit facilius. Nam facilior via semper est eligẽda, ad quod iste textus solet allegari, facit §. primus. in Authen. quibus modis natura. efficiũtur sui. colla. vij. ¶ Notandum † tertiò, quòd ideò in actione de peculio, & de
4 in rem

in rem verſo, eſt maior difficultas probandi, quàm in aljis, de qui. hîc, quia in actione de in rem verſo, oportet probare id, quod receptum eſt, verſum eſſe in rem domini. Et in actione de peculio oportet probare duo, ſcilicet ſeruum habere peculium, & quòd hoc peculium ſit tantum, vt inde actori ſatisfieri poſsit, ſed in alijs actionibus non ſic. Nam in actione quod iuſſu, ſufficit probare, quòd ſeruus recepit pecuniã iuſſu domini. Et in exercitoria & inſtitoria ſufficit probare, quòd ſeruus recepit pecuniam in cauſam illius, cui præpoſitus eſt.

§. Is quoq;

1 *Remedijs pluribus competentibus ad quid conſequendum, eligendum eſt vtilius. Et quod nam ſit utilius.*

2 *Actiones, tributoria, & de peculio, quid differant.*

3 *Actor, pluribus actionibus competentibus, poteſt utiliorem eligere. Sed una electa, non poteſt ad aliam redire.*

4 *Actionis natura unde cognoſcatur.*

Summatur ſic: Actio tributoria poteſt concurrere cum actione de peculio & de in rem verſo. Et interdum vtilius eſt agere tributoria: quia in ea nõ deducitur quod domino debetur, & interdum vtilius eſt agere de peculio: quia ibi habetur conſideratio ad totum peculium. Sed in tributoria ſolùm habetur reſpectus ad mercem peculiarẽ. Hoc
1 dicit. ¶ Notandum † primò, quòd quãdocũq; cõpetũt plura remedia ſeu actiones plures ad aliquid cõſequendũ, eligendum eſt illud, quod vtilius eſt. Eſt autem vtilius, per quod plus conſequi poteſt, vt l. aliquã
2 do. & ibi gloſſ. ff. de tributo. actio. ¶ Notandum † ſecundò, quòd hîc tanguntur duæ differentiæ inter actionem tributoriam & actionem de peculio. Nam in actione tributoria ſolùm conſideratur, quod eſt in merce peculiari, ſed in actione de peculio agitur ad totum peculium. Secunda differentia eſt, quia in actione de peculio deducitur quicquid domino debetur, & illis, qui ſunt in poteſtate ſua. Sed in actione tributoria dominus recipit partem ſuam, ſicut alij creditores.
3 ¶ Notandum † tertiò, quòd quandocunque competunt plures actiones, tunc actor poteſt vnam eligere, quæ videtur ſibi vtilior eſſe. ff. de tribu. actio. l. quod in hærede. §. eligere. Sed vna electa non poteſt ad aliam redire, niſi eſſet deceptus, vt ff. quod cum eo. l. ſed & ſi. §. fin. & l. habetur. in fina. j. reſpon. ff. de inſtito. actio. ¶ Notandum
4 † quartò, quòd quanuis nomina actionum non ſunt exprimenda in libello, vt capi. dilecti. extrà de iudic. cognoſcitur tamen natura actionis ex libello per narrationem, & per modum concludendi, vt notat Barto. in l. certi condictio. ff. ſi certum petatur.

§. Quæ diximus.

1 *Serui & liberi, in quo conueniant. Item in quo discrepent. nu. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

13 *Macedonianum priuilegium in filio, cui mutuata est pecunia, quibus casibus cesset. uide nu. 14. usq; ad finem.*

Quæ dicta sunt de seruo, etiam intelliguntur de liberis. Verùmtamen serui non habent priuilegiũ senatusconsulti Macedoniani sicut liberi. Quo quidem senatusconsulto cõstitutum est, vt mutuans liberis non habeat actionem contra ipsos liberos, nec contra parentes. Hoc dicit,
1 & patet intellectus tex. ¶ Notandum † primò, quòd inter seruos & liberos est conuenientia & differentia. Nam conueniunt in hoc, quod vtriq; sunt in potestate, prout hîc loquimur de eis, & vtrique obligant eos, in quorum potestate sunt, vt dentur cõtra eos actiones, de quibus
2 in hoc titulo dictum est. Sed † differũt primò, quia filijs datur exceptio
3 macedoniana, sed seruis non, vt hîc. Secundò, † quia filius potest esse in iudicio cum consensu patris, sed seruus non, etiam cum cõsensu do-
4 mini, vt ff. de pecu. l. ij. §. si seruus. Tertiò, quia † filius fideiubẽdo obligat patrem de peculio, sed seruus nõ obligat dominum, vt ff. de fide.
5 iusso. l. seruus inscio. Quartò, quia † seruus potest dari pro noxa, filius non, vt infrà de noxa. § sed veteres. Quintò, quia filius post emancipa-
6 tionem † tenetur de antè gestis, vt l. cùm actum. ff. de nego. gestis. sed seruus post manumisionem non, vt l. ij. ff. quod cum eo. Sextò, quia
7 † filius potest obligari naturaliter & ciuiliter, propter quam obligationem potest detrudi in carcerẽ, vt l. cũ & filij. C. qui bo. cedere possunt. Sed seruus solùm potest obligari naturaliter, vt l. quod attinet. ff. de re-
8 gu. iuris. Septimò, quia † filius potest habere peculium castrense vel quasi aduentitium, vel profectitium, sed seruus solùm profectitium.
9 † Octauò, quia filius potest habere hæredem, sed seruus non, vt in Au-
10 then. de hæredita. quæ ab intest. §. j. colla. ix. Nonò, quia filius † potest esse tutor, vt l. si filio. ff. de tutelis. sed seruus non, vt suprà qui tuto. da-
11 ri possunt. in princi. Decimò, quia filij † possunt facere testamentũ, saltem ad pias causas, vt notatur per Bar. in l. j. C. de sacrosanc. Eccle. sed
12 seruus non. Vltimò, † quia filius potest donare causa mortis, sed seruus non, vt ff. de donatio. l. filius. §. cęterum. ¶ Notandum secundò, quòd quando liberis existentib. in potestate mutuatur pecunia, vel alia res in fraudẽ senatusconsulti Macedoniani, tunc nõ datur creditori actio, neq; contra filium, etiam postquã fit sui iuris, nec contra patrẽ, vt hîc dicitur in tex. & fa. l. si filius. §. is autem. ff. ad macedonia. ¶ Opponi-
13 tur † & videtur, quòd imò datur actio contra filium ei, qui sibi mutuauit pecuniã, per l. fi. & per l. j. C. ad macedo. Solutio. Regulariter non

datur

datur actio,in quibusdam tamen casibus cessat priuilegium Macedo-
14 nianum,& actio datur. Primò, † si talis filius sit miles, vel habeat peculium castrense vel quasi castrense,& hoc vult lex fina.in oppo. alleg. Secundò,si dicat se patremfamiliâs,vt l.j.in opp.alle. Tertiò,si videbatur esse paterfamiliâs,vt quia fuit præpositus vectigalibus vel publicanis,vt ff.ad Macedo.l.si quis patrē. Quartò, si fuit scholaris in studio de licentia patris sui,vt ff.ad macedo.l.sed Iul. §.quod dicitur. Quintò,si incepit soluere debitum,vt ff. ad macedonianum.l. sed Iulianus. §.penul. Sextò,si illud quod recepit sit versum in rem patris, vt ff. ad macedonia.l.sed Iulianus. §.proinde. Septimò,si ab initio non sit conuersum in rem patris,postea tamen conuersum est. ff.ad Macedonianum.l.sed Iulianus. §.sed si ab initio. Octauò, si pater fuit præsens,& non contradixit,eadem l.sed Iulianus, §.quanquàm. Nonò,si pater ratum habeat. C.ad Macedonia.l.fin. Decimò,si filius factus paterfamiliâs,agnouit debitum,vt C.ad Macedo.l.xenodoxis. In alijs autē casibus locum habet senatusconsultum Macedonianum, vt hîc dicitur in textu.facit l.si filius. §.is autem ff.ad macedo.

§. Insumma.

1 *Actionibus quibus agatur directè contra patrem, uel dominum. & nume. 2.*

1 Summatur sic: Actione † quod iussu & actione de in rem verso,similiter exercitoria & institoria agitur contra patrem vel dominū di-
2 rectè. Hoc dicit. ¶ Notandum, † quòd ista sunt nomina adiectionum ipsius actionis seu qualitatum,& propriè non sunt actiones,vt ff.de nego.gestis.l.mandasti. Et ita etiam recipiūt naturam illarū actionum, quibus adijciuntur,vt scilicet bonæ fidei vel stricti iuris. Nam si quod iussu,vel de in rem verso,vel exercitoria,vel etiam institoria adijciatur actioni bonæ fidei,tunc & ipsa est bonę fidei. Et si adijciatur actioni stricti iuris, dicitur ista qualitas, vel adiectio etiam stricti iuris. Si enim essent nomina actionum,tunc essent stricti iuris,quia non nominantur in §.actionum autem.suprà tit.de actionibus.

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS.

TITVLVS VIII.

Continuatur sic: Dictum est suprà, qualiter conuenimur ex contractibus eorum,qui sunt in nostra potestate: consequenter dicendum est,qualiter conuenimur ex delictis eorum.

§. Ex maleficijs.

1 *Dominus tenetur ex quasi maleficio serui.*

2 *Solui aliud pro alio an possit,inuito etiam creditore.*

3 *Damnum passus si recipiat seruum pro noxia. si seruus soluat damnum, tenetur dominus eum manumittere, uelit nolit.*

Summatur sic: Ex maleficijs seruorum, agitur contra dominos noxaliter, & in actione noxali potest dominus æstimationem damni soluere, vel seruum pro noxa dare. Quo casu trãsfertur dominium serui in eum, qui damnum passus est, & si seruus damnum soluerit, tenetur ipse damnum passus seruum manumittere. Hoc dicit. ¶ Notandum
1 †primò, quòd sicut dominus tenetur ex maleficio serui, ita etiam ex quasi maleficio, vt ff. nau. caup stab. l. fina. §. seruorũ. Et quod dicitur hîc de seruo, etiam potest intelligi de monacho, vt notatur per Inno. in c. cùm olim. extrà de priuile. Potest autem monachus criminaliter conueniri & puniri, & tenetur eum abbas defendere, vt Authen. cassa. C. de episcopis & cleri. Non autem potest monachus conueniri, vt aliquid soluat: quia non habet proprium, vt in c. non dicatis. xij. q. j. imò si reperiatur apud eum proprium post mortem, sepeliendus est extra monasterium, vt in c. cùm ad monasteriũ. extrà de statu monachorũ.

2 ¶ Notandum †secundò, quòd dominus potest seruum pro noxia dare, quamuis sit obligatus, ad æstimationem damni, & hoc potest vsque ad sententiam, vt ff. de re iudica. l. miles. §. decem. & ita est hîc casus, vbi aliud pro alio soluitur, etiam inuito creditore.

3 ¶ Notandum †tertiò, quòd quando damnum passus recipit seruum pro noxia, tunc si seruus soluat damnum, tenetur eum manumittere, velit, nolit. Simile est in lege secunda. C. de patri. qui filios distraxerunt, vbi pater cogitur filium emancipare. ¶ Opponitur primò, & videtur dominus non potest seruum pro noxia dare. per l. ij. ff. de noxa. & l. in delictis eo. & l. ij. C. eo. Solutio. Illa lex loquitur, quãdo delictum factum est sciente domino & potente prohibere, & non fecit. Nam tunc oportet eum soluere damnum, & non liberatur dando seruum. Iste autem tex. loquitur, quando seruus fecit delictum nesciente domino, vel sciente, & nõ potente pro hibere. ¶ Opponitur secundò, & videtur adhuc, quòd seruus non potest dari pro noxia, per l. j. §. si seruus. ff. de his qui deie. vel effude. Solutio. Illa lex loquitur, quando agitur criminaliter pro delicto serui. Nam in criminibus maximè publicis non liberatur dominus dando seruum pro noxa, sed seruus corporaliter punitur, vt C. de noxali. l. penul.

§. Sunt autem.

1 *Actiones noxales omnes, unde sint.*

1 Omnes †actiones noxales aut sunt de l. xij. tabu. aut de edicto prætoris. Hoc dicit. ¶ Opponitur, & videtur, quòd nõ bene dicitur in tex. quòd actio furti est ex lege xij. tabula. quia est ex edicto prætoris, per

per §.j.infrà de perpe.& tempora.actio.Solutio.Ille §.loquitur de furto manifesto,sed iste tex.loquitur de furto non manifesto.

§. Omnis.

1 *Actio noxalis, sequitur caput. & nu.2.*

3 *Seruus si committat delictum, & posteà fiat liber, ad quid ipse teneatur. Et quid de monacho. nu. 4.*

5 *Dominus licet faciat dolo, ut seruus committens delictum, non sit in eius potestate, nihilominus tenetur actione noxali utili. & nu. 6.*

1 Summatur sic: †Actio noxalis sequitur caput, id est, datur contra eum, qui seruum possidet. Et si seruus, qui noxiam commisit, manumittatur, agitur cōtra eum, sed extinguit noxalis actio. Et si liber homo fecit noxiam, qui posteà efficitur seruus, agitur contra dominum
2 indirectè. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd dominus tenetur ex delicto serui etiam cōmisso, antè, quàm talis factus est seruus illius domini, & non solùm tenetur de delicto, sed etiam quasi delicto, vt C. de noxali. l. ij. vbi est casus, quòd statutum disponens super eo, super quo ius commune disponit, interpretatur secundum ius commu
3 ne &c. ¶ Notandum † secundò, quòd si seruus committat delictum, & posteà fiat liber tunc ipse tenetur in solidum ad restituendum damnum, sed non pōt seipsum pro noxia dare, & sic est hìc casus, in quo ex mutatione status perit actio prius nata. Sic etiam si liber homo noxiam fecerit, qui posteà fit seruus, dominus illius serui tenetur, & ita in
4 cipit actio noxalis oriri, quæ prius non cōpetebat. ¶ Notandum † tertiò, quòd ea, quæ dicuntur hìc de seruo, etiam possunt intelligi de monacho, si commisit delictum, vt nota. per Innoc. in c. cum olim. extrà de priuile. & ideò si monachus commisit delictum ante ingressum religionis, potest fieri missio in possessionē bonorum illorum, quæ monachus secum apportauit ad monasterium, vt notatur per Specu. in tit. de reo. §. j. versi. sed nunquid. Sed in causa criminali, quæ ortum habuit ante ingressum religionis, remanet iudicium apud seculares iudices, facta prius degradatione, vt notatur per Bart. in l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui notan. infa. Et hoc verum est de illis, qui mutauerunt statum. Secus autem in alijs, qui non mutant statum, vt fratres tertiæ regulæ Francisci, & Becgardi, & Beginæ: quia illi manent in statu laicali, vt in c. duo sunt. decimaprima quæstione prima, & notatur per Barto. in l. j. ff. de pœnis. Habent tamē priuilegium, vt non fiat eis iniuria à iudice seculari: quia possunt recurrere ad iudicem Ecclesiasticum, propter honorem beati Francisci, argu. l. cùm filius. §. pater. ff. de legatis secundo. & hoc secundum Baldum. Dicit tamen Antonius de Butrio, quod omnes seruientes in diuinis debent vti

ecclesia-

Ecclesiastico beneficio, vt etiam sint reseruati, vt in c.ij. de foro com-
5 peten. ¶ Notandum † quartò, quòd si dominus dolo faciat, vt seruus committens delictum, non sit in eis potestate, tunc nihilominus tenetur actione noxali vtili. Potest enim agere contra talem dominum, aut contra possidentem, vt l. si bonæ fidei. ff. de noxa. & l. electio. §.
6 si is &c. ¶ Notãdum † quintò, quòd distinguendũ est, an seruus teneat ex delicto, an ex contractu. Si enim tenetur ex delicto, tũc si delictum cõmissum sit contra dominũ, non oritur actio, vt infrà eo. §. proxi. Si autem contra extraneum, datur actio, vt hîc dicitur. Sed si tenetur ex contractu, siue contrahat, & fuerit connexa gestio illa, quam gessit in seruitute cum ea, quam in libertate fecit, tenetur: si non sit connexa gestio, secus est, vt l. eum actum. ff. de negotijs gestis.

§. Si seruus domino.

1 *Actio non potest nasci inter dominum & seruum.*
2 *Seruus alienus si delinquat in te, nascitur tibi actio noxalis. Sed illo posteà facto seruo tuo, extinguitur illa actio nata.*
3 *Dominus si delinquat in seruũ, an possit posteà seruus in eum agere.*

Summatur sic: Ex delicto serui cõmisso in dominum suum, nulla noxalis actio nascitur, ideò etiã si seruus ille posteà alienetur, vel manumittatur, nulla competit actio contra ipsum manumissum, aut dominum suũ. Similiter si alienus seruus cõmisit noxiam in te, & posteà fiat seruus tuus, nullam habes actionem, etiam licet exierit tuam potestatem, sicut ex delicto à domino cõmisso in seruum, nõ habet seruus actionem, etiam postquàm fuerit manumissus contra dominum suũ.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd inter dominum & seruum nõ potest nasci actio,: quia inter eos non est obligatio saltem efficax ad agendum, id est, ciuilis. Potest tamen inter eos esse obligatio naturalis tantùm, vt suprà de fideiusso. §. j. & ita inter eos non est iudicium, sicut nec inter patrem & filium, vt l. lis nulla. ff. de iudic. Hinc est, quòd licet seruus, qui commisit delictum in dominũ suum, posteà perueniat ad alium dominũ, vel manumittatur, adhuc tamen primo domino nõ competit aliqua actio, per regulam illam, non firmatur tractu temporis, extrà de regu. iur. lib. vj. & ibi per Dy. Nam quia ista actio non nascebatur, quando committebatur delictum, ideò posteà nasci non po-
2 test. ¶ Notandum † secundò, quòd si alienus seruus delinquat in te, nascitur tibi actio noxalis. Sed si ille posteà fiat seruus tuus, extinguitur actio iam nata, ex quo peruenit in eum casum, in quo non potuit habere initium, vt not. per Bar. in l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verborum obligationibus. & licet ille seruus exeat posteà potestaté tuam tamen non poterit agere contra dominum suum, aut contra ipsam, si sit

sit manumissus, quia actio semel extincta non reuiuiscit, vt l. qui res.
3 §. aream. ff. de solutio. & ibi per Bartolum. ¶ Notandum † finaliter, quòd licet dominus delinquat in seruum suum, tamẽ seruus postea manumissus, vel ad alium dominum translatus, non potest contra ipsum agere, vt in fine text.

§. Sed ueteres quidem.

1 *Actio noxalis, hodie tantùm habet locum in seruis. Secus olim. ibidem. & nume. 2.*
3 *Lex inducens asperitatem, uel impudicitiam, tollenda est.*
4 *Parentes puniuntur pœna in filijs suis.*
5 *Filij conueniuntur pro delictis suis: & non parentes.*

1 Quanuis olim actio, † noxalis habuerit locum in filijs & filiabus, tamen hodie iure nostro tantùm habet locum in seruis. Nam filij possunt conueniri pro suis delictis. Hoc dicit, vsq; ad fi. tit. ¶ Notandum
2 † primò, quòd olim filij & filiæ dabantur pro noxa, non iure Digestorum, sed iure antiquissimo, & fortasse illo iure Traianus tradidit viduæ filium suum pro noxia, quia ipse filius Traiani interficerat filium
3 viduæ, equitando per plateas lasciuè. ¶ Notandum † secundò, quòd l. inducens asperitatem, vel etiam impudicitiam, est tollenda, vt hîc. &
4 suprà qui. mo. tutela finiatur. §. j. ¶ Notandum † tertiò, quòd parentes puniuntur pœna in filijs suis, sicut ipsi filij propter amorem parentum ad filios, qui est maior, quàm filiorum ad parentes, vt in glo. in l.
5 liberorum. ff. de verbo. significa. ¶ Notandum † finaliter, quòd filij conueniuntur pro delictis suis, & non parentes. Et ratio, si filiusfam. iudex litem suam fecerit, ipse conuenitur & non pater, vt l. si filiusfam. ff. de iudic. Sic etiam ex quasi delicto, vt si filius deiecerit vel effuderit, eo habitante separatim à patre, conuenitur ipse & non pater, vt suprà de obliga. quæ ex quasi malefic. nascun. §. si filiusfam. Facta tamẽ condemnatione in filium, potest pater conueniri actione in factum pro re iudicata in peculio, vt l. & si condemnatus. ff. de noxa. Sed ex contumacia filij pater non conuenitur, etiam in peculio, vt ff. de pecu. l. iij. §. idem scribit. Sed opponitur contra hoc vltimum de l. cùm & filij. C. qui bonis cedere possunt. Solutio. Illa lex non loquitur de peculio profectitio vel aduentitio, in quo dictum istud intelligitur. Sed loquitur in peculio castrensi vel quasi, vel de eo, quod pater eunti filio in castra donat, vt l. si filius. ff. fami. erciscun. vt clarè patet ex textu illius legis.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.

TITVLVS IX.

1 *Actio quæ competat pro damno dato per animal. disting.*

1 Continuatur sic: Dictum est suprà de actione competente ex maleficio seruorum: Consequenter † dicendum est de actione competente pro damno commisso per animalia irrationalia. Pro quo sic distinguitur, quia aut damnum committitur per liberum hominem, & nascitur actio l. Aquiliæ, de qua suprà dictum est ad l. Aquiliam. per totum. Aut damnum cõmittitur per seruum, & nascitur actio noxalis, de qua dictum est suprà tit. prox. per totum. Aut damnum committitur per animalia irrationalia & nascitur actio de pauperie, de qua in hoc titu. & ideò rubricatur, Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

§. Animalium nomine.

1 *Animal irrationale si dederit damnum, tunc dominus tenetur damnum soluere, aut animal pro noxa dare.*
2 *Animal bipes si dederit damnum, datur actio utilis.*
3 *Animal si dederit damnum secundum naturam sui generis, an, & quæ actio competat contra dominum.*
4 *Animal ferum si damnum dederit, & fugerit à domino suo, non datur contra eum actio de pauperie.*
5 *Pauperes, quid.*
6 *Sententia non est ferenda contra animalia, ex quo non faciũt iniuriam.*
7 *Culpam commi ttere nequit, qui ratione caret.*

1 Pro damno dato per animal irrationale, contra naturam sui generis, competit actio noxalis de pauperie cõtra dominũ animalis, à qua liberatur dando animal pro noxa. Secus autem si damnum datum sit, secundum naturam animalis in genere. Nam si animal ferũ fecit damnum, & fugit à domino, nõ tenetur ipse dominus. Et est pauperies damnum datum sine iniuria facientis, quia animal irrationale nemini facit
1 iniuriam. Hoc dicit. vsq; ad §. ca terùm. ¶ Notandum † primò, quòd quando animal irrationale facit damnum, tunc dominus tenetur damnum soluere, aut animal pro noxa dare, vt hîc, quod verum est, si dominus non sit in culpa. Nam si quis duxit animal per locum, vbi non fuit ducnedum, vel onerauit sic animal, quòd onus deiecit, & sic damnum factum est, ille non liberatur dando animal pro noxa, sed tenetur in solidum soluere damnum, vt ff. si qua pau. l. j. §. quòd si propter.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd si animal bipes fecerit damnum, datur etiam

etiam hæc actio non directa,sed vtilis,vt ff.eo.l.penulti. ¶ Notan
3 dum † tertiò, quòd si animal fecit damnum secundum naturam sui generis,vt puta cattus comedit piscem, vel, canis comedit carnes assatas non custoditas,tunc non datur ista actio contra dominum. Si tamen pecora intrauerint pascua aliena,quanuis fecerunt secundum naturam suia generis,datur tamen actio contra dominum pecorum, nõ de pauperie, sed de pastu pecorum,vt l. Quintus Mutius. § j.ff.ad le-
4 gem Aquiliam. ¶ Notandum † quartò, quòd si animal ferum fecit damnum,& fugit à domino suo,non datur contra eum ista actio,quia sequitur caput,id est,possidentem,vt ff.eod.l.j.§.& cum etiam. Sicut etiam de actione noxali dictum est suprà titu. proximo. §. omnis autem actio. nisi ratione mendacij, vt in dicta l.j. §.interdum. ¶ No-
5 tandum † quintò,quòd pauperies dicitur,esse damnũ sine iniuria faciẽtis datum,vt hîc. Et dicitur pauperies,quia facit aliquem pauperiorem, vt ff.eo.l.j.§.pauperies. sicut damnum dicitur diminutio patrimonij.
6 ff.de dam. infecto.l.iij. ¶ Notandum † finaliter, quòd ex animalia irrationalia non faciunt iniuriam,idcirco cõtra ea non debet ferri sententia seu condemnatio, vt est glo.in l.fina.ff. de no. operis nuntia.& hoc est contra consuetudinem multarum terrarum, in quis animalia irrationalia etiam puniuntur, quando fecerunt damnum seu deliquerunt. ¶ Opponitur primò contra primum notabile,& videtur, quòd dominus animalis non liberatur dando animal pro noxa,per l.j.§.interdum.ff.eo. Solutio. Illa l.loquitur,quando dominus primò negauit illud animal suum esse,de quo tamen posteà conuincitur. Nam in illo casu nõ liberatur dando animal: sed tenetur damnum in solidum soluere, sed text. iste loquitur, quando confitetur animal suum esse.
7 ¶ Opponitur † secundò,contra vltimũ notabile,per c.mulier.xv.q.j. & per c.inebriauerũt,ea.cau.& q.in quib.imputãtur animalibus irrationalibus ea quæ fiunt,& etiam ea, quæ fiunt, mente alienata, vnde animal punitur,si mulier ad pecus accessit,& Loth inebrietatus punitur de incestu,quem cõmisit cum filiabus suis. Ad primũ dicendũ,quòd si mulier accedit ad pecus,ipsa morte morieť reatu criminis, pecus verò reatu pœnę. Ad secundũ,secundum Archi.est dicendũ,in c.inebriauerunt. quòd Loth peccauit cognoscendo filias suas,habuit enim in illo actu animi sensum & ad sensum redijt,licet nõ ex toto discretũ. Nam non ignorauit se coire,sed ignorauit se coire cũ filia. Et sic adhuc verum remanet,quod qui ratione caret,culpam cõmittere nequit.

§. Cæterùm.

1 *Animal ferũ si noceat libero homini, punitur dominus arbitrio iudicis.*
2 *Actiones quando se excludant inuicem, distinguendum est.*

Habens

Habens animal ferum in loco publico, si tale animal fecerit nocumētum libero homini, punitur dominus animalis arbitrio iudicis. Sed si tale animal fecerit damnum in alijs rebus, soluet dominus duplum, ex edicto ædilitio. Et datur etiā in istis casibus actio de pauperie, quia actiones pœnales de vna re concurrentes sunt illius naturæ, quòd vna
1 aliam non excludit. Hoc dicit vsque ad finem. ¶ Notandum † primò, quòd si animal ferū noceat libero homini, punitur dominus arbitrio iudicis, vt hîc dicitur, quod est contra eos, qui in via publica tenent lupum, vrsum, vel simiam, nisi sint taliter ligata, quo minus nocere possunt. In arbitrio autem isto habenda est ratio læsionis, sed non deformitatis relictæ, & etiam habenda est ratio impensarum factarum in curatione, & operarum amissarum, & amittendarum, vt l. ex hac actione. ff. si quadrupes. Sed si mortuus fuerit liber homo, dabit dominus ducentos aureos, vt l. qua vulgò. ff. de ædili. edic. Sed si damnū datum sit in alijs rebus, soluit dominus duplum, vt hîc dicitur. ¶ Notandum
2 secundò, † quòd ad cognoscendum, quando actiones seinuicem excludunt, distinguendum est. Aut enim cōcurrunt duæ actiones pœnales, aut rei persecutoriæ, aut vna pœnalis, & alia rei persecutoria. In primo casu subdistinguitur, quia aut dantur pro eodem delicto, & tunc vna excludit aliam, non concursu, sed perceptione, vt ff. de priua. deli. l. nunquam. nisi in eo, in quo vna excedit, vt ff. vi bon. rapt. l. j. Si autem dantur pro diuersis delictis, tunc vna non excludit aliam, etiam perceptione, vt d. l. nunquam. Secundo casu, scilicet quando ambæ sunt rei persecutoriæ, tunc aut dantur contra eundem, & vna excludit aliam perceptione, vt ff. locati. l. si merces. § . culpæ. Aut dantur contra diuersos: & tunc vna non excludit aliam etiam perceptione, vt ff. de tabu. exhib. l. locum. § . condemnatio. In tertio casu, scilicet quando vna est pœnalis, & alia rei persecutoria: tunc aut est pœnalis originaliter, & neutra excludit aliam, vt ff. de furtis. l. si pignore. § . cum furti. Aut non est pœnalis originaliter, & vna excludit aliam, vt ff. quod metus causa. l. metum § . licet tamen. ¶ Opponitur, & videtur, quòd iste § . contradicit § . præcedenti: quia ibi dictum est, quòd pro damno dato per animal ferum, non datur actio de pauperie, & hîc dicitur contrarium. Solutio. Quod ibi dictum est, intelligitur de actione directa, hîc autem de actione vtili.

DE HIS, PER QVOS AGERE POSSVMVS. TITVLVS X.

Continuatur sic: Dictum est suprà de actionibus, cōsequenter dicendum est de his, per quos actiones exercentur. Et ita rubricatur præsens titulus, De his, per quos agere possumus.

§ . Nunc

§. Nunc admonendi.

1 Procurator alterius potest esse unusquisque, modò idoneus. Limit. nu. 4.
2 Procurator potest hodie interuenire in qualibet causa.
3 Per procuratorem agere, quorsum inductum.

Olim non agebatur alieno nomine, nisi in actione populari, & in actione libertatis, & in actione tutelæ: sed hodie per alios agere possumus, qualibet actione. Hoc dicit, vsq; ad §. procurator. ¶ Notandum
1 primò, † quòd vnusquisque potest esse procurator alterius: Quod est verum, dummodo sit idoneus ad officium, vt hîc in glos. super verbo,
2 idoneum. ¶ Notandũ † secundò, quòd licet olim in certis casibus tantummodo poterat quis agere alieno nomine, hodie tamen in qualibet causa potest interuenire procurator, quod est verum regulariter, quia
3 in aliquibus casibus non admittitur procurator. ¶ Notandum † tertiò, quòd propter cõmoditatem & necessitatem inductum est, quòd quis agere potest per procuratorem, hodie tamen si nulla sit commoditas aut necessitas, adhuc licitum est per procuratorẽ agere. ¶ Notandum
4 quartò, † quòd cùm dicitur quemlibet posset agere nomine alieno, intelligi debet de actione ciuili, siue quando agitur ciuiliter, non autem, quando agitur criminaliter, vt l. pen. C. de procur. Item in popularibus actionibus non interuenit procurator. l. licet. ff. de procur. &c.

§. Procurator.

1 Procurator potest esse quilibet, si sit idoneus, aliâs non.
2 Procurator constitui potest, eo absente & ignorante.
3 Procurator ut agere possit, sufficit constitutio generalis.
4 Procurator, & nuntius, differunt.

Procurator potest constitui, quibuscunq; verbis ad hoc aptis, etiam eo absente & ignorante, & in absentia aduersarij. Hoc dicit. ¶ Notan
1 dum † primò, quòd quilibet potest esse procurator, si sit idoneus. Et dicitur notanter, si sit idoneus, quia seruus non potest esse procurator. Non enim potest agere pro se aut pro alio, vt C. de iudic. l. seruus. Pupillus etiam non potest esse procurator, nec potest agere, vt C. de his, qui legit. personam standi in iudicio habent. per totũ. Miles etiam non potest esse procurator, vt ff. de procurato. l. filius. §. veterani. Sic nec mulier potest procurare, vt ff. de procurato. l. fœminas. Nec etiam minor potest procurare. ff. de procurat. l. minor. Sic nec accusatus de crimine. C. de procurato. l. reum. Filiusfamiliâs tamen si sit maior xxv. annis, potest esse procurator ad iudicia, & maior xvij. annis, ad negotia, de quo in c. qui generaliter. extrà de procurato. lib. vj. facit l. cum mandato. ff. de minoribus. & l. si collectaneus. ff. de manu. vindicta. Et ex isto patet, quòd l. generalis seu statutum generale restringitur ad

eos,qui sunt habiles,pro quo facit l.j. C.de sacrosan. Eccle. Si ergo fuerit statutum,quòd omnes homines debeant comparere armati, audito sono alicuius campanæ, tale statutum intelligitur solùm de hominibus habilibus ad arma,& ideò per hoc statutum non obligantur mulieres,pueri & infirmi,de quo not.per Bart.in l.j. § nuntiatio. ff.de no.
2 oper.nuntiatio. ¶ Notandum † secundò,quòd procurator potest constitui eo absente & ignorante, & tunc potest procurationem recipere vel non,sed si receperit,tenetur adimplere. Aliôquin conueniri poterit actione mandati, vt suprà mandati. § .mandatum. & l.à procuratore C.mandati.intelligitur autem recipere procurationẽ, si recipit instrumentum procurationis sine protestatione,vt in cle.j.extrà de procura-
3 to. ¶ Notandum † tertiò,quòd generalis constitutio sufficit regulariter, vt procurator agere possit per eam. In quibusdam tamen casibus requiritur speciale mandatum,videlicet,Primò,de interdic.de libe.homine,vt ff.de procur.l.Pomponius.Secundò,si quis mandat conueniri maritum filiæ suæ,vt ff.de ritu nuptiarum.l.generali.in princi.Tertiò, in causa suspecti tutoris,vt ff.de procurato.l.non solùm.§ .fin. Quartò, si constituti sunt duo procuratores generaliter, tunc alius non potest ab alio exigere,nisi habeat mandatum speciale, vt ff.de procurato.l.itaque.Quintò,quando petitur restitutio in integrum,vt ff.de minoribus.l.illud.§ .si talis. Et hoc verum est, nisi restitutio in integrum per quandam consequentiam sequatur constitutionem generalem, vt not.per Barto.in dicto § .si talis. Sextò,in liberatione,transactione,& in pacto de non petendo,requiritur mandatum speciale, vt ff.de procurato. l.mandato generali. Vltimò in delatione iuramenti, vt l.nam
4 posteà.ff.de iureiurando. ¶ Notandum † finaliter,quòd differunt nuntius & procurator, quia procurator concipit actionem in personam suam, nomine tamen domini, sed nuntius concipit omnia in personam domini, vt est glos. in verbo, potes. in l.multum interest. C.si quis alteri vel sibi. & ideo nuntius semper debet habere mandatum speciale. Nec dominus potest posteà ratum habere, quod factum est per nuntium,vt l.multum. C.si quis alteri vel sibi. & de isto per Bartolum,in l.qui autem. § .constituere.ff.de constitu.pecun.

DE SATISDATIONIBVS.

TITVLVS XI.

DIctum est suprà de procuratoribus, quos necesse est satisdare: Iam consequenter tractandum est de ipsis satisdationibus, & ideò præsens titulus sic rubricatur.

§. Satisd

§. Satiſdationum.

1 *De ſatiſdatione ius, olim aliud, quàm hodie. Et quæ ſit differentia. nu. 2.*
3 *Iura correcta an poſsint allegari.*

Olim agens ſiue reali, ſiue perſonali actione, debebat ſatiſdare de iudicato ſolui. Similiter etiam reus conuentus actione reali alieno nomine tenebatur ſatiſdare, non autem ſi conueniebatur ſuo nomine, & hoc in actione reali, ſed in actione perſonali interueniens pro reo, te-
1 nebatur ſatiſdare. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd olim erat aliud ius de ſatiſdatione, quàm nunc obſeruatur, vt ſatis clarè patet in
2 iſto textu, & in §. ſequenti. ¶ Notandum † ſecundò, quòd differentia eſt quo ad ſatiſdationem, an aliquis agat, an conueniatur, & etiam an agat, vel conueniatur ſuo nomine vel alieno. Et dicitur iſta ſatiſdatio iudicatum ſolui, quia recipiens ſatiſdationem ſtipulatur, vt ſibi ſolua-
3 tur, quicquid fuerit iudicatum. ¶ Notandum † finaliter, quòd ex iſto textu patet, qualiter iura correcta poſſunt allegari, quod verum eſt de iuribus correctis, quæ habentur in corpore iuris, quæ allegantur propter rationem ipſius iuris, vt l. vnica. C. de latina liberta. tollen. & notatur in l. j. ff. de coniungen. cum emancipatis liberis. notatur etiam in c. nouit. in verbo, quicunque. extrà de iudic. vbi dicitur, quòd licet totum ius ciuile eſſet correctum, ratio tamen iuris remaneret, & ita allegantes huiuſmodi iura non puniuntur de falſo.

§. Sed hæc hodie.

1 *Reus conuentus hodie, ſuo nomine, non cogitur ſatiſdare, de iudicato ſoluendo.*
2 *Satiſdationem fieri diuerſimodè, quomodo intelligendum.*
3 *Fideiuſſor idoneus dicitur dupliciter. & nume. 4.*
5 *Fideiuſſor obligatus ad certum tempus, illo tempore finito, eſt liberatus.*
6 *Satiſdatio an fiat ſub pœna. diſting.*
7 *Satiſdationes duas olim dabat actor: hodie non ita regulariter.*

1 Hodie reus † conuentus ſuo nomine, tam in actione reali, quàm perſonali, non cogitur ſatiſdare, hoc eſt, de iudicato ſoluendo. Tenetur tamen cauere iuramento, vel nuda promiſsione, vel etiam ſatiſdatione pro qualitate perſonæ ſuæ, quòd manebit in iudicio, vſque ad finem litis. Hoc dicit, vſque ad §. ſin autem.

2 ¶ Notandum † primò, quòd dicitur in textu hîc ſatiſdationem fieri diuerſimodè, ex qualitate perſonæ ſic intelligendum eſt, quia ſi reus poſſideat immobilia, ſatis eſt facere cautionem iuratoriam, vt C. de epiſcop. & cleric. Authenti. generaliter. Et ſi priuilegiatus eſt, ne ſatiſdet, tunc ſufficit nuda promiſsio, vt in Authenti. de ſanctiſsi. epiſc. §. ſi quis autem pro pecuniaria cauſa. collatio. ix. Nam illuſtris perſona, vel

constituta in dignitate,priuilegiata est,quo ad istam satisdationem, vt C.de dignita.l.quotiens. lib.xij. Alij autem tenentur idoneè satisdare, videlicet per pignora vel fideiussores,vt l.sciendum. ff. qui satisda.cogunt. Si verò sit aliquis habens immobilia, non tamen sufficientia,ille tenetur satisdare per fideiussores aut pignora,in eo quod excedit: quia idem ius est in parte,quo ad partem: quod est in toto,quo ad totum,vt ff.de acqui.hæredi.l.si seruus eius. Et ista distinctio qualitatis personæ etiam obseruanda est secundum noua iura, quia illa intelligenda sunt secundum distinctionem antiqui iuris,vt est glos.in Authen.de hære-
3 dib.qui ab intesta.ve.in princi.colla ix. ¶ Notandum † secundò,quòd dicit idoneus fideiussor dupliciter. Vno modo respectu facultatis,quia scilicet habet bona immobilia,vel multa mobilia,ita vt nõ sit suspicio de fuga,vt not.per Bart.in l.sciendum.ff. qui satisdare cogun. Si tamen parens vel patronus detur pro fideiussore,semper præsumitur idoneus, quanuis non habeat immobilia, vel multa mobilia, vt ff.in ius vocati vt eant.l.ij. §.ij.& §.quod ait prætor.& l.j.& iij.eo.quia non est præsumendum,quòd quis relinqueret carnem suam,vt ff.si quis in ius vo-
4 ca.non ierit.l.ij. Alio modo † dicitur idoneus fideiussor respectu facilitatis vel difficultatis conueniendi eum in iudicio: quapropter scholaris vel clericus non est idoneus fideiussor,ex quo habet specialé iudicem, vt in Authen.habita. C.ne filius pro patr. Sic etiam aduocatus,vel procurator,vel homo rixosus,seu homo potens, non est idoneus fideiussor,vt not.per Bart.in l.ij. §.j.ff. qui satisdare cogun. vel etiam propter locum,scilicet in quo tutè conueniri non potest,vt dicta l.sciendum.
5 ¶ Notandum † tertiò, quòd fideiussor si obligauit se ad certum tempus,tunc finito illo tempore deobligatur,vt C.de fideiuss.l.penul. Sed si non obligauit se ad certum tempus,tunc obligatur quãdiu durat instantia,quæ secundũ ius canonicum non habet certum tempus. In iure ciuili instantia durat vsq; ad tertium annum,vt in glo.in c.venerabilis.
6 & in c.significantium. extrà de iudicijs. ¶ Notandum † quartò, quòd ista satisdatio non fit sub pœna, nisi cõueniatur de hoc inter partes,venit tamen interesse ex vi satisdationis,vt l.ij. §.fina.ff. qui satisdare coguntur. Et habet ista satisdatio paratam executionem,sine nouo pro-
7 cessu,vt nota.per Barto.in l.j.ff.iudicatum solui. ¶ Notandum † quintò,quòd etiam actor olim dabat duas satisdationes. Vna fuit,quòd infra duos menses post porrectum libellum contestaretur litem, vt in Authenti.de execu. §.primo.collati.vij. Secunda fuit,quòd si succumberet,solueret pro expensis aduersario decimam partem litis, vt in Authenti.de litigio. §. ad excludendas. collatio.viij. Hodie tamen istud communiter non obseruatur, secundum glos. in capitu. libellum. ij. quæstio.iij.

§. Sin

§. Sin autem per procu.

1 *Procuratorem an oporteat satisdare de rato. disting.*
2 *De procuratoris mandato quando dubitetur.*
3 *Litigare per alios qui possint.*

Si dubitetur de mandato procuratoris ipsius actoris, tunc procurator debet satisdare de rato, etiam si sit procurator tutorum, vel curatorum, vel aliarum personarum, habentium administrationem alienarum rerum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd aut procurator 1 actoris habet mandatum, ita quòd constet de mandato in actis, vel per instrumētum, vel per sigillum faciens fidem, & tunc non oportet eum satisdare de rato, vt C. de satisda. l. j. vel constat eum non habere mandatum, & tunc non potest agere, etiam si velit satisdare de rato, vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. fina. Nisi ageret pro coniuncta persona, vt ff. de procurat. l. sed & hæ. vel nisi ageret pro recuperanda possessione spoliati, vt C. si per vim, vel alio modo. l. j. Vel dubitaῖ, an habet mandatum vel non, & tunc procurator potest eligere, an velit mandatum probare, vel de rato satisdare, vt in c. in alternatiuis. extrà de regul. iur. libro vj. quanquàm aliqui Docto. ibi aliter dixerunt, vt Pla. & Bulga.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd tunc dubitatur de mandato, quando nescitur, an instrumentum sit authenticum, vel non, vel an procurator sit reuocatus, vel solùm habet vnum testem, vt notatur per Barto. in l.
3 non solùm. §. qui alieno. ff. de procurato. ¶ Notandum † tertiò, quòd cùm dicitur in textu, de alijs personis, hoc potest intelligi de patre habente administrationem bonorum filij sui, vt C. de bonis maternis. l. j. vel de œconomo, vel actore, vel sindico, vt ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. j. §. quibus. Vel etiam de apocrisario, vt in Authen. quomodo oportet episcopos. §. & illud. colla. j. vel de orphanotrophis vel bephotrophis, vt C. de episc. & cler. l. orphanotrophos. Nam istæ personæ possunt per alios litigare, dummodo tamen ipsi primò litem fuerint cōtestati, & sic facti domini litis, vt C. de procura. l. neq;. quia procurator non potest cōstitui, nisi à domino, vt ff. de procura. l. j. sed istæ personæ per se possunt litigare sine satisdatione, vt C. de adminis. tuto. l. tutores. Et ratio est, quia sunt quasi domini, vt ff. pro empto. l. qui fundum. §. si tutor. sed procurator nō est quasi dominus verus, sed fictus, vt ff. de procura. l. j. & ideò procurator non potest substituere ante litem contestatam, ex quo non est tunc dominus litis. Nam oportet cōstituentem esse dominū. l. j. in prin. ff. de procur. ¶ Sed opponitur, & videtur, quòd tutores tenentur satisdare, quando per se litigant. per l. vulgò. ff. de administ. tuto. Solutio. Illa lex non loquitur de satisdatione, qua reus releuatur indemnis, si agens non sit tutor.

§. Si uerò aliquis.

1 Procurator tenetur ſatiſdare de iudicato ſolui, licet conſtet eum habere rei mandatum.
2 Præſens, quis dicatur.
3 Procuratorem ſatiſdare, præſente etiam domino, ſufficit.
4 Procurator conſtitutus à domino, poſt litẽ conteſt. tenetur ſatiſdare quòd dominus comparebit in iudicio tempore ſententiæ ferendæ.
5 Defenſor tenetur indiſtinctè ſatiſdare de iudicato ſolui.
6 Practicæ quotidianæ uſus reſpiciendus, in præparatorijs iudicij.

Procurator rei tenetur ſatiſdare de iudicato ſolui, à qua tamen ſatiſdatione dominus poteſt eum liberare, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, per ſolennem ſtipulationem factam ſub hypotheca bonorũ ſuorum, qua non ſolùm ipſe, ſed etiam hæredes eius obligantur. Si tamen dominus poſt litis conteſt. procuratorem conſtituat, tunc talis procurator tenetur ſatiſdare, quòd dominus comparebit in iudicio tempore ferendæ ſententiæ. Aliôquin fideiuſſor procuratoris ſoluet condemnatum, niſi appelletur. Et defenſor tenetur etiã ſatiſdare de iudicato ſolui. Et iſta omnia obſeruantur in toto imperio Romano. Hoc dicit.

1 ¶ Notandum † primò, quòd quanuis conſtat procuratorem rei habere mandatum, & etiam ſi habeat bona immobilia, nihilominus tamen tenetur ſatiſdare de iudicato ſolui. Dominus tamẽ eius poteſt eum ab hac ſatiſdatione releuare, quod verũ eſt, ſi dominus habeat bona immobilia, vel ſufficientia mobilia, aliâs non ſufficit ſua reuelatio, vt no. Bar. ſuper rubric. ff. iudicatum ſolui, & ſunt clauſulę iſtius ſatiſdationis tres. Prima eſt, de defendendo cauſam. Secunda eſt, de non cõmittendo dolum. Tertia eſt, de ſolutione iudicati, vt ff. iudicatum ſolui. l. iudi-
2 catũ ſolui. ¶ Notandum † ſecundò, quòd ille dicitur eſſe præſens, qui eſt in hortis vel in cõtinẽtibus ædificijs, vt ff. de procurato. l. pręſens. &
3 l. & qui in foro, & l. & ideo. ¶ Notandum † tertiò, quòd licet aliqui dicant, quòd quando dominus eſt præſens, tunc ipſe tenetur ſaatiſdare, & non ſufficit procuratorem ſatiſdare, hoc tamẽ non eſt verum, quia aliquis poteſt pro alio interuenire ſine mandato, vt C. de ſatiſda. l. j. & l. exigendi. C. de procu. etiam pro inuito, vt ff. de ſolut. l. ſolutionem. & ideò verbum poteſt, hîc in tex. non debet exponi, id eſt, debet, ſicut
4 illi dicunt, ſed accipitur propriè. ¶ Notandum † quartò, quòd ſi dominus poſt li. conteſt. conſtituat procuratorem, tunc procurator tenetur ſatiſdare, quòd dominus comparebit in iudicio tempore ferendæ ſententiæ. Aliôquin fideiuſſor procuratoris habet ſoluere iudicatum. Et ratio eſt, quia procurator non eſt dominus litis, ſed conteſtando litem principalis factus eſt dominus litis, vt ff. ſi quis cautio. l. ſi eũ. §. qui in-

iuriarum

5 iuriarum. ¶ Notandum † quintò, quòd defensor, scilicet, qui sine mandato interuenit pro aliquo, tenetur indistinctè satisdare de iudicato solui. Cuius ratio ponitur hîc in textu, quia nemo est idoneus defensor
6 alienæ rei sine satisdatione. ¶ Notandum † finaliter, quòd in præparatorijs iudicij respiciendus vsus quotidianæ practicæ, vt C. de veteri iure enucle. §. sed & si quę leges. ¶ Opponitur, & videtur, quòd nõ oportet sequi obseruantiam ciuitatis Romanæ, per l. licet. ff. de offic. præsi. Solutio. Sequenda est consuetudo, & lex vrbis Romanæ, quæ obseruatur ex certa scientia, vt hîc dicitur. Non autem si obseruetur per errorem, vt vult lex in oppositum allegata, facit l. de quibus. ff. de legi. & senatusconsult.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS.

TITVLVS XII.

Continuatur sic: Dictũ est suprà de actionibus, & quia quædam actiones sunt perpetuæ, & quædã tẽporales, ideò tractatur hîc de perpetuis & tẽporalibus actionibus. Et ita iste tit. rubricatur.

§. Hoc loco.

1 *Actiones descendentes ex lege xij. tab. uel ex senatuscons. uel constitut. olim erant pepetuæ secus, quàm hodie. & nu. 3.*
2 *Ius continet quinq; partes.*
4 *Actiones prætoriæ, regulariter sunt annales. fallit, nu. 5. Et qualiter intelligatur ille annus. nu. 6.*

1 Actiones † descendentes ex lege xij. tabularum, vel ex senatuscõsultis, vel ex constitutionibus, olim erant perpetuæ, hoc est, sine præfinitione temporis, sed hodie sunt perpetuæ cũ limitatione tẽporis. Actiones autem prætoriæ regulariter sunt annales. Aliquando tamen sunt perpetuæ, vt sunt actiones, quæ dantur bonorum possessori, vel ei, qui
2 est loco hæredis, & actio furti manifesti. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ius ciuile continet quinq; partes, scilicet l. xij. tabularum, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, & prudentum responsa, vt
3 suprà de iure na. gen. & ciuili. §. cõstat. Et actiones † descendentes ex istis partibus iuris ciuilis, olim erant perpetuæ, scilicet sine præfinitione temporis. Hodie autem adhuc dicuntur perpetuæ, sed cum limitatione temporis. Si enim sint personales actiones nõ habentes determinatum tempus, durant xxx. annis, vt C. de præscrip. xxx. vel xl. annorum. l. sicut. Sed actiones reales de re mobili durant tribus annis. De re autem immobili durant x. annis inter præsentes, & inter absentes xx. annis, si possessor habeat titulum. Si verò non habeat titulum, durant

xxx.annis,vt C.de vsuca.transfor.l.j.Sunt tamé aliquæ actiones, quæ durãt adhuc hodie sine præfinitione temporis, vt actiones descendentes ex casibus, in quibus nõ currit præscriptio, de quibus notatur in c. cùm non liceat.extrà de præscrip. & in c.clerici.& in c.prima actione.
4 xvj.q.iij. ¶ Notandum † secundò,quòd actiones prætoriæ regulariter sunt annales,vt hîc dicitur. Et dicitur regulariter,quia interdũ sunt perpetuæ,pro quo sic distinguendum est secundum Bar.in l.in honorarijs.ff.de actio.& obli. Quia aut actiones prætoriæ sunt rei persecutoriæ ex vtraq; parte .& tunc sunt perpetuæ, vt in dicta l. in honorarijs.excepta actione rescissoria,& actione redhibitoria,vt ff. de ædili. edic.l.sciendum. §.fin.quia istæ dantur ad tempus.aut actiones prætoriæ sunt pœnales ex vtraq; parte,vel ex parte rei tantùm, & solùm durant per annum,vt ff.de calumniato.l.j. Fallit † autem hoc primò in actione furti manifesti,vt hîc in tex. Secundò fallit in actione, quæ datur pro interesse substituto vel legitimo hæredi,contra vxoré defuncti,quæ missa est in possessionem bonorum defuncti nomine ventris, & posteà dolosè possessioné ad alium transtulit: quia ista actio pœnalis datur loco petitionis hæreditatis,quæ est rei persecutoria ex vtraq; parte,vt ff. si ventris nomine mulier in possessionem missa.l.j. Tertiò fallit in actione,quæ datur contra hæredem prohibentem ne legatarius in possessioné mittatur,eò quòd non caueatur sibi de legato soluendo adueniente conditione,vel die cessionis legati, vt ff. ne vis fiat
6 ei.l.j. §.hanc actionem. ¶ Notandum † tertiò, quòd quando hîc dicitur actionem prætoriam durare per annum, intelligitur de anno vtili. Nam de tali anno prætores loquebantur,vt ff.de vi & vi arma.l.j.§. annus.& gl.in l.j.§.j.eo. ¶ Opponitur,& videtur,quòd non benè dictum sit actiones personales descendẽtes ex iure ciuili durare per xxx. annos,per l.si non conuicij. C.de iniurijs.& per l.ij.ff.ad l. Iuliam repetundarum.Solutio. Quod hîc dicitur,intelligitur regulariter, & ideò casualiter potest aliter contingere. Nam actio iniuriarum descendens ex l. Cornelia,solùm durat per annum,vt in allegata l.si non conuicij. Similiter actio descendens ex l. Iulia repetundarum,quæ scilicet datur contra iudices vel officiales recipientes pecuniam, ratione sui officij, vt in alleg.l.ij.

§. Non autem omnes.

1 *Actiones pœnales descẽdentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes delinquentium. Et nu. 2. Limit. nu. 3. & 6.*
4 *Iniuriarum actio, non datur hæredi.*
5 *Dolus repertus in actione descendente ex contractu, qui dolus dedit causam contractui, purificatur per actionem ex eo contractu.*

Actiones

7 *Actiones pœnales dantur hæredibus, duobus casibus exceptis.*

1 Actiones pœnales † descendentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes delinquentium, sed bene cōpetunt hæredibus, exceptis actione iniuriarum & ei similib. Et actiones descendentes ex contractu, in quibus testator dolosè versatus est, vt in deposito, non dantur contra hæredes. Si tamen in actionibus pœnalibus lis cōtestata est cum defun
2 cto, dantur hæredibus, & cōtra hęredes. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd cum dicitur hîc in textu, quòd actiones pœnales descendentes ex maleficijs, non dantur contra hæredes rei, hoc etiam intelligendum est, si descendant ex quasi maleficijs, vt suprà de obliga. quæ ex quasi malefic. nascuntur. §. fi. Nec solùm verificatur istud de maleficijs priuatus, sed etiã de publicis. Differenter tamen, quia actiones descendentes ex publicis maleficijs, non dantur contra hæredes etiã lite contestata, vt ff. de accusatio. l. ex iudiciorum. nisi in quibusdam casibus. Primus est in crimine legis Iuliæ maiestatis, vt ff. ad legem Iuliam maiesta. l. fi. Secundus est in crimine hæresis, vt C. de aposta. l. ij. Tertius est in crimine legis Iuliæ repetundarum. Quartus, in crimine legis Iuliæ de residuis. Quintus est in crimine legis Iuliæ peculatus, vt ff. ad
3 l. Iuliam pecu. l. fin. ¶ Notandum † secundò, quòd actiones pœnales descendentes ex maleficijs vel quasi, bene dantur cōtra hæredes, quando lis est contestata cum defuncto, vt hîc in versi. pœnales, vel quãdo aliquid peruenit ad hæredem ex eo maleficio, vt ff. de calumniato. l. in hæredem. Non tamen in isto semper datur eadem actio cōtra hæredem, quæ competebat contra defunctum. Nam si contra defunctum competebat actio vi bonorum raptorum, & aliquid peruenit ad hæredem, datur contra hæredem condictio furtiua, & non vi bonorum raptorum actio, vt ff. vi bonorum raptorum. lege secunda. §. fina. Similiter in interdicto vnde vi, quod datur contra defunctum, quia contra hæredem datur actio in factum, si aliquid ad eum per-
4 uenit, vt ff. de vi & vi armata. lege prima. §. fina. ¶ Notandum † tertiò, quòd actio iniuriarum non datur hæredi, vt hîc dicitur. Et ratio est, quia talis actio ante litem contestatam, non est in bonis nostris, vt ff. de iniu. l. iniuriarum. Vel alia ratio est, quia in ista actione nihil abest actori, & nihil adest reo, vt ff. de collatio. bonorũ. l. cum emancipati. §. emancipatus. Est autem actio similis isti, quæ datur patrono contra libertum agentem contra patronum sine venia, vt infrà de pœ. teme. litigan. §. fi. Similis est etiam actio popularis, vt est actio, quę datur cōtra eum, qui habet aliquid suspensum vel positum, quod posset alicui nocere, vt ff. de his, qui deiece. vel effude. l. si verò. §. quæ auté.
5 ¶ Notandum † quartò, quòd quando in actione descendente ex contractu reperitur dolus, qui dedit causam cōtractui, tũc purificatur do-

lus,non per actionem ex eo cõtractu,ſed per actioné de dolo,vt ff.de dolo.l.& eleganter.Sed quando dolus eſt incidens vel ſuperueniens, tunc purificatur per actioné ex eo cõtractu,vt ff.de actio.& obli.l.ex cõtractibus.& non datur cõtra hæredes.verbi gratia. Si teſtator doloſè fecit in depoſito cauſa tumultus,incendij,ruinæ,vel naufragij,cõpetit contra eũ actio in duplum,nõ auté contra hæredé eius,ſed tantũ in ſimplum,vt ff depoſi.l.j.§.j.Sic etiam eſt in actione,quæ datur cõtra agrimenſorem,vt ff.ſi menſor fal.mo.dixe.l.iij.§ penul.Idé etiam eſt in actione ex ſtipulatu,quæ datur de iudicio ſiſti,quãdo aliquis cõuẽtus eſt in actione iniuriarũ,vt ff.ſi quis cautio.l.ſi eũ.§.iniuriarũ & §.præc.Idé etiã eſt in actione tributoria vt ff.de tributo.l.illud.§.fi.

6 ¶ Notandũ † quintò,quòd ea,quę dicta ſunt,locũ habét de iure ciuili. Sed de iure canonico, ſiue actio deſcédat ex cõtractu, ſiue ex maleficio,vel ſiue aliquid peruenit ad hæredé, ſiue nõ,vel ſiue lis eſt cõteſtata,ſiue non,datur actio contra hæredem, de quo eſt bona gloſ. in c.ſi epiſcopũ.xvj.q.vj.& ideò iure canonico hæres tenetur.Si tamen fecit inuentarium,non tenetur,niſi vſq; ad vires patrimonij ipſius defuncti,

7 vt C.de iure delibe.l.fi. ¶ Notandum † finaliter,quòd actiones pœnales dantur hæredibus,vt hîc dicitur,duobus tamé caſibus exceptis. Primus eſt,ſi patronus agat contra libertum pro operis ſuis, & patronus moritur relicto extraneo hærede,non poteſt talis hæres agere contra libertum,vt ff.de operis liberto.l.ſi operarum.Secundus caſus,ſi pater agat pro repetitione dotis filiæ ſuæ, quæ ſe diuertit à marito, & pater moritur relicto extraneo hærede,non competit hæredi actio,vt C.de rei vxo.actio.l.vnica.§.videamus.& ita vult hîc glo.fi.Verum tamé eſt,quòd iſti caſus non ſunt bene ad propoſitum,quia tex.loquitur de actionibus pœnalibus,quãdo lis eſt cõteſtata, & dantur iſtæ actiones etiam contra hæredes,exceptis duobus caſibus. Primus in actione de dolo,vt C.de dolo.l.fi.Secundus,in reuocatione alicuius in ſeruituté vel libertinitatem,qui per colluſionem pronuntiatus eſt ingenuus, vt ff.ne de ſta.defunct.l.j.§ ſed interdum.

§. Supereſt.

1 *Reus ſatisfaciens actori,abſoluitur ab obſeruatione iudicij.*

2 *Iudicia omnia dicuntur abſolutoria.*

1 Quando reus † ſatisfacit actori, tunc abſoluitur ab obſeruatione iudicij, etiam quocunque tempore iudicij hoc fiat. Hoc dicit. ¶ No-

2 tandum, † quòd omnia iudicia dicuntur eſſe abſolutoria, ad quod iſte tex.ſolet allegari. Si igitur aliquis timeat,quòd cõtra eũ proferet ſententia,ex qua diffamabitur,ſatisfaciet actori ante ſententiã. & per hoc euadit pœnã.Et ſi actor noluerit recipere,vel nõ ſit pręſens,faciat reus

consignationem vel depositionem ex mandato iudicis,& hoc sufficit, vt notatur per Bar.in l.iusiurandum.ff.de iureiuran.

DE EXCEPTIONIBVS.

TITVLVS XIII.

1 *Continuatio rubricæ.*
2 *Actiones & exceptiones differunt.*

1 Continuatur sic: † Dictum est suprà de actionibus,& quia exceptiones obtinent vicem actionum, idcirco tractatur hîc de exceptionibus. Vel sic,secundum glo.dictum est de armis actorum,consequenter dicendum est de armis reorum,& quia illa sunt exceptiones,ideò tractatur hîc de exceptionibus.
2 ¶ Et est notandũ † circa rubricam, quòd actiones & exceptiones differunt: quia actio datur in scriptis,vt Authen.offeratur. C.de litis contesta.sed exceptio non,vt l.scire oportet.§.oportet autem.ff. de excusatio.tuto. Potest tamen officio iudicis exceptio etiam redigi in scriptis,vt in c.quoniam contra falsam.extrà de probatio.

§. Sequitur, ut de except.

1 *Exceptiones cur inuentæ. & nu.2.*
3 *Exceptio metus, datur contra petentem illud, quod per metum promissum est.*
4 *Doli exceptio, habet locum in iudicijs stricti iuris.*
5 *Doli exceptio,& exceptio de dolo,differunt.& nu.6.*
7 *Exceptio in factum,datur illi,qui aliquid ex errore promisit.*
8 *Actio elisa per exceptionem, an sit efficax.*

1 Summatur sic: † Exceptiones inuentæ sunt gratia reorum,quia sæpe contingit,quòd actor habet iustam actionem.& tamẽ reus iniustè condemnauerit,vt si quis promisit aliquid ex metu,vel ex dolo,vel ex errore,& ideò tunc datur promittenti exceptio ad impugnandum ta-
2 lem actionẽ. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd exceptiones inuentæ sunt, ad repellendum actiones, quibus rei iniustè condemna-
3 rentur. ¶ Notandum † secundò, quòd exceptio metus, datur contra petentem illud,quod per metum promissum est,vt hîc.& l.si donationis.C.quod metus cau. Et si ille,cui promissum est aliquid,per metum non agat,potest ille, qui promisit intra annum vtilem agere ad quadruplum,& post annum ad simplũ.vt l.iiij.C.quod metus causa. Nec tenetur designare personam,quæ metum intulit,sed satis est,quòd probet eum,contra quem agit habere lucrum ex tali metu,vt est glo.in l.si cum exceptione.§.in hac.ff. quod metus cau. Et dicitur esse metus respectu mortis,vel cruciatus corporis,qui scilicet cadit in cõstantem
virum,

virum,vt l.metum. & l.ſequen.ff.quod metus cauſa. ¶ Notandum
4 † tertiò,quòd exceptio doli,locum habet in iudicijs ſtricti iuris. Nam
in iudicijs bonæ fidei, dolus facit actionem ipſo iure nullam,& ideo
ibi exceptio non habet locum,vt ff.de dolo.l. & eleganter. Differunt
5 † autem actio de dolo,& exceptio doli,quia in actione de dolo opor
tet probare quis dolum intulit,cui illatus eſt,& quare illatus eſt Sed in
exceptione doli,bene probatur,quis dolũ intulit: ſed non oportet pro
bare cui,ſicut dicitur in actione quod metus cauſa. Sed in exceptione
quod metus cauſa,non probatur quis neq; cui,vt l.ſed ſi iuncta glo ex
6 dolo. §.fin.ff.de dolo. Differunt † etiam ſic,quia actio de dolo durat
per biennium,vt C.de dolo.l.fin.exceptio autem doli,eſt perpetua ſe
cundum illam regulam, quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetua
ſunt ad excipiendum,vt l.purè.,ff.de doli exceptio. §.fin. ¶ Notan.
7 dum † quartò, quòd quando quis ex errore aliquid promiſit, datur a
exceptio in factũ,quãuis etiam habeat exceptioné doli,vt l.ij.§.circa.
ff.de doli excep. Vel datur exceptio in factum patrem vel patronum,
cui filius vel libertus aliquid promiſit,quod promittere non debuit ex
errore,quia contra patrem vel patronum non videtur danda exceptio
doli.propter diffamiam,& ita vult hîc glo.quod tamen non eſt neceſ
ſarium,quia exceptio doli,non eſt diffamatoria in hoc caſu,cùm non
8 procedat ex delicto., ¶ Notandum † finaliter,quòd actio,quæ elidi.
tur per exceptionem,dicitur eſſe efficax ſecundum tex.hîc,& hoc glo.
intelligit,quia permanet obligatio naturalis & ciuilis.Sed dictum glo.
non videtur verum:quia quando exceptio innititur æquitati,tunc nõ
eſt aliqua obligatio naturalis,quæ contra æquitatem procedit,vt l.Sti
chum.§.naturalis.ff.de ſolutio.& ideò melius videtur dicẽdum,quod
talis actio dicitur efficax ratione obligationis ciuilis tantùm.

§. *Idem iuris.*

1 *Pecunia uariè promittitur: uariéq; inde agitur.*

Summatur ſic: Promittens reſtituere pecuniam, quam ſperabat ex
cauſa mutui recipere, & ſibi numerari,obligatur,& poteſt conueniri,
ſed contra petentem poteſt opponere exceptionem non numeratæ pe-
1 cuniæ.Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd pecunia poteſt promit.
ti per inſtrumentum,vel per literas, & tunc naſcitur exceptio non nu.
meratæ pecuniæ, ſi ſcilicet pecunia contenta in literis non ſit nume.
rata,& de tempore durationis iſtius exceptionis,,dictum eſt, ſuprà de
literarum obligatio.per to.& hoc eſt, quod vult iſte text.,in fine.vel
poteſt promitti pecunia præcedente interrogatione, & tunc naſcitur
obligatio ex ſtipulatione,& ſi pecunia non ſit numerata, datur debi.
tori exceptio in factum non numeratæ pecuniæ, & de illa exce.
ptione

ptione propriè loquitur iste textus concor. l. cum vltra. C. de non numerata pecunia.

§. Prætereà.

1 *Obligatio præcedens, non soluitur per pactum.*
2 *Obligatio naturalis tollitur per pactum.*
3 *Pacti conuenti tres effectus.*
4 *Pactum in maleficijs tollit utranque obligationem.*

Per pactum de non petendo non tollitur obligatio præcedens ipso iure, sed contra ipsum datur exceptio de non petendo, siue pacti conuenti. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd per pactum non soluitur præcedens obligatio: & ideò non obstante pacto de non petendo potest creditor agere contra debitorem, sed debitor non potest condénari, si opponat exceptionem pacti conuenti, vt hic dicitur. ¶ Notandum † secundò, quòd per pactum tollitur naturalis obligatio, vt ff. de solutio. l. Stichum. §. naturalis, sed remanet ciuilis: vnde nascitur actio, quæ tamen ciuilis obligatio eliditur per exceptionem, vt hîc. Et isti sunt † duo effectus pacti conuenti. Potest addi tertius, quia scilicet pactum inducit obligationem naturalem de non petendo. Nam aliqus potest obligari naturaliter ad non faciendum, sicut ad non furãdum, vt suprà de obliga. quæ ex malefi. nascũtur. §. j. & ideò etiam potest quis naturaliter obligari ad non petendum, & sic idem actus liberat, & obligat respectu diuersorum. Nam pactum liberat respectu debitoris, & obligat respectu creditoris, vt nota. in glo. in l. si pater. §. quæ debitorem. in verbo, non obligatur. ff. de iure dotium. Ex quo patet, quòd si lex vel statutum prohibeat mulierem obligari, nisi cum certa solennitate, tunc mulier non potest facere pactum de non petédo debitum, nisi cum tali solennitate, vt no. per Bar. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. ¶ Notandum † tertiò, quòd in maleficijs pactũ tollit vtranq; obligationem, scilicet naturalem & ciuilem, si paciscatur, vt nõ agatur. Et ratio est, quia talis obligatio est debilior, quàm illa quę procedit ex cõtractibus. Et idem dicit glo. de pignore remisso per pactum, quanuis Ioan. Fa. ibi aliter dicat, cum illa sit obligatio realis.

§. Aequè.

1 *Obligatio ciuilis non tollitur per iuramentum.*
2 *Causa iuramento decisa, non reuocatur propter periurium. fallit numeris. 3. 4. 5. 6. 7*
8 *Possessor si iuret rem suam esse, aliam habet exceptionem: aliam, si iuret petitoris non esse.*

Quanuis reus deferente actore iurauerit se nihil debere, actor tamen potest cõtra eum agere, sed defenditur reus per exceptionem iurisiurandi.

rifiurandi. Similiter quanuis poſſeſſor iurauerit rem ſuam eſſe, petitor
tamen poteſt contra eum agere, ſed defenditur poſſeſſor per exceptio
1 nem iuriſiurandi. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd per iuramen
tum non tollitur obligatio ciuilis: & ideò poſtquã reus iurauit ſe ni-
hil debere, poteſt tamen actor intentare actioné, ſed non poteſt age-
re de periurio, quia poſtquàm cauſa deciſa eſt per iuramentũ, non po-
teſt iterum ſuſcitari prætextu periurij, vt C. de re. credi. & iureiurã. l. j.
2 ¶ Notandum † ſecundò, quòd non quæritur de periurio, poſtquã iu-
ratum eſt. Et ita cauſa iuramento deciſa, non renouatur propter per-
3 iurium, vt iam dictum eſt, niſi in quibuſdam caſibus. † Primus ſi iura-
tum ſit contra legem, vt ſi mulier iurauerit permanere in meretric.
quia melius eſt iuramentũ non ſeruare, quàm delinquere, vt in Auth.
ſcenicas mulieres. § .j. colla. v. quæ eſt Authen. quod eis. C. de nup.
Similter ſi liberta iurauerit patrono non nubere, quia hoc eſt contra
bonos mores, vt l. adigere. ff. de iure patrona. Et iuramentum contra
bonos mores præſtitum non ligat, vt in regula, non eſt obligatorium
4 de regu. iuris, lib. vj. Secundus, † ſi quis iurauit ſibi debere legatum, cu-
ius contrarium conſtat ex teſtamento, vt C. de rebus credi. & iureiur.
5 l. fin. Tertius caſus, † ſi nouiter reperiantur inſtruméta contra iuramé-
6 tum neceſſarium, vt ff. de iureiur. l. admonendi. Quartus caſus, † ſi iu-
ratum ſit ſuper tranſactione inita ex falſis inſtrumentis, vt C. de tran-
7 ſactio. l. ſi ex falſis. Quintus † caſus eſt, ſi partes inter ſe conuenerunt,
quòd propter periurium cauſa retractaretur, vt C. de rebus credi. & iu
8 reiuran. l. j. ¶ Notandum † tertiò, quòd differétia eſt, an poſſeſſor iu-
ret rem ſuam eſſe, vel petitoris non eſſe. Nam ſi iurauerit ſuam eſſe ha
bet actionem & exceptionem: ſed ſi iurauerit petitoris non eſſe, ſolùm
habet exceptionem contra petitorem, & non contra alium. Cuius ra-
tio eſt, quia per hoc quòd res non petitoris, non ſequitur, quòd res ſit
ipſius poſſeſſoris, vt ff. de iureiur. l. ſed & ſi poſſeſſori. j. reſpon.

§. Item, ſi in iudicio.

1 *Obligatio neq; actio tollitur per ſententiam abſolutoriam.*
2 *Sententia abſolutoria aliter tollit obligationem, quàm iuramentum &*
pactum.

Quanuis conuentus àctione reali vel perſonali fuerit abſolutus, ta
men obligatio manet, ex qua actor poteſt contra eum agere, ſed de-
fenditur abſolutus per exceptionem rei iudicatæ. Hoc dicit. ¶ No-
1 tandum † primò, quòd per ſententiam abſolutoriam non tollitur obli
gatio neque actio: ſed datur abſoluto exceptio rei iudicatæ, contra
agentem de nouo, vt ff. de exceptio. rei iudicatæ, l. exceptio. ¶ Notan
2 dum † ſecundò, quòd ſententia abſolutoria aliter tollit obligationem,
quàm

quàm iuramentum vel pactum: quia iuramẽtum vel pactum tollit totaliter obligationem naturalem, & non ciuilem, vt ff.de iureiur.l.fin. Sed sententia tollit obligationem ciuilem remanente naturali, vt ff.de condic.inde.l. Iulianus. & ideò si ille, qui est absolutus per sentẽtiam, posteà soluat, non repetit solutum, vt ff.de condic.indebi.l.iudex.facit suprà de obligationibus. §.j.notabili j. ¶ Opponitur, & videtur, quòd sententia non tollat obligationem ciuilem, quia inducit actionem, & per consequens obligationem, ergo videtur, quòd nõ debet eam tollere, per l.actori. C.de rebus credi. Solutio. Quia sentẽtia est de iure ciuili, ideò potest id, quod est de iure ciuili, producere, & etiam destruere, vt ff.de origine iuris.l.ij. §.deinde. Sed non potest destruere, quod est de iure naturali, suprà de legit.agnato.tute. §.vltimo.

§. Hæc exempli causa.

1 *Exceptiones uariæ.*

Summatur sic: Præter istas exceptiones, quæ positę sunt causa exempli, sunt adhuc multæ exceptiones, de quibus habetur in libris ff. quarum aliquæ sunt de iure ciuili, & aliquæ de iure prætorio. Hoc dicit.

1 ¶ Notandũ † primò, quòd exceptio fori est de iure ciuili, vt C.de exceptio.l.fina. Et exceptio Macedoniana vel Valleiana oritur ex senatusconsulto, quod obtinet vicem legis, vt ff.ad Macedo.& ad Velleia.per totum. Sed exceptio doli mali, & quod metus causa, & etiam exceptio pacti, sunt de iure prętorio, vt ff.de exceptio.doli.per totum titul.& ff.de pactis.l.iuris gentium. §.prætor ait.

§. Appellantur.

1 *Exceptionum duplex differentia.*

2 *Exceptio perpetua & peremptoria, sine præfinitione temporis opponitur, ante tamen sententiam. Quod ultimum fallit sex casibus: quos uide sub nu.3.*

4 *Exceptiones dilatoriæ, quando proponẽdæ, & quãdo probandæ.*

5 *Exceptio non numeratæ pecu. anomala.*

1 ¶ Exceptionum † quædã sunt perpetuæ & peremporię, & quædam sunt temporales & dilatoriæ. Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper opponi possunt, & actionem agentis excludunt. Hoc d. ¶ Notandum primò, † quòd exceptio perpetua & peremptoria opponitur sine

2 præfinitione tẽporis. Debet tamen opponi ante sententiã, vt C. sentẽ. rescin.non pos.l.peremptorias. Et debet probari ante publicationem testificationũ, vt Authen.at qui semel. C.de probatio.nisi posteà posset probari per instrumẽta vel confessionẽ aduersarij, vt in glo. in d.l.

3 perẽptorias. In septẽ tamen casibus † põt opponi post sententiã. Primus est, si exceptio opponatur à minore, vt ff.de mino.l.minor xxv.annis.

Dicit

Dicit tamen hîc Ioan.Fab.quòd iste casus non excipit à regula, quia
hoc fit per restitutioné in integrũ:qua sententia declaratur, tanquàm
nulla. Secundus casus, si exceptio opponitur à milite. Nam ille potest
excipere post sententiam, eò quòd non tenetur iura scire, vt C. de iur.
& fac.igno.l.j. Tertius est in exceptione Macedoniana vel Velleiana,
vt si filius vel mulier obligauit se, datur exceptio post sentétiam, vt ff.
ad macedo.l.tamen si. Quartus est, quando donator excipit, ne con-
ueniatur in plus, quã facere potest, habita ratione, ne egeat, vt ff. de re
iudi.l. Nesennius. §.fin. Quintus est, quando opponitur exceptio falsi
procuratoris, vt videlicet, quia non habuit mandatum, vt l.licet. C. de
procurato. Secus est, si opponatur exceptio contra personam procura
toris, quia illa est dilatoria, vt infrà eo. §.prætereà. Sextus est, si oppo-
natur de nullitate iudicij, eò, quòd sentẽtia lata est ex falsis instrumen
tis, vel quia data est pecunia iudici, vt ferret sentẽtiam. C. quando pro-
uoca.non est neces.l.venales. vel quando iudex fuit incõpetens, vt C.
si à non compe.iud.per totum. Septimus est, si excipiatur de hoc, quòd
quis fuit compulsus eo tempore, quo compelli non debuit, vt ff. de fe-
4 rijs.l.j. ¶ Notandum † secundò, quòd exceptiones dilatoriæ debẽt op-
poni ante litis contestationé, sed probantur, postquàm actor monstra
uit suam intentionem, vt C. de probatio.l.exceptioné. Inde tamen ex-
cipitur exceptio fori, quæ opponitur & probatur ante litis contestatio
5 nem, vt l.penul. C.eo.tit.de excep. ¶ Notandũ † tertiò, quòd exceptio
non numeratæ pecuniæ, secũdum aliquos dicitur anomala. Quod pro
tanto verum est, quia in alijs exceptionibus opponens tenetur eas pro-
bare, sed qui opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, non tene-
tur probare, vt C. de non numera.pecu.l.si ex cautione tua. & eodem
modo dicitur de exceptione non numeratæ dotis, vt C. de dote cau. &
non numerata.l.fin. Et ita istæ exceptiones sunt temporales, quantum
ad propositionem. Durant enim per biennium, vt de exceptione non
numeratæ pecuniæ dictum est suprà de literarum obligatio. §.fi. Sed
quantum ad probationem, sunt perpetuæ, vt no. etiam per Barto. in l.
exceptionem.ff.eo. titulo.

§. Temporales.

1 *Exceptiones temporales & dilatoriæ, quæ.*
2 *Exceptiones dilatoriæ, actionem differunt: non tamen non destruũt.*
3 *Actionum dilatoriarum tempus à quo præscribatur.*

1 Summatur sic: Temporales † & dilatoriæ exceptiones sunt, quæ
actionem ad tempus differũt. Nam olim aute tempus agens, perdebat
actionem & rem. Sed hodie duplicatur reo tempus dilationis, & actor
condemnatur reo in expensis in priori lite factis. Hoc dicit. ¶ Notan-
dum

2 dum †primò, quòd exceptiones dilatoriæ nō destruunt actionem, sed differunt. Olim tamen agens ante tempus perdebat rem, de qua agebatur. Et ita tunc fuit huiusmodi exceptio peremptoria, sed hodie non est
3 sic, reo tamē datur duplex tempus dilationis. ¶ Notandum †secundò, quòd istud tempus interdum datur ab homine, & interdum datur à lege, interdum etiam datur ex natura actionis, verbi gratia: Si aliquis stipulatur sibi fructus futuros, vel ædificari sibi domū in certo loco, vel cum sit Romę, dari pecuniam Ephesi, datur dilatio ex natura actionis, vt ff. de verbo. oblig. l. interdum. secundum Azo. ¶ Opponitur, & videtur, quòd petens ante tēpus, non sit puniendus, per l. quod si in diem. ff. de petitio. hæredi. Solutio. In illa lege non petebatur ante tempus, nec etiam plus, sed petebatur, quòd hæreditas esset eodem iure penes hæredem agentem, quo fuit apud defunctum.

§. *Præterea.*

1 *Exceptiones procuratoriæ, ratione personæ sunt dilatoriæ.*
2 *Mulieres pro quibus agere possint. & nume. 4.*
3 *Calphurnia turpiter se habuit in iudicio.*
5 *Miles non potest esse procurator. Limit. nume. 8.*
6 *Exceptiones dilatoriæ procuratoriæ, opponendæ sunt ante lit. contest. Limit.*
7 *Exceptiones dilatoriæ licet sint plures, iudex tamen potest pro omnibus dare tempus, intra quod opponi debent.*

1 Exceptiones †procuratoriæ, ratione personæ sunt dilatoriæ, quales sunt illæ, quibus mulieres & milites prohibentur agere alieno nomine.
2 Nam milites suo nomine agere possunt. Hoc dicit. ¶ Notandū †primò, quòd mulieres non possunt agere pro alijs, nisi pro parentibus, qui pro se propter infirmitatem vel ætatem agere non possunt, nec reperitur alius volens pro eis agere, quo casu mulieres debent Velleiano priuilegio renuntiare, vt in tex. & glos. in l. fœminas. ff. de procurato. Nec
3 †potest mulier esse aduocata. Nam cum quodam tēpore mulier Calphurnia turpiter se habuit in iudicio, prohibitum est, ne mulieres decæ
4 terò pro alijs essent in iudicio, vt ff. de postulā. l. j. §. sexum. Potest †tamen mulier esse procuratrix ad negotia, vt in glos. in l. ij. ff. de reg. iur.
5 ¶ Notandum †secundò, quòd miles non potest esse procurator, propter duas rationes, Prima est, ne reuocetur à militia in damnū reipublicæ. Secūda est, ne sit terribilis aduersario, vt in glos. in l. militem. C. de procura. Et istud est etiam verū de milite cœlesti, qualis est clericus in sacris ordinibus cōstitutus, vt l. filiusfamiliâs. §. veterani. & ibi glos. in verbo, prosequatur, ff. de procurato. vide etiam glo. in l. militem. C. de procura. cum additione ibidem. nisi in pijs causis, & pro miserabilibus

personis,vt in c.j.& ij.extrà,ne cleri.vel mona. facit glos.in verbo.nec
6 virilibus.in §.secundo loco.ff.de postulan. ¶ Notandum tertiò,quòd exceptiones dilatoriæ procuratoriæ,opponendæ sunt ante litis contestationem,vt notatur in l.filiusfamiliâs. §.veterani.ff.de procurat.nisi procurator interueniat post litem contestatam,& tunc opponi debent ante primum actum concernentem merita causæ : quia aliâs videtur procurator admitti, vt notatur per Bartolum in l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.de procurato. Quod verum est,nisi esset exceptio procuratoria,quæ redderet iudicium nullum, qualis est de falso procuratore,de qua in l.licet. C.de procurato.& in dicta glos.§.ratihabitionis.
7 ¶ Notandum † quartò, quòd quanuis sunt diuersæ exceptiones dilatoriæ,potest tamen iudex pro omnibus dare certum tēpus, intra quod opponi debent,vt notatur in glo.& per Bart.in l.error. C.de iur.& facti igno.
8 ¶ Opponitur,& videtur, † quòd miles potest agere pro patre, vel matre,vel vxore,per l.iij. §.militi.ff.de liberali causa. & per §.fatitur.suprà de iniur. Solutio. Illa lex tertia loquitur in casu libertatis, & ibi miles potest pro eis agere,sed iste textus loquitur regulariter,potest etiam miles agere pro iniuria illata vxori, quia sic agit nomine proprio,est enim causa sua.

§. Eas uerò.

1 *Infamia non impedit quem agere per se,uel per alium, iuxta pristinum morem.*

Summatur sic:Exceptio infamiæ ipsius procuratoris vel constituentis procuratorem, non repellit procuratorem ab agendo. Hoc dicit.
1 ¶ Notandum, † quòd infamia non nocet alicui, quin agere possit per se,vel per alium,sicut fecit olim. Quod videtur verum,de infamia non notoria. Nam si sit notoria, videtur secundum textum istum, quòd impediret actionem, quia dicitur in textu, ne dum de his altercatur. Cùm ergo non est opus altercatione, sicut in notoria, apparet quòd impedit actionem.

DE REPLICATIONIBVS.

TITVLVS XIIII.

Continuatur sic : Quia sicut actiones eliduntur per exceptiones : sic etiam exceptiones possunt elidi per replicationes, & ideò cum iam de exceptionibus dictum sit, sequitur consequenter dicendum esse de replicationibus.

§. Interdum.

1 *Replicatio datur actori,quia interdum illi opponitur exceptio iniquè.*
2 *Replicatio iuuat intentionem actoris.*

Replica

3 *Replicationibus ope, pactum secundum tollit primum, contra ea, quæ sunt contraria.*

1 Quia † interdum exceptio iniquè opponitur actori, ideò datur ipsi actori replicatio, vt si creditor pactus est cum debitore nihil se petiturum, & posteà pacti sunt in contrarium, agente creditore excipit debitor, sed propter contrarium pactum posteà factum iniquum esset creditorem excludi ab actione, ideò datur sibi replicatio ex illo vltimo
2 pacto. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd sicut exceptio iuuat intentionem rei, & nocet actori, sic replicatio iuuat intẽtionem actoris,
3 & nocet reo. ¶ Notandum † secundò, quòd quando sunt cõtraria pacta, tunc secundum non tollit primum ipso iure, sed ope replicationis, vt hîc dicitur. Et potest replicatio opponi in qualibet parte litis vsque ad sententiam, vt in glos. in l. ij. §. j. ff. de exceptio.

§. Rursus.

1 *Duplicatio data est reo, quia replicatio iniquè interdum opponitur ab ipso actore.*
2 *Duplicatio rei, eliditur per triplicationem actoris: ut replicatio ipsius actoris, per duplicationem rei.*
3 *Dilationes quot dentur in exceptionibus dilatorijs, probabilibus per testes.*

1 Quia etiam † replicatio interdum iniquè opponitur ab ipso actore, idcirco data est reo duplicatio. Et quia illa etiam interdum iniquè opponitur, datur contra eam triplicatio. Et ita vlterius dantur defensiones actori, & reo: de quibus latius habetur in libris ff. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd replicatio actoris eliditur per duplicationem, & duplicatio ipsius rei per triplicationẽ actoris, & ita consequenter dantur defensiones actori & reo, vt l. secunda. §. illud. ff. de except.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd in exceptionibus dilatorijs probabilibus per testes, nõ dantur nisi tres dilationes communiter, & quarta datur cum solennitate iuris, vt not. in c. vltra tertiam. extrà de testibus.

§. Exceptiones.

1 *Exceptiones competentes principali debitori, competunt etiam fideiussori eius. & nume. 2.*

1 Exceptiones competentes † principali debitori, plerunq; etiam competunt fideiussori eius. Et dicitur plerunq;, quia exceptio quæ competit ei, qui bonis cesit, nõ competit fideiussori suo. Hoc dicit. ¶ Notan-
2 dum † primò, quòd exceptio pacti de non petendo competens reo principali, conuenit & fideiussori. ad quod solet communiter iste text. allegari. Et intelligitur hoc, quando est exceptio cohærens rei, vt l. defensiones. C. de exceptio. & in l. omnes. ff. de excep. Secus, si esset exceptio cohærens personæ, sicut est exceptio de ætate, sicut quando reus est

minor:quia talis petit restitutionem in integrum,quæ non conuenit fideiussori. Similiter ille,qui cessit bonis,habet exceptionem,vt non conueniatur in plus,quàm inquãtum facere potest, sed illam exceptionem non habet suus fideiussor,vt hîc dicitur. Et regulariter verũ est,quòd illa exceptio,ne quis in plus conueniatur quàm facere potest, non datur fideiussoribus,vt ff.de re iudica.l.& si fideiussor. & propter hoc dicitur in textu,plerunque. ¶ Opponitur,& videtur,quòd fideiussor habeat exceptionem,ne in plus conueniatur,quàm facere potest, per l.verum. §.primo. ff.pro socio. Solutio. Illa lex loquitur, quando quis conuenitur, vt defensor, nam tunc habet exceptionem, non autem si conueniatur vt fideiussor.

DE INTERDICTIS.

TITVLVS XV.

Continuatur sic:Quia interdicta obtinent vicem actionum,idcirco tractatur hîc de interdictis,& hoc secundũ glo. Sed quantum ad illum intellectum iste titulus præcederet titulum de exceptionibus, & ita etiam ponitur in libro ff. ideo potest aliter continuari. Dictum enim est de exceptionibus, per quas rei defenduntur. Cùm igitur interdicta sint defensiones possidentium,sequitur iam videre de interdictis.

§. Sequitur.

1 *Interdicta,quid olim erant. Et quid hodie.nume.2.*

3 *Possessiones qualiter peti possint,secus etiam quàm per interdicta.*

4 *Incorporalia quasi possidentur.*

5 *Interdicta an regulariter dentur pro possessione.*

1 Interdicta † olim erant conceptiones verborum, quibus prætor iubebat aliquid fieri,vel prohibebat,ne fieret super possessione vel qua-
2 si. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd interdicta olim,erant verba concepta à pretore,cum certa solennitate inter duos contendentes,super possessione vel quasi. Sed hodie interdicta nihil aliud sunt, quàm
3 actiones prætoriæ in factum,vt infrà eo.tit. §.fina. ¶ Notandum † secũdò,quòd possessiones etiam aliter peti possunt,quàm per interdicta, scilicet per condictionẽ indebiti, vt ff.de condi.indeb.l.indebiti.§.sed & si numi.Sic etiam per condictionem triticariam,vt ff.de condic.tritic.l.j.& per condictionem ex lege,vt C.de acquir.pos.l.fin. Et intelligitur istud de poss.adipiscenda,vel retinẽda,vel recuperanda,vt infrà
4 eod.§.sequens. ¶ Notandum † finaliter, quòd notanter dicitur quasi possessione, quia incorporalia non posidentur : quia verè possidetur, quod pedibus calcatur,vt l.j.ff.de acquir.poss.Incorporalia autẽ tangi nequeunt,

nequeunt, suprà de reb.corpor.& incorpo.per to. & ergo quasi possidentur, vt ff.de acquir.rer.domin.l.seruus.§.incorporales. pro quibus etiam dãtur interdicta, vt sunt viæ, actus, iter, aquæductus. Nam si pro istis iuribus contendatur, datur interdictũ de itinere actúq; priuato, vt
5 ff.eo.tit.per to. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd interdicta non semper dantur pro poss. vel quasi, per l.j.ff.de mortuo infe.& per l.j.§.fi.ff.de aqua quotid.& æsti. Solutio. Regulariter dantur interdicta pro poss. vel quasi, vt hìc dicitur. Interdum tamẽ datur interdictum pro iure, vt contra eum, qui prohibet mortuũ inferri, vt in l.j.alle.in oppo.de mor. infer. Nam ibi non quæritur de posses.sed de iure. Sic etiam interdum per interdictum terminatur possess.& proprietatis causa, quando scilicet datur contra eum, qui vult impedire illum, qui habet licentiam vel concessionem ducendi aquam ex castro, aut ex alio loco publico à principe. Nam ibi non inspicitur, si habeat possess. sed si habeat licentiam, vt in l.j.alleg.in oppo.de aqua quotid.

§. Summa autem.

1 *Interdicta, in quotuplici sint differentia, & specie. Et cur illa dicantur interdicta. nume. 2.*
3 *Interdicta prohibitoria, sunt quatuor, quæ perstringit. ibid. & nu. 4.5.6.*
7 *Interdictum restitutorium, continet duo interdicta. & nume. 9.*
8 *Interdictum, & petitio hæreditatis, differunt. ibid. & suprà.*
10 *Interdictum exhibitorium quando detur.*

1 Interdictorum † quædam sunt prohibitoria, quædam restitutoria, & quædam exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus prætor aliquid fieri prohibet. Restitutoria sunt, quibus prætor aliquid restitui iubet. Sed exhibitoria sunt, per quæ prætor iubet aliquid exhiberi. Et dicuntur
2 †interdicta, quia inter duos dicuntur. Hoc dicit. ¶ Notandum primò,
3 †quòd quatuor sunt interdicta prohibitoria, quæ tanguntur aliqualiter hìc in text. Primum est, ne vis fiat ei, qui in posses.missus est, ex primo decreto. Et istud interdictum datur contra eum, qui dolo impedit, ne quis in possess.mittatur, & contra eum, qui missum in posses.eijcit, quia sicut iudicis est aliquem in poss.mittere, ita eius est eum in eadem posses.tueri, vt ff.ne vis fiat ei. l.j. Dicitur autẽ possidere sine vitio, qui
4 prætore authore possidet, vt ff.de acqui.posses.l.iustè. Secundum † est interdictum de mortuo inferendo, quod habet duo capita. Vnum, scilicet, quod datur contra eum, qui impedit aliquem volentem inferre mortuum suum in locum, vbi iustè eum inferre potest, vel prohibet ei iter, vel accessum ad talem locum, & datur istud interdictum ad interesse, & ad damna, vt si propter necessitatem funeris necesse fuit emere alium locum, vt in l.liberum.ff.de religiosis & sumpti.funerum. Aliud

caput seu capitulum est,quod datur contra eum,qui mortuũ suum se-
peliuit in alieno loco,& datur ad pretium loci, vel ad remotionem ca
daueris,vt l.is,qui.ff.de religiosis & sump.fun. Nam olim sepulturę ha
bebantur extra ciuitatẽ,vt in l.iij.§.diuus.ff.de sepul. viola. Sed nunc
habentur sepulturæ in ciuitatibus, videlicet in cœmeterijs, in quibus
mortui sepeliuntur,nisi sint publici vsurarij vel excõmunicati, vt in c.
j.extrà de sepultu. Ei etiã sepeliuntur hodie mortui in Ecclesijs, quod
tamen videtur contra l.nemo apostolorũ. C.de sacrosan.eccle. Ter-
5 tium †interdictum prohibitorum est,ne in loco sacro quid fiat, quod
sit in deformitatem,vel incõmoditatem illius loci,vt ff. ne quid in lo.
co sacro.l.j. Et datur istud interdictum etiam contra eos, qui aliquid
volunt facere in portis,vel muris ciuitatum,quia dicuntur res sacræ,vt
suprà de re.diuisione. §.sanctæ.& ideò nemo potest facere domuncu
las apud muros ciuitatis,vel apud portas,sine consensu principis vel cõ
munitatis,vt not.per Barto.in l.fin.ff.ne quid in loco sacro. Et dicitur
notanter ad deformitatem vel incõmoditatem,quia si aliquis vellet fa
cere in Ecclesia pulchram picturam vel imaginẽ,non prohibetur, vt
6 in l.j.ff.ne quid in loco sacro. Quartum † interdictum prohibitorium
est ne quid fiat in flumine publico,vel ripa eius, quo peius nauigetur,
& tale interdictum datur contra eum,qui aliquid facit in flumine pu-
blico,vel in ripa,quo nauium transitus impeditur, vt tale amoueat,vt
7 ff.ne quid in flum.publico.l.j. ¶ Notandum † secundò, quòd interdi-
ctum restitutorium cõtinet duo interdicta. Primum vocatur quorum
bonorum,& datur succedenti iure prætorio, vtputa filio emancipato
contra eum,qui pro hærede, vel pro possessore bona defuncti possi-
det. Et habet succedẽs iure prætorio istud interdictum directũ. Vtile
autem habet succedens iure ciuili,vel ex testamento, vel ab intestato,
vt ff.quorum bonorum l.j.econtrà autem in pet. hæreditatis. Nam di
rectam habet succedens iure ciuili, vtilem verò succedens iure præto-
8 rio,vt ff.de possessoria hæreditatis petitione.l.j. Est † etiam alia diffe-
rentia inter istud interdictum,& pe.hæredi.quia agẽs pet.hæredi.petit
se declarari principaliter hæredem,& ex consequenti officio iudicis pe
tit sibi adiudicari omnia bona hæreditaria,vt l. licet.ff. de pe. hæredi.
Sed agens hoc interdicto principaliter petit sibi adiudicari bona hære
ditaria ipsius defuncti,vt hìc. Et quanuis agens nunquã possederit, da
tur tamen sibi interdictum restitutorium,quia dicitur sibi possessio re
stitui,id est,dari,vt ff.de verb.signi.l.verbum reddendi.& ideò nõ est
reijciendus libellus,in quo actor petit restitui ad id,quod nunquã ha-
buit. Secus tamen in statutis, vbi verba propriè accipiuntur,in l. consti
9 tuti.ff.ad municipa. † Aliud interdictum restitutorium est, vnde vi,&
datur cõtra eum,qui per vim deiecit aliquẽ à possessione sua, & datur
intra

intra annum,etiam pro his, quæ non peruenerunt ad deijcientem. Et
10 pro alijs datur perpetuò,vt ff.de vi & vi ar.l.j. ¶ Notãdum † finaliter, quòd interdictũ exhibitoriũ datur pro liberis hominibus cõtra detinétes eos,vt l.j.ff.delib.exhib. vel pro libertis,cõtra detinétes eos,quã do patronus vult eis indicere operas,vt ff.de interdictis.l.ij.§.iuris sui. vel etiã contra detinétes liberos alicuius,vel impedientes,ne parẽtes ducant eos quò velint,vt ff.de liberis exhibendis.l.iij.Pater tamen nõ habet istud interdictum contra matrem volentem lactare filium suum, vt ff.de liberis exhibendis.l.iij.§.etiam. Nec pater habet istud interdictum contra maritum,detinentem filiam suam,sed potius econtrà maritus habet istud interdictum contra patrem, vt l.j.§.fina.ff. de liberis exhibendis.

§. Sequens diuisio.

1 *Interdictorum quædam sunt adipiscendæ possess.quædam retinendæ, quædam recuperandæ.*
2 *Interdictum quorum bonorum,de acquir.possess.cui detur.*
3 *Interdicta duo pro adipiscenda possessione.*
4 *Pro hærede possidere,quis dicatur.Et quis pro possessore.*
5 *Interdictum Saluianum directum,datur contra colonum:utile, contra extraneum.*
6 *Interdictum Saluianum,& actio Seruiana,quid differant.*
7 *Pro hærede,an sit titulus.disting.*

1 Sic summatur: † interdictorum quædam sunt adipiscẽdæ possessionis,quædam retinendæ,& quædam recuperandæ. Adipiscendæ possessionis sunt duo interdicta.Primum vocatur,quorum bonorum,& datur ei,cui à prætore data est bonorum possessio.cõtra eum,qui ex illis bonis aliquid possidet pro hærede, vel pro possessore. Et dicitur pro hærede possidere,qui se putat hæredem esse,& non est. Et pro possessore dicitur possidere,qui rem possidet sine aliquo iure.Secundum est interdictum Saluianum , quod datur domino fundi , pro adipiscenda possessione rerum ipsius coloni,quas pro mercede locationis obliga-
2 uit.Hoc dicit vsque ad §.retinendæ possessionis. ¶ Notandum † primò,quòd interdictum,scilicet quorum bonorum,de adipiscenda possessione , solùm datur ei , qui nunquàm habuit possessionem , & sic etiam est de petitione hereditatis.Nam si aliquis per hoc interdictum, vel per petitionem hæreditatis pactus est possessionem rei , quam posteà amittit,non potest vti istis remedijs , sed rei vendicatione vel Publiciana , vt notatur per Bartolum in lege tertia.ff. de fideicom-
3 missa.hæreditatis peti. ¶ Notandum † secundò,quòd duo tanguntur hic interdicta pro adipiscenda possessione. Primum dicitur , quorum

bonorum,& datur succedenti iure prætorio cõtra eum, qui bona defuncti,vel aliquid ex eis pro hærede,vel pro possessore posidet: non autem si posideat alio titulo. Et idem est de petitio.hære.vt C.de pe
4 titio.hæred l.hæreditatis. ¶ Notandum † tertiò,quòd ille dicitur pro hærede posidere,qui se dicit hæredem,sed non est. Et ille dicitur pro possessore posidere,qui posidet, & nullum habet titulum. Vnde pro hærede & pro possessore , vt hîc sumuntur,non sunt tituli,& ideò sic posidẽtes,non præscribunt,nec vsucapiunt,vt C.in quib. cessat longi
5 temporis præscriptio.l. hæreditatem. ¶ Notandum † finaliter,quòd interdictum Saluianum directum datur contra colonum, & vtile contra extraneũ,vt C.de precario & saluiano interdicto.l.j. Et datur istud interdictum non solùm pro adipiscenda bono.posses.ipsius cõductoris,pro mercede conductionis,sed etiam pro damnis illatis in re cõdu
6 cta,vt ff.de interdic.Saluiano.l.j. Et est † differẽtia inter interdictum Saluianum,& actionem Seruianam,quia in actione Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse dominum rei pro qua agit tempore obligationis,vt ff.de pigno.l.j.§. cum prædium. Sed in interdicto Saluiano sufficit probare colonum posidere vel possedisse, vt ff.de
7 interdic.Saluiano.l.j. ¶ Sed † opponitur,& videtur,quòd non bene dictum sic,pro hærede,non esse titulum,per l.j.§.j.ff.quorũ bonorum. Solutio.Pro hærede accipitur dupliciter.Vno modo,vt est verus titulus,& ille dicitur pro hærede posidere,qui est verus hæres, vt ff.pro hærede.per totũ.Alio modo,vt ille dicatur pro hærede posidere,qui putat vel dicit se hæredẽ,& non est,& hoc modo accipitur hîc pro hærede. Et ita etiam accipitur,quando agitur petitione hæreditatis cõtra posidentem pro hærede,vt ff.de pe.hæredi.l.pro hærede.

§. Retinendæ.

1 *Interdictum uti posidetis,uel utrobi. habet locum in discutienda quæstione possessionis,ante quæstionem de proprietate.*
2 *Posidendi commodum,est multiplex.*
3 *Interdictum de superficiebus,quem habeat agendi modum.*
4 *Superficiarius quis dicatur.*
5 *Aqua quotidiana,quæ dicatur.Et quæ æstiualis.*

Cùm agendum est inter aliquos de proprietate , & dubitatur quis eorum posideat,prius discutiendum est de possesione,quod fit per interdicta vti posidetis,& vtrobi. Nisi enim sciatur,quis sit possessor,& quis petitor,non potest de proprietate agi. Et est magnum cõmodum posidendi:quia licet res non sit possessoris:manet tamen apud eum,si actor non probat eam suam esse. Et quando obscura sunt iura, iudicatur pro possessore,& contra petitorem. Hoc dicit,vsq; ad §.sed interdicto

1 dicto quidem. ¶ Notandũ †primò, quòd qñ dubitatur quis sit possessor, tunc ante quæstionẽ de proprietate discutiẽda est quæstio possessionis, quod fit p̄ interdictũ, vti possid. vel per interdictũ vtrobi, quia secundũ ciuilẽ & naturalẽ rationẽ, alius est possessor, & alius est petitor: iudiciũ enim cõsistit ex tribus personis, videlicet iudice, actore, &
2 reo. vt ff. de iudic. l. inter litigatores. ¶ Notandũ † secũdò, quòd multiplex est cõmodũ possidendi. Nã licet possessor possideat rem alienã, si tamen actor nõ probauerit eam suam esse, manet res apud possessorem, vt hîc & in l. fi. C. de rei vendi. Et hoc verum est in foro exteriori: sed secus in foro cõscientiæ. Est etiam aliud commodum ipsius rei, quia reo dantur plures dilationes, quàm actori, vt ff. de ferijs. l. fin. Et etiam cęteris paribus plus fauetur reo, quàm actori, vt l. Arrianus. ff. de
3 actio. & oblig. ¶ Notandum † finaliter, quòd in interdicto de superficiebus, est etiam similis modus agẽdi, sicut in istis interdictis. Et datur hoc interdictum superficiario, cõtra turbantẽ eum in sua superficie, vt
4 l. j. §. proponitur. ff. de superficiebus. Et dicitur † superficiarius, qui habet superficiem in alieno solo, vt ff. de superficiebus. l. j. Idem etiam est in interdicto de itinere actúq; priuato, quod datur ei, qui vsus est xxx. vicibus seruitute itineris, vel actus, vel vię, contra eũ, qui turbat ipsum, seu volentem impedire, vt ff. de itinere actúq; priuato. l. j. Idem etiam est in interdicto de aqua quotidiana & æstiuali, quod datur ei, qui ducit aquam ex aliquo loco ad rigandum agrum suũ, contra turbantem
5 eum, vt ff. de aqua quotidiana & æstiuali. l. j. Et † dicitur aqua quotidiana, quæ quotidie duci potest: & dicitur æstiualis, quam expedit ducere in æstate, vt d. l. j. in §. quotidiana. & in §. æstiua.

§. Sed interdicto quidem.

1 *Interdictum, uti possid. datur pro rebus immobilibus. utrobi. uerò, pro mobilibus. Et nu. 2.*

3 *Interdicta, uti possid. & utrobi. quando aliquis dicit se posside re, eoq; impedit quem arare, uel ædificare. Et quæ præterea dentur actiones.*

4 *Possidere ui, quis dicatur. Quis clàm. Quis precariò.*

5 *Possidens per alium, dicitur possidere. Et possidens alieno nomine, habet tantùm tenutam.*

6 *Colonus quis dicatur, quis inquilinus.*

1 Interdictum † vti possidetis. datur pro rebus immobilibus, & vtrobi. pro reb. mobilibus. Sed olim habebant aliam differẽtiam, quia per interdictum vti possidetis. vincebat ille, qui rem possidebat tempore interdicti, si non possidebat vi, aut clàm, aut precariò, ab aduersario suo, licet etiam sic possideret ab alio. Sed per interdictum vtrobi. ille vincebat, qui pro maiori parte anni non vi, aut clã, aut precariò ab aduer-

ſario rē poſsidebat. Sed hodie iſta differentia ſublata eſt, & per vtrūq;
interdictum vincit ille, qui tempore litis conteſtatæ rem poſsidet, non
vi, aut clàm, aut precariò ab aduerſario. Et dicitur quis poſsidere non
ſolùm per ſeipſum, ſed etiam per alium, quanuis ſuo iuri non ſit ſubie-
ctus. Et poſſeſsio ſolo animo retinetur, ſed ſolo animo nō adipiſcitur.
2 Hoc dicit vſq; ad §. recuperandæ. ¶ Notandum † primò, quòd inter-
dictum vti poſsidetis, datur pro rebus immobilibus, & vtrobi. pro re-
bus mobilibus. Et dantur iſta interdicta poſsidenti naturaliter & ciuili
ter, vel etiam poſsidenti naturaliter tantùm, vt vſufructuario, ſi non
poſsideat vi, vel clàm, vel precariò ab aduerſario: quia ſi ſic poſsideret,
eſſet poſſeſsio violenta, vel clandeſtina, vel precaria, & per conſequēs
iniuſta, vt ff. vti poſsidetis. l. j. §. fi. Sed ſi poſsideat vi, vel clàm, vel pre
cariò ab alio, quàm ab aduerſario, non dantur iſta interdicta: quia ni-
hil intereſt quo ad tertium, qualiter poſsideat, vt ff. vti poſsidetis. l. j. §.
3 fi. & l. ij. ¶ Notandum † ſecundò, quòd iſta interdicta dantur, quando
aliquis impedit alium, ne poſsit arare vel ædificare, & hoc ideò, quia di
cit ſe poſsidere, vt ff. de vi & vi arma. l. vim facit. Vel etiā ſi non dicat
ſe poſsidere, ſed impediat alium per iniuriam, adhùc dantur iſta interdi
cta, vt ff. vti poſsidetis. l. ſi duo. §. ſi vicinus. Datur tamē tūc etiā actio
iniuriarum, vt ff. de act. emp. & ven. l. qui pendendē. Et ſi non dicat ſe
poſsidere, neq; faciat per iniuriam, ſed dicat ſe ſeruitutē habere, tunc ſi
ipſe poſsideat, aget alius negatoria. Si autē ipſe qui turbatur poſsideat,
4 tunc aget hoc interdicto, vt ff. ſi ſeruitus vendi. l. ij. ¶ Notandum † ter
tiò, quòd ille dicitur vi poſsidere, qui per vim & violentiā retinet poſ-
ſeſsionem: & ille dicitur clàm poſsidere, qui ſecretè intrat poſſeſsionē.
Sed ille dicitur precariò poſsidere, qui per preces obtinet poſſeſsionē.
Et interdum transfertur precariò, poſſeſsio naturalis & ciuilis, vt ff. de
precario. l. in rebus. interdum, transfertur naturalis tantùm, vt ff. de pre
cario. l. & habet §. cum. Et interdum nulla poſſeſsio transfertur, vt l.
certè. §. is qui. Quando autem omnis poſſeſsio tranſlata eſt, tunc non
dantur iſta interdicta, per quæ tuentur poſſeſſores, ſed quando nul-
la poſſeſsio tranſlata eſt, vel naturalis tantùm, tunc dantur iſta inter-
5 dicta, vt ff. vti poſsidetis. l. j. §. j. ¶ Notandum † quartò, quòd ille qui
poſsidet per alium, dicitur poſsidere, vt ff. de acquirenda poſſeſsione. l.
quod meo. Et ille qui alieno nomine poſsidet, non habet ciuilem ne-
que naturalem poſſeſsionem, vt ff. de vſuca. l. non ſolùm. §. quod vul
gò. vt eſt colonus, & inquilinus, & depoſitarius & commodatarius.
Sed ſolùm habet detentionem, quæ vocatur tenuta, vt in gloſſ. in le-
ge ſecunda ff. pro hærede. Si tamen iſti deijciantur à poſſeſsione, di-
citur dominus perdere poſſeſsionem, vt in gloſſa. in lege prima. §.
6 non alij autem. ff. de vi & vi armata. Et † dicitur colonus, qui eſt in
villa.

villa. Inquilinus autem, qui est in ciuitate, vt l. re pignoris. ff. de acquiren. possess.

§. Recuperandæ.

1 *Interdictum recuperandæ possessionis, cui detur.*
2 *Pro possessione recuperanda dantur tria remedia. ibid. & nu. 4. 5.*
3 *Incontinenti quid fieri, quando dicatur.*
6 *Armorum appellatione, ueniunt fustes, lapides, & similia.*

1 Interdictum † recuperandæ possessionis datur ei, qui per vim à possessione eiectus est, & vocatur interdictum vnde vi. Et ille qui deiecit aliquem à possessione si sit res ipsius deijcientis, perdit eam, & si non sit res sua, restituit eam, & soluit vim passo æstimationẽ rei. Tenetur etiã eijciens aliquem à possessione sua ad pœnam l. Iuliæ, de vi priuata, si fecit sine armis. Si verò cum armis tenetur ad pœnam l. Iuliæ, de vi publica. Et nomine armorum etiam continentur fustes & lapides. Hoc
2 dicit vsq;. ad §. tertia autem diuisio. ¶ Notandum † primò, quòd pro recuperanda possessione dantur hîc tria remedia. Quorum primum est interdictum vnde vi, quod datur principaliter pro rebus immobilibus, ex consequenti tamen etiam pro rebus mobilibus, vt ff. de vi, & vi ar. l. j. §. illud. pro quib. principaliter datur actio vi bonorum raptorũ. Et datur istud interdictum etiam illi, qui vi, vel clàm, vel precariò possidet ad aduersario, quod verum est si possedit per interuallum tẽporis. Nam si incontinenti expelleretur, non daretur ei hoc interdictum
3 contra aduersarium, vt l. iij. §. eum ergo. ff. de vi & vi ar. Et † dicitur fieri incontinenti, quando quis nõ diuertit se ad alios actus extraneos, ff. de duobus reis stipulandi. l. duos. Et qui vim patitur non tenetur expectare, donec fuerit percussus, sed sufficit quòd sit iustus timor ad repellendum inferentem vim, seu violentiam, vt ff. ad l. Aqui. l. sed & si
4 quencunq;. Secundum † remedium est ex cõstitutione l. si quis in tantam. C. vnde vi. per quam faciens violentiã, abstrahendo rem ab alio, si sit res sua, perdit eam, si sit aliena, restituit eam, & etiam æstimatio-
5 nem eius rei, vt in d. l. si quis in tantam. latius notatur. † Tertium remedium est ex l. Iulia. de vi priuata vel publica. Nam hæc lex de vi publica punit eum, qui facit violẽtiam cum armis pœna deportationis & publicationis omnium bonorum. Sed de vi priuata punit eum, qui fecit violentiam sine armis, pœna religationis & publicationis tertiæ partis bonorũ, vt l. quoniã multa facinora. C. ad l. Iul. de vi pub. vel priua.
6 Et de ista dicetur infrà de pub. iudi. §. item lex Iulia. ¶ Notandũ † secũdò, quòd per arma etiã intelligunt fustes & lapides, & simila. Quod verũ est, si sint aptificata ad nocendũ. Nam si quis habeat cultellũ ad scindendũ panem, vel ad componendum pennã suam, nõ dicitur habere

bere arma,vt in Authen.de armis. §.prohibemus.colla.vj. Et ita dicit Dy.in l.iij. §.armis.ff.de vi & vi armata. quòd habens paruum baculum non dicitur habere arma. Et ita etiam dentes non dicuntur arma, vt l.cui dens.ff.de ædili.edic. Et istud facit pro intellectu statutorum, quibus prohibetur portatio armorum. Et dicit glo. in cle.ne in agro. extrà de statu monachorũ, quòd talia statuta non obligant venientes de foris. Et quęrit hîc gl. vtrum aliquis debeat expectare se primò percuti,quàm percutiat? Dicunt quidam,quòd sic,vt ar. C.vnde vi.l.j.nos contrà,sed sufficit iustus timor,vt ff.ad legem Aqui.l.sed & si.& ff.ad l. Corne.de sicarijs.l.is,qui.& l.iij. §.qui armati.ff. de vi & vi ar.& est glo.in.l.j. C.vnde vi.

§. *Tertia diuisio.*

1 *Interdictorum alia duplicia,alia simplicia.*
2 *Actionum quædam sunt simplices,quædam duplices.*
3 *In interdictis, uti possid. & utrobi:an appareat quis sit actor.*

1 Tertia †diuisio interdictorũ est, quòd aliqua sunt simplicia,& aliqua duplicia. Simplicia sunt,in quibus distinctè apparet,quis sit actor, & quis sit reus. Et talia sunt omnia interdicta restitutoria & exhibitoria. Sed interdictorũ prohibitoriorũ quædã sunt simplicia, vt interdictum,ne quis in loco sacro,& similia. Et quędã duplicia,vt vti possidetis,& vtrobi. Et dicũtur duplicia,quia in eis non apparet,quis sit actor,
2 aut quis sit reus. Hoc dicit. ¶ Notandum,† quòd sicut dicitur hîc de interdictis,sic etiam aliquæ actiones sunt duplices,vt familiæ erciscundæ,finium regundorum,& communi diuidundo, vt ff.de iudi.l.in tri-
3 bus. ¶ Opponitur † & videtur,quòd in interdictis duplicibus,vt vti possidetis, & vtrobi, bene appareat quis sit actor, quia ille est actor,qui alium trahit in iudicio,vt l.qui prior.ff.de iudi. Solutio. In istis interdictis non apparet quis sit actor,aut quis sit reus ex natura seu,substantia interdicti, sed postquàm vnus trahit alium ad iudicium, tunc bene apparet,vt vult lex in oppositum allegata.

§. De ordine.

1 *Interdictorum proponendorũ solennitas & formulæ hodie sublatæ sunt.*
2 *Actio in factum,datur quadrupliciter.ibid.& nu.3.4.5.*

Interdicta proponuntur hodie sine solennitatibus,quæ fuerunt in veteri iure,& loco interdictorum datur vtilis actio in factum. Hoc d.
1 & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò,quia olim interdicta proponebantur cum certis solennitatibus, & cum certis formis.sicut etiã actiones,vt ff.de origi.iuris.l.ij. §.deinde. Et qui cadebat ab vna syllaba,cadebat à tota causa,vt ibi dicitur. Sed illæ solennitates & formulæ tam interdictorũ,quàm actionum,hodie sunt sublatæ, vt C.de for-

formu.l.j.&ij. ¶Notandum†secundò, quòd actio in factnm datur
2 quadrupliciter. Nam vno modo coincidit cũ actione præscriptis verbis, quæ datur in tribus contractibus innominatis, scilicet do vt des, facio vt facias, do vt facias. Nam pro quarto contractu innominato.s.facio vt des, datur actio de dolo, vt ff.de præscriptis verbis.l.naturalis.§.j.ij.&.iij.& §.quòd si faciam. Datur etiam pro omni pacto antè vel pòst incontinenti apposito iuxta cõtractum, vt C. de pactis inter empto.& vendito.apposi.l.ij. Datur etiam quãdo est dubium de nomine contractus, vt ff.de ęstimato.actio.l.j.& l.j.ff.de præscriptis verbis.&
3 l.iij. Secundò,†datur actio in factum ex edicto vel interdicto prætoris,
4 vbi est specialis actio, vt hìc. Tertiò datur in†subsidiũ legis Aquiliæ, vt quando damnum datur est à non corpore in non corpus, vt su-
5 prà ad legem Aquiliã.§.fin. Quartò datur ex varijs figuris†causarũ, quando ęquũ est dare actionẽ, vt ff.de actionibus & obliga.l.j.

DE POENA TEMERE LITIGANTIVM. TITVLVS XVI.

Continuatur sic: Quia iam dictum est, qualiter actor & reus debent se habere in iudicijs, & quia frequenter actor temerè proponit actionem, & reus temerè contradicit actioni, idcirco tractatur hìc de pœnis temerè litigantium.

§. Nunc admonendi.

1 *Litigantium temeritas, uariè punitur.*
2 *Litium materia, est resecanda.*
3 *Litigantes temerè, puniuntur periurio, propter iuramentum calumniæ præstitum initio litis.*
4 *Iuramentũ præstandũ ab actore initio litis, quæ & quot habeat capitula.*
5 *Actiones aliquæ crescunt ex inficiatione.*

1 Temeritas†litigatorum interdum punitur pœna pecuniaria, interdum iureiurando, interdũ infamia. Reus enim non potest vti suis allegationibus, nisi prius præstito iuramento, quòd putat se iustè contradicere. Sed actor interdum punitur pœna dupli vel tripli, propter inficiationem, & interdum etiam reus. Ab initio litis actio est pluris, quã simpli, & actor tenetur etiam iurare de calumnia. Similiter etiam ad-
2 uocati vtriusq; partis. Hoc dicit. ¶Notandum†primò, quòd iudices habent prouidere, ne homines faciliter procedant ad lites. Nam materia litium semper est resecanda & rescindẽda, vt hìc & ff.si certum pe-
3 tatur.l.quidam ęstimauerunt. ¶Notandum†secundò, quòd temerè litigantes, puniuntur periurio, propter iuramentũ calumniæ, quod pręstatur in principio litus, quæ pœna licet nõ sentiatur in præsenti, sentie-

tur

tur tamen in futuro seculo, vt C. de iuramẽ. calum. l. ij. punitur tamen etiã in præsenti peierans arbitrio iudicis, vt l. fin. C. de crimine stelio.

4 ¶ Notandum † tertiò, quòd istud iuramẽtum habet diuersa capitula. Primò enim iurat actor, quòd venit bona instantia ad agendum. vt C. de iuramẽ. calũ. l. ij. Secundò, quòd non dedit, nec dabit iudici aliquid, vt pro se proferat sentẽtia, vt in Authen. vt litigan. iurent. §. j. coll. ix. Tertiò, quòd non exiget, neq; faciet probationem calumniosam. vt in Authen. de his, qui ingrediun. ad appella. §. fin. colla. v. Vnde versus:

Illud iuretur, quòd lis sibi iusta uidetur,
Et si quæretur uerum, non inficietur,
Nil promittetur ut falsa probatio detur,
Vt lis tardetur, dilatio nulla petetur.

Et debent ista specialiter iurare, nec sufficiat ea iurare in generali: vt in glo. in d. §. fi. Et eodem modo tenetur etiam iurare reus, nisi quòd

5 in j. c. iurat se vti iusta contradictione. ¶ Notandum † finaliter, quòd aliquæ actiones crescunt ex inficiatione, vt damni, iniuriæ, & de legatis relictis venerabilibus locis, vt hîc dicitur. Sunt etiam aliæ, vt si creditor negat sibi solutum esse debitum, & posteà probetur solutio, tenebitur creditor debitũ probare, ad quod prius nõ tenebatur, vt ff. de probatio. l. cũ de indebito. Similiter si possessor negauerit possesionẽ, & posteà probata fuerit, amittit possesionẽ, vt ff. de rei ven. l. fin.

§. Hæc autem omnia.

1 *Litigantium temerè quæ sit hodie pœna.*

2 *Victus an sit condemnandus in expensis uictori, si putauit se iustam causam habere.*

Licet olim litigantes calumniosè, puniebantur in decima parte litis: hoc tamen hodie sic non obseruatur. Sed litigans calumniosè, tenetur aduersario suo soluere damna & expensas. Hoc dicit. ¶ Notandum

1 † primò, quòd licet hodie temerè litigantes, non puniantur in decima parte litis, sicut olim, quia tunc prodita erat actio ad hoc ordinata, tamen adhuc hodie iure Authẽticorum habetur ista pœna, sed non iure actionis, sed per officium iudicis, vt in Authen. de litigio. §. ad excludẽ-

2 das. coll. viij. ¶ Notãdum † secundò, quòd quanuis in l. eum, quem. ff. de iudi. & in l. properandũ. §. siue autem. C. de iudi. dicatur, quòd victus condemnandus est victori in expensis, hoc tamen intelligendum est, si litigauit calũniosè. Nam si putauit se habere iustam causam, nõ debet cõdemnari in expensis, & ideò Bar. in l. destituisse. ff. de iudi. dat consilium, quòd postquã aliquis sentit causam suã non esse iustam, recedat à lite, & non habebit soluere aduersario expensas litis. De quo etiam in Authen. de iudicibus. §. oportet. colla. vj. & c. vlt. cum glo. su. per ver

per verbo,taxatione.extrà de his quæ vi metùsve causa fi.& in c.fin.li tibus.fi.glo.mag.quę est super verbo, expẽsis,de dolo & contu.

§. Ex quibusdam.

1 *Infamia unde contigat.*
2 *Infamia quando uitetur.*
3 *Infamia nascitur ex actione directa tutelæ.*
4 *Infamia nascitur ex maleficio.*

1 Propter † crimen furti, aut vi bonorum raptorũ,aut iniuriarum aut de dolo,ex cõdemnatione,vel ex pacto homines infamantur.Sic etiã propter actionem directam tutelæ,mãdati,vel depositi,vel pro socio, quæ ex vtraq; parte est directa,infamantur homines ex condemnatio ne,sed non per actionem contrariam,neq; ex pacto. Hoc.d. ¶ Notan
2 dum † primò,quòd ista infamia potest vitari.Nam si quis condemnatur nomine alieno,ipse non infamatur,nec etiam ille,cuius nomine dif famatur,vt ff.de his qui notan.infa.l.furti. §.si quis alieno.Vitatur etiã infamia,si sententia non trãseat in rem iudicatam, sed suspendatur per appellationem,quia appellatio suspendit pronuntiatum,vt in glo.in d. l.furti. §.j. Vitatur etiam infamia, si sententia feratur ab arbitro, quia solùm sententia iudicis ordinarij vel delegati infamat, vt ff.de his qui notan.infa.l.quid ergo. §.ex compromisso.& per glo.ibi. ¶ Notan
3 dum † secundò,quòd ex actione directa tutelæ nascitur infamia,vt hîc dicitur.Quod verum est,si tutor fecit dolum vel fraudem. Nam si ex culpa etiam lata cõuincatur malè administrasse,non est infamis tutor,
4 vt l.iij. §.fin.cum l.seq.ff.de suspec.tuto. ¶ Notandum † tertiò,quòd ex maleficijs nascitur infamia, non solùm per sentẽtiam, sed etiam per pactum, vt hîc dicitur, & ita pactum æquiparatur sententiæ, vt ff.de his,qui notan. infa.l. furti. §.fina.

§. Omnium autem actionum.

1 *Citatio non habet locum contra parentes uel patronos: nec contra parentes uel liberos patronorum uel patronarum.*
2 *Iudicium unde habeat initium.*
3 *Liberi emancipati possunt uocare parentes in ius cum uenia.*
4 *Solidum.pro,aureus.Et quot aurei faciant libram auri.*

1 Summaĩ sic: † Omnes actiones incipiunt à citatione.Quæ quidem citatio non habet locũ contra parẽtes vel patronos ,nec contra parentes vel liberos patronorũ vel patronarũ. Sed si quis eos citauerit sine licentia iudicis,puniĩ in quinquaginta solidis.h.d.& patet inellect. tex.
2 ¶ Notandum † primò, quòd iudicium habet initium suum à citatione. Quod verum est, quantum ad præparatoria iudicij. Propriè enim iudicium habet initium suum, à litis contestatione, vt l. aper-

tissimi. C. de iudi. & in Authen. de litigio. §. si verò apud iudicē. colla. viij. & concordat c. relatum. cum glo. j. extrà de offic. deleg. l. j. C. de plus pe. l. j. C. vbi de cri. agi op. & l. & quia. in fi. ff. de iurisdi. om. iudic.

3 ¶ Notandum † secundò, quòd cùm dicitur hîc, quòd liberi non possunt citare parentes, nisi cum venia, hoc intelligitur de liberis emancipatis, quia si sint in potestate, non possunt parentes in ius vocare etiam cum venia. Pro primo facit l. fi. C. de in ius vocan. Pro secundo facit l. lis nulla. ff. de iudi. facit suprà de actionibus. §. pœnales. versi. & in eâ.

4 ¶ Notandum finaliter, † quòd per solidum intelligitur hîc aureus, vt ff. de in ius vocan. l. libertus. & l. in eum. ff. eo. vbi exprimuntur aurei. Et lxxij. aurei faciunt libram auri, vt C. de susceptori. & archa. l. quotiens. lib. x. Et ita aureus continet sextam partem vnciæ.

DE OFFICIO IVDICIS.

TITVLVS XVII.

Continuatur sic: Dictum est suprà de actionibus, quæ sunt remedia actoris: & de exceptionibus, quæ sunt remedia rei, sed quia in iudicio præter actorem & reum etiam debet esse iudex, ideò tractatur hîc de officio ipsius iudicis, quod etiam imploratur loco actionis, vt l. actionis. ff. de actionibus & obligationibus.

§. Superest.

1 *Iudex debet iudicare secundum leges, uel constitutiones, uel consuetudines approbatas, aliâs malè.*

2 *Iudicandum est secundum consuetudinem nouam, si ea legi antiquæ contradicit.*

3 *Sententiam Iudicis quæ præcedant.*

4 *In iudicio noxali æstimatio damni principaliter uenit in obligatione & condemnatione.*

Summatur sic: Iudex tenetur iudicare secundum leges, vel constitutiones, vel consuetudines approbatas. Et in iudicio noxali tenetur reum condemnare, vt de noxa satisfaciat, aut animal pro noxa det.

1 Hoc dicit, & patet intellectus textus. ¶ Notandum † primò, quòd iudex iudicare debet secundū leges, vel cōstitutiones vel secundū consuetudines approbatas, vt hîc dicit. Et si aliter iudicauerit, & in sentētia causa erroris expressa fuerit, tunc sentētia ipso iure est nulla, de quo

2 latius no. in l. si expressim. ff. de appella. & relatio. ¶ Notādum † secundò, quòd si cōstitutio noua contradicat legi antiquæ, tunc iudicādum est secundum constitutionem, & non secundū legem antiquam, vt ff. de legi. & senatusc. l. nō est nouum. Si etiam consuetudo sit contraria iuri

iuri scripto, iudicandum est secundũ consuetudinem, vt no. per Bar. in l. de quibus. ff. de legi. & senatuscon. & hoc si sit cõsuetudo approbata & præscripta, de qua in ea. l. de quibus. & in c. fi. extrà de consue. Et debet iudex in præparatorijs & ordinatorijs iudicij attendere cõsuetudinem loci, vbi seruatur iudicium. Sed quantum ad sententiã attendere debet consuetudinem in locis partium, maximè ipsius rei. ¶ Notan-
3 dum † tertiò, quòd cum dicitur hîc in tex. quòd iudex in primis debet obseruare, hoc intelligendum est, quòd principaliter debet obseruare, vt secundum leges constitutiones iudicet, quia plura fiunt in iudicio. Nam primò offerendus est libellus, vt Authen. offeratur. C. de litis contest. Etiam examen causæ præcedit istam obseruantiã, vel potest istud intelligi, quòd in obseruandis circa sententiã istud est principale. Nam circa sententiã aliqua obseruanda sunt, videlicet, quòd detur in scriptis, vt C. de sent. ex pericu. recitan. l. fin. & quòd detur sedendo, vt in Authen. vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt. § sanci-
4 mus. colla. v. ¶ Notandum † quartò, quòd in iudicio noxali æstimatio damni principaliter venit in obligatione & cõdemnatione. Et ex officio iudicis consequenter venit datio animalis, vt ff. de re iudic. l. miles. § j. Et ita datur sententia certa, vt suprà de actio. § curare. Potest tamen dici, quòd in hoc iudicio libellus potest esse alternatiuus. & ita etiam potest ferri sententia alternatiua, de quo per Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obligatio.

§. Et si in rem.

1 *Iudicium omne aut absolutorium est, aut condemnatorium.*
2 *Iudex post sententiam potest dare tempus, intra quod reus rem restituat.*
3 *Fructus an petantur officio Iudicis, aut qualiter. ibid. & nume. 4.*

In actione reali debet iudex reũ absoluere, vel ei præcipere, vt rem restituat cum fructibus. Et si reus dicat se non posse rem restituere, datur sibi tempus, intra quod restituat, sed tunc reus debet dare fideiussores, qui satisfaciant, si ipse intra illud tempus non restitueri it. Hoc di-
1 cit & patet intellectus text. ¶ Notandum † primò, quòd omne iudiciũ
2 est absolutorium, vel condemnatoriũ. ¶ Notandum † secundò, quòd post latam sententiam potest iudex dare tempus, intra quod reus rem restituat, vt hîc dicitur. In actione tamen personali, ex ipsa dispositione iuris habet reus post sententiam quadrimestre, id est, quatuor mensium spacium. Et de isto latius per Bartolum in l. fina. C. de execu. rei
3 iudica. ¶ Opponitur † contra istum textum, quia videtur velle, quòd fructus petuntur officio iudicis. Nam vel hoc intelligitur de fructibus naturalibus, vel industrialibus, non de naturalibus, quia vel sunt consumpti vel extant. Si extant, tunc petuntur cum ipsa re, vt ff. de vsur. l.

fructus. Si verò ſint conſumpti, & eſt poſſeſſor bonæ fidei, tunc non tenetur de eis. Si autem teneatur de eorũ æſtimatione, hoc eſt per condictionem ſine cauſa, & non per officium iudicis, vt ff. ſi certum petat. l. ſi & me. non etiam de induſtrialibus, quia vel illi ſunt ſeparati à ſolo, & tunc ſunt ipſius poſſeſſoris, vt ſuprà de rerum diuiſi. §. ſi quis à non domino. vel ſunt ſeparati, & tunc petuntur cum fundo, vt ff. de rei ven-
4 dic. l. fructus. Solutio. Iſtud † intelligitur de fructibus perceptis & non conſumptis, qui ſunt ipſius poſſeſſoris, & ideò non poſſunt peti per actionem, ſed bene petuntur per officium iudicis, vt hîc, & C. de rei vendic. l. certum. §. bona fide. Si autem ſit poſſeſſor malæ fidei, & non habet titulum, tenetur de fructibus conſumptis per condictionẽ ſine cauſa. Extantes petuntur cum fundo, percipiendi verò petuntur per officium iudicis, vt C. de rei vendicatio. l. certum. primo reſponſo. Si verò habet titulum, excuſatur de percipiendis propter titulum, vt l. ſi fundum. C. de rei vendicatio. niſi in quatuor caſibus, qui notati ſunt ſuprà de rerum diuiſio. §. ſi quis à non domino.

§. *Et ſi hæreditas.*

1 *Iudex in hæreditatis petitione condẽnabit rem reſtituere cum fructibus.*
2 *Fructus percepti & conſumpti, an debeant reddi cum ipſa re.*
3 *Poſſeſſor bonæ fidei, non tenetur de fructibus perceptis & conſumptis.*

In petitione hæreditatis reſtituenda eſt res, cum fructibus: ſicut in actione reali dictum eſt. & ſi ſit poſſeſſor malæ fidei, reſtituere tenetur fructus, etiam percipiendos & perceptos, ſed ſi ſit poſſeſſor bonæ fidei, non tenetur de fructibus percipiẽdis, niſi poſt litem conteſtatam.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd in petitione hæreditatis iudex condemnabit rem reſtituere cum fructibus, ſicut in rei vendicatione. Nam petitio hæreditatis, eſt actio miſta. Eſt enim in rem & in perſo-
2 nam, vt ſuprà de actionibus. §. quædam. ¶ Notãdum † ſecundò, quòd cum ipſa re reſtitui debent fructus percepti & conſumpti, ſi fuerit poſſeſſor malæ fidei, & etiam fructus percipiendi, quos ſua culpa poſſeſſor non percepit, ſi non habeat titulum, ſed ſi habeat titulum, excuſatur de
3 percipiendis propter ipſum titulum. ¶ Notandum † tertiò, quòd poſſeſſor bonæ fidei non tenetur de fructibus conſumptis & perceptis. Quod verum eſt per aliquam actionem, vel per officium iudicis, tenetur tamen ex æquitate per condictionem ſine cauſa, vt l. ſi & me. ff. ſi certum pet. Poſt litem tamen conteſtatam, tenetur etiam per actionem: quia tunc fit poſſeſſor malæ fidei, propter conteſtationem litis.

§. *Si ad exhibendum.*

1 *In actione ad exhibendum, qualiter reum condemnare debeat Iudex. Et quid ſi res uſucapiatur poſt motam litem ad exhibendum. nume. 2.*

Summa

Summatur sic: In actione ad exhibendum, non sufficit, quòd reus rem exhibeat, sed oportet, quòd præstet omnem causam, quam habuisset actor, si à principio res fuisset exhibita. Et si reus dicat se non posse rem exhibere, dabitur ei tempus cum cautione. & si sic rem non exhibeat, neque cautionem præstet, condemnabitur ad totum inter-
1 esse actoris. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd in actione ad exhibendum iudex condemnare debet reum, non solùm vt rem restituat, sed etiam, vt res sit in vtilitate actoris, ac si habuisset eam à principio litis, vt hîc, & ff. ad exhibendum. l. Iulianus. § . quantum.
2 ¶ Notandum † secundò, quòd si post motam litem ad exhibendum res vsucapiatur, tunc tenetur iudex reum condemnare in æstimatione rei, ac si res non fuisset vsucapta. Et licet per rei vendicationem interrumpatur vsucapio, non tamen per actionem ad exhibendum, vbi vsucapio currit contra actorem rei vendicatione, vt notatur per Bartolum in l. ex hoc edicto. ff. de eo, per quem factum est. De materia actionis ad exhibendum, & aliarum actionum arbitrariarum, notatur in § . prætereà. suprà de actionibus.

§. Si familiæ.

1 *In familiæ erciscund. actione, debet Iudex res hæreditarias cohæredibus adiudicare. Idem in actione communi diuid. nume. 2. 3.*
4 *Fieri non posse, dicitur illud, quod commodè fieri non potest.*
5 *Corpus est duplex: diuiduum, & indiuiduum.*

1 In actione † familiæ erciscundæ, id est, diuidendæ hæreditatis, debet iudex res hæreditarias cohæredibus adiudicare. Et si vnus habeat meliorem partem, debet hoc per certam pecuniam ad æqualitatem reducere. Et datur etiam ista actio, si vnus cohæredum percepit omnes vel plures fructus, vel si destruxit rem hæreditariam, vel con-
2 sumpsit. Et eodem modo iudicandum † est in actione communi diuidundo, quando agitur de pluribus rebus. Si autem agatur de vna re diuisibili, adiudicabitur vni vna pars, & alteri alia. Et si sint coæquales, fit reductio ad æqualitatem per certam pecuniam. Si verò sit res indiuisibilis, tota adiudicabitur vni, & ille condemnabitur alteri in certa pecunia. Hoc dicit.
3 ¶ Notandum † primò, quòd eadem obseruantur in actione communi diuidundo, quæ obseruantur in actione familiæ erciscundæ, vt scilicet singulæ res singulis adiudicentur, & si sit inæqualitas, fiat æqualitas per pecuniam, & si vnus recepit omnes fructus vel plures, condemnabitur alteri in certa pecunia. Sic etiam si fecit damnum in re
4 communi. ¶ Notandum † secundò, quòd illud dicitur fieri non posse, quod non potest fieri commodè, vt hîc patet, & in lege,

 nepos

nepos Proculo. ff. de verbo. significa. concordat textus in cano. illud. xj. quæstio. j. & in cano. faciat. xxij. q. ij. tex. in c. j. §. volens itaque. versicu. non tamen. de collatio. in pragma. sanc. & ibi glo. in verbo, inconuenienti. ¶ Notandũ tertiò, quòd aliquod est corpus diuiduum, id est, diuisibile, vt ff. de lega. j. l. quod in rerum natura. §. ij. Et aliquod est indiuiduum, quod scilicet diuidi non potest, nisi destruatur, vt ff. de vsucapionibus. l. rerum mistura.

§. Si finium regundorum.

1 *In actione finium regund. debet iudex interdum partem ex agro unius alteri adiudicare, ut fines euidentius appareant. Et qualiter id intelligatur. nume. 2.*

3 *Finium regundor. actio, an habeat locum in domibus. disting.*

4 *Committens quid malitiosè circa fines agrorum, qualiter puniendus.*

1 Summatur sic: In † actione finium regundorum debet iudex interdum partem ex agro vnius alteri adiudicare, vt scilicet fines euidentius appareant. Et tunc debet fieri æqualitas per certam pecuniam. Et competit ista actio non solùm pro finibus agrorum, sed etiam contra eos, qui circa fines aliquid malitiosè faciunt, videlicet deponendo lapides, vel arbores finales. Et etiam contra eos, qui impediunt mensurationem
2 agrorum fiendam iussu iudicis. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò, quòd quando dicitur hîc in textu iudicem posse partem agri vnius alteri adiudicare, hoc debet intelligi, quando fines non possunt reperiri. Si autem fines appareant, debet iudex ipsos sequi, vt l. in finalibus. ff. finium
3 regund. nisi contrarium probetur. ¶ Notandum † secundò, quòd ista actio non habet locum in domibus, nisi esset domus confinis rustico prædio. Nam tunc daretur vtilis actio finium regundorum, sed non directa,
4 recta, vt ff. finium regundo. l. ij. in princ. ¶ Notandum † tertiò, quòd si aliquis malitiosè aliquid commisit circa fines agrorum, ille puniendus est, secundum quod actor iurauerit in litem. Salua tamen taxatione iudicis, punitur etiam fisco in quinquaginta aureis, vt l. agraria. ff. de termi. amo. Et ita ista actio potest esse ciuilis & criminalis, & per vnam non tollitur alia, vt C. quando ciuilis actio crimi. præiudicat. l. j. Quãdiu tamen vna durat, cessat alia, vt ff. de pub. iudi. l. is qui.

§. Quod autem.

1 *Dominium an transferatur per sententiam latam in actione famil. ercisc. aut communi diuid.*

2 *Error priuatus non impedit dominium transferri per sententiam, si à sententia non fuerit appellatum.*

Per sententiam istis iudicijs latam fit ille dominus rei, cui res adiu-
1 dicatur. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd per sententiam latam in istis

in istis iudicijs, de quibus iam dictum est, transfertur dominium, sicut etiam per missionem in possessionum ex secundo decreto, vt ff. de acquirenda possessio. l. iij. §. finali. Quod verum est, si cum sententia fit etiam traditio rei, vt C. de pactis. l. traditionibus. & suprà de rerum diuisio. §. per traditionem. Et ita etiam per sententiam latam in actione Publiciana, ille qui non fuit dominus, fit dominus, vt l. iij. ff. de Publicia. facit notabi. vlti. suprà de actio. §. sed istæ quidem. ¶ Opponitur
2 primò, † de l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procuratori. vbi per sententiam non fit quis dominus, vt apparet, quia in sententia est error. Solutio. Error priuatus non impedit, quin per sententiam dominium transferatur, si à sententia non fuerit appellatum. ¶ Opponitur secundò, quia in actione personali reo absoluto per sententiam, adhuc manet debitor ipsius actoris, si prius fuerit debitor, vt l. Iulianus. ff. de condictio. indeb. ergo apparet, quòd per sententiam non transferatur dominium, ex quo manet adhuc obligatus. Solutio. Aliud est in actionibus personalibus, quæ nascuntur ex obligationibus, quæ sunt res incorporales, quàm in actionibus realibus. Nam dominium rerum corporalium multò facilius transfertur, quàm rerum incorporalium. facit l. ea verò. ff. pro socio.

DE PVBLICIS IVDICIIS.

TITVLVS XVIII.

Continuatur sic: Dictum est suprà de iudicijs seu actionibus ciuilibus, & etiam de quibusdam criminalibus, videlicet quo ad priuata crimina, vt in princi. huius quarti, vsque ad titulum de actionibus. sequitur ergo nunc in fine dicendum de publicis iudicijs, quibus puniuntur crimina publica.

§. Publica iudicia.

1 *Iudicia publica differunt ab actionibus ciuilibus. Et cur publica dicta.*
2 *Iudicia publica & actiones differunt tripliciter. ibid. & nume. 3. 4. Et in quo conueniant. nume. 5.*
6 *Iudicia publica regulariter incipiunt ab accusatione. fallit, nume. 7.*
8 *Iudicium publicum, datur plerunque cuilibet de populo.*

1 Iudicia † publica differunt ab actionibus ciuilibus, & dicũtur publica, quia eorũ executio cõmuniter datur cuilibet de populo. Hoc dicit.
2 ¶ Notandum † primò, quòd publica iudicia & actiones differunt in principio, in medio, & in fine. In principio, quia actiones dantur pro causis ciuilibus, sed publica iudicia pro causis criminalibus, vt notatur
3 per Bartolum in l. j. ff. de condictio. ex lege. † In medio, quia in actio-

ne ciuili oportet actorem probare, aliòquin reus absoluitur, vt l. qui accusare. C. de ededo. sed in publicis iudicijs interdū actor, & interdū reus habet probare, vt notatur per Bar. & gl. in l. fallaciter. C. de aboli
4 tionibus. & facit. l. vbi. C. ad l. Corne. de fal. In fine, † quia per actioné ciuilé petitur aliquid dari vel fieri actori, sed in publicis iudicijs agitur
5 ad pœnā, vt in glo. in l. iij. ff. de sepul. violato. In † aliquo tamen etiam conueniunt. Nam vtrobiq; præstatur iuramentum calum. vt not. per Bar. & gl. in l. j. C. de iuramento calum. & etiam vtrobiq; datur libellus. Nam in actionibus datur libellus cōuentionalis, & in publicis iudicijs datur libellus accusatorius, vt in l. libellorum. ff. de accusa. Et continere debet libellus accusatorius nomen accusatoris & accusati, mensem & annum, in quo delictum commissum est, & cōsules, sub quibus commissum est delictum. Non autem oportet continere diem & horam, quando delictum cōmissum est, nisi accusatus petat, vt l. libellorum. ff. de accusa. Et idem est in publicis criminibus, & in priuatis, vt
6 l. fi. ff de priua. delictis. ¶ Notandum † secundò, quòd publica iudicia regulariter incipiunt ab accusatione, vt l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de mune. & hono. Hoc tamen fallit in quibusdam casibus. Pri-
7 mo, † in lenocinio, quod scilicet mulier accusata per maritum de adulterio, opponit ipsi marito, vt ff. ad legem Iuliam de adulte l. ij. §. si publico. Secundo, in teste deponente falsum. C. de test. l. nullum. Tertio, in producente falsam scripturam. C. de proba. l. iubem. Quarto, in falso tutore. ff. de suspec. tuto. l. tutor. §. præterea. Quinto, in calumniatore. ff. de calumniato. l. j. Sexto, in crimine notorio, vt l. ea quidem. C. de accusa. Et istud verum est iure ciuili, sed iure canonico cōmuniter incipitur ab inquisitione, quando præcedit diffamia, vt in c. cum oporteat. & in c. inquisitionis. & in c. qualiter & quando. ij. extrà de accusa.
8 ¶ Notandū † finaliter, quòd ideò dicitur in tex. quòd istud iudicium plerunq; datur cuilibet de populo: quia in quibusdā casibus datur certis personis, vt in crimine suppositi partus, nam tunc datur solis parentibus, vt in l. ij. ff. ad l. Corne. de fal. Sic etiam in crimine adulterij, vt in l. quanuis. C. ad l. Iul. de adul. Datur enim in principio certis personis, & non singulis de populo.

§. Publicorum.

1 *Iudiciorum publicorum quædam sunt capitalia, quædam non capitalia. & nu. 2.*

1 Publicorum † iudiciorum quædam sunt capitalia, & quædam non capitalia. Capitalia sunt, quibus infligitur mors naturalis vel ciuilis. Sed non capitalia sunt, quibus irrogatur infamia cum damno pecuniario.
2 Hoc dicit. ¶ Notandum † quòd iudicium publicū capitale est duplex. Nam

Nam quoddam est quo infligitur mors naturalis, vt est amputatio capitis, suspensio ad furcas, & similia, vt l. capitalium. ff. de pœnis. Aliud est, quo infligitur mors ciuilis, vt deportatio, vt l. qui vltimo. ff. de pœnis. Et de istis dictum est suprà, quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. in §. cùm autem. Sed iudicium publicum non capitale est, quo irrogatur infamia, vt l. cognitionum. §. æstimatio. ff. de va. & extraor. di. cognitio. vel etiam quo infligitur pœna pecuniaria, vel modica castigatio corporis, vt fustigatio, vt l. ij. ff. de publicis iudicijs.

§. Publica autem.

1 *Lege Iulia maiestatis, molientes cōtra Principem, aut Rempubli. puniuntur ultimo supplicio. Et qua prætereà.*

2 *Legis Iuliæ maiestatis omnes possunt quem accusare.*

3 *Lege Iulia puniuntur conspirantes in ciuitatem. & nu. 5.*

4 *Filij an puniuntur pro delicto parentum commisso in legem Iuliam maiestatis.*

Per legem Iuliam puniuntur molientes aliquid contra principem, vel contra rempub. & damnatur etiam eorum memoria post mortē.
1 Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd lege Iulia maiestatis, puniūtur molentes contra principem, aut cōtra rempublicam vltimo supplicio, & hoc si sint subditi. Nam crimen læsæ maiestatis non cōmittitur, nisi per subditum: & ideò clericus contra principem secularem non cōmittit hoc crimen, quod facit ad intellectum clemen. pastoralis, extrà de re iudic. Et puniuntur propter istud crimen non solùm committentes crimē, sed etiam eorum filij, vt l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. Puniuntur etiam scientes, & non reuelantes hoc crimen, vt dicta l. quisquis. & ibi notatur per glo. & Bar. Dicit tamen Bal. quòd hoc verum est, si scientes possint probare. Si verò probare non possint, non tenētur reuelare, & allegat l. nostris. C. de calumniato. ¶ Notandum
2 † secundò, quòd quo ad istud crimen omnes possunt accusare, etiam aliâs prohibiti, vt serui, mulieres, infames, vt l. famosi. ff. ad legem Iuliam maiestatis. Capitalis tamen inimicus accusare non potest, vt vult
3 Spec. in tit. de accusa. §. j. ¶ Notandum † tertiò, quòd facientes conspirationem in ciuitate puniuntur hac. l. de crimine læsæ maiestatis, vt no
4 tatur in l. fallaciter. C. de abolitionibus. ¶ Opponitur, † & videtur, quòd filij non debent puniri pro isto crimine commisso per parentes, per leg. sancimus. C. de pœnis, vbi dicitur, quòd filij non portant iniquitatem patrum. Solutio. Verum est, quòd filij non puniuntur pro peccatis parentum pœna æterna seu infernali: & ita intelligitur lex in oppo. alleg. sed bene puniuntur pœna temporali, etiam spirituali. Nam propter peccata parentum, interdicuntur oblationes

filiorum,& impediuntur promoueri filij ad ordines,non tamen excō-municantur pro peccatis parentū, vt in gl.j.q.iiij.in prin.j.ca.& xxiiij.
5 q.iij.in prin. ¶ Opponitur † secundò,& videtur quòd facientes conspirationem in ciuitate non cōmittant crimen læsæ maiestatis,per glo.in l.j.ff.ad l.Iul.maiest.Solutio.Salice.in l.fallaciter in oppo.alle. dat cōcordiam,quia aut conspirantes in ciuitate intendunt populum retrahere à subiectione principis,& tunc cōmittunt crimen læsæ maiesta.aut solùm intendunt mutare rectores ciuitatis,& tunc non cōmittunt crimen læsæ maiest.sed crimen seditionis,quod etiā punitur vltimo supplicio,sed non infligitur tanta pœna,sicut pro crimine læsæ maiest. vt l.j. C.de seditio.

§. Item lex Iulia.

1 *Adulterium quid. Et qua pœna puniatur.*
2 *Adulterium,& lenocinium differunt.*
3 *Stuprum committitur,cognoscēdo uirginem uel uiduam,etiam sine ui. Et quomodo præterea.nu.5.*
4 *Meretrix,quæ dicatur.*
6 *Pro stupro aliter puniuntur nobiles,aliter uiles.*

Committens adulteriū cum vxore alterius,vel exercens libidinem cum masculis,punitur gladio l.Iuliæ.Sed cōmittens stuprum,videlicet cognoscens sine vi virginem,vel viduā honestè viuentem,si sit honesta persona,cōmittens,punitur l. Iulia,publicatione dimidiæ partis bonorum suorum.Sed si sit talis persona,castigatur in corpore,& relegatur.
1 tur.Hoc dicit. ¶ Notandum † primò,quòd adulterium dicitur violatio alterius tori,vt notatur in rubrica. C.de adulte.&cōmittitur adulterium propriè cum muliere nupta,vt ff. de adulter.l. inter liberas.§.j. Vnde si vxoratus cognoscat solutam,non est propriè adulterium,secundū ius ciuile.Est tamen adulteriū verum secundū ius canonicum, & secundum ius ciuile punitur adulterium gladio , vt l. quamuis. C. de
2 adulte.Est † autem differentia inter adulterium & lenocinium:quia lenocinium cōmittitur,quando maritus comperit vxorē suam in adulterio,& retinet eam.Vel etiam quando accipit pretiū pro celando adulterio vxoris suæ,vt l.mariti lenocinium,ff.de adulte.Hodie tamē potest maritus sine pœna vxorem suam,quæ adulterata est, recipere, vt Authen sed hodie. C.de adulte.Sed qui scit adulterium vxoris,& ipsa non emendat se,etiam peccat secundum ius canonicum:quia est patronus & actor turpitudinis,vt in c. si vir. extrà de adulte. ¶ Notandum
3 † secundò , quòd stuprum cōmittitur cognoscendo virginem vel viduam etiam sine vi,vt hîc dicitur. Non autem cognoscendo meretricem:quia tales non continentur laqueis iuris ciuilis, vt l. quæ adulterium.

4 rium. C. de adulte. Et dicitur † meretrix, quæ multorum libidini paret, vel cuius turpitudo venalis est, vt notatur in c. inter opera. in verbo publicas. extrà de sponsa. & ma. Et ius canonicum seu Ecclesia permittit
5 istas mulieres ad vitandũ maius malũ, vt in d.c. inter opera. Et † quia iure ciuili etiam concubinatus est licitus, committit stuprum, cognoscens alterius cõcubinam, vt no. in l. in concubinatu. ff. de concubinis.
6 ¶ Notandum † tertiò, quòd aliter puniuntur pro stupro honestæ personæ, & aliter viles. Et dicuntur honestæ personæ nobiles, aliæ autem dicuntur humiles, vt l. humilem. C. de incest. nupt. ¶ Opponitur & videtur, quòd aliter puniuntur cõmittentes stuprum, quã sicut hîc dicitur in tex. per l j. C. si quis eam cuius tutor suam. Solutio. In isto tex. ponitur pœna stupri regularis. In casibus tamẽ aliter punitur stuprum. Primò, si quis stuprauerit puerum, nam ille punitur gladio. Secundò, si tutor stuprauerit eam, quæ fuit pupilla sua, nam ille punitur deportatione & publicatione omnium bonorum, vt in l. in op. alle. Tertiò, si seruus stuprauerit dominam suam: nam ille punitur gladio, vt l. vnica. C. de mulieribus, quæ se proprijs seruis immiscuerunt.

§. *Item lex Cornelia.*

1 *Homicidæ, & causa occidendi ambulantes cum telo, puniuntur lege Cornel. de sicar. & nu. 6.*
2 *Lex Cornelia de sicar. computatur inter publica iudicia.*
3 *Homicidium, contingit tripliciter. ibid. & nu. 4. 5.*
7 *Teli nomine, quid intelligatur.*
8 *Tela & arma differunt.*
9 *Sicarij, dicuntur à sica. Et quid sica.*

1 Homicidæ † & causa occidendi homines ambulantes cum telo, puniuntur gladio ex lege Cornelia de sica. Et per telum significatur hîc omne quod mittitur siue proijcitur à manu. Et dicuntur sicarij à sica,
2 quod significat ferrum vel cultrum. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd lex Cornel. de sica. computatur inter publica iudicia, quia quilibet de populo potest hoc iudicium intentare, suprà eodem titu. §. j.
3 ¶ Notandum † secundò, quòd homicidium contingit tripliciter: scilicet casu, necessitate, & voluntate. Casu autem contingit homicidium, quando non fit ex proposito, & si tunc non sit data opera rei illicitæ, & omnia obseruata sunt, quæ communiter circa talem actum sunt obseruanda, non punitur homicidium, vt c. dilectus. & cap. ex literis. c. sequen. extrà de homicidio. Sed si data sit opera rei illicitæ, vt si volens percutere vnum, percussit alium, & ita fecit homicidium, ille punitur,
4 vt l. eum, qui nocentem. §. si iniuria. ff. de iniurijs. Necessitate † autem contingit homicidium, vt quando aliquis inuaditur ab alio, & non

potest fugere nec euadere, nisi aduersarium occidat, & talis homicida non punitur, neque etiam est irregularis, vt in cle. si furiosus. extra de homicidio. Sed † voluntariè contingit homicidium, quando quis suo facto, vel consilio, vel præcepto occidit aliquem, & ille est irregularis, secundum ius canonicum, vt in capi. miror. & in c. si quis viduam. l. dis. si sit clericus. Et laicus semper debet iacere ante ianuam Ecclesiæ, vt in c. si quis voluntate. ead. dist. Sed iure ciuili punitur gladio, vt hîc, quod verum est, si fecit homicidium dolo, non autem si culpa etiam lata: nam tunc non punitur leg. Corneli. de sica. sed l. Aquilia. Et ita in hoc casu lata culpa non æquiparatur dolo. Aequalis tamen pœna est apud Deum, de quo in gloss. in capitu. consuluisti. ij. q v.

6 ¶ Notandum † tertiò, quòd ambulans cum telo causa occidendi homines, punitur gladio, sicut homicida, quãuis nullum occiderit, vt hîc. & ita affectus punitur sine effectu, & hoc verum est in criminibus atrocibus, quale est homicidium, non autem in alijs, vt in l. is, qui cum telo. C. ad legem Corneliã de sica. & hoc etiam verum est, si affectus ostendatur in actu proximo effectui, aliâs nõ puniretur sic, sed extraordinariè, vt ff. de extraordina. criminibus. l. j. Pœnam tamen statuti non incurrit quis per affectum, sed solùm per effectum, vt no. per Bar

7 to. in l. j. §. diuus. ff. de pœnis. ¶ Notandum † quartò, quòd per telum intelligitur omne illud, quod aptum natum est inferre mortem, vt in capit. si quis. aliâs quisquis cum telo. de pœni. distin. j. vbi lex illa est ca

8 nonizata. Et est differentia † inter telum & arma, quia per telum, significantur arma offensiua, vt l. penulti. §. telorum. ff. ad legem Iuliam de vi publi. vel priuata. Sed per arma significantur defensiua & offensiua arma, vt l. armorum. ff. de verborum significa. ¶ Notan-

9 dum † finaliter, quòd sicarij dicuntur à sica. Dicitur autem sica ferrum, vel gladius scindens ex vtraque parte, quòd peregrini solent deferre in baculis, secundum glo. hîc. vnde versus; Est sica mucro latens. sicarius inde vocatur.

§. Eadem lege.

1 *Veneno quẽ occidentes, puniuntur lege Cornelia de sicar. Et grauius, quàm occidentes gladio.*

2 *Artificia odiosa prohibet lex Corne. de sicar.*

3 *Venenum factitantes, licet nulli dederint, tamen puniuntur: excepto ad bonum usum.*

Summatur sic: Venefici, id est, occidentes homines cũ veneno, vel artibus magicis, & vendẽtes publicè mala medicamenta, puniũtur hac

1 l. Corne. de sica. Hoc dicit. ¶ Notandũ † primò. quòd illi, qui occidũt homines veneno, puniũtur l. Corne. de sica. Nã plus est occidere hominem

minem aliquem veneno, quàm gladio, vt l.j. C.de malefic. Et tales etiam puniuntur, licet non sequatur mors, vt notatur in d.l.j. C.de ma-
2 lefi.facit l.j.in fi.ff.de paricidis. ¶ Notandum † secundò, quòd hîc prohibentur artificia odiosa, vt sunt incantationes, quæ fiunt per necromantiam, interpretationes superstitiosæ somniorum, & omnia sortilegia, de quibus tractatur in causa xxvj.per totum, & exercentes, vel addiscentes, vel etiam consulentes in istis puniuntur, de quibus omnibus
3 notatur in l nemo. C.de malefi.& mathema. ¶ Notandum † finaliter, quòd facientes venenum, quo homines intoxicantur, licet nulli dederint, etiam puniuntur. Non autem illi, qui habent venenum ad bonum vsum, vt in tyriaca, vt l.qui venenum. ff.de verbo.significa. Illi etiam puniuntur, qui dant pocula amatoria. Et si quis dederit mulieri aliquid, vt non concipiat, vel viro vt non generet, punitur vt homicida, vt in c. si aliquis.extrà de homicid.& notat ibi glos.

§. Alia deinde.

1 *Parricidium cōmittens, atque ad id opem consiliúm ue præstans, tenetur lege Pompeia de parricid.*
2 *Parricidæ qui dicantur.*
3 *Homicidij conscij, grauius puniuntur, quàm sceleris authores.*
4 *Mater si occiderit filium iracundiæ calore, an & qualiter puniatur.*

1 Committentes parricidium, † & fieri mandantes vel conscij criminis etiam extranei puniuntur lege Pompeia de parricidijs, videlicet insuti in sacco de corio cum cane & gallo gallinaceo, & vipera, & simia,
2 projciuntur in flumen vel mare. Hoc dicit. ¶ Notandum † est primò, quòd parricidæ dicuntur, occidentes patrem vel matrem, & vlterius ascendentes vsque ad infinitum, similiter occidentes filium vel filiam, & vlterius descendentes vsque ad infinitum, vt l.j.ff.eod.titu.quod verum est, siue sint filij naturales tantùm, siue legitimi tantùm, vt not.in l.hos accusare. §.omnibus.ff.de accusa. Puniuntur etiam hac lege occidentes collaterales, vsque ad quartum gradum, vt in dicta l.j. Similiter etiam puniuntur occidentes nurum, generum, vitricum, priuignum, sponsam, & multo plus occidentes vxorem. Similiter, occidentes patronum vel patronam, patrinum, filiolum, & etiam occidentes Episcopum suum vel pastorem, vel si monachi interficiant abbatem, vt
3 notatur in dicta l. prima. ¶ Notandum † secundò, quòd extranei conscij huius criminis plus puniuntur, quàm occidentes. Nam si aliquis occideret patrem vestrum, ille solùm puniretur lege Cornelia de sicarijs. Sed si ipse sciat vos velle occidere patrem vestrum, & non reuelauerit, tunc punitur ista pœna, quæ est multò grauior,
4 vt patet hîc in textu. ¶ Notandum † tertiò, quòd si mater oc-

cidat

cidat filium suum ex calore: quia pater dicit nō esse filiū suum, tunc iure canonico detruditur in monasteriū, vt in c.j. extrà de his, qui filios occiderūt. Sed si filius infans reperitur mortuus in lecto parentū, tūc si parētes sint in culpa graui: quia scilicet posuerunt filiū in medio eorū, imponitur eis pœnitentia quinq; vel sex, vel septem annorū. Si aūt sint in leui culpa, imponitur pœnitentia triū annorum, ita quòd vtrobiq; primus annus compleatur in aqua & pane, vt nota. in c.fi. & glo. ibidē. extrà de his, qui filios occiderunt.

§. Item, Lex Cornelia de falsis.

1 *Testamentum falsum qui scripserit, signauerit, recitauerit, produxerit, signum ue falsum fecerit, punitur lege Corne. de falsis. & nu. 2. Et quinam prætereà. nu. 3. 4.*

5 *Pœna legis Corneliæ de fals. quæ sit in seruo: Et quæ in libero.*

1 Qui † falsum testamentū vel instrumentum scripserit, signauerit, recitauerit, produxerit, vel signum falsum fecerit, punitur l. Corne. de falsis, cuius pœna in seruis est vltimū suppliciū, & in liberis est deporta-
2 tio. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd scribentes vel recitantes &c. vt in summario, falsum instrumentū, tum puniuntur ista pœna, si dolo fecerint, vt hîc & in l. nec exemplū. C. ad l. Corne. de falsis. & ita notarij mutantes signum suum, puniuntur, vt l. fina. C. de asseſſo. Sic etiam puniuntur negantes signum suum, si posteà conuincantur hoc esse suum signum. l. eos. ij. respon. ff. eo. Sic & delentes aliquid de substantia instrumenti. l. qui testamentum. ff. eo. Sic & mutantes dicta testium, vel etiā recipientes pecuniam, vt falsum testimonium dicant, vt l. j. ff. eo. & etiā, qui pacti sunt falsum testimoniū dicere, vt l. lex Cor-
3 nelia. §. qui falsus. ff. eo. Vel † etiam, qui pecuniam recipiunt, vt falsum iudicium instruatur, vt l. falsi. ff. eo. Et etiam notarius, qui aliter scribit quàm actum est apud iudicem, vt l. j. §. sed & si quis. ff. eodem. Sic etiā punitur iudex, qui scienter fert falsam sentētiam, eadem. l. §. sed & si iudex. Ita etiam qui per obreptionē aliquid acquirit à iudice, vt l.
4 si quis obrepserit. ff. eo. Item, sic † punitur supponens falsum partū, vt l. lege Cornelia. §. de partu. Ita etiam dicens se militem, vel doctorē, & non est, punitur ista pœna, vt l. eos. ff. eo. Sic etiam, si aduocatus vel procurator tradit aduersario iura suæ partis, vt d. l. j. §. is qui deposita. Sic etiam allegans falsam l. vel correctam in decisione causæ, vt l. fin. ff. eo. Sic etiam punitur falsificans pondera vel mensuras, vt l. penult. ff. eo. & l. annonam. §. onerant. ff. de extraordina. crimi. ¶ Notandum
5 † finaliter, quòd pœna istius l. in seruis est vltimum supplicium: sed in liberis, est deportatio & publicatio omnium bonorum: hodie tamen bona non publicantur, si supersint ascendentes vel descendentes, vsq; ad

ad tertium gradum, vt Authen bona damnatorum. C. de bonis damnatorum. & ita patet hîc, quòd maior pœna infligitur seruis, quàm liberis, vt ff. ad l. Corne. de falsis. l. prima §. penultimo. Et inter liberos magis puniuntur minores, quàm maiores, vt. ff. de incend. rui. naufra. l. Pedius. §. j.

§ Item, lex Iulia de ui.

1 *Vim faciens, qualiter puniatur. disting. & nu. 2.*
3 *Vis fieri cum armis, quando dicatur.*
4 *Armorum prohibitio facta per errorem includit etiam clericos.*

1 Faciens vim † cum armis punitur pœna deportationis ex l. Iulia de vi pub. faciens autem vim sine armis, punitur in publicatione tertiæ partis bonorum suorum, ex l. Iulia de vi priuata. Hoc dicit. ¶ Notandum
2 † primò, quòd pœna istius legis interdum est etiã capitalis, vt si cum violentia contingat homicidium, vt l. quoniam multa facinora. C. de
3 vi pub. & priua. ad l Iuliam. & dicitur vis fieri cum † armis, quanuis etiam arma non extrahantur. Nam sufficit cum armis inferre terrorem, vt l. iij. ff. de vi & vi arm. §. qui armati. & §. si quis visis armatis.
4 ¶ Notandum † secundò, quòd quando per statuta terrarum prohibetur vsus armorum, tunc etiam intelliguntur arma prohibita clericis. Nam cum statuta ordinantur ad publicam vtilitatem, tunc clerici etiã debent ea seruare, vt nota. in l. addictos. C. de epis. audien. & est bonus tex. in c. si clericus. in authen. de pace tenen. colla. x. Pœna tamen quæ infertur pro deportatione armorum, nõ debet infligi clericis per iudices seculares, sed per suos iudices ecclesiasticos, vt in authen. habita. C. ne filius pro patre.

§. Sin atem per uim.

1 *Virginem rapiens, uel uiduam, uel aliam honestam mulierem & dans ad id opem, punitur pœna capitis. & nu. 2.*

1 Rapiens per † vim virginem, vel viduam, vel sanctimonialem, vel aliam honestam mulierem, & etiam dans ad hoc opem, punitur pœna
2 capitis. Hoc dicit. ¶ Notandũ, † quòd hîc tangitur pœna raptus, & habet istud veritatem, etiam si mulier sit volens, vt notatur l. vnica. in ver. cæteros. C. de raptu virgi. Nec potest rapta nubere raptori secundum ius ciuile, d. l. vnica. sed secundũ ius can. non dicitur raptus, quãdo mulier est volens, & pôt rapta nubere raptori, vt in c. cum causam. & in c. accedens, extrà de rapto. Et potest etiam cõtingere raptus viri, ita scilicet, quòd mulier rapiat virum, vt not. in d. l. vnica. super ver. sponsam. sed hoc non contingit frequenter.

§. Item lex Iulia peculatus.

1 *Pecuniam publicam, uel rem sacram, uel religiosam rapiens, punitur le-*

ge

ge Iulia peculatus. & numero.3.

2 *Respublica, quæ dicatur.*

4 *Sacrilegium ut committatur, quæ requirantur.*

1 Subtrahens † pecuniã publicam, vel rem sacram seu religiosam, punitur l. Iulia peculatus. Et si iudex tempore suæ administrationis publicam pecuniam subtraxerit, punitur pœna capitis, & non solùm ipse, sed etiam præbentes auxilium, & scienter recipientes talem pecuniam.

2 Hoc dicit. ¶ Notandum, † quòd respublica propriè dicitur esse ciuitatis Romanæ, vt l. respublica. C. ex qui. cau. ma. Impropriè tamé aliarũ ciuitatũ etiam dicitur respublica, vt ff. de ver. signifi. l. eum qui vecti-

3 gal. ¶ Notandum † secundò, quòd abstrahentes pecuniam reipub. vel rem sacram vel religiosam, puniuntur ista lege, pœna deportationis. Sed si sint iudices, qui subtrahunt pecuniam publicam, puniũtur pœna capitis, cum illis, qui præbent auxilium eis. Ista l. etiam puniuntur, qui miscent ferrum vel cuprum cum auro, vel argẽto publico, vt l. j. ff. eo. Similiter puniuntur ista l. qui scripturam delent vel destruunt. Similiter etiam, qui vias publicas destruũt seu corrumpunt, vt l. qui tabulã.

4 ff. eo. ¶ Notandum † finaliter, quòd subtrahẽs rem sacram, facit sacrilegium, & ad hoc requiritur, quòd res sit sacra, & quòd subtrahatur à loco sacro, vt nota. in l. diui. ff. eo. & hoc est verum iure ciuili, sed iure canonico cõmittitur sacrilegium, siue subtrahatur sacrũ de sacro, siue sacrum de non sacro. siue sacrum de sacro, vt in c. quisquis. xvij. q. iiij. & est pulchra glo. de hoc in c. sacrilegium ea. causa & q.

§. Est & inter.

1 *Fauia lex de plag. computatur etiam inter publica iudicia.*

2 *Plagiarij, qui dicantur.*

3 *Plagiarij qua pœna puniantur.*

1 Summatur sic: † Lex Fauia de plagiarijs etiam computatur inter publica iudicia, cuius pœna interdum est pena capitis, & interdum le-

2 uior. Hoc. d. ¶ Notãdum † primò, quòd ista l. Fauia de plagiarijs punit plagiarios. Sunt autem plagiarij, qui subtrahunt filios à parentibus, vt l. fi. fin. C. ad l. Fauiam de plagiarijs, vel etiam qui subtrahunt seruos à dominis, vel viros ab vxorib. vt l. j. & l. quoniam. ff. eo. vel qui etiam subtrahunt liberum hominem inuitum, vt l. penul. ff. eo. & hoc

3 si fiat dolo, vt l. legis Fauiæ ff. eod. ¶ Notandum † secundò, quòd plagiarij interdum puniuntur pœna capitis, & interdum leuiori pœna, vt hîc dicitur. Nam si sint nobiles, puniuntur pœna deportationis & publicationis bonorum. Si sint ignobiles & ingenui, puniuntur pœna capitis. Si verò sint serui vel liberti, tunc bestijs subijciuntur, vt no. in l. fi. C.

fi.C ad l.Fauiam de plagiarijs.vide glo.fin.in l.fi ff.eo.& ita plus puniuntur ignobiles, quàm nobiles.

§. Sunt præterea.

1 *Lex Iulia de ambitu, quos puniat.& nu.2.3.4.*
5 *Lex Iulia repetund.quando habeat locum.*
6 *Lex Iulia de annona, quando habeat locum.*
7 *Lex Iulia de residuis. quando locum habeat.*

Summatur sic: l. Iulia de ambitu,& l. Iulia repetũdarum.& l. Iulia de annona.& etiam l. Iulia de residuis.computantur inter publica iudicia,& non inferunt animæ amissionem,sed aliter puniũtur transgressores illarum legum. Hoc dicit,& patet intellectus textus. ¶ Notan-
1 dum †primò, quòd l. Iulia de ambitu punit eos, qui inordinarie & indebitè desiderant, vel impetrant honores & dignitates,& hoc contingit in quatuor casibus. Primus est, si clàm aliquid dederint & non in ciuitate Romana, quia ibi non committitur crimen ambitus, ex quo princeps,scilicet Papa vel Imperator distribuit ibi officia,vt C.ad l. Iuliam de ambitu. l. vnica.& ita non præsumitur ibi fieri simonia, maximè à Papa,secus de adstãtibus.&dicitur clàm,quia aliud est si fiat palã
2 vt ff.de pollicitationibus.l.j.§.j.Secũdus† casus est,si quis permaneat in magistratu duob.annis,vt C.e.l.j. Tertius casus est,si quis ingredia
3 tur † domum iudicis, qui habet cognoscere de causa criminali,vt ff.
4 eo.l.j. Quartus†casus est, si iudex imponat nouum vectigal,vt d.l.j. & pœna huius criminis est centum aureorũ, vt ff.e.l.j. Et si quis iurauerit se nihil dedisse,& post iuramentum conuincatur aliquid dedisse, punitur in quadruplo,vt l.sancimus. C.ad l. Iuliam repetundarũ. Et interdum pœna istius legis est deportatio, vt si quis officium bis continuè acceperit,vt C.eo.l.j. Fallit hoc in assessore, vt l.liceat. C de assessoribus.& in proconsule. C.de offi. proconsul.l.antepenul. Si tamẽ aliquis desideraret officiũ,vt posset prodesse pauperibus, nõ esset puniendus,vt C.de offi.rectoris prouinciæ.l.ij.& hoc modo põt intelligi canon,qui dicit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.
5 viij.q. ¶ Notãdum † secũdò,quòd lex Iulia repetundarũ habet locũ quãdo iudex aliquid recipit,vt aliter iudicet, quàm debeat,aut aliquid faciat aut non faciat,vt l.j.ff.ad legẽ Iuliam repetundarũ,& punitur in quadruplo faciens contra hanc legem.vt l.sancimus. C.ad legem Iuliam repetundarum. Et pœna mediatim applicatur læso, & mediatim fisco,vt in glo.in l.j. C.ad legem Iuliam repetundarum. Nisi etiã læsus commiserit turpitudinem, quia tunc tota pœna applicatur fisco, vt l.Lucius.ff. de iure fisci.punitur etiam criminaliter extraordinariè, vt in l.lex Iulia.§.hodie.ff. ad leg. Iuliam repetundarum.

¶ Notandum

6 ¶ Notandum † tertiò, quòd lex Iulia de annona habet locum, quãdo quis facit, quòd annonæ carius venduntur, & ideò qui emunt blada, vt in eodem loco carius vendant faciunt contra hanc legem, vt l.ij.ff. ad legem Iuliam de anno. & puniuntur in xx. aureis eadem lege. puniuntur etiam criminaliter extraordinariè, vt l. annonam. ff. de extraordina. crimi. & potest seruus in hoc crimine dominum suum accusare, vt
7 l.j.ff.eo. ¶ Notandum † quartò, quòd lex Iulia de residuis locum habet, quando ex administratione aliqua superfluũt, quæ deputantur ad publicum vsum, & recipiens ea conuertit in vsum proprium, vt l iij. §. lege. ff. ad legem Iuliam pecu. & punitur, vt restituat simplum, & tertiam partem eius, quod recepit, vt l.ij. & iiij. §. sed & qui pecuniam. ff. ad l. Iuliam pecula.

§. *Sed & de publi.*

1 *Iudicia publica, fusius & amplius tractantur lib. fforum. & nume. 2.*

1 Quæ hîc dicta † sunt de publicis iudicijs, per diligens studium latius hæc inueniũtur in libris Digestorum, ex quibus diuino auxilio latior
2 scientia aduentura. Hoc dicit. ¶ Notandum † primò, quòd ea quæ dicta sunt hîc de publicis iudicijs, monstrata sunt quasi cum summo digito, quo altius tangitur. Et si quis velit latius de istis perquirere, videbit libros Digestorum in ista materia. Nam ista posita sunt, vt noui studentes efficiantur auidiores ad videndum alios libros, sicut sub gallina dimittitur vnum ouum, vt alia faciat secundum glossam hîc.

LIBRI QVARTI ET VLTIMI FINIS.

SEQVITVR DE ARBORE ACTIONVM.

ARBOR OMNIVM ACTIONVM, TAM PRAETORIARVM, QVAM CIVILIVM, PER EXCELLENTISS. utriusq; Iuris professorem, dominum Nicasium de Voërda Machliniensem.

DE ACTIONIBVS PRAETORIIS, QVARVM HIC INVMERANTVR CXXI.

Publiciana. 1	In rem rescissoria. 2	Seruiana. 3	Quasi Seruiana. 4	Vtilis in rem quæ datur superficiario. 5	Et quæ datur metum passo. 6	Possessoria hæreditatis petitio. 7	Fideicommissaria hæreditatis petitio. 8	A *Præiudiciales sunt in rem & prætoriæ, præterquā in casu, ut instit. de actionib. §. præiudiciales.*
[illegible]	[illegible] icendo. 10	B *Reuocatoriæ sunt quæ [illegible] quæ sequuntur. Et de [illegible] uera. Quidā tamen habent hic scriptū de reuo. iterdi.*	[illegible] 11	[illegible]uiana 12	Saluisiana. 13	In factum reuocatoria. 14	C *Hæ ædilitiæ tres, quæ sequuntur.*	Redhibitoria quandoq; rē & pœnā persequitur, sic ff. eod. l. redhibitoria. 15
Quanto minoris. 16	In factum ædilitia, vel redhibitoria. 17	D *Hæ adiectiões sunt prætoriæ, quæ sunt sex. Et est de his dissensio.*	Exercitoria. 18	Institoria. 19	Tributoria. 20	Quod iussu. 21	De in rem verso. 22	De peculio. 23
De constituta pecunia. 24	Vtilis ex ea causa quæ ex cōfessione est: & dicitur interrogatoria, non confessoria. 25	Hæc iuratoria dicitur cū iuratur adiecta forma. 26	Nego. gest. hæc quandoq; vtilis est, scilicet qñ ex necessitate gerit, vel necessitatis suspicione. 27	Protutelæ. 28	Cōtraria protutelæ. 29	Depositi in quatuor casibus. 30	Viæ reiectæ. De hac dicitur ff. de via publica: non alibi. 31	Quod metus causa. Hæc pœnā infert ex contumacia. 32
De dolo malo. 33	Furti manifesti. 34	Furti aduersus nautas. Hæc potest dici perpetua in vno simplo, qđ cōtinet persecu. 35	Serui corrupti. 36	Vi bonorum raptorum. Pœnalis: præter quàm in simplum. 37	Iniuriarum quæ non descēdit ex lege Cornelia. 38	In factum legis Aquiliæ subsidiaria. 39	In factū actio quę cedit in loco cuiuslibet interdicti: & primò de mortuo inferēdo. 40	Interdictum de sepulchro ædificando. 41
Ne quid in loco sacro fiat, immitatúrve. 42	Et vt quod factum est immissúmve tollatur. 43	Ne quid fiat, immittatúrve in via public. vel itinere publico quo fiat deterior. 44	Et vt quod factum est, immissúmve tollatur. 45	Ne qui in loco publ. fiat. 46	Ne quid fiat, immittatúrve in flumine publico, ripáve eius: quo statio deterior fiat. 47	Vt quod factū est immissúmve tollatur. 48	Vt liceat loco frui publico ei qui conduxit, vel eius socio. 49	Vt liceat reficere viam publicā, vel iter publicum. 50
Vt liceat ire agere've via publica: vel itinere publico. 51	Ne quid in flumine publ. fiat ripáve eius, quo aliter aqua fluat, quā fluxit. 52	Et vt quod factū est, immissúmve tollatur. 53	Vt liceat ripā fluminis publici reficere, vel munire. 54	Vt liceat in flumine publico nauigare, ripam onerare & exonerare. 55	Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est. 56	Quorum bonorum. 57	Quorum legatorum. 58	De tabulis exhibendis. 59
De liberis exhibendis. 60	De liberis deducēdis. 61	De libero homine exhibendo. 62	Vnde vi. 63	Quod vi, aut clam. 64	Vti possidetis. 65	Vtrobi. 66	De superficiebus. 67	De itinere actúq; priuato vtilis. 68
De itinere actúq; priuato reficiendo. 69	De aqua quotidiana. 70	De aqua æstiuali. 71	De aqua ex castello ducenda. 72	De riuis purgandis. 73	De fonte: vt liceat vti. 74	De fonte reficiendo. 75	De cloacis purgandis & reficiendis. 76	Et ne quid in cloaca fiat, immittatúrve. 77
Et vt factum immissúmve tollatur.	De precario. 79	De arboribus cædendis. Et hæc continet duo capita, vel capitula. 80	De glande legenda. 81	De migrando. 82	[illegible]aluianum interdictum. 83	De opere demoliendo, qđ factū est post operis no. nūtiationē ante remissionem. 84	Vt liceat ædificare ei, cui nouum opus denuntiatum est, si satisdedit, &c. 85	Interdictum fraudatoriū. 86
E *Et ferè hæc oīa suprà dicta directa reperiūtur et utilia. Itē act. in fact. ex quolibet prætoris edicto descendētes sequūtur.*	De albo corrupto. Et est ducentorū aureorum vel quingentorum. 87	Ex edicto prætoris, si quis ius dicenti non obtemperauerit. 88	Et si quis tamen in ius vocauerit quem ius: quem in ius vocare non licet. 89	Ex edicto si quis in ius vocatus non ierit. 90	Et cùm aliquis non cepit fideiussorē pro persona principis sciens eius necessitatem. 91	Et si quis in ius vocatum vi exemerit. 92	Aduersus eū qui dolo malo fecit, ne quis in iudicio sisteret. 93	Ex edicto de edendo aduersus non edentem vt edere debeat. 94
Ex edicto de calumniatoribus. Et hæc actio competit ad quadruplū. 95	In factum subsidiaria actionis de dolo. 97	Et quæ per alienationem iudicij mutandi causa facta erat. 97	In factū in simplum aduersus nautas, caupones, & stabularios. 98	In actum in duplum aduersus nautas, caupones, & stabularios. 99	Deiectis & effusis, & de quod suppositū est, vel suspensum periculosè. 100	Et inhabitanti aduersus deiectorem. 101	Item quæ pro eo datur, quod ita positum est, vt si caderet, damnum daret. 102	Et aduersus mensorem, qui falsum modum dixerit. 103
Et aduersus eum, qui intulit mortuum in locum alienum purum. 104	Et ad repetendum sumptum in funere factū, datur actio funeraria, &c. 105	Et si locus sacer vel religiosus pro puro vænierit. 106	Et ex iureiurādo, cum informiter iuratur. 107	Et si mulier in posses. ventris nomine missa fuisse per calumniā dicatur. 108	Si mulier in possess. missa, vel eum qui eam habet potestate ad eum trāstulit possess. 109	Et quæ datur aduersus tutorem vel curatorem falsum cōtrahentibus cū eo. 110	Vel ipsi minori ob hoc damnum pass. 111	Et aduersus eū qui dol. malum adhibuit vt alius authoretur in suis. 112
Ex edicto si quis omissa causa testamēti ab intestato possideat hæredi. 113	Et in factum actio aduersus publicanum. 114	Item aduersus eum qui sciens se liberum passus est venundari se emptori nescio. 115	Item & in eum qui cùm esset in bon. possess. fruct. vendiderit. 116	Item qui missus est in possess. & reperit [illegible]ptus rei. 117	Actio in factū cuius dolo damnum sit in turba: vt ff. vi bo. rap. l. ait prætor. 118	Ex edicto, si quis in testamēto liber esse iussus sit. 119	De incendio, ruina, naufragio.	In factum de sepulc. viola. vt ff. de sepul. viol. l. j. 121

DE ACTIONIBVS CIVILIBVS, QVARVM HIC NVMERANTVR XLVIII.

Rei vendicatio. 122	In rem confessoria. 123	In rem negatoria. 124	In rem præiudicialis de libertate. 125	F *Mistæ sunt quatuor quæ sequuntur.*	Hæreditat. petitio. 126	Finium regundorum. 127	Familiæ erciscundæ. 128	Communi diuidundo. 129
G *Personalissimæ sunt, quæ sequuntur.*	Condictio certi generalis. 130	Cōdictio specialis: quæ si cer. pe. dicit. 131	Condictio triticaria. 132	Condictio ob causam. 133	Condictio ob turpē causam vel inhonestā. 134	Condictio sine causa. Hęc quādoq; certi condictio appellatur. 135	Condictio indebiti. 136	Condictio furtiua. 137
Condictio ex lege. 138	H *Hanc quæ sequitur dicunt quidam anomalā, & est hæc nota tantum sequentis actionis ad exhibendum.*	Ad exhibēdum. 139	Ex empto. 140	Ex vendito. 141	Ex locato. 142	Ex conducto. 143	Oneris auersi. 144	Pro socio. 145
I *Hæ uerò quæ sequuntur tam directæ, quàm contrariæ reperiuntur.*	Mandati. 146	Depositi in quatuor casibus. 147	Tutelæ. 148	K *Hanc quæ sequitur dicunt quidam prætoriā, ut ff. commodati. in princip.*	Commodati. 149	Pignoratitia. 150	L *Nota sequētiū præscriptis uerb. Et est sciendū, quòd omnis act. præscri. uerb. est in factū, & dicitur incerti generalis.*	Præscriptis verbis æstimatoria. 151
Præscriptis verbis ex permutatione. 152	Præscriptis verbis quæ in multis casibus admittitur. 153	In factum ex re iudicata. Et dicitur actio iudicati. 154	Ex stipulatu pro dote. 155	Aquæ pluuiæ arcendæ. 156	De pastu pecorum. 157	Ex testamento. 158	Ex stipulatu vel ex stipulatiōe, quæ verborū obligatio dicitur. 159	Furti manifesti. 160
De tigno iniuncto. 161	Arborum furtim cæsarum. 162	Rerum amotarum. 163	De ratiociniis distrahendis. 164	Actio legis Aquiliæ, siue damni iniuriæ, siue de dāno dato. 165	In factū de pauperie. Dicitur autē & de pauperie sine actione. 166	Iniuriarū ex l. Cornel. in tribus casib. 167	In factum quæ datur cōtra magistratum, qui non exegit idoneam causam à tutore. 168	Actio ingrati. 169

FINIS.

Arbor Actionum omnium,

TAM PRAETORIARVM QVÀM

Ciuilium. & incipit à Prætorijs, tanquàm à maiori parte, per excellentißimum Vtriusque Iuris Professorem dominum Nicasium de Voërda Machliniensem, &c.

*

ET PRIMÒ,

DE DVODECIM DIVISIONIBVS ACTIONVM.

ARGVMENTVM.

Author actiones omnes, quas superius mistim attigerat, hîc numero recenset, ex éisque membratim & gradatim unum corpus conflat, Corporis deinde membra excutit, & cuiuslibet rationem & usum in ciuilibus forensibúsque causis, scitè & expeditè colligit. Summarijs autem hîc nos eò pepercimus, ne quid πρὸς μῆλον, & (ut aiunt) τὸ παραχθὲν πράττειν uideremur.

A PRIMA DIVISIO.

ACTIONVM omnium aliæ sunt prætoriæ honorariæ. sub quibus continentur etiam ædilitiæ, l. stipulationum. la ij. §. prætoriæ. ff. de verborum obligatio. aliæ sunt ciuiles.. Hæc diuisio fit à lege, ff. de actionib. & obligatio. l. actionum. §. fina. Institut. de actio. §. sed istæ.

B SECVNDA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ in rem. aliæ in personam.. aliæ mistæ... Hæc duo prima membra sunt ex lege prædicta. ff. & Institu. de actionib. §. primo. tertium membrum est Institu. de actionib. §. quædam actiones mistam, &c.

C TERTIA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt rei persecutoriæ. aliæ pœnæ.. aliæ

tam rei,quàm pœnæ ... Hæc diuisio fit ex eo, quod legitur Institu. de actionibus. §.sequen.

D QVARTA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt in simplum . aliæ in duplum .. aliæ in triplum ... aliæ in quadruplum .... Hæc diuisio est ex eo quod legitur Institu.de actio. §.omnes autem.

E QVINTA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt bonæ fidei . aliæ stricti iuris .. Hæc fit Instit.de actionibus. §.actionum.

F SEXTA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt perpetuæ . aliæ temporales .. Hæc fuit extracta Instit.de perpe.& tempora.actio.ex rubrica.

G SEPTIMA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt in hæredes transitoriæ . aliæ non .. Hæc fit ex eo, quod inuenitur Institu.de perpe.& temporali.actionib §.non autem omnes.

H OCTAVA DIVISIO.

Actionum omniũ aliæ infamant . aliæ non .. Hæc fit ex eo,quòd inueniuntur quædam actiones infamare,quædam non,vt Insti.de pœna teme.litig. §.ex quibusdam.& ff.de actio.& oblig.l.cessat.

I NONA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt directæ . aliæ vtiles .. de quibus vide glo.in dicta l.antepenul.in verbo,actio. Hæc fit ex eo,quod est ff. de nego.gest.l.antepen.& Insti.de l.Aquilia. §.penul.& vlti. Nam ibi dicitur ff.de neg.gest.vtilis & directa. Directa datur ex verbis,& mente ipsius legis. Vtilis,ex mente tantùm, vt l.j.in glos.in verbo,actio.in princ.ff.si quadru.paup.fec.& l.penul.eo. Item,est exemplum in l.emptor. C.de hæred.vend.glo.in l.curatoris. C.de nego.gest.

K DECIMA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ dicuntur directæ . & aliæ contrariæ .. & hoc fit ex eo,quòd lex vocat quasdam actiones directas,quasdam cõtrarias,vt Instit.de pœna temerè litigan.§.ex quibusdam. & ff.de his, qui notan.infa.l furti. §.fin.glo.in l.curatoris. C.de nego.gest.

L VNDECIMA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt vniuersales . aliæ singulares .. quædam generales ... Et hoc fit eo,quod legitur ff.de rei vendica.l.j.& ff.pro socio.l.pro socio.

M DVODECIMA DIVISIO.

Actionum omnium aliæ sunt simplices . aliæ duplices .. Et hoc fit ex

fit ex eo quod legitur Instit.de interdic. §.tertia diuisio. & §.sequen. & ff.de interdic.l.ij.in princip.

Actionum omnium aliæ sunt natiuæ, & aliæ sunt datiuæ, vt ff. de actio.& obligatio.l.quotiens.

Actionum omnium aliæ sunt persecutoriæ solidi, aliæ non, vt Institu.de actio. §.sunt prætereà.& §.fina.

Actionum omnium aliæ sunt ex contractu, aliæ ex testamento, aliæ verò sunt in factum.

Actionum omnium aliæ sunt arbitrariæ, aliæ non, vt colligitur Institu.de actio. §.præterea quasdam.

Has tres, imò quatuor, non multum laudo, licet à lege trahantur, vt in dicta l.quotiens.& in iuribus supradictis.

Ordo literarum significat ordinem diuisionum actionis, quæ sunt duodecim, & ita sunt duodecim literæ, super qualibet actione. Et numerus punctorum significat membra diuisionum, vt vnum punctum significet primum membrum, duo puncta, secundum membrum, & sic de alijs. Pro glosa est talis regula, quòd ordo literarum significat ordinem glosarum in qualibet linea, ita vt A significat primam esse glos. & B secundam, & C tertiam in eadem linea, & sic consequenter. Et litera significans ordinem glosæ, semper debet poni super vna duodecim literarum positarum, super qualibet actione, & ita debet referri illa glosa ad illam diuisionem, quæ significatur per literam, super qua ponitur.

ARGVMENTVM.

Actionum notitia, ad libelli formationem impensè confert. Et quorsum actionum Arbor effingatur. Et arboris duplicis discrimen. Et duodecim membrorum actionum suprà enumeratarum, breuis ἐξήγησις. Quæ patent per discursum omnia.

Circa arborem actionum notandum primò, quòd licet non oporteat hodie nomina actionum exprimere in libellis, sed solùm causam facti, & modum agendi, vt l.vt fundus.ff.communi diuidundo. & l.fina. C. de fideicommissar.liberta. quod etiam verum est de iure canonico, vt in capitu.licet Heli.extrà de simonia. vtile tamen est valde naturas actionum cognoscere, ad debitè formandum libellum, in quo poni debet debitus modus agendi, & apta conclusio, quod fieri non potest, nisi cognoscatur natura actionis libellanti competentis, vt in l.edita. C.de edendo. & in l.prima. ff.de edendo.

¶Notandum secundò, quòd arbor actionum facta est ad cognoscen-

dum naturas omnium actionum à doctore Ioanne Cremonen. quę Accursius Glosator iuris ciuilis frequenter allegat in glosis. Ex quo pa ret differentia inter arborem consanguinitatis, & istam arborem, qu[ia] arbor consanguinitatis est authentica, ex quo facta est ab Imperato[re] habente potestatem condendi iura, vt Insti. de gradi. cogna. §. fin. se[d] ista arbor actionum non est authentica, sed doctrinalis valde, quia iste Ioannes Cremonen. non habuit potestatem condendi iura.

¶ Notandum tertiò, quòd duodecim sunt diuisiones actionum, quarum prima est, actionum quædam sunt perpetuæ, & quædam ciuiles vt Institu. de actio. §. sed istæ quidem. Secunda diuisio est, actionum quædam sunt in rem, & quædam in personam, & quædam mistæ. Et ista diuisio, quo ad duo prima membra, habetur Instit. de actio. §. omnium autem actionum. sed quo ad tertium membrum, eodem titu §. quædam actiones. Tertia diuisio est, actionũ quædam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnales, & quædam mistæ, vt Institu. de actio. §. sequens. & §. ex maleficijs. & §. item mista. Quarta diuisio est, actionum alia datur in simplum, alia in duplum, alia in triplum, alia in quadruplũ, vt Insti. de actio. §. omnes actiones. Quinta diuisio est, actionum alia bonæ fidei, alia stricti iuris, Insti. de actio. §. actionum. Sexta diuisio est, actionum aliæ perpetuæ, aliæ temporales, Insti. de perpe. & tempo. actio. in rubrica. Septima diuisio est, actionum aliæ sunt transitoriæ ad hæredes, & aliæ non, Instit. de perpe. & tempo. actio. §. non autem omnes. & dicuntur actiones transitoriæ ad hæredes, quæ dantur hæredi, licet non contra hæredes. Sed illæ dicũtur non plenè transire ad hæredes. Octaua diuisio est, actionum quædam sunt infamatoriæ, & quædam non, Instit. de pœna temerè litigan. §. ex quibusdam. Nona est, actionum alia directa, alia vtilis, vt ff. de nego. gestis. l. antepenulti. & Instit. ad legem Aquiliam. §. fin. Decima est, actionum alia directa, alia contraria, vt ff. de his qui notantur infamia. l. furti. §. final. Vndecima est, actionum alia vniuersalis, alia singularis, & alia generalis, vt ff. de rei vendica. l. j. & ff. pro socio. l. pro socio. Duodecima diuisio est, actionum alia simplex, alia duplex, Institu. de interdic. §. tertia diuisio. Et de istis diuisionibus solùm fit mentio in arbore, quanuis possent plures diuisiones actionum dari. Nam actionum quædam nascuntur ex contractu, vel quasi, & quædam ex maleficio, vel quasi, & quædam ex varijs figuris causarum. Sed Ioan. non fecit de ista diuisione mentionem, quia potius sunt origines actionum, quàm diuisio. Est etiam alia diuisio, videlicet quòd actionum quædam sunt natiuæ, & quædam datiuæ, vt ff. de actio. & oblig. l. quotiens. Alia diuisio est, quòd actionum quædam sunt arbitrariæ, & quædam non; Institu. de actio. §. prætereà quasdam. Est & alia diuisio, videlicet quòd actionum

num quædam sunt persecutoriæ in solidum,& quædam non, Instit. de actionibus. §. sunt præterea. Sed omissis omnibus istis diuisionibus, de duodecim prædictis solùm fit mentio in arbore.

¶ Notandum quartò, quòd istæ duodecim diuisiones significantur in arbore per xij. literas alphabeti, scilicet A B C, vsque ad M inclusiuè. Et membra diuisionum significantur per puncta, quæ ponuntur in illis literis, videlicet, si in litera A reperiatur vnus punctus, significatur, quòd talis actio est prætoria. Sed si in litera A reperiantur duo puncta, significatur, quòd illa actio est ciuilis. Similiter si in litera B reperiatur vnus punctus, significatur, quòd illa actio est in rem. Sed si in litera B reperiantur duo puncta, significatur, quòd est in personam, & si tria puncta reperiantur, significatur, quòd est mista. Sic etiam, si in litera C reperiatur vnus punctus, significatur, quòd actio est rei persecutoria, si duo puncta reperiantur, tunc significatur, quòd est pœnalis, si tria reperiantur puncta, significatur, quòd est mista. Ita & in litera D vnus punctus significat actionem in simplum, duo in duplum, & tres in triplum, quatuor in quadruplum, & sic consequenter dicendum est de alijs literis, vsque ad M inclusiuè.

¶ Notandum quintò, quòd in arbore actionũ sunt viginti lineæ seu ordines, quarũ quælibet habet nouẽ loca. Et ex his xiiij. lineæ priores cõtinent actiones prætorias, reliquæ autẽ sex cõtinent actiones ciuiles.

¶ Notandum sextò, quòd in linea, figura quadrangularis continet actionem. Sed in spacio suo elemento præfixo & signato, non continetur actio, sed rubricella seu rubrica, ex qua procedunt actiones. Et ergo scriptura in illis spacijs est de rubeo colore.

DE ACTIONIBVS PRAETORIIS.

ARGVMENTVM.

Actionum prætoriarum, ciuiliúmque sedes in arbore, euentus, & usus. Omnes uerò distinctæ suis locis & numeris, quorum ultimus supremúsque est 169.

1 Pro declaratione ergo & intellectu actionum in arbore positarum, sciendum quòd prima actio est Publiciana, sic dicta à Publicio, vt dictum est, Insti. de actionibus. in §. sed istæ quidem. in fin. Et datur ista actio habenti quasi dominium, videlicet ei, qui habet rem à non domino ex iusta causa, per quam transferretur dominium, vt ex emptione, vel donatione, vel similibus, & bona fide si cadat à possessione huius rei, vt in l. j. ff. de publ. Et ergo non datur Publiciana ei, qui habuit rem cõductam vel cõmodatã, licet res sit ab eo remota: quia talis non habet dominiũ, neq; quasi dominiũ. Et datur ista actio cõtra possidentẽ

ſeu detinentem talem rem,vel contra eum,qui dolo fecit, quo minus poſsidet vel detinet,ſicut etiam dicimus in directa rei vendicatione,vt ff.de rei vendica.l.officium. Et datur iſta actio pro rebus mobilibus & immobilibus,corporalibus& incorporalibus,vt notatur in l.ſi ego §.item Iulianus.ff.de publicia.

2 In ſecundo loco primæ lineæ ponitur vtilis actio in rem reſciſſoria. Et datur ei,cuius actio ciuilis per vſucapionẽ vel præſcriptionem extincta eſt,& datur præſenti contra abſentem, ex quacunque cauſa fuerit abſens,ſed non datur abſenti cõtra præſentem, niſi fuerit abſens ex cauſa neceſſaria,videlicet cauſa reipublicæ, vt tanquàm ambaſiator vel legatus,vel ex cauſa probabili,vt cauſa ſtudij, vt notatur in l. fina.per Cy.C.ex quibus cau.maio. Et iſta actio nõ ſolùm datur maioribus xxv.annis,ſed etiam minoribus,vt ff. ex quib.cau.maio.l.j.§. interdum. Nec obſtat.l.fina. C.in quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſa.vbi dicitur,quòd contra minores non currit præſcriptio vel vſucapio, quia hoc intelligendum eſt,niſi alienatio facta ſit per minorem cum ſolẽnitate iuris,quia ſic bene currit præſcriptio contra eum,& ſi ſit læſus in re alienata,reſtituitur ad rem,ſi verò læſus ſit in pretio,reſtituitur ad iuſtum pretium,vt in l.ſi quidem.ff. de prædijs mino. Et datur iſta actio contra eum,qui per læſionem eius,qui in integrum reſtitutus eſt,rem acquiſiuit,vt notatur in §.rurſus.inſtitu. de actio. Et datur iſta actio poſtquàm declaratum eſt fieri reſtitutionem in integrum. Nam in iſto caſu duplex eſt iudicium, ſcilicet reſcindens & reſciſſorium. Iudicium reſcindens petitur ex officio iudicis, vt ſcilicet fiat reſtitutio in integrum, vt ff. ex quib.cau. maio.l. ab hoſtibus. §.ſed quod ſimpliciter. Facta autẽ reſtitutione in integrum,locum habet iſta actio. Et dicitur iudicium reſciſſorium, quo ſcilicet petitur res tradi,vt ff.de minori.l.quod ſi minor. §.reſtitutio.

3 In tertio loco primæ lineæ ponitur actio Seruiana. Et datur ei, qui locauit prædium ruſticũ vel vrbanum,pro mercede vel penſione ſua, ſeu pro deterioratione ipſius prædij facta per conductorem, vt inſtit. de actio. §.item ſeruiana. Et datur contra conductorem, vel quemcunque alium poſsidentem vel detinentem res inuectas in huiuſmodi prædium,vt in dicto §.item ſeruiana. Quòd autem pro rebus inuectis in prædium,verum eſt tam de rebus coloni,quàm inquilini. Differenter tamen,quia non datur iſta actio pro rebus coloni,niſi dominus ſciuerit eas eſſe inuectas. Sed pro rebus inquilini datur iſta actio, ſiue dominus ſciuerit,ſiue ignorauerit eas eſſe inuectas, vt C. loca.l. certi iuris.

4 In quarto loco primæ lineæ ponitur actio quaſi ſeruiana, quæ datur creditori habenti obligationem tacitam vel expreſſam bonorum

debitoris

debitoris sui, vt insti.de actionibus. §.item seruiana. Et datur contra possessorem seu detentorem illorum bonorum, siue sit ipse debitor, siue alius tertius, vt notatur vt l.si fundus. §.in vendicatione.ff. de pigno. Et datur pro rebus sic obligatis mobilibus & immobilibus. vt notatur per Bal. C. de reuocan.his, quæ in fraudem credito aliena. sunt.l. j. Et per hoc differt ista actio à præcedenti proxima, quia illa tantùm datur pro rebus mobilibus. Et quando ista actio datur cōtra tertium, tunc necesse est, quòd excusio facta sit contra debitorem. Aliôquin actor excluderetur ab agendo per exceptionem non factæ excusionis, vt Authen.hoc si debitor. C.de pigno. Hoc tamen fallit in pignore prætorio: quia ibi non requiritur excusio. Fallit etiam, si debitor rem alienauit lite pendente, vel etiam si debitor non sit soluendo, tunc contra exceptionem replicatur per actorem, quod debitor non est soluendo, & non procedit exceptio. Et hæc notantur in gl. & per docto. in dicta Authen. hoc si debitor. Potest tamen dari remedium, vt non requiratur excusio, videlicet, quòd tempore quo debitor obligat bona sua creditori, constituat se possidere precariò, vel alio modo nomine creditoris, iuxta l.quod meo. ff.de acquiren.possess. Nam tunc creditor potest agere etiam non facta excusione contra tertium, ex condictione legis finalis. C.de acquirend. possess. cò quòd debitor alienando rem videtur possessionem, quam habet creditor, transuertere.

5 In quinto loco primæ lineæ ponitur vtilis actio in rem, quæ datur superficiario. Et datur ei, qui conduxit ad modicum tempus fundum vel aream. Et dicitur modicum tempus x. annorum, vt ff. si ager vectiga. vel emphyteotica. petatur.l.j.§ qui in perpetuum, vt faciat ibi ædificium, quod quidem ædificium vocatur superficies. Et si cadat à possessione huius ædificij durante tempore conductionis suæ, non habet actionem ciuilem, quia non est dominus directus, sed ex quo habet vtile dominium, datur ei ista actio prætoria. Et datur contra possidentem vel detinentem tale ædificium, & datur, vt tale ædificium restituatur, vt ff.de superficie.l.j.§.j.

6 In sexto loco primæ lineæ ponitur actio in rem, quæ datur metum passo. Et datur ei, qui per metum cadentem in constantem virum alienauit rem suam, iuxta l.si mulier.ff.quod metus cau. quia licet voluntas sit coacta, est tamen voluntas. Et ita per talem voluntatem transfertur dominium, vt in l.metum. §.voléti.ff.quod metus causa. Cùm ergo non sit dominus, non competit ei directa rei vendicatio, sed datur ista actio prætoria, & datur contra eum, quem daretur actio ciuilis directa, iuxta l.officium.ff.de rei vendicatio. Et datur pro rebus corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus, vt notatur per docto.in dicto §.volenti.

7 In septimo loco primæ lineat ponitur actio, quæ vocatur possessoria hæreditatis petitio. Et datur ei, qui succedit de iure prætorio, & agnouit bonorum possessionem ex testamento, vel ab intestato, vt C. qui ad bonorum possessioné admit. possunt. l. fi. Et datur contra eos, qui res hæreditarias pro hærede aut pro possessore possident, vt l. j. & ij. ff. de possesso. hæreditatis petitio. Et datur ad hoc principaliter, vt quis pronuncietur bonorum possessor, & vt ex consequenti restituantur sibi res existentes in hæreditate, vt notatur per Barto. in l. j. ff. de edendo.

8 In octauo loco primæ lineæ ponitur actio fideicómissaria hæreditatis petitio. Et datur ei, cui hæreditas in toto vel in parte ex fideicómisso restituta est, vt insti. de fideicómissa. hæredita. §. restituta. Et datur contra possidentem vel detinentem huiusmodi res hæreditarias, vt in l. j. ff. de fideicómissa. hæreditatis petitio. Et datur principaliter, vt quis pronuncietur fideicommissarius, & ex consequenti, vt restituantur res in hæreditate existentes, vt vult Bar. in l. j. ff. de edendo.

In nono loco ponitur spatium A præfixo, in quo scribendum foret cum rubeo colore, actiones in rem præiudiciales sunt prætoriæ, præterquàm in casu, vt insti. de actio. §. præiudiciales.

9 ¶ Sequuntur actiones prætoriales secúdæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in rem præiudicialis de libertinitate. Et datur ista actio ei, qui dicit aliquem esse libertum suum. Et datur contra eú, qui hoc negat. Et datur ad hoc, vt pronuntietur libertus principaliter, & ex consequenti, vt faciat omnia, quæ tenetur libertus facere patrono suo. Similiter potest econtrà ipse, qui dicitur libertus, agere contra eum, qui dicit se esse patronum, & iste negat, vt notatur in §. præiudiciales. institu. de actionibus.

10 In secúdo loco ponitur actio in rem prẹiudicialis de partu agnoscendo. Et datur ista actio ei, qui dicit aliquem esse filium suum, siue naturalem & legitimum, siue naturalem tantùm, siue legitimum tantùm, & datur contra eum, qui negat se esse filium. Et datur ad hoc principaliter, vt pronuntietur filius, & per consequens faciat omnia, quæ filius tenetur facere patri suo, & econtrà potest filius agere contra eum, qui possidet ipsum tanquàm pater, vt notatur in dicto §. præiudiciales. Et non requirit in ista actione patria potestas, & ideò mater & ascendentes per matré habent istam actioné. Secus est in rei vendicatione, quia si pater debet védicare filium suú, requiritur quod sit in sua potestate, nam si filius detinetur ab aliquo, potest pater eum vendicare, cú adiunctione de iure Quiritum, vt ff. de rei vendicatio. l. j. §. per hanc. Et ita potest Abbas vendicare monachum suum, cum adiectione de iure canonico, & ciuitas ciuem suú. Et ita similiter episcopus clericú suum, de

iure

iure consuetudinario, seu de iure statutario, vt notant docto. in dicto §. per hanc. Et possunt isti etiã agere hac actione præiudiciali in rem, quando scilicet non detinentur, vt si monachus à nullo detineatur, agit Abbas hac actione, vt pronuntietur monachus suus, & per consequens faciat omnia, ad quæ tenetur monachus.

In tertio loco ponitur spatium B præfixo, in quo scribitur velut rubeo, actiones, quæ sequuntur, sunt reuocatoriæ, vel secundum aliquos dicuntur interdicta reuocatoria.

11 In quarto loco ponitur actio Pauliana. Et datur creditori, qui habet obligata bona debitoris, & debitor in fraudem alienauit illa bona. Et datur contra eos, qui possident huiusmodi bona. Et datur ad hoc, vt creditor mittatur in bonorum possessionem, ac si debitor illa bona adhuc possideret. Et datur ista actio pro rebus mobilibus & immobilibus, corporalibus tamen, vt insti. de actio. §. item si quis in fraudem. Et si debitor alienauit bona ex tit. lucratiuo, tunc sufficit fraus ex parte debitoris tantùm. Si verò ex titu. oneroso, tunc requiritur fraus ex parte debitoris, & etiam ex parte contrahentis, vt in l. penul. C. de reuocan. his, quæ in frau. credi. aliena. sunt. Deprehenditur autem fraus debitoris ex eo, quòd omnia bona sua, vel maiorem partem bonorum suorum alienauit, vt l. omnes §. Lucius. ff. de his, qui in frau. credi. Et locum habet ista actio, quando debitor sciuit se habere creditores, quæ scientia semper præsumitur, nisi probetur contrarium, cum consistat in facto suo, vt l. quanquam. ff. ad Velleian.

12 In quinto loco ponitur act. Fauiana, quæ datur patrono, quando libertus alienauit bona sua, in fraudem ipsius legitimæ debitæ patrono. Et datur contra eum, in quem talia bona translata sunt, & datur ad repetendum talia bona vsque ad complementum talis legitimæ. Quæ autem sit illa legitima, habetur in §. sed nostra insti. de succes. libertino. & de ista actione habetur in l. j. §. j. ff. si quid in frau. patro.

13 In sexto loco ponitur actio Caluisiana, & datur creditori vel patrono, quando in eorum fraudem debitor vel libertus bona alienauit. Nec obstat, quòd pro illis dantur actio Pauliana & Fauiana, quia interest nostra, habere plures actiones, vt ff. de legatis ij. l. cùm filius. §. varijs. & insti. de actionibus. §. sic itaque. vbi hoc notatur per glos. in verbo, odio.

14 In septimo loco ponitur actio in factum reuocatoria, quæ datur creditori vel patrono, quando debitor vel libertus alienauit bona in fraudem. Et datur contra possidentes talia bona, & datur pro rebus incorporalibus, & in hoc differt ab actionibus præcedentibus, quæ dantur pro rebus corporalibus, vt l. hac in factum actione. ff. de his, qui in fraudem creditorum.

In octauo loco ponitur ſpatium C præfixo,in quo ſcribitur velut rubeo colore,hæ tres quæ ſequuntur,ſunt ædilitiæ.

15 In nono loco ponitur actio redhibitoria,quæ datur emptori,quando emit rem habentem tale vitium, quod ſi emptor ſciuiſſet, non emiſſet. Et datur contra venditorem, vt reaccipiat rem venditam,& reſtituat emptori pretium,vt l.redhibitoria.ff. de ædili. edic. & datur iſta actio ad ſex mẽſes vtiles,vt l.ſciendum. §.tempus.ff.de ædil.edic. Si autem aliquis emit rem cum pacto,quòd ſi non placeret ſibi,poſſet illam rem redhibere,tunc emptor debet declarare voluntatem ſuam infra lx.dies.quia poſt illud tempus cogitur rem retinere,niſi aliud fuerit expreſſum in pacto,vt l.quòd ſi nolit.ff.de ædil.edic.

16 ¶ Sequuntur actiones prætoriales tertiæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio quanto minoris,& datur iſta actio emptori, quando emit rem habẽtem latens vitium.quod ſi ſciuiſſet,nihilominus emiſſet, ſed non dediſſet tantum pretium. Et datur ad hoc, vt venditor reſtituat tantum de pretio,quanto minus res fuiſſet vendita,ſi vitium fuiſſet notum. Et durat iſta actio per annum vtilem, vt ff. de ædil.edic.l. ſciendum. §.tempus. Et quanuis aliqui doctores dicant,quod ſit vna actio, quantominoris emptor rem emiſſet,nõ attento cõmuni valore,quam quidem actionẽ dicunt eſſe ciuilem,iuxta gl.in l. Iulianus.ff.de actio. emp.& vendi.tamen quia hoc parum ſeruit ſtudentibus, de illa differentia ſuperſedeo.

17 In ſecũdo loco actio in factũ æditilia vel redhibitoria. Et datur iſta actio emptori,quando extra iudiciũ reſtituit venditori rem emptam, ſed venditor pœnitens rem recepiſſe, vult emptori rem reſtituere,& datur contra venditorem ad hoc,vt ipſe emptori reſtituat pretium,vt l.quòd ſi nolit. §.in factum.ff.de ædili.edic.

In tertio loco ponitur ſpatiũ præfixo D in quo ſcribitur velut rubeo colore,hæ adiectiones ſunt prætoriæ,quæ ſunt ſex.

18 In quarto loco ponitur actio exercitoria. Et datur ei qui contraxit cum exercitore,id eſt,cũ præpoſito nauis,ſiue ſit filius,ſiue ſeruus,ſiue alius homo liber,qui præpoſitus eſt ex contractu, vel quaſi cum eo facto ex cauſa,circa quam præpoſitus eſt. Et datur contra magiſtrum nauis,ad hoc quòd ipſe ſatisfaciat huiuſmodi contrahenti,vt ff.de exercito.actio.l.j. §.magiſtrum.

19 In quinto loco ponitur actio inſtitoria, quæ datur ei, qui contraxit cum eo,qui præpoſitus eſt tabernæ,vel alteri negotiationi. Et datur contra magiſtrum,qui eum præpoſuit,ad hoc, vt ſatiſfaciat contrahenti ex huiuſmodi contractu,vel quaſi, vt inſti. quod cum eo. §. eadem ratione.

20 In ſexto loco ponitur actio tributoria. Et datur ei, qui cõtraxit cum filio

filio vel seruo habente peculium, sciente domino vel patre, & pro-
hibere valente, sed non prohibente. Et datur contra dominum vel
patrem, ad hoc, vt satisfiat de peculio, & non potest dominus vel
pater abstrahere, quod sibi vel suis debetur, sed computatur in ea-
dem portione, cum reliquis creditoribus. Et de ista act. habetur insti.
quod cum eo. §. introduxit.

21 In septimo loco ponitur actio quod iussu. Et datur ei, qui contraxit
cum filio, vel seruo ex iussu patris vel domini. Et datur contra patrem
vel dominum, vt satisfaciat ex eo contractu, vel quasi ipsi creditori, vt
ff. quod iussu. l. j. §. si ratum.

22 In octauo loco ponitur actio de in rem verso. Et datur ei, qui con-
traxit cum filio vel seruo. Et datur cōtra patrem vel dominum, si res
recepta versa sit in vtilitatem patris, vel domini, vt scilicet de ea re sa-
tisfaciat. vt insti. quod cum eo. §. prætereà.

23 In nono loco ponitur actio de peculio. Et datur ei, qui contra-
xit cum filio, vel cum seruo habente peculium. Et datur contra
patrem vel dominum, non in solidum, sed ad tantum, quantum est
in peculio, à quo tamen abstrahitur quod debitum est patri vel do-
mino, vel illis, qui in potestate sua sunt, vt institut. quod cum eo.
in §. cum autem quæritur. & in §. actiones. institut. de actio. in tex-
tu, & in glo.

24 ¶ Sequuntur actiones, prætoriæ quartæ, lineæ, & in primo lo-
co ponitur actio de constituta pecunia. Et habet locum ista actio,
quando quis per nudum pactum constituit se soluturum creditori
suo vel alijs, id quod creditori debitum est ciuili & naturali obliga-
tione, vel naturali tantùm. Non autem si, sit debitum ciuili obli-
gatione tantùm, vt si creditor cum debitore fecit pactum, de non
petendo debitum. Nam per tale pactum cessat obligatio naturalis,
vt Stichum. l. §. naturalis. ff. de solutionibus. Et datur ista actio cre-
ditori contra eum, qui se soluturum constituit nudo pacto, vt sibi sa-
tisfaciat. Et ista habētur in l. j. §. debitum. ff. de constituta pecunia. in
textu & glos.

25 In secundo loco ponitur actio de cōfessione, quæ ex causa est, & vo
catur interrogatoria, & nō confessoria. Et habet locū ista actio, quā-
do quis post litem contestatā confitetur debitum petitū ab actore, vt
in l. proinde. §. j. ff. ad l. Aquiliam. Et dicitur notanter post litem con-
testatam, quia si confiteretur antè, non haberet locum ista actio, vt ff.
de interrog. ac. l. j. & dicitur coram iudice, quia si confiteatur extra iu-
dicium, bene habetur per hoc probatio debiti, sed non datur ista actio
vt l. Publiciana. §. Lucius. ff. depositi. Et datur ista actio actori contra
reum sic confitentē ad hoc vt soluat id, quod ipse cōfessus est.

26 In ter-

26 In tertio loco ponitur actio iuratoria, quando iuratur formiter, id est adiecta causa. Et habet locum ista actio, quando delatum & præstitum est iuramentum ab vna parte, deferente parte aduersa, & hoc cum adiectione certæ causæ, verbi gratia: Titius iurat, quòd Meuius tenetur sibi ex empto in x. flo. quia emit ab eo librum, & hoc Meuio deferente Titio huiusmodi iuramentũ, quo casu datur Titio ista cõtra Meuiũ, ad hoc, vt satisfaciat sibi de x. flo. vt in l. actori. C. de reb. cre. & iureiu. & in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iureiu.

27 In quarto loco ponitur actio nogotiorũ gestorum, quæ quandoq; vtilis ex necessitate geritur, aut ex suspicione necessitatis. Et pro intellectu istius actionis sciendũ est, quòd aliqua est actio negotiorũ gestorum directa, & datur ei, cuius negotia gesta sunt suo mandato, cõtra eum, qui negotia gessit, vt reddat rationem & reliqua inferat, de qua insti. de obli. quæ ex quasi contrac. nas. §. j. Alia est cõtraria, quæ datur gestori contra eum, cuius negotia gessit, quia de suo impendit, vt hoc sibi restituatur, de qua etiam in d. §. j. iam all. Alia est negotiorum gestorũ vtilis directa, & est illa, quæ datur ei, cuius negotia gesta sunt, contra eum, qui negotia gessit ex necessitate officij, quia scilicet fuit tutor vel curator furiosi vel prodigi. Alia est vtilis vtiliter, quæ econtrà datur gestori ex necessitate officij, contra eum, cuius negotia gessit. Et de istis duab. vltimis habetur in l. curatoris. C. de nego. gestis. Additur autem hîc, aut ex suspicione necessitatis, quia si possideo liberum hominẽ bo. fi. & ille gerit negotia mea, tunc illa negotia gerũtur ex suspicione necessitatis, quia suspicatur se esse seruũ meum, vt l. at qui natura. §. si libero. ff. de nego. gestis. Extraneus enim liber homo nõ necessitatur negotia mea gerere, vt in d. l. at qui.

28 In quinto loco ponitur actio protutelæ directa. Et datur ei, cuius bona administrata sunt per eum, qui se gessit pro tutore, & nõ fuit tutor, & datur cõtra eum, qui sic administrauit, vt reddat rationẽ, & reliqua inferat, vt ff. de eo, qui pro tutore se gessit. per totum.

29 In sexto loco ponit᷑ actio pro tutelę cõtraria Et datur ei qui pro tutore se gessit contra eum, cuius res administrauit, si impendit aliqua de suis, vt illa restituat, vt ff. eod. titu. iam alleg. per totum.

30 In septimo loco ponitur actio depositi in quatuor casib. videlicet quando quis deposuit res suas causa tumultus, incendij, ruinæ, aut naufragij. Et datur ista actio depositori contra depositarium, vt l. j. ff. depositi. & datur in simplum. Crescit tamen inficiando, quia si depositarius negauerit rem esse depositã apud eum, datur in duplum, vt insti. de actio. §. sequens. versic. planè.

31 In octauo loco ponitur actio vię reiectæ, & habet locum ista actio, quãdo aliquis reiecit viam publicam ad fundũ vicini sui, vt ipse ex via

publica

publica fundum ſuum ampliaret. Et datur iſta actio ei,in cuius fundo via reiecta eſt,cõtra eum,qui viam ſic reiecit. ,Et datur ad hoc, vt via ponatur ad locũ priſtinum,vt in l.ſi area.ff.de via publi.

32 In nono loco ponitur actio,quod metus cauſa.& datur iſta actio ei, qui per metum cadentem in conſtantẽ virum,alienauit rem ſuam,iuxta l.metum.ff.quod me.cau.Et datur contra inferentem talem metũ, vel contra poſsidentem talem rem. Et ita eſt actio perſonalis in rem ſcripta, vt l. ſi cum exceptione. in princi. ff. quod me. cauſa, & datur iſta actio in quadruplum,in quo tamen continetur ipſa res, vt inſti.de actio. §.quadrupli. Et differt iſta actio ab actione, quæ poſita eſt in prima linea,& dicitur vtilis in rem, quæ datur metum paſſo, quia illa datur ad rem, & eſt realis, iſta autem datur in perſonam,& eſt perſonalis,in rem tamen ſcripta,vt no.per Barto.in l.metum. §. volenti.ff. quod metus cauſa.

33 ¶ Sequũtur actiones prætoriæ quintæ lineæ,& in primo loco ponitur actio de dolo malo. Et datur iſta actio ei, qui per malum dolum deceptus eſt. Et datur contra decipientem ad hoc, vt deceptus reſtituatur,& non ſit in damno,vt ff.& C.de dolo malo.per totum. Et requiritur, vt ſit talis dolus, qui cadit in conſtãtem virum, ſicut dictum eſt in præcedenti actione de metu. Aliôquin plus attribueretur fatuitati ſeu ſimplicitati ipſius decepti, quàm dolo,vt in c. cùm dilectus. extrà de his,quæ vi metusve cauſa fiunt. Et iſta actio non datur, niſi damnum fuerit ad minus duorum aureorum, vt in l.ſi oleum. §.finali. ff. de dolo.

34 In ſecũdo loco ponitur actio furti manifeſti. Et datur ei,cuius intereſt furtum non fuiſſe factum,vt inſti.de oblig.quę ex malefic.naſcun. §.furti autẽ actio. Et datur contra furem ad quadruplum, vt inſti. de actio. §.quadrupli.In quo quadruplo non cõtinetur ipſa res,quia pro re datur condictio furtiua,vel rei ven.vt inſti.de oblig.quæ ex maleficio naſcuntur. §.fin. Dicitur autem furtum manifeſtum, quando fur deprehenditur cum re furtiua,aut acclamatur contra eum,antè,quàm detulit rem furtiuam ad locum deſtinatũ, vt in §.manifeſtus.inſti.de oblig. quæ ex malefic. naſcun.

35 In tertio loco ponitur actio furti aduerſus nautas,caupones,& ſtabularios. Et datur ei,qui poſuit res ſuas in naui,aut in caupona,aut in ſtabulo,ſi res illæ furatæ ſint ab illis, quorum opera vtitur quis in naui, vel in caupona, vel in ſtabulo. Et datur contra magiſtrum nauis, cauponæ, vel ſtabuli, vt ſatis latè declaratur inſti. de obliga. quæ ex quaſi malefic.naſcuntur. §.item exercitor. Et datur iſta actio in duplum,vt ibi dicitur.

36 In quarto loco ponitur actio ſerui corrupti. Et datur iſta actio ei,cuius

ius seruus corruptus est in animo, quia scilicet factus est ebriosus aut contumax. Et datur contra eum, qui seruum sic corrupit, & datur in duplum deteriorationis ipsius serui, vt l. j. ff. de ser. corru. Et datur etiam ista actio vtilis patri contra eum, qui filium suum sic corrupit, & tunc iuratur in litem, quia non datur illa in duplum, ex quo liberi hominis non est æstimatio, vt l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam. Datur etiam ista actio vtilis marito contra eum, qui corrupit vxorem suam, & de ista actione vtili pro filio, vel pro vxore, loquitur l. vt tantùm. § . j ff. de seruo corrupto. Et dicitur notanter, quòd seruus sit corruptus in animo, quia si esset læsus in corpore, tunc non datur ista actio, sed datur actio l. Aquiliæ.

37 In quinto loco ponitur actio vi bonorum raptorum. Et datur ista actio ei, cuius bona rapta sunt, & datur contra raptorẽ, & datur in quadruplum, in quo tamen continetur etiã res rapta, vt insti. vi bono. rap. §. quadruplum. Et dicitur raptor, qui intendit rem auferre, siue aliquis resistat, siue non, per violentiam, & hoc præsumitur, si veniat cum armis, vt l. si quis ex domo. ff. de furtis.

38 In sexto loco ponitur actio iniuriarum, quę non descendit ex l. Cornelia. Et datur ista actio ei, qui passus est iniuriam per conuitium, vt l. si non conuitij. C. de iniurijs. Et datur contra eum, qui fecit iniuriã ad tantum, quantum iniuriatus iurat se malle perdidisse de bonis suis, quã pati talem iniuriam, vel malle tantum dare, & nõ sustinere talem iniuriam, vt in l. iniuriarũ æstimatio. ff. de iniurijs. Debet iudex post iuramentum arbitrio suo taxare in eo, quod iuratum est, vt §. in summa. insti. de iniurijs.

39 In septimo loco ponitur actio subsidiaria l. Aquilię. Et datur ei, cui datum est damnũ de non corpore in non corpus verbi gratia: Si habeo seruum positum in compedibus, & tu soluis illum seruum motus misericordia, & seruus meus fugit, habeo istam actionem contra te, vt satisfacias mihi de seruo meo, vt insti. ad l. Aquil. §. fin.

40 In octauo loco ponuntur actiones in factum, quæ dantur loco cuiuslibet interdicti, & primò, de mortuo inferendo. Et datur ista actio ei, qui prohibetur mortuum suum inferre in sepulchrum suum, & datur contra prohibentem. Et datur, vt desistat prohibere, & vt satisfaciat de interesse, vt ff. de sepul. ædifican. & mortuo inferendo. per totum.

41 In nono loco punitur actio de sepulchro ædificãdo. Et datur ei, qui prohibetur ędificare sepulchrũ cõtra prohibentẽ, vt desistat. Et datur etiam ad interesse, vt si ędificans posuit ibi calcẽ seu cæmenta, vel alia præparamẽta, & illa destructa sunt per pluuiã, vel aliunde, tenet̃ prohibens talia soluere, vt ff. de sepul. ędific. & mor. inferẽ. l. j. §. ędificare.

42 ¶ Se-

42 ¶Sequuntur actiones prætoriales sextæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, ne quid in loco sacro fiat immittatúrve. Et datur ista actio cuilibet de populo cõtra eum, qui vult aliquid facere aut immittere loco sacro, quod ibi fieri non debet, vt in ecclesia, vel in muris ecclesiæ. Et datur ad hoc vt desistat hoc facere aut immittere, vt ff. ne quid in loco sacro, in rubro & in nigro. per totum. Et est ista actio prohibitoria.

43 In secundo loco ponitur actio in factum, vt quod factum immissumve est in loco sacro, tollatur. Et datur ista actio cuilibet de populo contra illum, qui hoc fecit seu immisit in loco sacro, ad hoc vt restituat locum sacrũ ad pristinũ statum, & remoueat hoc quod fecit vel immisit. vt ff. ne quid in loco sacro. per totum. Et est ista actio restitutoria, vt ff. de interdict. l. ij. §. interdicta.

44 In tertio loco ponitur actio. ne quid fiat immitatúrve in via publica, aut itinere publico, quo via fiat deterior, & datur ista actio cuilibet de populo contra illum, qui vult aliquid facere aut immittere in publica via, vt desistat. Et est ista actio prohibitora, vt ff. ne quid in loco publico. l. ij. §. prætor ait.

45 In quarto loco ponitur actio in factum, vt quod factum immissúmve est in via publica, aut itinere publico, tollatur. Et datur ista actio cuilibet de populo, contra eum, qui hoc fecit seu immisit, ad hoc vt remoueatur. Et est ista actio restitutoria, vt dicto §. prætor ait.

46 In quinto loco ponitur actio in factum, ne quid fiat in loco publico. Et datur ista actio cuilibet de populo, contra faciẽtem aliquid in publico loco, ad hoc vt desistat. Et istud verum est, quando locus publicus non est via neque iter, vt ff. ne quid in loco publico. l. j. Et est ista actio æqualiter prohibitoria & restitutoria.

47 In sexto ponitur actio in factum, ne quid fiat immittatúrve in flumine publico ripáve eius, quo statio vel nauigatio peior fiat. Et datur ista actio cuilibet de populo contra eũ, qui vult aliquid facere vel immittere in flumine vel in ripa fluminis, quod impedit nauigationẽ vel stationẽ nauium, ad hoc vt desistat. ff. de fluminib. in rubric.

48 In septimo loco ponitur actio in factum, vt quod factum immissúmve est in flumine publico ripáve eius, tollatur. Et datur cuilibet de populo contra eum, qui hoc fecit vel immisit, vt remoueatur, vt ff. de fluminibus. in rubrica. Et est ista actio restitutoria, & præcedens prohibitoria.

49 In octauo loco ponitur actio in factum, vt liceat vti & frui loco publico ei, qui conduxit, & socio eius. Et datur ista actio ei, qui conduxit locum publicum, vel aliam rem reipublicæ, vt vectigal, vel tributum,

butum,ad modicum temporis, contra impedientem eum,vt desistat, vt ff.de loco publico fruen.l.j. Et dicitur notanter, ad modicum temporis,quia si conduxit ad longũ tempus,quod est vltra tempus decem annorũ,vt ff.si ager vectiga. vel emphy.petatur.l.j.§. in perpetuum. & ff.de superfi.l.j.§.quod ait.tunc si possideat,habet exceptionem. Si verò ceciderit à possessione conductor, datur sibi vtilis rei ven. vt in iuribus præalleg.

50 In nono ponitur actio in factũ,vt liceat reficere viam publicam,aut iter publicum. Et datur ista actio illi,qui vult reficere viam publicam, vel iter contra impedientẽ eum,ad hoc,vt desistat,vt ff.de via pub.l.j.

51 ¶ Sequũtur actiones prætoriales septimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum,vt liceat ire agereve per viam publicam,aut iter publicum. Et datur ista actio ei,qui impeditur vel prohibetur ire seu agere per viam publicam,aut iter publicum. Et datur cõtra impedientem seu prohibentem,vt desistat. Et ita est actio prohibitoria,seu loco interdicti prohibitorij,vt l.ij.§.fin.ff.ne quid in loco publico.

52 In secundo loco ponitur actio in factum, ne quid in flumine publico ripáve eius fiat,aut immittatur, quo aqua aliter fluat,quàm priori æstate fluxerat. Et datur ista actio cuilibet de populo contra talia facientem,vel facere volentem,vt desistat, & ita est prohibitoria, vt ff.eodem titulo.per totum.

53 In tertio loco ponitur actio in factum,vt si quid factum immissúmve sit in flumi.publico, ripáve eius,quo aqua aliter fluat, quàm priori æstate fluxerat, remoueatur. Et datur similiter cuilibet de populo contra eum,& ad id,sicut actio præcedens, sed ista est restitutoria, vt ff.eodem titu.

54 In quarto loco ponitur actio in factum,vt liceat reficere ripam publicam fluminis,seu munire. Et datur ista actio ei,qui vult ripam reficere,vt non fiat damnum vicinis. Et datur contra prohibentem, vt desistat. Veruntamen volens reficere ripam publicam, cauere debet habentibus agros vicinos de damno infecto, vsq; ad decem annos,vt in l.vnica.ff. de ripa munien.

55 In quinto loco ponitur actio in factum,vt liceat in flumine publico, seu lacu vel stagno nauigare,& in ripa onerare,& exonerare. Et datur ista actio cuilibet de populo contra prohibentem vel impedientẽ, vt desistat, vel si quid fecerit, remoueat. Et dicitur lacus, in quo est aqua perpetua. Sed dicitur stagnum, vbi est aqua temporalis. Idem etiam est de fossa publica,quæ dicitur, quia manibus facta, & ista notantur ff. vt in flumine publico nauiga.liceat.l.j.

56 In sexto loco ponitur actio in factũ,ne vis fiat ei,qui in possessionem missus est. Et datur ista actio ei,qui missus est in possessionem bonorum

rum,causa rei seruandæ, vt ff. ne vis fiat ei.l.j. Nam quanuis ille sit in possessione, vt ff. de bonorum possessionib.l.j. non tamen dicitur possidere, vt in l.possideri. ff. de acquiren.posses.& ideò non habet actionem in factum, quæ datur loco interdicti vti possidetis, vt ff. vti possid.l.si duo. §.creditores.

57 In septimo loco ponitur actio in factum quorum bonorum. Et datur ista actio ei, qui succedit iure prætorio alicui defuncto, & coram iudice agnouit bonorum possessionem. Et datur contra possessores rerum, quæ sunt in hæreditate illius defuncti, & datur ad hoc, vt sibi tradatur possessio. Nam quanuis per agnationem prædictam coram iudice factam habeat dominium, vt ff. quorum legato. l.j. non tamen habet possessionem, vt l.cùm hæredes. ff. de acquirenda possessio. Et sufficit, quòd ista agnitio fiat coram iudice, nec oportet sibi bona decernere, sicut olim, & ideo vocabatur bonorum possessio decretalis, vt ff. de success. edic.l.j. §.decretalis. sed hodie vocatur iudicialis.

58 In octauo loco ponitur actio in factum quorum legatorum. Et datur ista actio hæredi contra legatarium vel fideicommissarium, qui occupat legatum vel fideicommissum propria authoritate, & non de manu hæredis, antè, quàm adeat hæreditatem. Nam interest hæredis legata seu fideicommissa penes se retinere, vt si opus fuerit posset abstrahere Falcidiam vel Trebellianicam. Sed si hæres velit istam actionem intentare, debet cauere legatarijs seu fideicommissarijs, quòd soluent legata seu fideicommissa, vt C. quorum lega.l.j.

59 In nono loco ponitur actio in factum de tabulis exhibendis. Et datur ista actio hæredi instituto, legatarijs vel fideicommissarijs, contra illum, qui occultat testamentum, in quo hæc scripta sunt, vt exhibeat testamentum, quod si non fecerit, tenetur ad interesse, videlicet ad existimationem hæreditatis, quo ad hæredem, vel ad existimationem legati vel fideicommissi, quò ad legatarium vel fideicommissarium, vt l.locum. §.condemnatio. ff. de tabu. exhiben. Si tamen pendeat quæstio de hæreditate, vel de falsitate testamenti, tunc non tenetur exhibere istis, sed deponere, vt ff. de tabu. exhiben.l.j.

60 ¶ Sequuntur actiones prætoriales octauæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum. loco interdicti de liberis exhibendis. Et datur ista actio parenti, qui habet liberos in potestate sua, contra detinentem liberos illos. Et datur ad hoc, vt liberi exhibeantur in iudicio, & ostendantur, vt parens posit videre, an sint liberi sui, & est ista actio exhibitoria, sicut actio præcedens, vt ff. de libe. exhiben.l.j.

61 In secundo loco ponitur actio in factum, loco interdicti de liberis deducendis. Et datur ista actio parenti, postquàm liberi exhibiti sunt, & ostensi in iudicio, contra eos, qui liberos detinuerunt, vt iudex

pronuntiet parentem posse deducere liberos suos quôcunque velit, & est ista actio deductoria, vt l.tertia. §.primo. ff.de liberis exhibendis, & deducendis.

62 In tertio loco ponitur actio in factum, loco interdicti de libero homine exhibendo. Et datur ista actio cuilibet de populo, contra eum, qui detinet liberum hominem, ad hoc, vt liberetur talis homo, & pronuntietur liber esse, vt ff.de liberis hominibus exhibendis. l.j. & ij. & est ista actio etiam exhibitoria.

63 In quarto loco ponitur actio in factum, loco interdicti vnde vi. Et datur ista actio ei, qui spoliatus est sua possessione cõtra spoliatorem, ad hoc, vt restituatur. Et ergo dicitur esse recuperandæ possessionis, vt Institu.de interdic. §.recuperandæ. Et intelligitur istud de vi expulsiua, vt ff.de vi & vi armata.l.prima.& restituendus est spoliatus, etiam si fuerit prædo, vt capi.in literis.extrà de restitu.spoliato. Et debet fieri restitutio cum omnibus fructibus, damnis & interesse. vt in cap.graue.extrà de restitu.spoliato. Nec potest spoliator referre quæstionem dominij, vt in dicto capitu.in literis. & in l.si quis à fundo. C.ad legem Iuliam de vi publica vel priuata. Et durat ista actio per annum vtilem, sed quo ad ea, quæ peruenerunt ad spoliatorem, durat perpetuò, vt C. vnde vi. l.secunda. habet etiam perpetuitatem, quo ad exceptionem: quia quæ temporalia sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum, vt l.purè. ff.de exceptio. doli mali. Et quod dictum est istam actionem durare per annum vtilem, intelligendum est de iure ciuili. Nam iure canonico durat perpetuò, vt in capitu.secundo. extrà de restitutione spoliatorum. & non datur ista actio contra tertium, ad quem res spoliata deuenit, nisi scienter recepisset rem à spoliatore, scilicet sciens eam esse spoliatam, vt in capitu. sæpe. extrà de restitutione spoliatorum.

64 In quinto loco ponitur actio in factum loco interdicti, quod vi aut clàm. Et datur ista actio ei, in cuius fundo aliquid ædificatum est, post prohibitionem suam, vel clàm ædificatum est ab eo, qui suspicabatur litem sibi mouendam fore, & datur contra eum, qui sic ædificauit, vt tale ædificium tollat & satisfaciat actori de damno & interesse, vt ff. quod vi aut clàm. l.prima. §.vi factum.& l.tertia. §.hoc interdictum.

65 In sexto loco ponitur actio in factum, loco interdicti vti possidetis. Et datur ista actio ei, qui possidet rem immobilem, contra eum, qui turbat talem possessorem, dicens se possidere, & non illum. Et datur ad hoc, vt pronuntietur pacificus possessor, & vt alius præstet cautionem decæterò se non turbaturum talem in sua possessione. Et istud verum est, nisi possessor possideat rem ab aduersario vi, clàm vel precariò,

cariò, vt ff. vti posſidetis. l. prima. & l. ſi duo.

66 In ſeptimo loco ponitur actio in factum loco interdicti vtrobi. Et datur iſta actio ei, qui poſsidet rem mobilem contra turbantem eum, ad hoc, vt pronuntietur pacificus poſſeſſor, & vt caueatur, ſicut dictum eſt in præcedenti actione, quod etiam verum eſt, ſi non poſsideat rem ab aduerſario vi, clàm vel precariò, vt ff. vtrobi. l. prima.

67 In octauo loco ponitur actio in factum loco interdicti de ſuperficiebus. Et datur iſta actio ei, qui poſsidet ſuperficiem aliquam contra turbantem eum in ſua poſſeſsione, vt deſiſtat & caueat, ſicut dictum eſt in duabus præcedentibus, quod etiam verum eſt, ſi non poſſideat vi, clàm vel precariò ab aduerſario, vt ff. de ſuperficiebus. l. prima. Et differt iſta actio ab illa, quæ poſita eſt ſupra in quinto loco primæ lineæ: quia illa datur, quando ſuperficiarius amiſit poſſeſsionem, ſed iſta datur, quando habet poſſeſsionem, & in ea turbatur.

68 In nono loco ponitur actio in factum, de itinere actúque priuato vtendo. Et datur actio ei, qui per triginta dies continuos vel diſcontinuos intrà annum retrò vſus eſt actu vel itinere per alienum fundum. Et datur contra volentem eum impedire ad hoc, vt permittat eum in quaſi poſſeſsione actus vel itineris. Et in iſta actione quæritur de quaſi poſſeſsione, vt ff. de itinere actúque priuato. l. prima. Et ita eſt actio poſſeſſoria. Et non quæritur hîc de iure, aut non iure iſtius ſeruitutis, quia hoc fit per confeſſoriam, & negatoriam, quæ ſunt actiones ciuiles, vt Inſtitu. de actionibus. §. æquè. & §. contra.

69 ¶ Sequuntur actiones prætoriales nonæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum de itinere actúque priuato reficiendo. Et datur iſta actio volenti in fundo alterius reficere actum vel iter, quo peruenitur ad fundum ſuum, contra impedientem ſeu prohibentem, vt deſiſtat, vt ff. de itinere actúque priuato. l. tertia. §. ait prætor. Debet tamen ſic reficiens alteri cauere de damno infecto, vt dicta l. tertia. §. qui hoc interdicto. Et differt iſta actio à præcedenti, quia in illa ſufficit probare, quòd ipſe fuit vſus ſeruitute, vt ibi dictum eſt. Sed in iſta hoc idem probandum eſt, & etiam, quòd in veritate ſeruitus ſibi debetur ratione fundi ſui, vt dicta l. tertia. §. hoc autem à ſuperiore. Et bene datur iſta actio ei, cui debetur ſeruitus, quia ille habet reficere viam vel actum, vel iter, & non ille qui debet, vt l. quotiens. §. finali. ff. de ſeruitutibus. hoc tamen fallit in ſeruitute oneris inferendi, vt l. cùm debere. ff. de ſeruitutibus vrbanorum prædiorum.

70 In secundo loco ponitur actio in factum, de aqua quotidiana,& datur ista actio ei, qui intra annum retro vno die duxit aquam ad fundum suum,& datur contra prohibenté, vt desistat,& ita est actio prohibitoria, vel si aliquid fecit, quòd deponat,& ita est restitutoria, vt ff. de aqua quotidiana & æstiua l.j. §.quòd autem.

71 In tertio loco ponitur actio in factum, de aqua æstiuali. Et datur ei, qui intra annũ retro in æstate vno die duxit aquam ad fundum suum, & datur contra prohibentem vt desistat, vt ff. de aqua quotidiana & æstiua.l.prima.

72 In quarto loco ponitur actio in factum de aqua ex castello ducenda. Et datur ista actio ei, qui habet quasi possessionem ducédi aquam à loco, in quo aqua nascitur, vel congregatur. Et datur contra impedientem, vt desistat, vt ff. de aqua quotidia.& æstiua.l.j.§.quod ait.

73 In quinto loco ponitur actio de riuis purgandis. Et datur ista actio ei, qui vult purgare vel reficere riuum, per quem ducitur aqua ad fundum suum, contra impedientem, vt desistat, vt ff. de riuis.l.prima.§. hoc interdictum.

74 In sexto loco ponitur actio in factum de fonte vtendo. Et datur ei, qui habet quasi possessionem hauriendi aquam ex fonte vel puteo alterius, contra prohibentem, vt desistat, vt ff. de fonte.l.j.§.j.

75 In septimo loco ponitur actio in factum, de fonte reficiendo. Et datur ei, qui vult reficere fontem, in quo habet quasi possessionem, vel ius hauriendi aquam, contra prohibentem, vt desistat, vt ff. de fonte.l. prima.§.fina.

76 In octauo loco ponitur actio in factum, de cloacis purgandis vel reficiendis. Et datur ei, qui habet quasi possessionem purgandi cloacam suam per fundum alterius. Et datur contra prohibentem, vt desistat, vt ff. de cloacis.l.prima.§.quod ait. Necesse est enim cloacas purgare, ita vt aër non inficiatur fœtoribus, & inde generetur pestis, vt dicta l.prima.

77 In nono loco ponitur actio in factum, ne quid in cloacis fiat immittatúrve. Et datur ista actio habenti cloacam, ex qua immunditiæ trahuntur per aquam, vel aliâs. Et datur contra eum, qui impedit cursum istius aquæ, vt desistat, vel contra eum, qui aliquid facit, quo cloaca fit plus nociua, vt desistat, vt ff. de cloa.l.j.§.fina.

78 ¶ Sequuntur actiones prætoriales decimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, vt si quid factum immissúmve est in cloaca, tollatur. Et datur ei in cuius cloacam aliquid factũ vel immissum est, quo cloaca fit deterior, contra eum, qui hoc fecit vel immisit, vt tollatur,& ita est actio restitutoria, vt ff. de cloacis. l.prima. §. deinde ait prætor.

In secun

79 In secundo loco ponitur actio in factum de precario. Et datur ei, qui rem suam alteri precariò tradidit, & petit rem restitui, contra eum, qui non vult restituere, vt restituat. Nam ille, qui precariò rem recipit, possidet nomine tradentis, vt ff. de acquirenda possessio. l. quod meo. Et differunt precarium & commodatum, quia in commodato datur certus vsus, quo expleto redditur commodatum, vt l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. Sed in precario non exprimitur certus vsus, sed datur simpliciter, vt notatur in rubrica. ff. de precario. Et non consistit etiam in rebus, quæ sunt in numero, pondere, vel mensura, sed in illis est mutuum, vt l. ij. §. j. ff. si certum petatur.

80 In tertio loco ponitur actio in factum, de arboribus cædendis. Et datur ei, apud cuius possessionem posita est arbor per vicinum, quæ quidem arbor est nociua, ex quo destruit murum, vel impedit aërem seu calorem solis. Et datur ista actio, vt talis possit abscindere ramos, & facit ligna sua, si dominus arboris hoc non fecit. ff. de arboribus cædendis. l. prima.

81 In quarto loco ponitur actio in factum, de glande legenda. Et datur ista actio ei, qui habet arborem, cuius rami pendent super fundum alterius, & ita fructus colligi non possunt, nisi ingrediendo alterius fundum, maximè, quando cadũt de arbore, si tunc ille dominus fundi non permittat istum intrare fundum suum, ad colligendum fructus, datur contra eum ista actio, vt per tres dies ingrediatur fundum, & colligat fructus suos, sed post tres dies non audiatur. Et per glandes intelliguntur omnes fructus, vt ff. de glan. legen. l. j.

82 In quinto loco ponitur actio in factum, de migrando. Et datur ista actio ei, qui inuexit vel intulit res suas in fundum alterius, & posteà vult iterum exportare tales res, & soluet mercedem seu pensionem, & datur contra dominum fundi impediẽtem istum, ne deportet res suas, ad hoc, vt permittat eum res suas asportare. Et datur etiam ad interesse, & idem est, si gratis habitauit in domo. Nam tunc datur actio vtilis, & propriè datur ista actio inquilino, vt ff. de migran. l. j. & fina.

83 In sexto loco ponitur actio in factum, loco interdicti Saluiani. Et datur ista actio creditori, vel domino fundi, quando res sibi obligatæ sunt alienatæ, vel non sunt sibi paratæ contra possessores illarum rerum, vt eas sibi tradant. Et differt ista actio à Seruiana, & est vtilior: quia in ista solùm probatur, quòd debitor illas res possedit tempore contractus, sed in Seruiana oportet etiam probare dominium, vt ff. de Saluia. interdict. l. j. Et datur ista actio propriè pro rebus inuectis, vel illatis in fundum alterius.

84 In septimo loco ponitur actio in factũ, de opere demoliendo, quod factum est post noui operis nuntiationem, & ante nuntiationis remissionem,

ſionem,& datur ei, in cuius fundo aliquid ædificatum eſt, poſtquàm nuntiauit nouum opus,& non remiſit nuntiationem. Et datur contra eum qui ædificauit,vt ædificium tollatur ex toto, nec auditur aduerſarius,quanuis dicat ſe habere ibi ius ædificandi, vt ff. de noui operis nuntia.l.j.

85 In octauo loco ponitur actio in factum, vt liceat ædificare ei,cui nouum opus nuntiatum eſt, ſi ſatisdet vel paratus eſt ſatisdare de opere demoliẽdo,ſi non habeat ius contra impedientem,vt deſiſtat, vt ff. de no.operis nuntia.l.prætor. §.ſi quis paratus.

86 In nono loco ponitur actio in factum, loco interdicti fraudatorij, & datur pupillo,quando tutor ſuus denegauit debitorem pupilli ſoluere creditori ipſius tutoris,& ſic etiam adulto minori, quo ad curatorem. Et datur iſta actio contra creditorem,ſi participauit in fraude, vt reſtituat pupillo vel adulto minori hoc quod ſolutum eſt,liberatus tamen eſt debitor,vt no.per Bar.in l.pupil.ff.de ſolutio.

¶ Sequuntur actiones prætoriales vndecimæ lineæ. Et in primo loco ponitur ſpatium E præfixo in quo ſcribitur velut rubeo colore ſic,Omnia ferè prædicta interdicta ſunt directa, & etiam vtilia. Iſtæ autem actiones,quæ ſequuntur,deſcendunt ex edicto prætoris.

87 In ſecundo loco ponitur actio in factum, ex edicto de albo corrupto. Et datur iſta actio cuilibet de populo, contra eum, qui depoſuit, vel corrupit,ſeu vitiauit,vel deturpauit ſcripturam poſitam ad locum publicum,vt in portis palatij,vel ciuitatis,vel in valuis eccleſiæ, ſi illa ſcriptura contineat aliquod præceptum vel ſtatutum promulgandum populo,& punitur talis corrumpens,vel dolo faciens, vt corrumpatur in quinquaginta aureis,vel ſecundum quoſdam in quingentis, vt not. per docto.in l.ſi quis id,quod.ff.de iuriſdic.omnium iudic.

88 In tertio loco ponitur actio in factum, ex edicto ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. Et datur iſta actio parti,ad cuius inſtantiam iudex aduerſæ parti aliquid mandauit vel prohibuit,& datur contra partem non obtemperantem præcepto iudicis ad intereſſe alterius partis:quia fortè fecit expenſas pro aduocatis,vel pro procuratoribus.Nõ tamen condemnatur ad intereſſe principalis cauſæ,vt ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.l.j.§.fin.

89 In quarto loco ponitur actio in factum ex edicto, ſi quis in ius vocauerit quemuis,quem in ius vocare non licet. Et datur iſta actio parenti vocato in ius à libero deſcendente non petita & obtenta venia. Similiter patrono,ſi vocetur in ius à liberto. Et datur contra vocantem in ius,& punitur in quinquaginta aureis,vt inſti.de pœ. temerè litigã. §.fina. Et habet iſta actio locum, quando aliquis vocatur in ius ſine venia ab eo,qui debet ſibi reuerentiam,vt eſt patrinus,qui leuauit aliquem

quem de fonte, etiam vt est doctor, quo ad discipulum suum. Non enim potest doctor à discipulo suo citari realiter, vt in l. medicos. C. de professo. & medicis. libro decimo. & secūdum aliquos etiam nec citatione verbali sine venia. Sic nec Abbas à suo monacho. Et ista notantur in l. generaliter, ff. de in ius vo.

90 In quinto loco ponitur actio in factum, ex edicto, si quis in ius vocatus non ierit. Et datur ista actio ei, ad cuius instantiam aliquis vocatus est in ius, & ille non comparet, propter quod præiudicatur sibi eo quòd actio sua præscribitur vel alio modo, & datur contra non comparentem ad interesse actoris, vt ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. j. §. finali.

91 In sexto loco ponitur actio in factum, ex edicto, si quis in iudicio fideiubentem pro coniuncta persona non acceperit, cùm esset necesse. Et datur ista actio, quando aliquis vocatus est in iudicium, & petitur ab eo satisdatio de iudicio sisti vel aliâs, & ille offert coniunctam personam, videlicet patrem vel fratrem vsque ad quartum gradum: sed actor non vult illum fideiussorem habere: quia fortè est pauper, tunc datur illi personæ ista actio contra actorem. Et est pœna quinquaginta aureorum, vt ff. vt in ius vocati eant vel satisdent: lege finali. §. primo.

92 In septimo loco ponitur actio in factum, ex edicto, ne quis eum. qui in ius vocatus est, vi eximat. Et datur ista actio, quando aliquis vocatus est ad iudicium. & alius tenet eum per violentiam, quòd non potest in iudicio comparere. Et datur ista actio parti, ad cuius instantiam iste vocatus est, vel etiam ipsi vocato contra detinentem, & iuratur hîc in litem, & ita actio est pœnalis ex vtraq; parte, vt ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat. l. fin. §. j.

93 In octauo loco ponitur actio in factum ex edicto, de eo, qui dolo malo fecit, quo quis minus in iudicio sisteret. Et datur ista actio parti, ad cuius instantiam vocatus est in iudicium, & etiam vocato, contra eum, qui dolo malo hoc fecit, verbi gratia. Dixit illi vocato, non oportet ire te ad iudicium, quia pater tuus mortuus est. Et datur ad verum interesse, & ita est pœnalis ex parte conuenti tantùm, & rei persecutoria ex parte actoris, vt ff. de eo, per quē factum est, quo quis minus in iudicio sisteret. l. fina.

94 In nono loco ponitur actio in factum ex edicto de edendo, aduersus non edentem, qui tamen edere debet. Et datur ista actio ei, qui petit aliquam scripturam, vt puta instrumentum vel copiam de aliquibus legatis, vel ratiocinijs, vel contractibus. Et datur contra eum, qui tenetur talem scripturam exhibere, vel dictare, seu edere vt faciat, vt ff. de eden. l. si quis ex argentarijs.

95 ¶Sequuntur actiones prætoriales duodecimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, ex edicto de calumniato. Et habet ista actio locum, quando aliquis recipit pecuniam, vt vexaret me per calumniam in iudicio, vel recepit pecuniam, vt desisteret à tali vexatione. Nam talem pecuniam recipere non debet, cùm gratis teneatur abstinere. Datur igitur mihi hæc actio contra illum calumniatorem, & datur ad quadruplum, in quo tamen continetur pecunia, quam ipse recepit, vt ff. de calumniato. l. j. de qua etiam habetur Insti. de actionibus. §. quadrupli.

96 In secundo loco ponitur actio in factum subsidiaria, loco actionis de dolo. Et habet locũ ista actio, quando finita est actio de dolo, quæ durat solùm biennio, vt C. de dolo. l. fina. Et post biénium datur ista actio ipsi decepto, contra decipientem, ad id, ad quod dabatur actio de dolo, vt l. itaq;. ff. de dolo. Datur etiam actio in casibus, in quibus non datur actio de dolo, propter fauorem personarum. verbi gratia: Parens decepit liberum suum, aut patronus libertum, aut quis in eminenti dignitate constitutus, decepit alium, aut quis bonorum morum decepit luxuriosum vel prodigum. In istis casibus non habet locum actio de dolo, sed loco illius intentatur ista actio. Et debet cauere faciens libellum, ne fiat mentio malæ fidei, sed narretur non esse æquum huiusmodi personas locupletari cum alterius iactura, vt notatur in l. non debet. ff. de dolo.

97 In tertio loco ponitur actio in factum, de alienatione iudicij mutandi causa facta. Et habet locum ista actio, quãdo tu possedisti aliquam rem, quam æstimasti me petiturum, eò quòd esset mea, vel haberẽ ius in ea, & ideò alienasti illam rem, vt haberem aduersarium duriorem, quo casu datur mihi hæc actio contra te, pro meo interesse illam rem non fuisse alienatam, vt ff. de alienatione iudicij mu. cau. facta. l. j. Si tamen alienatio fieret post lit. contest. haberet locum alia actio, de qua ff. & C. de litigiosis.

98 In quarto loco ponitur actio in factum in simplum, aduersus nautas, caup. & stabu. Et habet locum hæc actio, cùm quis posuit res suas in naui, caupona, vel stabulo, & res furata est per alios, quàm per ministros nauis, caupone vel stabuli, vtputa per viatores: quia si furata esset per ministros, haberet locum actio posita suprà in tertio loco quintæ lineæ. Et datur ista actio ei, qui perdidit rem suam, contra magistrum nauis, cauponæ, vel stabuli, si ista res deposita est sciente nauta &c. vel suscipiente custodiam rei, vt ff. nau. caupo. stabu. l. j.

99 In quinto loco ponitur actio in factum in duplum, aduersus nautas, caupones, & stabularios. Et habet locum ista actio, quãdo factum est damnum in re posita in naui, caupona, vel stabulo, & non est furtum

factum.

factum. Et datur ista actio domino rei, contra magistrum nauis &c. ad duplum damni dati, in quo tamen continetur ipsum damnum, vt not. per Bart. in rubrica. ff. furti aduersus nau. caup. & stabu.

100 In sexto loco ponitur actio in factum de effusis & deiectis. Et habet locum ista actio, quando alicui factum est damnum, eò quòd ex aliqua domo effusum vel deiectum est aliquid. Et datur ista actio damnum passo contra dominum, seu in domo gubernatorem, & datur ad duplum, in quo continetur etiam damnum, vt ff. de his, qui deiece. vel effude. lege prima. si autem occisus sit liber homo, datur ista actio cuilibet de populo ad quinquaginta aureos, quia liber homo non habet æstimationem, vt l. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. Si verò læsus aut vulneratus fuerit liber homo, datur sibi ista actio, & arbitrabitur iudex, ad quantum condemnabitur reus, & considerabit impensas medicorum, & medicaminum, & operas, quibus caruit & cariturus est læsus, vt dicta lege prima. & institu. de obligationibus, quæ ex quasi delicto nascuntur. §. ij. Et si seruus effuderit vel deiecerit, potest dari pro noxa, si dominus nesciuerit: dicta l. j. §. si seruus.

101 In septimo loco ponitur actio in factum, quæ datur gubernatori domus aduersus deiectorem vel effusorem. Et datur ista actio inhabitatori domus, qui soluit damnum, vt in præcedenti actione dictum est, contra eum, qui rem aliquam ex domo sua deiecit vel effudit, vnde damnum accidit, vt ille restituat, quod solutum est, vt ff. de his, qui deiece. vel effude. l. j. §. cùm autem legis.

102 In octauo loco ponitur actio in factum aduersus eum, qui habet aliquid appensum vel positum supra locum, vbi vulgò est iter, quod si caderet, posset facere damnum. Et datur ista actio cuilibet de populo contra eum, qui hoc posuit vel appendit. Et datur ad decem aureos, & vt remoueatur, quod positum est, vt dicta l. j. §. prætor.

103 In nono loco ponitur actio in factum, si mensor falsum modum dixerit, & habet locum ista actio, quando aliqui dubitant de mensura, & ideò vocatur agrimẽsor, vt referat iudici, vel partibus, meram mensuram, & ille dolo, vel lata culpa facit fraudem in mensura, seu dicit mensuram maiorem vel minorem, quàm sit, tunc datur ista actio de cepto contra mensorem ad suum interesse, vt ff. si mensor fal. modum dix. l. j.

104 ¶ Sequuntur actiones prætoriales tertiædecimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factũ aduersus eũ, qui intulit mortuũ suũ in locũ purum, & nõ religiosum. Et pro intellectu istius actionis notandum, quòd mortui olim nõ poterant sepeliri in ciuitatibus, vicis, aut castris, propter fœtores, sub pœna xl. aureorum, vt ff. de sepul. violato. l. iij. §. diuus. Datur ergo hæc actio mihi contra te, si tu sepelisti mortuum

tuum in fundo meo puro, ad hoc, vt mortuum remoueas, aut pretium fundi mei soluas, quia fecisti locum religiosum, vt ff. de religiosis. l. ij. §. j.

105 In secundo loco ponitur actio in factum, funeraria, quæ datur ei, qui fecit sumptus pro funere, contra eum, qui debuit facere illos sumptus, vt eos restituat, vt ff. de religiosis & sumpt. fun. l. actio, si quis. §. hæc actio.

106 In tertio loco ponitur actio in factum, si locus sacer venditus sit alicui ignoranti pro puro. verbi gratia: Ego habeo locum religiosum, & aliquis vendidit tibi illum locum tanquã purum, & tu fecisti ibi ædificium, vel prohibes, ne inferam ibi mortuum meum, habeo contra te istam actionem, vt ædificium remoueas, & mortuum meum sepeliri permittas, & tu potes vlterius agere cõtra venditorem tuum, vt l. ossa. §. si loci. ff. de religiosis & sump. fun. Et non solùm habeo istam actionem contra te, si ignorasti, sed potius si sciuisti locum esse religiosum, Authen. multò magis. C. de sacrosan. eccle. sed tunc nõ habes regressum ad venditorem.

107 In quarto loco ponitur actio in factum, quando iuratur informiter. Et datur ista actio, si ego dicam te esse debitorem meum, & tu negas, & defers mihi iuramentum, ego iuro te esse debitorem meum in decem florenis, non dicẽdo ex qua causa, tunc datur mihi ista actio contra te, vt soluas decem florenos, vt C. de rebus credi. & iureiuran. l. actori. & Insti. de actionibus. §. item si quis postulante. Et differt ista actio ab illa, quæ dicta est in tertio loco quartæ lineæ, quia ibi iuratur formiter, hoc est, ex causa, scilicet emptionis & permutationis.

108 In quinto loco ponitur actio in factum, si mulier ventris nomine in bo. pos. missa est per calumniam. verbi gratia: Est mulier, cuius maritus mortuus est, & ipsa dicit se imprægnatam, & non est, vel est impręgnata, sed non ex illo marito, & ita ipsa petit nomine posthumi vel posthumæ existentis adhuc in vtero mitti in poss. bo. illius mariti, tũc datur ista actio hæredi, qui succedit de iure ciuili, vel bono. possessori, qui succedit de iure prætorio, contra talem mulierem, pro suo interesse & vt restituat talia bona, vt ff. si mulier ventris nomine. lege prima.

109 In sexto loco ponitur actio in factum, si mulier, quæ ventris nomine per calumniam in posses. bono. missa est, vel is qui eam habet in potestate, transtulit illa bona ad alium, quo casu datur ista actio hæredi, vel bonorum possessori, contra talem mulierem, vel contra eum, qui eam habet in potestate pro suo interesse, illa bona non fuisse translata, vt ff. si mulier ventris nomine. l. fina. §. j. Et non datur ista actio cõtra eum, in quem bona translata sunt, quia fortè illa bona con-

sumpsit,

ſumpſit, vel non poſsidet, nec dolo deſijt poſsidere, vt l. nam is ff. de dolo.

110 In ſeptimo loco ponitur actio in factum, quæ datur contrahentibus cum eo, qui ſe dixit tutorem vel curatorem, & non fuit. Et datur iſta actio illis, qui ſic contrahunt cõtra talem falſum tutorem vel curatorem pro ſuo intereſſe, vt ff. quod cum fal. tutore. l. j.

111 In octauo loco ponitur actio in factum, quæ datur minori propter hoc ipſum, quod iam dictum eſt. Et datur iſta actio ipſi minori contra talem falſum tutorem vel curatorem, pro repetitione eorum, quæ alienata ſunt, & pro ſuo intereſſe, vt ff. quod cum fal. tutore. l. fina.

112 In nono loco ponitur actio in factum aduerſus eum, qui dolo malo alium adhibuit, vt tanquàm tutor vel curator inſcius authorizaret aliquid loco minoris. Et datur iſta actio iſti, qui credidit ſe tutorem vel curatorem, contra illum perſuaſorem, pro ſuo intereſſe, vt in glo. in l. j. ff. quod cum fal. tutore.

113 ¶ Sequuntur actiones prætoriales quartędecimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio in factum, & ſi quis obmiſſa cauſa teſtamenti poſſideat hæreditatem ab inteſtato. Et habet locum iſta actio, cùm quis hæres inſtitutus ſit, ſed nõ vult adire hæreditatem, vt non habeat ſoluere legata vel fideicõmiſſa, quæ non debentur, niſi poſt aditã hęreditatẽ, & ideò quia iſte hęres inſtitutus eſt filius aut nepos, vel talis, quòd ſibi debetur etiã hæreditas ab inteſtato, & ita dimittit inſtitutionẽ ex teſtamento, & adit hęreditatẽ ab inteſtato, in hoc caſu datur iſta actio legatarijs & fidecõmiſſarijs, contra talem hæredẽ, vt ipſe ſoluat legata & fidecommiſſa, ac ſi adijſſet hæreditatem ex teſtamento, vt ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. l. j.

114 In ſecundo loco ponitur actio in fact. quæ datur cõtra publicanũ. Et habet locum iſta actio quando publicani ſeu exactores vel gabellarij plus recipiunt, quàm iure recipere debeant. Et datur iſta actio ei, qui plus ſoluit, quàm ſoluere debuit, contra publicanum, ſeu exactorem, vel gabellarium. Et datur intra annum vtilem in duplũ, poſt annum verò in ſimplum, vt ff. de publica. l. j. Et idẽ eſt, ſi plus recepit etiã per miniſtros ſuos, vt in d. l. j. § . familiæ.

115 In tertio loco ponitur actio in fac. ſi liber homo ſciens paſſus eſt ſe venundari emptori neſcienti. Et habet locum iſta actio, quãdo liber homo patitur ſe vendi, non ſeruatis cõditionibus ad hoc requiſitis, quę notantur in § . ſerui ſecũdò. inſti. de iure perſonarũ. Et datur iſta actio emptori contra talem hominem venditum, ſi poſteà proclamauerit in libertatẽ pro ſuo intereſſe, vt ff. de liberali cauſa. l. ſciendũ. Datur etiã iſti emptori actio ex empto contra venditorem.

In quar-

116 In quarto loco ponitur actio in factum, si quis in possess. bonorum missus, fructus alienauerit, vel rem deteriorem fecerit. Et habet locũ ista actio, quando quis in possess. bonorum missus est causa rei seruandæ, vel ratione contumaciæ, & ipse alienauit fructus, vel bona fecit deteriora. Et datur ista actio debitori, contra talem possessorem, vt de fructibus alienatis satisfaciat, vel etiam de deterioratione bonorum, vt ff. de bonis authoritate iudicis posidendis. l. prætor.

117 In quinto loco ponitur actio in factum, quæ datur bonorum possessori, ad repetendũ sumptus, quos fecit in talibus bonis. Et datur ista actio creditori cõtra debitorẽ, vt satisfaciat de huiusmodi sumptibus. vt ff. de bonis autho. iudicis posiden. l. prætor.

118 In sexto loco ponitur actio in factum, de damno per dolum dato in turba. Et datur ista actio ei, qui damnũ passus est per turbam, contra eum, qui dolo congregauit illam turbam pro suo interesse & damno, vt ff. vi bonorum raptorũ. l. prætor. Et faciunt turbam xx. homines, vt not. per Bar. in l. iij. ff. vi bono. raptorum.

119 In septimo loco ponitur actio in factum, si quis liber esse iussus est in testamento. Et habet locum ista actio, quãdo testator iussit seruo suo dari libertatem in testamento suo. Et iste seruus sub spe libertatis habendæ post mortem domini sui, surripuit aliquas res ex hæreditate, aut fecit damnũ in eis, tunc datur ista actio hæredi cõtra talem seruũ. Et datur in duplum, in quo non continetur rei persecutio, & hoc intra annum vtilem, sed post annum competunt aliæ act. Requiruntur igitur tria ad istam actionem. Primo, quòd ista subtractio fiat dolo, vel culpa lata. Secundo, quòd fiat post mortem domini. Tertio, quòd fiat ante aditam hæreditatem, vt ff. si quis in testa. liber esse iussus est. l. j. §. non tantum. & §. non autem.

120 In octauo loco ponitur actio in factum, de incendio, ruina & naufragio. Et habet locum ista actio, quando oritur incendium, vel quãdo contingit ruina domus, vel quando nauis patitur naufragium, & tunc aliqui surripiunt bona proiecta ex domo vel naui. Et datur ista actio domino illorum bonorũ contra surripientes. Et datur in quadruplum infra annũ vtilem, vt ff. de incendio, ruina, naufragio. l. j.

121 In nono loco ponitur actio in fac. de sepulchro violato. Et habet locum ista actio, quando aliquis ædificat in loco religioso, vel remouet aliquid ab illo. Et datur ei cuius est talis locus religiosus, cõtra sic ędificantem vel remouentem, vt ædificiũ tollat, & remotum restituat. Et datur etiam regulariter ad ducẽtos aureos, vt ff. de sepul. violato. l. prętor. §. qui sepulchrum.

Et ita finiũtur act. prætoriæ. Istis tamen potest addi actio prætoria, quæ locum habet, quãdo prætor dat actionem, quæ tamen actio nullum

lum habet nomen, ficut interdum eſt obligatio ciuilis ex lege. Actio tamen procedēs ex tali obligatione nō habet nomen, ſed dicitur tunc condictio ex lege, vt ff. de condic. ex lege. l. item.

DE ACTIONIBVS CIVILIBVS.

122 ¶ Sequuntur actiones ciuiles. In primo loco decimæ quintæ lineæ ponitur rei vendicatio. Et datur iſta actio ei, qui habet dominiū rei cō tra poſſeſſorem, ſeu detinentē talem rem, vt ff. de rei vend l. in rem. Et datur, vt actor pronuntietur dominus, & ita vt reus reſtituat ſibi rem, vt ff. de rei vendicatio. l. qui reſtituere. Et datur iſta actio pro rebus corporalibus, mobilibus & immobilibus, vt l. vendicatio. ff. de rei vendicatio. Et iſtud verū eſt de rei vendicatione directa. Eſt etiam vtilis rei vendicatio, quæ datur habenti directum dominium cōtra deſinentem dolo poſsidere, vt l. paren. ff. de reg. iuris. Nam ſi habeat vtile dominium, dantur aliæ actiones, vt quæ datur ſuperficiario, vel quæ datur de ſuperficiebus, de quibus dictum eſt ſuprà.

123 In ſecundo loco ponitur actio in rem cōfeſſoria. Et datur iſta actio habenti ſeruitutem realem, videlicet ruſticorū vel vrbanorū prædiorum, vel etiam perſonalem, vt vſumfruc. vſum vel habitationem, contra eum, qui negat ſibi talem ſeruitutē debere, & datur ad hoc, vt reus patiatur actorem vti ſeruitute ſua, & vt caueat decæterò eum ſe non turbaturum, vt notatur in § æquè. Inſti. de actionibus. & notatur per Bartolum in l. ſi prius. ff. de aqua flu. arcen.

124 In tertio loco ponitur actio in rem negatoria. Et datur iſta actio ei, qui dicit ſe non debere ſeruitutem realem vel perſonalē, contra eū qui prætendit ſe habere talem ſeruitutem, ad hoc, vt deſiſtat, vt notatur in § contra. inſtitu. de actio. Et dantur iſtæ duæ actiones pro rebus incorporalibus ei, & cōtra eum, & ad hoc, ſicut rei vendicatio datur pro corporalibus.

125 In quarto loco ponitur actio in rem præiudicialis pro ſeruitute, vel non ſeruitute. Et datur iſta actio ei, qui dicit ſe habere aliquem hominem vt ſeruum, & ille homo dicit ſe eſſe liberum vel libertum. Et datur contra illum dicentem ſe liberum vel libertū, vt pronuntietur ſeruus. vel etiam econtrà, ſi aliquis poſsideat aliquem tanquàm ſeruū, & ille dicit ſe eſſe liberum vel libertum, datur ei iſta actio contra poſsidentem, vt pronuntietur liber vel libertus. De iſta actione nota. in § præiudiciales. inſti. de actio. & eſt iſta ciuilis, quāuis actiones de libertinitate & de partu agnoſ. ſint prætoriæ, de quib. ſuprà dictū eſt.

In quinto loco ponitur ſpatium F. præfixo, in quo ſcribitur velut rubeo colore, Quatuor acti. quæ ſequuntur, ſunt miſtæ.

126 In

126 In sexto loco ponitur petitio hæreditatis. Et datur ista actio hæredi, qui succedit de iure ciuili, vt ff. de pe. hære. l. j. contra eum, qui possidet res hæreditarias, aut aliquam rem hæreditariam pro hærede, vel pro possessore, vt l. nec vllam. ff. de peti. hære. Et datur ad hoc, vt iste pronuntietur hæres, & ita consequenter per officium iudicis mercenariũ, vt sibi restituatur res hæreditaria, vt not. per Bar. l. j. ff. de eden.

127 In septimo loco ponitur actio fi. regun. & datur ista actio habenti agrum, vel aliud prædium rusticum, & est contentio de prædio vicino, quo ad terminos prædiorum, & datur cõtra vicinum, seu habenté prędium vicinum, vt ponãtur termini. Et iudex in ista actione propter commoditaté potest terminum ponere & abstrahere aliquid ab vno, & alteri dare, tamen faciendo compensationem per pecuniam, vt not. insti. de offi. iudi. §. si finiũ regun. Si autem vnum sit prędium rusticũ, & aliud vrba. datur vtilis actio fi. regun. in l. ij. ff. eo. Sed si vtrumq; sit vrbanum, non datur ista actio.

128 In octauo loco ponitur actio fa. ercis. & datur ista actio hæredi contra hæredem suum ad hoc, vt fiat diuisio hæreditatis, vt in §. si familiæ insti. de offi. iudi.

129 In nono loco ponitur act. cõmuni diuidundo. Et datur ista actio habenti rem communem pro indiuiso cum alio, cõtra illum alium, vt fiat diuisio, vt nota. in §. quędam. insti. de actio.

¶ Sequuntur actiones ciuiles xvj. lineæ. In primo loco ponitur spatium G præfixo, in quo scribitur velut rubeo colore, personalissimæ sunt istæ actiones, quæ sequuntur.

130 In secundo loco ponitur certi condictio generalis actio sic dicta. Et habet locum ista actio, quãdo petitur res certa, quo ad substantiã, qualitatem & quantitaté. Et datur ista actio ei, qui sic petit tertiã rem, contra eum, à quo petitur, vt talem rem soluat, vt l. vbi autem nõ apparet. ff. de ver. oblig. Et datur etiam ista act. pro interesse, quod quãuis à prin. sit incertum, certificatur tamen ante sententiam, vt no. in §. curare. insti. de act.

131 In tertio loco ponitur actio, quæ dicitur certi condictio specialis, & est actio, quę vocatur, si certũ petatur. Et datur ista actio ei, qui mutuauit alteri rem mutuabilé, quę scilicet cõsistit in numero, põdere, aut mensura, cõtra illum, qui mutuũ recepit, vt soluat in eodem genere, & in eodem valore, vt l. ij. & l. cùm quid. ff. si cer. pe.

132 In quarto loco ponitur actio, quæ dicitur cõdictio triticaria. Et datur ista actio pro omni re, siue corporali, siue incorporali, siue mobili, siue immobili, siue certa, siue incerta, præter, quàm pro pecunia numerata. Et non solùm datur domino, seu ratione dominij, sed etiam ratione possess. vt ff. de condic. tritica. l. j.

133 In quinto loco ponitur condictio ob causam. Et datur ista actio ei, qui dedit aliquid vt fieret, & hoc posteà factũ non est, contra eum, qui hoc recepit, & non fecit, quod facere debuit. Et datur ad hoc, vt restituat quod receptum est, verbi gratia: Dedi tibi duos aureos, vt scriberes mihi librum Institutionum, & non scripsisti, repeto duos aureos per istam actionem vt ff. de condic. ob causam. l. j. Et habet ista actio duo capita. Vnum ex eo, quod causa non est secuta, aliud ex præsentia re integra. In quibus tamen capitibus sunt multæ fallentiæ, quas longum esset hic enarrare. de illis capitibus loquitur l. si pecuniam. & ibi Doc. ff. de condic. ob causam.

134 In sexto loco ponitur condictio ob turpem causam. Et datur ista actio ei, qui dedit ob turpem causam contra eum qui recepit vt restituat. Et hoc verum est, si turpitudo sit ex parte recipientis tantùm, si autem sit ex parte dantis tantùm, non est locus repetitioni, & ideò quod datur meretrici, non potest repeti: quia turpitudo est ex parte dantis, & non ex parte recipientis, quamuis enim turpiter faciat luxuriando, licitè tamen recipit meretrix quod sibi datur. Et si sit turpitudo ex parte vtriusque, petitur per fiscum. quod si non petatur, prior est conditio possidentis, & ista not. in l. j. ff. de condic. ob turpem causam.

135 In septimo loco ponitur condictio sine causa, & datur ista actio ei, qui dedit aliquid, putans esse causam & non fuit causa, & si fuit causa iusta, posteà desijt esse iusta, vel omnino desijt esse causa. Et datur contra eum, qui sic recepit, vt restituat quod receptũ est, vt ff. de condictione sine causa. l. j.

136 In octauo loco ponitur condictio indebiti. Et datur ista actio ei, qui soluit indebitũ contra eum, qui recepit, vt restituat. Non enim debet quis locupletari cum alterius iactura, vt l. nam hoc na. ff. de cõdic. indeb. Et est indebitũ interdum naturaliter tantùm, interdũ ciuiliter tantũ, interdũ naturaliter & ciuiliter simul. Et soluitur per errorẽ aut iuris aut facti, aut vtroq; modo, vt C. de iuris & facti igno. l. error.

137 In nono loco ponitur actio quæ vocatur cõdictio furtiua, & datur domino rei furatæ cõtra furem aut eius hæredem, vt rem restituat. Et differt ab actione furti, quia illa datur ei cuiuscunq; interest furtũ factum non fuisse, & datur ad pœnam, vt suprà dictum est de furto manifesto, & infra dicet̃ de furto nõ manifesto. Et de ista cõdictione furtiua loquitur §. fi. insti. de oblig. quæ ex maleficio nascuntur.

138 ¶ Sequuntur actiones ciuiles decimæseptimæ lineæ. Et in primo loco ponitur condictio ex lege. Et habet locum ista actio quando lex ciuilis dat aliquam actionem, quæ non habet nomen, vel quãdo inducitur noua obligatio, ex qua oritur actio. Nã tunc dat̃ ista actio, vt ff.

de con-

de condi.ex lege.l.vnica.Simile dictum suprà de lege prætoria,in fine actionum prætoriarum.

In secundo loco ponitur spatium H præfixo, in quo scribitur velut rubeo colore,hanc quæ sequitur dicunt aliqui esse anomalam.

139 In tertio loco ponitur actio ad exhibendum , & datur mihi ista actio contra te , si tu possideas aut detineas aliquam rem mobilem, quam dico esse meam aut quasi meam, vel si sit aliena , dico mea interesse vt huiusmodi res exhibeatur,ad videndum & ad inquirendum de ista re,vt vlterius detur ad eam persecutio,vt ff. ad exhiben.l.j. Et si rem non exhibueris,datur mihi iuramentum in litem,vt ff.ad exhiben.l.iij.

140 In quarto loco ponitur actio ex empto.& datur ista actio emptori contra venditorẽ vt tradat rem emptam si sit in facultate eius,si non, vt tradat interesse,vt ff.de actio.empt.& vendi.l.j. Ad hoc tamen,vt emptor habeat efficaciter illam actionem requiritur , quòd venditor sit contentus de pretio,vt l. Iulianus. §. offerri. ff.de actio.emp.& vendi.si tamen emptor non confidat de venditore, potest pretium deponi apud tertium,vt nota.per Bartol.in l.si soluturus.ff.de solutioni. Et sciendum est,quòd in isto contractu,& in alijs contractibus nominatis,datur alteri contrahentium actio , quanuis ex parte sua contractus non sit impletus. Talis tamen actio potest excludi per exceptionem, & sic non est efficax , vt nota. in dicto §.offerri. Sed in contractibus innominatis non datur illi actio,ex cuius parte contractus non est impletus,sed repellitur per officium iudicis,vt notat Cyn.in l.in bonæ fidei. C.de pactis.

141 In quinto loco ponitur actio ex vendito , & datur venditori contra emptorem,vt soluat pretium,vt l.ex empto.ff.de actionibus empti & vendi. Et si venditor non confidat emptori de re vendita, deponatur apud tertium, vt notur per Bart.in l. Iulianus. §.offerri.ff.de actio. empti & vendi.

142 In sexto loco ponitur actio locati,& datur ista actio locatori contra conductorem,vt soluat merces seu pẽsionem, vel datur etiam pro interesse locatoris, vt insti.loca. §.j. Et si non sit merx expressa, tunc intelligitur tacitè promissa quę solita est dari,vt l.quod si nolit. §.qui assidua.ff.de ædili.edic.

143 In septimo loco ponitur actio ex conducto, & datur conductori contra locatorem,vt permittat eum vti & frui re conducta toto tempore,quo conduxit, & vt etiam disponat locator, quòd illa res sit habilis ad vsum,pro quo conducta est,& communiter conduci solet, vt in d. §.j.insti.loca. & ibi per glo.& Doct.

144 In octauo loco ponitur actio oneris aduersi , & pro intellectu

istius

istius actionis, sciendum quòd conductor regulariter non tenetur de re destructa, nisi dolum vel latam culpam commiserit. Et ita non tenetur de periculis,& casu fortuito, vt ff. locati. l. ex conducto. nisi conductor caueat de periculo, & casu fortuito, seu pactum factum est de hoc, inter locatorem & conductorem: & tunc si factum est incontinenti post contractum, datur pro eo actio ex locato. Et propter hoc dixit Azo istam actionem non differre ab actione locati. Nam tunc istud pactum vestitur à contractu,& informat istud pactum illum cõtractum, cui adhæret. Sed si istud pactum factum sit per interuallum post contractum, tunc vestitur ipsa lege, & ad petẽdum restitutionem vel interesse rei, ex periculo vel casu fortuito destructæ vel deterioratæ, datur ista actio, quæ dicitur oneris aduersi, vt notatur in l. in naue Pamphili. ff. locati.

145 In nono loco ponitur actio pro socio. Et datur ista actio alicui contra socium suum, ad ea, quæ sunt societatis, & est ex vtraque parte directa, vt notatur in §. actionum. Institu. de actionibus.

¶ Sequuntur actiones ciuiles decimæoctauæ lineæ. Et in primo loco ponitur spatium I præfixo, in quo scribitur velut rubeo colore, hæ actiones quæ sequuntur interdum sunt directæ,& interdũ contrariæ.

146 In secundo loco ponitur actio mandati directa vel contraria. Et datur directa mandatori contra mandatarium, de his quæ gessit virtute mandati sui, vt reddat rationem,& datur etiam pro interesse. Sed contraria datur mandatario contra mandatorem, si expendit aliqua vtiliter, vel necessariò, ratione mandati, vt illa sibi restituantur, & de istis notatur Institu. manda. §. primo.

147 In tertio loco ponitur actio depositi directa vel contraria. Et directa datur depositori seu deponenti contra depositarium, vt restituat rem depositam. Sed contraria datur depositario contra depositorem, si fecit aliquas impensas vtiles, vel necessarias in re deposita, vt illas restituat depositori, vt Institu. quibus modis re contrahitur obligatio. §. præterea. Et est ista actio regulariter ciuilis: sed in quatuor casibus est prætoria, & sic posita est suprà inter prætorias in septimo loco quartæ lineæ.

148 In quarto loco ponitur actio tutelæ directa vel contraria. Et datur directa pupillo finita tutela, cõntra tutorem de gestis in tutela, vt reddat rationem, & de malè gestis faciat restitutionem. Sed contraria similiter datur tutori contra pupillum, si fecit impensas vtiles, vel necessarias pro persona, vel pro rebus pupilli, vt ille restituantur, vt Instit. de obligatio. quæ ex quasi contractu nascuntur. §. tutor quoque.

In quinto loco ponitur spatium K præfixo, in quo scribitur velut rubeo colore, hanc quæ sequitur dicunt aliqui esse prætoriam.

ff In sexto

149 In ſexto loco ponitur actio commodati directa vel contraria. Et datur directa commodatori cōtra commodatarium, vt reſtituat rem commodatam, non deteriorem, vt l. tertia. §. ſi reddita. ff. commoda. Sed contraria datur commodatario contra commodatorem, pro impenſis vtiliter vel neceſſario factis per eum in re commodata, quas nō tenebatur facere, vt l. in rebus. §. poſſunt. ff. commoda.

150 In ſeptimo loco ponitur actio pignoratitia directa vel contraria. Et datur directa debitori contra creditorem, ad repetendum pignus ab eo, vt Inſtitu. quibus modis re contrahitur obligatio. §. fin. Requiritur tamen quòd debitor ſatisfecerit creditori, ſi debeat habere iſtam actionem, vt l. ſi rem. §. omnis. ff. de pignorati. actione. Sed contraria datur creditori contra debitorem. Primò, ſi tradidit ſibi rem alienam, quam ipſe debitor obligare non potuit, vt l. rem alienam. ff. de cōtrahen. emptio. Secundò, ſi tradidit ſibi vnam rem pro alia, vt l. j. ff. de pignora. actio. Tertiò, ſi creditor fecit impenſas in pignore, vt Inſti. quibus modis re contrahitur obliga. §. fin. Et hoc verum, ſi non fecit nimis magnas impenſas: quia debitor delicatus, & creditor oneroſus non ſunt audiendi, vt ff. de pignora. actio. l. ſeruus.

In octauo loco ponitur ſpatium L præfixo, in quo ſcribitur velut rubeo colore, actiones quæ ſequuntur, dicuntur actiones præſcriptis verbis.

151 In nono loco ponitur actio præſcriptis verbis æſtimatoria, & habet locum iſta actio, ſi ego tradiderim tibi rem aliquam, puta librum Inſtitutionum, ad vendendum eum, vel ad inquirendum de pretio, & ego æſtimaui librum illum ad duos florenos, ita vt reſtitueres mihi librum vel pretium, ſi non feceris hoc, tunc datur mihi iſta actio contra te, vt aut rem reſtituas, aut pretium ſoluas, vt ff. de æſtimato. actio. l. ſi gratuitam. §. ſi margaritas. & eſt bonæ fidei, vt notatur Inſtitu. de actio. §. actionum.

152 ¶ Sequuntur actiones ciuiles decimænonæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio præſcriptis verbis. de rerum permutatione. Et habet locum iſta actio, quando fit contractus permutationis, quo ſcilicet vna res in ſpecie datur pro alia in ſpecie, & non datur iſta actio, niſi ei qui impleuit contractum ex ſua parte, & tunc actio dicitur nata retro à tempore contractus, vt l. ex placito. C. de rerum permutatione. Et datur contra illum, qui non vult implere contractum, vt rem præſtet, de qua conuentio facta eſt, vt in dicta l. ex placito. Et differt à contractu innominato, do vt des, quia ibi datur genus pro genere, vel ſpecies pro genere, vel econtrà: & hîc ſpecies pro ſpecie, vt notatur per Bartol. in l. prima. ff. de rerum permutatio. Et etiam iſta eſt bonæ fidei, ſed ille contractus eſt ſtricti iuris.

In ſecun

153 In secundo loco ponitur actio præscriptis verbis, quæ datur in diuersis casibus. verbi gratia: Datur ex pactis nudis appositis incontinenti, antè vel pòst contractibus vestitus, vt l. in bonæ fidei. & l. petitis. C. de pactis. Datur etiam secundo loco interdictorum, vt insti. de interdictis. §. fi. & ibi per glo. Datur etiam tertiò, quando æquum est propter figuras variarum causarum dare actionem, vt in casu legis sancimus. C. de sacrosan. eccle. Et ista pulchrè & latius notantur in glo. insti. de interdic. §. fina.

154 In tertio loco ponitur actio in factum de re iudica. quæ dicitur iudicati. Et datur ista actio post sententiam diffinitiuam, ipsi victori contra condemnatum, pro executione sententiæ, vt l. actori. C. de rebus creditis & iureiuran. Et quando intentatur ista actio, debet dari libellus, & proceditur iure ordinario, sed si intentetur officium iudicis, non datur libellus, & proceditur summariè, vt vult Barto. in l. intra diem. ff. de re iudicata.

155 In quarto loco ponitur actio ex stipulatu pro dote. Et datur ista actio marito contra mulierem, vt soluatur dos promissa pro oneribus matrimonij sustinendis, vel etiam datur mulieri, contra hæredes mariti eo mortuo, vel etiam contra maritum eo viuente, si vergat ad inopiam, vt ff. soluto matrimo. l. j. & l. si constante. Et datur ista actio ex stipulatu, quamuis nulla stipulatio intercessit, ius enim fingit semper ibi stipulationem intercessisse, vt C. de rei vxo actio. l. vnica. in princi.

156 In quinto loco ponitur actio aquæ pluuialis arcēdæ. Et datur mihi ista actio contra te, si tu fecisti ædificium aut aliud obstaculum in fundo tuo, propter quod aqua est mihi nociua in fundo meo: quia fundū meum non irrigat, aut nimis fluit, ad hoc, vt tu destruas illud obstaculum tuis expensis, & facias mihi emendam de damno passo, post litis contestationem. Sed si alius possidet tale obstaculum, qui hoc non fecit, tunc solùm tenetur mihi præstare patientiam, vt expensis meis tale obstaculum destruam, vt ff. de aqua pluuia. arcen. l. j. §. j.

157 In sexto loco ponitur actio de pastu pecorum. Et datur mihi ista actio cōtra te, si tu fecisti animalia tua pasci ordeis vel frumentis meis in fundo meo, & datur ad interesse, vt ff. de præscriptis verbis. l. si seruandarum. §. fi.

158 In septimo loco ponitur actio ex testamento. Et datur ista actio legatarijs & fideicommissarijs contra hæredem, vt soluat legata & fideicommissa. Et oritur ista actio ex quasi contractu. Nam hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit cum creditoribus, legatarijs & fideicommissarijs defuncti, vt l. apud Iulianum. §. fi. ff. ex quibus causis in possessionē eatur. & insti. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur. §. iij. versi. hæres quoq;. dantur istis aliæ actiones, scilicet rei ven-

ff 2 dicatio

dicatio & hypothecaria, vt insti. de leg. §. sed non vsque.

159 In octauo loco ponitur ac. ex stipulatione, quæ nascitur ex verborum obligatione. Et datur ista actio stipulatori, contra promissorem vt præstet rem promissam, insti. de verborum obliga. §. j. Et hoc verum est, si res promissa non sit omnino certa, quæ & qualis & quanta debeat esse. Nam tunc non daretur ista actio, sed certi condictio, vt in l. vbi autem non apparet. ff. de verborum obligatio.

160 In nouo loco ponitur actio furti non manifesti. Et habet locũ ista actio, quando fur non est deprehensus in furto, nec cum re furtiua, eo die, quo fecit furtum, antè, quàm peruenit ad locum, in quo voluit rem furtiuam perferre, nec acclamatum est contra eum, vt institu. de obliga. quæ ex quasi maleficio nascuntur. § furtorum. versic. furtum non manifestum. Et datur ad pœnam dupli applicandam parti, si agatur ciuiliter, vt eo. titu. §. pœna. Si autem agatur criminaliter, applicatur pœna fisco, si sit pecuniaria. potest etiam agi ad pœnam corporalem, vt l. fin. ff. de furtis. Sed actio furti manifesti est prætoria, vt suprà dictum est, in secundo loco quintæ lineæ.

161 ¶ Sequuntur actiones ciuiles vicesimæ lineæ. Et in primo loco ponitur actio de tigno iniuncto, & vocatur tignum, omnis materia apta ad ædificãdum, vt sunt ligna, lapides &c. Habet ergo locum ista actio quãdo tignum vnius positum est in ædificio alterius, verbi gratia: Tu edificasti domum ex lignis vel ex lapidibus meis, tunc datur mihi ista actio contra te ad duplum æstimationis tigni, in quo tamen duplo etiam continetur res. Non enim possum consequi tignum ipsum, ne ædificium rumpatur, si tamen fuerit ruptum, & nondum consecutus sum duplum. possum vendicare tignum, vt ff. de tig. iniuncto. l. j. & ff. de rei vendi. l. in rem. §. tignum.

162 In secundo loco ponitur actio arborum furtim cæsarum. Et datur ista actio ei, cuius arbor incisa est contra incisorem, qui scilicet furtiuè & animo lucrandi & alium damnificandi, arborem incîdit. Et datur ista actio etiam ad duplum æstimationis arboris, defalcatis tamen lignis seu valore eorum, si incisor ligna dimiserit, sed si ligna etiam abstraxerit, datur pro eis actio furti manifesti vel non manifesti, secundum quod furtum diuersimodè factum est, vt ff. arborum fur. cæsarum. l. ij. & l. furti. & l. penúl.

163 In tertio loco ponitur actio rerum amotarum. Et datur ista actio marito contra vxorem, pro rebus furtim sublatis, causa diuortij secuturi, vel econtrà mulieri contra maritum. Et datur post diuortium, vt l. rerum quidem amotarum. ff. rerum amotarum. Et datur ista actio propter honorem matrimonij: quia non esset conueniens dari actionem famosam inter c niuges. vt l. j. ff. rerum amota.

In quarto

164 In quarto loco ponitur actio de ratiocinijs distrahendis. Et datur ista actio pupillo finita tutela, contra tutorem suum qui res suas distraxit,& conuertit in commodum proprium,& datur ad duplum,sed vltra duplum non petitur interesse, vt ff.de tute. & ratiocinijs distrahendis.l.j.§.de rationibus.

165 In quinto loco ponitur actio legis Aquiliæ, damni, iniuriæ, vel de damno dato. Et datͬ ista actio ei, cuius seruus occisus est,vel animal mansuetũ occisum est, cõtra occisorem vel dominũ serui, vel animalis occidentis,vt soluat quanti plurimi res valuit intra annum retrò. Sed si seruus vel animal tale vulneretur, vel animal ferum occidatur, tunc datur ad hoc, vt soluatur quanti plurimi res valuit, intra xxx. dies retrò. Et est ista actio directa, quando damnum datur de corpore in corpus. Vtilis autem datur, quando datur damnum de non corpore in corpus, vt si tu clauseris animal meum,& permisisti ipsum fame perire. Et istæ sunt actiones ciuiles. Sed quando datur damnũ de non corpore in non corpus, tunc habet locum actio prætoria,quæ dicitur in factum legis Aquiliæ subsidiaria, quæ suprà posita est in septimo loco quintæ lineæ, & de istis habetur insti. ad legem Aquiliam. §. primo, & §. his autem verbis.& §. caput tertium. & §. finali.

166 In sexto loco ponitur actio in factum de pauperie. Et datur ista actio ei,cui damnum datum est per animal alterius, vt scilicet det animal pro noxa,aut soluat damnum,vt insti.si quadru.pau fec.dica. §.j. & §.fina. vbi latius habetur de ista actione. Et si animal bipes fecerit damnum, vt gallus tuus interfecit gallinam meam, tunc non datur ista actio directa, sed vtilis, quia non ex verbis legis, cum lex loquatur de quadrupede,sed ex mente legis, vt satis notatur in l.j.ff. si quadru.pau fe.dic.

167 In septimo loco ponitur actio iniuriarum legis Corneliæ, quę datur in tribus casibus. Primo,si quis per vim intrauerit habitationẽ alterius. Secundo,si quis verberauerit aliũ,vnde sequitur dolor vel vulnus. Tertio,si quis pulsauerit aliũ sine dolore, scilicet quassando eum, vel aliâs non lædendo, animo tamen iniuriandi, vt ff.de iniurijs. l.lex Corne. Datur etiam ista actio iniuriarum in alijs casibus, & non ex lege Cornelia, & tunc est prætoria, & posita est suprà in sexto loco quintæ lineæ. Et est hîc sciendum, quòd si aliquis dicat alteri conuitium, quod est verum, tunc si expediat reipub.tale conuitium scire, non nascitur actio iniuriarum, vt si dicat, tu es homicida vel fur, & dicit verum. Nam expedit reipub.tales cognoscere, Si autem non expediat reipub.hoc scire, vt si quis dicat. tu es claudus, gibbosus &c. animo iniuriandi, nascitur actio iniuriarum. Et potest ille cui hoc

dictum est, contra talem agere, quamuis verum dicat, vt not per Doctores in l. eum, qui nocentem. ff. de iniu. & in l. si non conuitij. C. de iniurijs.

168 In octauo loco ponitur actio, quæ datur contra magistratum, qui non recepit idoneam cautionem rem pupilli saluam fore, & datur ista actio pupillo vel minori adulto habenti tutorem vel curatorem, contra illum, qui debuit recipere cautionem à tutore vel curatore, & nõ recepit, vel si recepit non idoneam, & datur ad hoc, vt damnũ restituatur contingens ex tali negligentia, vt ff. & C. de magistrat. conue. per totum.

169 In nono loco ponitur actio ingrati. Et datur ista actio patrono contra libertum suum, qui propter ingratitudinem reuocatur ad seruitutẽ, vt scilicet ad illam seruitutem condemnetur, vt C. de liber. & eorum liber. l. j. Et potest etiam dari ista actio patri contra filium suum emancipatum, vt si sit ingratus, reuocetur ad patriam potestatem.

Et tantùm de actionibus in arbore positis.

FINIS.

Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X
Y Z aa bb cc dd ee ff. Index autem notatus est
Græcis hisce septem elementis, α β γ δ ε ζ κ. Quaterniones omneis, demptis F G & ff duernionibus.

L V G D V N I,

Excudebat Ioannes Pullon, aliàs de Trin, impensis honestiß. Viri PAVLI *Mirallieti.*


OMNIA AVTEM PROBATE, QVOD BONVM EST, TENETE.

INDEX RVBRICARVM SEV TITVLORVM SVPER INstitutionibus Imperialibus.

FINIS.

INDEX RERVM, VERBORVM, SENTENTIARVMQVE ſingularium, in Enarrationes Nicaſij de Voërda, & copia, & venuſtate illuſtratus, atque ſumma fide concinnatus.

¶De litera A.

Actio

Actio

casus.

De litera B.

De litera

¶ De litera C.

De litera D.

Doctor

Donatio

De litera E.

Error

Excusari

De litera. F.

Filius

Fundi

Et cui

De litera I.

Inquisitio

Inter-

¶De litera L.

Lega

De litera M.

gr-

bus

Morien-

¶De litera N.

Nepos

¶De litera O.

Obliuio

¶De litera P.

 tat

Pignora

Præscri

Prætor

Procu-

¶De litera Q.

¶De litera R.

Res,

De litera S.

quid

Seruo

tertiam

§. quod

¶ De litera T.

Teſta

Tutela,

De litera

De litera V.

FINIS.


OMNIA AVTEM PROBATE. QVOD BONVM EST, TENETE.

24

16


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm